dæos: consulit Iosephum Titus: hebraico sermone scripsit mandata Iosephus pro Cæsare ad Ioan
nem: hortatur ut sedat: exēpla inducens sed magis irritant' in eum ac capere quærunt: multi ex iu
dæis ad romanos fugiunt quos a romanis occisos iudæi dixerunt ne plures ad eos confugerent:
Romani uero eos populo ostendebant propterea multi fugierunt. cap.v.car.ccxlvii.
Increpat eos Titus q templum polluerint: polliceturq; non passurum romanos templum es
se polluturos. cap.vi.car.ccxlviii.
Iosephus referebat dicta principis iudæis qui magis eleuabantur in superbiam: statuit iterum
Titus bellum gerere contra iudæos ipso remanente in Antonia. exercitum misit in iudæos: Cer
taturq; a nona noctis hora: usq; ad quintam diei Tito spectante ab antonia: multi ex iudæis forti
ter multi ex romanis fortissime bellum gesserunt. cap.vii.car.ccxlviii.
Septimo die reliq; manus romanoꝝ submersis antoniæ fundamēris uiā fecerūt latā ad tēplū:
admouēt aggeres ad angulū tēpli: qdā cōgregati pp famē: impetū fecerūt cōtra romanos: cognito
ipetu eoꝝ p rōanos dimicatū est undiq; fortiter: in uallē quādā coacti sunt iudæi: capit' qdā q du
ctus ad Titū interfic': curatq; Titus ut aggeres mature cōstruant'. cap.viii.car.ccxlviii.
Porticus tēpli incendit'. abrumpunt romani ad uiginti fere cubitos ex muro: imittuntq; ignē
sanctis: hisdem diebus quidā ex iudæis de romanis inuitat quis uelit certare: diuq; nemine uolen
te: quidā ex romanis exosus illius audaciā cum illo certat & occidit': romanosq; derident: ex roma
nis quidam eum sagitta transfixit: clamor excitatur maximus. cap.ix.car.ccxlviii.
Iudæi iplent lignis ariolis summitatē tēpli. fingunt fugā ex romanis multi ascendentes tēplū:
submisso igne p iudæos succēsi sunt: Titus eos miseretur: morientibus satis erat remedii q Titus
dolebat: iudæi uero qdam in porticu existentes obsessi oēs ceciderunt. cap.x.car.ccxlviii.
Iuuenis romanus quidam qui euaserat incendium: oratur a iudæis ut ad eos descendat: ne mi
litiæ romanæ tantum dedecus faciat sublato ense seipsum interfecit: incenditurq; porticus ea par
te quæ ad orientalem protendit: Moriebantur multi fame ita ut fœnum calciamēta corigias co
acti sint comedere iudæi. cap.xi.car.ccxlix.
Maxima multitudo erat eorum qui fame per ciuitatem peribāt: qui inter se erant amicissimi
propter cibum: si quem inuenissent: ad manus ueniebant: si quis moriebatur alii scrutabantur si
quid cibi in sinu habebat: patiebātur ea comedere quæ ne sordidissimum aliquod animalium co
medisset: multaq; huiusmodi describuntur. cap.xii.car.ccxlix.
Mulier quædam Maria nomine cum sublata fuissent sibi omnia per seditiosos filiū suum fa
me comedit: cogitur ostendere latronibus quid parauerat pro cibo: cognito scelere tanto eos hor
ror quidam inuasit uehementissimus: nunciatur Tito tanta calamitas: qui deum placare cœpit di
cens se uoluisse obliuisci iniurias eorum: sed illi noluerunt pollicetur q tantum scelus non pmit
tet impunitum. cap.xiii.car.ccxlix.
Admouere iubet aggeres cum ariete muris: nihil proficientes cum scalis tentant ascēdere: un
de multa cædes facta est ex romanis: iratus Titus ignem portis subici fecit crescente igne cōsulit
proceres suos de templo: quidam suadent ruinam templi: quidam ut seruetur: iubet restinguere
ignem interim pugnatur: uidens Titus cum militibus electis iudæos profugat: in templum con
cludit omnes succenderecq; templum parat. cap.xiiii.car.ccxlix.
Quidam ex militibus romanorum ignem portat ad templum: succenditur templum: hoc au
dito Titus iubet extingui sed pro nimio clamore & quia multi simulabant audire eius præcepta
& prohibitionem ipso inuito exuritur templum. cap.xv.car.ccl.
Templum incenditur mense & die mensis conformi incendio templi babylonis: in ipsa incen
sione etiam multæ cædes etiam fiebat deprehensorum: nec erat discretio puerorum nec mulieꝝ
cuiusq; ætatis: clamor ingentissimus fiebat: duo in ignem se proiecerunt incendūt romani diuer
sas porticus & loca ubi iudæi res suas ac pecunias deposuerant: quidam pseudo prophetæ persua
serat populo ut expectaret dei auxilium. cap.xvi.car.ccl.
Quædam prodigia quæ superuenerant iudæis describunt': quæ in eorum fortunā & auxiliū
interp̄tabantur: quidam uero sapientes hæc esse ruine prodigia iudicabant. cap.xvii.car.ccl.

In sacris libris erat q; cum templum quadratum redigeretur q; ciuitas erat destruēda. hi uero
incitabantur ad p̄lium dicentes propter dictum quoddam ambiguum inuentum. s. q; eo tempo
re quidam esset ex eorum finibus orbis terre habiturus imperium: ex hoc dicto decepti sunt qua
si proprium eorum iudicantes dictum conuenire. cap.xviii.car.ccli.
Romani Titum imperatorem declarant in templo: Iudæi prouocant Titum ad colloquium:
ipse naturali humanitate eos recipit: alloquiturq; eos increpādo: tādem in diligendo eos si uelint
in pace uiuere nolluerunt: ipse cognita eorum nequitia eos militibus fieri p̄dam tradidit interim
ignis progrediebatur: quidam supplicant ut eis fidem Cæsar dat: suscipit ipse in custodiaq; eos re
clusos tenet. cap.xix.car.ccli.
Seditiosi in domum regiam confugiunt: romanos pellunt: multi occiduntur ex popularibus:
Titus uero militem quēdam quia uiuus captus est ad ipsum rediēs ex acie pepulit: quod grauius
fuit illi morte. cap.xx.car.cclii.
Romani conuersis latronibus in fugam: omnia igni tradidere: illi uero in superiorem ciuitatē
recedebant: letantes q; nil essent relicturi hostibus & alacri uultu mortem expectabāt: illi undiq;
per ciuitatem capiebantur: mortuiq; canibus proiciebātur: spes quibusdam erat in cloacis latere:
& ignis latitantes cremabat: & qui descendebant necabantur. cap.xxi.car.cclii.
Cæsar prospiciens ciuitatem superiorem nō posse capi sine aggeribus distribuit milites operibus
ad occidentalem partem: legiones munit hisdem diebus idumei mittunt ad Titum q; ad eum uo
lunt confugere remittit legatos pollicens pacem: Symon hoc intellecto quosdam occidit: quosdā
recludit: multitudo tamen maxima fugit. cap.xxii.car.cclii.
Quidam sacerdotum promittens multa donaria Tito accepta fide pro fuga recessit: multaq;
uaria pulcherrima donaria dedit. cap.xxiii.car.cclii.
Perfectis aggeribus machinas romani admouent: multi desperantes in iloachas demittūt: qui
dam in aeram confugiunt quidā romanos applicantes arietes ad muros ulciscuntur: Tyranni pri
uati spe: sponte descenderūt de turribus: iudæi ad siloā confugiunt: a custodibus recluduntur: ro
mani in muris signa ponunt: ingredit' Titus admiratur q; tantas munitiones tyrāni deseruissent:
admirata altitudine & compagine lapidum præficit Frontonē custodiæ illorum: multos in ægy
ptum mittit: multos uendidit multos etiam bestiis deuorandos tradidit. cap.xxiiii.car.cclii.
Captiuorum numerus per omne tempus obsidionis numeratus fuit decies centena milia: loā
nes sempiternis uinculis seruatur. Symon uero seruatur triumpho. cap.xxv.car.cclii.
Capitur Hyerosolima secūdo anno principatus Vespasiani die octauo mensis septembris: pri
us quinquies capta fuerat: Conditor primus eius fuit chanā: qui iustus fuit appellatus: Cæsar ius
sit ut turres & pars quædam ciuitatis pro custodibus remanerent: reliquum explanarunt: laudat
Cæsar exercitum suum eiq; gratias agit de eorum uirtute & fortitudine: & pro gestis rebus dona
largitur & coronas & p̄mia multa singulis. cap.xxvi.car.cclii.
Cæsar donatis omnibus secundum eorum merita: ad sacrificia se conuertit deinde ad Cæsare
am maritimam descendit reponitq; in ea multitudinem manubiarum captiuosq; seruat: quia hye
mis tempus prohibebat in Italiam nauigare. cap.xxvii.car.cclii.
Eo tempore quo Titus Cæsar Hyerosolimis commoratur obsidionis causā Rhodum trans
meat Titus ex cæsarea maritima reuersus: aduenit i cæsaream Philippi celebrat ibi omnia spec
culorum genera. cap.xxviii.car.cclii.
Inuenit cæsar Symonem gorgiæ filium: & quomodo captus sit declaratur seruatur pro trium
pho: quod Romæ est facturus cæsar. cap.xxix.car.cclii.
Cæsar inuenit multos iudæos apud Antiochiam inuidus Antiochus irruit multiq; cremān
tur ex his. cap.xxx.car.cclii.
Declarat' noua calamitas quæ accidit iudæis: accusant' iudæi ab Antiocho q; cremassent qua
dratū foꝝ cū multis aliis: cognoscunt' nō fuisse i culpa p legatū uespasiani. cap.xxxi.car.cclii.
Accipit Cæsar litteras a patre q̄ desiderabilis ipse peruenit Romam & quo honore sit susce
ptus describitur. cap.xxxii.car.cclii.
Describitur defectio germanorum facta tempore quo Vespasianus erat in alexandria: qui cre
debant se posse liberari a dictione romanorum: his auditis a Domitiano exercitus tendebat: tunc
germani se sponte subdiderunt. cap.xxxiii.car.cclii.
Scythæ cōueniunt cū germanis in defectione: transgressi flumen Istrū multos ex romanis iter
quos Pompeiū Agrippā occiderunt: Vespasianus hoc audito rubeū gallū mittit q; multos occidit
alii domū cōfugere: muniunt' loca ne barbaris āplius deꝝ locus talia faciēdi. ca.xxxiii.car.cclv.
Titus reuersus ex beriti spectacula per ciuitates syriæ celebrabat: antiochenses expectant cum
summo desiderio: petunt iudæos expelli qui non exaudiuntur: ad alias petitiones se conuenerūt:
Titus inde hyerosolimam proficiscitur: miseraturq; calamitatem ciuitatis curatq; captiuos in ita
liam asportari: cupiens eos triumpho præterducere. cap.xxxv.car.cclv.

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Venienti Tito romam pater cum tota ciuitate obuiam prodiit: ordinatur triumphus cõmunis:& pompa triumphi declaratur:& modus exeundi in triumphum:quo ordine quæcũq; sint distributa & ostensa parantur conuiuia ab omnibus per totam ciuitatem: dieſq; gratulationis celebratur:cum spe finis malorum ciuilium:& fœlicitatis principum. cap.xxxvi.car.cclv.

Vespasianus peractis triumphis decernit ædificari tẽplum paci:donatq; templum muneribus pigmentoꝝ operibus oia quæ fuerant iudæoꝝ in eodẽ templo reposuit. cap.xxxvii.car.cclvi.

Locilius bassus in iudæam legatus mittitur:statuit bellum inferre macheruntis:describit Herodion fortitudo:& situs inaccessibilis:ab Herode hoc castellum munitũ est: nascitur in eius ualle herba quædam mirabilis uirtutis:sunt balnea ameniſſima:castellũ Locilius accipit: multos occidit:qui castellum tradiderunt dimisit. cap.xxxviii.car.cclvi.

Ad saltum qui appellatur Iarden ducit exercitum Locilius:militibus cingit:bellum committitur:nullus ex iudæis euasit:Iudas dux eorum cloacis latenter effugit. cap.xxxix.car.cclvi.

Scribit Cæsar ad Liberium procuratorem ut iudæam uendat iussitq; singulis annis q; iudæi omnes binas dragmas in capitolium ferrent. cap.xl.car.cclvi.

Accusatur Antiochus apud Cæsarem a Cessennio peto:q; deficeret a romanis:mittit Vespasianus ut qd uideatur peto efficiat: Capit Antiochus post longã pugnam cũ filiis suis:ducit Romã uictus: Audiens Cæsar ligatũ Antiochum iubet uincula auferri.filii cogitant conciliaturos patrẽ Cæsari:ueniunt Romã:cum patre aduecto ex lacedæmone ibi manserunt. cap.xli.car.cclvii.

Scythæ his tpibus cogitant medicã terram inuadere:colloquuntur cum hyrcanoꝝ rege: adhibito aditu fines omnes populantur:ad Armeniam usq; peruenere. cap.xlii.car.cclvii.

Mortuo Basso Flauius siluius in administratione succedit: Castellum quoddam adhuc rebelle supereſſe uidens mouit militem aduersus illud:princeps castelli erat Eleazarus cuius mores describuntur:& sociorum eius. cap.xliii.car.cclvii.

Flauius siluius aduersus Eleazarum uenit: castellum cingit licet difficillimus adeunt accessus fuerat:per duo loca poterant accedere homines:declarat difficultas accessus: admouet machinas per unam uiam:fabricat arietem cum quo murum percutit:ignem ad muros ponit:letiq; romani custodiunt ne quis eorum ex castro fugeret. cap.xliiii.car.cclvii.

Eleazarus uidens non posse euadere manus romanorum hortatur ut omnes combusta urbe seipsos interficiant magis q̃ seruituti subiciantur:quibusdam placuit : quidam uero molliores lachrymabantur:reiterat exhortationem Eleazarus præponens immortalitatem animæ:pulchrius esse pulchræ mori q̃ turpiter uiuere. cap.xlv.car.cclviii.

Orantem Eleazarum omnes interpellant decernũtq; sibi mortem dare: omnes mortui sunt: unus ultimus in cæruia regia:gladio se transfigens occubuit:clam cũ quinq; pueris mulier latuit: romani de mane per scalas muros ascendunt:neminem uidentes admirantur mulier illa ex cloachis exiens romanis rem gestam aperuit. cap.xlvi.car.cclix.

Peracto excidio Flauius siluius cum exercitu in Cæsaream proficiscitur:quidam ex iudæis in Alexandriam confugerant:hi nouas res tentabant ex quibus multi occisi sunt: mortemq; potius pati maluerunt:etiam pueri:q̃ Cæsarem dominum appellare. cap.xlvii.car.cclix.

Lupus rector Alexandriæ hæc omnia Cæsari indicat ad quem Cæsar scribit ut templum iudæorum destruat. cap.xlviii.car.cclx.

Onias unus ex pontificibus ex Hyerosolimis fugatus Alexãdriam uenit: optinetq; ut templũ possit fabricare iuxta morem patrium:hoc autem fuit prædictum per Esaiam q̃ in ægypto futura esset constructio templi. cap.xlix.car.cclx.

Lupus rector ad templũ accedẽs ablatis denariis tẽplum claudit Paulinus eius successor.nihil reliqt:sacerdotibus cõminatus é:fecitq; ut ne uestigiũ qdé diuini cultus uideret. cap.l.car.cclx.

Ionathas quidam ex iudæis persuasit multis ut eum sequerentur: nũciatur Catullo rectori lybiæ:comprehensus ipse cum multis aliis tribus milibus:qui pecunia diuites erant:non conscii tamen sceleris occiduntur:Curatq; Catullus ut Ionathas omnes iudæos criminetur:etiam illos qui Romam habitabãt inter quos Iosephus erat:Vespasianus noluit ut aliud efficeretur: Catullus ob iniustitiam morbo grauissimo laborauit:ita ut ipse moreretur. cap.li.car.cclx.

FINIS.

VITA IOSEPHI

Hyeronimus Squarzaficus Alexandrinus. Raynaldo de Nouimagio impressoriæ artis.op.s.

Vm egræcia in Italiam traiecissem:Iosephiq; libros offendissem: quos antea quã hinc decederem librariis castigatissimos:& emendatissimos summa diligentia imprimendos esse demandaueram. Non ut quæstum consequerer : sed ut aliqua ex parte de lingua latina bene meritus essem & cognitiones multarum reꝝ propagarentur. Vidi opus eruditissimum nundum absolutum:& ut in annalibus ueterum facile de præbendi potest a Ruffino aquiligiensi in linguam latinam translato:opus egregii inquã auctoris: qui sine titulo:sine uita : & sine elogio erat in lucem proditurus: quod cum animaduertissem hoc a me ferendum minime putaui.Obiter ipsius uitam ex iuratissimis auctoribus elicitam subiecimus.Fuit enim Iosephus hyerosolimitanus:Matthiatiæ sacerdotis filius tempore Tyberii Cæsaris natus.Cum Iesus esset cruci affixus: & usq; ad traiani tempora cõsenuit a Vespasiano cum Tito filio cum bellum in Hyerosolimam gererent : captus fuit quidem litterarum:& multarum rerum peritus:sacerdotio insignitus:prophetarum ac somniorum interpræs optimus:ac futurorum non ignarus:prodigia & multa exposuit . Apud iudæos Nerone regnante:quæ uisa fuere armatas acies.s.cœlo currere:atq; aera subito nubiũ ignæ collucere:& plæraq; alia multa quæ in eius leguntur historia.Iosephus ad perniciem urbis futura affirmauit. Cui sententiæ uulgus assentiens ab imperio romano deffecere:occasione sibi oblata.Propterea q; præfecti romani missi essent contra iudaicam religionem ut aquilas templo inferrẽt.Iudæi romanorum auaritia uexati eorum præfectos trucidarunt.Aquilas e templo deiecerunt:ipsamq; ciuitatẽ iugo Neronis leuarunt:prouincias muniunt:qui eis præessent creant:atq; ex tribus in qua est metropolis Hyerosolima eiq; Samaria proxima.Tertia galilea gẽtibus finitima Iosepho obuenit qui rei militaris belli impetum a romanis missum primo exciperet.Et cum igni ferroq; omnis ꝓuincia deuastaretur:in Iopathã montanam ciuitatem obsidetur.Tandem Iosephus perquisitus a Vespasiano dum in puteo latitarer mulieris indicio cognoscitur: eo Nicanorem tertium tribunum militum misit:cum priores milites ab Iosepho non audirentur: qui factum incẽsarum metu perterritus delusis sociis.Nam & permulti iudæorum cum eo erant impotestatem romanorum peruenit.Quem imperator diligẽti custodia seruari iussit.Iste autem Vespasiano semotis arbitris alloquitur:sibi & filio imperatores fore prædixit:quem Vespasianus non inuitus audiuit:quæ omnia ut euenere Iosephũ ab omni seruitute soluit:atq; summis laudibus tollit. Augurijs post euersione hyerosolimæ præfecit ciuitate donatus:cum Tito:& Vespasiano patre uixit annis.xxvi.atq; cognomine fluuiæ familiæ donatus.Nec etiã prætermittenda duxi: quæ ex Hyeronimo carptim & cessim:ideſt sub epythomate collegi:quod ob ingentia eius illustria facinora:utpote uir singularis eruditione præditus ut ex libris septem iudaicæ captiuitatis quos imperatoribus patri & filio obtulit exploratissimum fuit statuam romæ meruerit:quodq; scripserit alios.xxiiii.antiquitatum libros ab exordio mundi usq; ad quartumdecimum annum Domitiani cæsaris quodue archeotecos:ideſt conflictus aduersus Appionem grammaticum alexandrinũ.Aliaq; præclara opera accuratissime cõscripta reliquerit:quæ in manus nostras præterq̃.xx.uolumina antiquitatum: & Hyerosolimæ captiuitatis septem: & in Appionem duo recideret. Non ad commemorandum sumus admodum curiosi:sed a me hoc unum interpositum iri summo studio duxi in ignominiam iudaicæ prauitatis:quando uir egregius optime de Christo sensisse uideatur cum inquit. Eodem tempore Iesus uir sapiens:si tamẽ uerum oportet dicere.Erat enim mirabilium patrator operum qui libenter uera suscipiunt plurimos quoq; tam de iudæis : quam degentibus sui sectatores habuit & credebatur esse Christus cunq; inuidia nostrorum principũ cruci eum Pilatus addixisset nihilominus qui eum dilexerant perseuerauerunt.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

IOSEPHI IVDEI HISTORIOGRAPHI VIRI CLARISSIMI PROOGVS IN LIBROS ANTIQ VITATVM VIGINTI INCIPIT FOELICITER : ET DE GRECO IN LATINVM TRADVCTOS PER VENERABILEM PRESBYTERVM RVFFINVM AQ VILEIENSEM VIRVM DOCTISSIMVM.

HISTORIAM CONSCRIBERE DISPONENTIBVS NON VNAM nec eandem uideo eiusdem studii causam: sed multas existere: & ab alterutro plurimum differentes. Nam quidam eoꝝ sui sermonis pandere uolentes ornatum: & ex hoc gloriá aucupantes: ad partem huius disciplinæ accedunt. Alii uero illis gratiam referentes : de quibus ipsam descriptionem esse contigerit in opere eodem ultra uirtutem coacti sunt laborare Quidam autem ipsa rerum necessitate uim passi sunt: ut ea quibus interfuerunt cum agerẽtur: scripturæ declaratione colligerent: Multos autẽ magnitudo rerum utilium in occulto iacentium inuitauit : ut historiam ex his ad utilitatem deberent proferre comunem Harum itaq; quas prædixi causarum : duæ nouissimæ mihi etiam prouenerunt. Bellum nanq; quod inter Romanos & nos iudæos fuit : & qui actus ei quiq; finis accesserit : experimento ipse cognoscens narrare coactus sum: propter eos qui ueritatem in ipsa conscriptione corrumpũt. Præsens autem opus assumpsi: credens etiam dignũ studium Græcis omnibus aperiri. Continebit itaq; omnem antiquitatem nostram & conuersationis ordinem ex hæbraicis litteris interprætatũ: Dudũ siquidem cum bella conscriberem proposuerã declarare qui fuerint in inicio iudæi: & quibus sint usi fortunis: & per quem legislatorem sint eruditi hoc quod ad pietatem aliáq; uirtutis continentiam noscitur attingere: & q̃ longis pugnantes téporibus : inuiti nouissime uenerint ad certamina Romanoꝝ. Sed quoniam ingens erat operis eius ordo & ualde perplexus in ipso libro diuidens disponensq; principia: atq; finem conscriptionem ipsam abbreuiare tẽtaui. Tempore nanq; procedente secundum illud quod solet accidere grandia cogitantibus : mihi quoq; segnicies tarditasq; successit tantam arripiendi materiam in usum extraneæ quippe linguæ : & a nostra consuetudine peregrinæ. Erant autem qui me historiæ desiderio pro rebus talibus inuitarent : & præcipue horum omnium epafroditus uir qui uniuersas quidem diligere disciplinas : maxime autem rerum gestarum. cognitione gauderet utiq; : cum & ipse magnis rebus & multimodis causis interfuisset : & in omnibus mirabilem naturæ fortitudinem: & immutabilem uoluntatem suæ uirtutis ostenderet. Huic enim uiro semper obediens qui utiliter & bene agentium cooperator existeret : ne uideret desidia potius q̃ optimo labore gaudere : ad hoc me protinus armaui illud quoq; super ea quæ iã dicta sunt non transitorie cogitans: quia per hæc & de nostra prosapia aliquid tradere nostris uolui: & de Græcis si quis eoꝝ scire quæ nostra sunt uoluerit. Cõperi siquidem quomodo Ptolomeoꝝ secundus rex maxime circa disciplinam & librorꝝ collectionem studiũ habẽs in nostra præcipue lege opus suæ largitatis ostendit : & constituta eius festinauit græca uoce transferri. Pontifex uero noster Eleazarus: nulli uirtute secundus non inuidit: ut prædictum regem hac utilitate priuaret : cui omnino forsitã restitisset: nisi patriæ nostræ congrueret : ut nihil bonoꝝ eius remaneret occultum : Ideoq; mihi scilicet ipse conuenire putaui : ut magnanimitatem quidem pontificis imitaret : & ut regie largitati similiter responderetur ab eis qui doctrine amatores esse noscũtur . Neq; enim ille omnem descriptionem a translatoribus accepit : quando ea tantũmodo quæ legis sunt : hi qui ad explanationem missi fuerant . Alexandriam tradiderunt: cum sint alia innumera quæ per sacras litteras indicantur : utpote quinq; milium historia in istis exposita: & diuerse quidem in his continentiæ sunt. multæ uero ciuitatum fortunæ: & fortia facta ducum: & mutabilitates conuersationum : quod totum ex ipsa historia præcipue poterit quilibet agnoscere. si eam uoluerit lectitare: in qua etiam reperitur : quomodo eis qui uoluntatem propriam non sequuntur : & ea quæ bene sancita sunt transcendere non præsumũt omnia ad terminum fidei tendentia Prospere paguntur: & honoris fœlicitas præbetur a deo: quando uero recesserit aliqui ab huius diligentiæ uetitate: fiunt eis oia sub inopia: quæ uidebantur in abundantia cõstituta : & incalamitatem importabilem eis uertitur : quicquid quasi bonum agere festinabant . Iam itaq; eos qui lecturi sunt hos libros exoro : ut uoluntatem suam deo submittant : & legislatorem nostrum probent si naturam eius digne considerauit: & semper decẽtes actus uirtutis eius exposui: purá rõnem de illo custodiens ab omni quæ refertur ab aliis turpitudine fabulaꝝ licet ex longitudine temporis : & ætate uetustiore potuisset multam figmentorum falacium habere licentiam. Fuit enim ante annos duo milia : In qua longitudine seculi neq; ipsorũ deorum generationes poetæ: nisi forte hoium actus aut leges dicere præsumpserunt: integritatem uidelicet eorum quæ a me conscripta sunt: procedens sermo ordine proprio declarauit. Hoc facturum me in negotio isto proposui: ut nihil adiiciam : nec iterum pretermittam . Quia uero pene omnia ex moyseos legislatoris sapienitia apud nos pendere noscuntur : necesse mihi est pauca de illo prædicere ne qui legentium quærant : cur nostri sermo studium descriptionis habens de dictis & factis in tantam naturæ rationem processerit. Sciendũ itaq; quõ legislator ille omnium rerum necessa-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

rium iudicauit ut quisquis suam uitam bene gubernaturus & legem esset aliis positurus: dei primitus deberet considerare naturam: operamq; eius mente contemplaretur: & eius exemplum imitaretur: & quantum esset uirtus hunc sequi tentaret. Neq; enim uel ipsi legislatori fuit sufficiens mensdum in ipsius utiq; .contemplatione de ficeret : nec eis qui conscripturi sunt pro causa uirtutis aliquis prosper euentus erit: nisi præ omnibus doceantur quia pater omniũ & dominus deus existens: & uniuersa respiciens: sequentibus se uitam fœlicissimam præbet: a uirtute uero digredientes: maximis calamitatibus subdit. Hoc ergo docere desiderans Moyses suos ciues ac populos legis constitutionem nõ ab ore communi: nec a propriis placitis inchoauit: sed ad deum & mundi fabricam eoꝝ mẽtes erigens & persuadens: quoniam creaturaꝝ terrenarum opus dei præcipuũ hoĩes sumus: dum habuisset eos iam ad ĩpietatem obedientes: de rebus reliquis eis facillime persuasit. Alii nanq; legislatores fabulas sequẽtes humanoꝝ delictoꝝ confusionem potius in deos suos sacrilego sermone uerterunt: & multam malignis peccandi licentiam præbuerunt. noster uero legislator summam uirtutem deum habere pronũcians. infudit hominibus ea participari: & eos qui taliter non saperent nec crederent: iussit ineuitabiliter castigari. Secũdum hoc ergo argumentũ facere examinationem lecturos exoro. sic enĩ considerantibus nihil irrationabile dictum nihil ad maiestatẽ dei atq; clemẽtiam uidetur incongruum: Cuncta nãq; circa naturam rerum affectionem consonam habere noscũtur. alia quidem aperto uel simplici modo legislatore tangente. alia uero cum sua honestate allegorice proferente : quia qui clare dici proderat: hæc manifeste declarauit. Volentibus autem etiam cãs reꝝ singulas considerare: cõtẽplatio multa nimis: & ualde philosophica repitur. Quod ego nũc quidem dicere suppono : sed deo tempus præbẽte nobis post hoc opus tentabo conscribere. Cõuertar autem ad reꝝ narrationem: reminiscens primitus eoꝝ: quæ de mũdi fabrica Moyses dixit. Hæc aũt in sacris libris comperi ita conscripta.

Iosephi antiquitatis iudaicæ liber primus incipit fœliciter.

De creatione cæli & terræ: & de operibus sex dierum: & requiæ diei septimi. CAPI. .I.

IN PRINCIPIO CREAVIT DEVS CELVM ET TERRAM: SED DVM terra ad aspectũ non ueniret: & profunditate tenebris celaretur: & spiritus dei desuper portaretur deus fieri iussit lumen: quo facto cõsiderans omnem materiam: separauit lumen & tenebras: & aliæ quidem rei nomen imposuit noctem : aliud uero uocauit diem: uespere & mane appellãs initium lucis & requiem. Et his quidem est primus dies : moyses autem eum unum esse dixit. Et licet sufficiat cãm huius rei etiam nunc dicere; tamen quia pollicitus sum rationem causarum singularum seorsum tradere: illud ad huius rei interpratatiõem me necessarium est differre. Post hæc secunda die cælum super omnia collocauit: ipsumq; ab aliis distinguens: in semetipso constitutum esse præcepit: & ei cristallum circũfigens: humidum eum: & pluuialẽ ad utilitatem quæ fit ex terræ imbribus : cõgrue fabricatus est. Tertia die statuit terram: circa eam mare diffundens. Ipsa uero die repente uirens herba & semẽ de terra sunt orta. Quarta autem die ornauit cælũ sole & luna: aliisq; sideribus : motus eis tribuẽs atq; cursus: qbus horaꝝ distictiones mãifeste designarent. Quĩta die aĩalia natatilia & uolatilia: alia quidem in profundo. alia uero in aerẽ esse constituit: copulãs ea ad cõmunionem atq; permixtionẽ cã prolis profuture: & ut eoꝝ natura multiplicari potuisset & crescere. Sexto uero die creauit quadrupedũ genus: masculinum faciens atq; fœmininũ: in quo ẽt hoĩem finxit. Ita ergo mundũ cũctũ sex diebus & omnia quæ in eo sunt facta Moyses ait. Septimo die deum ab operibus manuũ suaꝝ requieuisse dicens. Vnde ẽt nos eo die laboribus propriis uacare dignoscimur: eum sabbatum appellantes: quod nomen requiem hæbraica lingua significat.

De plasmatione ꝓthoplastorum: & de plantatione paradisi: & de introductione Adam & Euæ in ipsum. CAPI. .II.

POst septimã uero diẽ cepit de hoĩs natura moyses reddere rationẽ: ita dicens. Finxit deus hoĩem: puluerẽ de terra sumẽs: & ĩ eũ spiritũ ĩspirauit & animã. Hic ãt hõ Adã uocatus ẽ: qđ nomẽ hæbraica lĩgua significat rubeus: quoniã cõspsa rubea terra factus ẽ. Talis ẽ.n. uirgo tellus & uera. Præsẽtauit quoq; deus ade aĩalia scdm genus fœmininũ masculinũq; demonstrans: & his nomina ĩposuit: q̃bus ẽt nũc uocant. Videns ergo deus adã non habentem societatẽ ad fœminã neq; cohabitationem cũ utiq; nõ esset: delectãs aũt in aliis aĩalibus quæ copulata uidebantur : una dierũ eo dormiẽte: auferẽs costã eius: finxit ei mulierẽ: & Adã sibi iunctã: cognouit de se fuisse plasmatã. Issa hæbraica lĩgua mulier appellat. Nomen uero mulieris illius erat Eua: qđ significat oĩum uiuentiũ matrẽ. Dicitur aũt deum etiã ad orientem plantasse paradisum omni germiniatione florentem: in hoc enĩ esse & uitæ plantationem : & aliam prudentiæ: qua cognosceretur quid esset bonũ: quidue malũ: & in hunc ortum introduxisse Adã & eius uxorem: præcipientem plãtationum eos habere solicitudinem. Rigatur uero ortus hic ab uno flumine: circa omnẽ terrã undiq; perfluente. Hic in quattuor diuidit ptes : & phisõ, quidẽ nomẽ ẽ uni: qđ ĩundationẽ significat: eductus ĩ idiã: in pelago late diffũ

dit: qđ geta nũcupat a græcis: euphrates aũt & tigris in mare rubrũ ferũtur. Vocat euphrates q̃dẽ foras: quod significat dispsiones seu flos: tigris autẽ diligat. quod indicat acutum aliquid & angustũ. Geon quoq; p ægyptũ fluẽs: ostẽdit eũ qui nobis ab oriẽte redditur quẽ græci appellãt nullũ.

De transgressione prothoplastorum: & de eiectione eorum de paradiso. CAPI. .III.

DEus igit adã & mulierẽ ex aliis qdẽ plãtatiõibus gustare præcepit. De prudentiæ uero plãtatiõe uoluit abstinere: p̃dicẽs cõtigẽtibus ex ea pditionẽ esse uẽturã. Et dũ illo tpe cũcta aĩalia cõcordarẽt: serpẽs cohabitãs cũ adã atq; muliere ĩuidiã habuit: in qbus eos arbitrabat eẽ fœlices obediẽtes utiq; præceptis dei. Quos reputãs p inobediẽtiã calamitatis succũbere: psuasit mala uolũtate mulieri: ut de prudẽtiæ plãtatiõe gustaret dicẽs in ea eẽ boni maliq; cognitionẽ. Quo facto: beatam eis uitã: & cui nihil diuinæ cognitiõis deesset dicebat accedere: & seduxit qdẽ mulierẽ: ut dei mãdata cõtẽneret. Quæ cũ ex illa plãtatiõe gustasset: & tali epulatiõe gauderet: ẽt ade exĩde ut uesceret psuasit. Quo facto: semetipsos cognouerũt eẽ nudos: cõfusionẽq; manifestã habẽtes: tegumẽtũ sibimet reqrebãt. Illa nãq; plãtatio cã acumis erat & ĩtellectus. Foliis ergo fici semetipsos opuerũt: & hæc genitalibus opponẽtes: uidebant sibi in his magis eẽ fœlices quæ prius reputabãt se difficilius ĩuenire: deo aũt in hortũ ueniẽte: adã ne ad eius uẽiret colloquiũ: cõscius ĩiqtatis suæ discessit. Deus itaq; ĩtẽdẽs qđ egerat: cãm reqrebat pp quã prius eius alloqo delectaret: postea uero refugeret atq; cõfũderet. Illo ergo nihil loquẽte: eo q̄ se cognouerat dei trãsgressũ fuisse mãdatũ: deus ait. Mihi qdẽ de uobis notũ ẽ: queadmodũ fœlicẽ uitã extra oĩum maloꝝ passionẽ habueritis: nulla sollicitudine aĩum uestrũ cõturbãte: cũ uobis spõte ad fruẽdum & ad uoluptatis abũdãtiã orirẽtur uniuersa: me ꝓuidẽte uirẽtia sine uestro labore & miseria: sed nũc male p̃sentibus senectus uelox uobis adueniet: & nõ lõga uita succedit: quoniã mihi cõtumeliã tali uolũtate fecistis: mea mãdata p̃uaricãdo. Neq; enĩ uirtutis cã taciturnitate cõstrĩgeris: sed mala cõsciẽtia retineris. Adã uero peccati ueniã postulabat: rogabatq; deũ: ne eũ nimis affligeret: & de facto cõiugẽ accusabat: dicẽs se ab ea seductũ deliq̃sse. Quæ rursus de serpẽte q eã seduxerat quærebat. Deus aũt adã uictũ cõsilio mulieris: pene subiecit: p̃cipiẽs terræ ne qcq̃ eis spõte ꝓferret: sed laborãtibus & opatiõe cõtritis: alia qdẽ fruges daret: alia denegaret. Euã uero partu & cõceptionũ doloribus castigauit: quõ Adã ĩ qbus ipsa fuerat a serpẽte decepta seducẽs: calamitatibus ĩplicita. Abstulit & serpẽti uocẽ: iratus eius malignitati quã gesserat in adã: & uenenum ei sub lĩgua ponẽs: q̄ eẽt homĩbus inimicũ: præcepit ut mulier eius capiti plagas ĩferret: ille uero iacens homĩbus eẽt aduersus: & iteritũ facilẽ eis ꝓ uĩdicta portaret. Quẽ etiã pedibus priuauit: ut uolutatus in puluere traheret. Et deus q̄dem hæc eos pati præcipiens: transmigrauit Adam & Euam ex horto in aliam regionem..

De ĩterfectiõe Abel p Cain : & de pena qua multatus ẽ Cain: & de duabus colũnis latericia & lapidea: in qbus cõscripserũt filii Adã omnẽ disciplinã reꝝ cælestiũ q̃ p se adiuenerũt. CA. IIII.

NAti sũt aũt eis filii duo masculi: quoꝝ unus qdẽ p̃or appellabat Cain: qđ nomẽ ĩterp̃tatũ significat possessionẽ. Abel uero secũdus: qđ significat: nihil hoc. Quibus nate sũt etiã filiæ. Germãi siqdẽ diuersis studiis luctabant. Abel qdẽ iunior iusticiã colebat: & ĩ oĩbus q̃cũq; gerebat: deũ putabat eẽ p̃sẽtẽ: uirtutiq; ꝓspiciebat: cuius erat cõuersatio pastoralis. Cain ãt erat circa alia malignissimus: & ad lucra solũmõ semp ĩtẽtus. Terrã arare primus cõpit: & fratrẽ huiusmõi cã pemit. Nam cũ eis placuisset sacrificare deo: Cain qdẽ de culturæ germiatiõibus optulerat fructũ. Abel aũt lac: & primogenita grægũ: agnũ deus potius in hoc sacrificio delectatus ẽ: q̄ spõtaneis & naturaliter ortis fructibus fuerat honoratus: & non in illis quæ ex ĩuẽtiõe hoĩs auari nata uidebant. Qua ꝓpter Cain indignatus: eo q̄ Abel fuisset ei a deo p̃positus: fratrẽ ĩteremit. Quẽ cũ necasset: & mortuũ occultaret: credidit latere cõmissũ. Deus aũt sciẽs qđ erat factũ: uenit ad Cain: de fratre pquirẽs ubi eẽt: q̄ eũ diebus plurimis nõ uideret : dũ cætero tpe illũ cũ eo cõuersari respiceret. Cain aũt hesitãs: nec habens qđ deo potuisset dicere: ipseq; prius se q̄ fratrẽ nõ uiderit dicere cogitaret: cũ domĩus uehemẽter ĩstaret & pscrutaret: ĩdignatus ille: nõ se eẽ pedagogũ nec custodẽ eius: nec actuũ fratris affatus ẽ. Deus ergo repẽte Cain increpauit ĩterẽptorẽ fratris effectũ: & ait. Ammiror si de fratre nescis dicere qđ factũ sit: quẽ ipse peremisti? Cui tamẽ sacrificiũ celebrãti: atq; poscẽti: ne ob hoc irã suscipet: seuiorẽ penã homicidii relaxauit: maledictũq; eẽ cõstituit & eius sobolẽ usq; ad generatõnẽ septimã miatus ẽ esse puniẽdã: & ex illa terra eũ cũ uxore ꝓiecit. Quo formidãte: ne bestiis capiẽdus ĩcideret: & eo mõ periret iussit ut nihil triste de tali cogitatiõe metueret: nec enĩ ei ꝓpterea mali qcq̃ euẽiret p bestias: ac p oẽm terrã eũ sine formidĩe signo ei posito quo notus fieret: abire p̃cepit. Multã ergo pagrãs terrã cũ sua uxore Cain collocatus ĩ loco q naida nũcupat: ubi moratus ẽ: quo ẽt ei filii nati sũt. At uero penã illã nõ habuit ꝓ emendatione: sed pro ĩcremẽto mali: libidinẽq; potius nutriuit ĩ corpore: licet cũ ĩiuria secũ cõmorãtiũ hãc haberet: augẽs domũ multitudine pecuniaꝝ: ex rapinis & uiolentia cũ gestaꝝ. Ad luxuriã quoq; & latrocinia suos familiares ĩuitans: quoꝝ doctor in cælestis studiis erat: & simplicitatẽ qdẽ cũ q̃ p̃us uiuebãt hoĩes adinuentiõe mẽsuraꝝ & põdeꝝ pmutauit: integrãq; eoꝝ uitam ex earũ rerum ignorantia & magnanimitate ad calliditatẽ corruptionemq;

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

pduxit : Termios terræ primus posuit ciuitatēq; cōstituit:murisq; muniuit:illicq; coegit suos cōuenire domesticos.Hāc ergo ciuitatē ab enoch filio suo seniore enoichā appellauit . Enoch uero irath filius fuit:ex quo maiuahel:cuius fuit filius matusahel q habuit filiū lamech: cui filii & filiæ septē & septuagīta fuerūt ex duabus uxoribus eius nati sella & ada.Horꝝ iobal quidē qui fuit de ada.tabernacula fixit:& greges amauit:tubal consāguineus eius existēs:musicā coluit:& psalteriū:citharāq; laudauit.Tubalcain qui ex altera natus est:fortitudine cūctos excellēs:res bellicas decēter exercuit:ex his etiāq; ad libidinē attinēt corporis enutriuit:ferrariam artem primus inuenit: habuitq; sororē noīe noemma.Et quoniā lamech diuinas res sapiēter sciens:uidebat se subiacere pene Cain ob necē fratris:hoc suis uxoribus idicauit.Adhuc aūt uiuēte Adā:cōtigit Cain sobolē p successionē esse nequissimā:& aliū alio peioré existere:qui utiq; ad bella incōtinētes erant & ad latrocinia properabāt. Siquis eorꝝ segnis esset ad effundendū sanguinē: aliis rebus pessimis imminebat:contumeliā faciens & auarus existens.Adā uero q primus de terra factus ē:& de quo nos exigit ratio adhuc habere sermonē:Abel quidē extīcto Cain aūt propter necē eius effugato': de procreatione filiorꝝ cogitabat:& uehemēter eū generationis amor habebat:agētē annos ducētos & trigīta:sup quos alteris uiuēs septingētis defunctus ē.Fuerūt aūt ei & alii filii plurimi: inter quos etiā seth: sed de aliis quidē longū est dicere:conabor uero de seth dicere tātūmodo.Is nāq; nutritus & pueriēs ad ætatē quæ iam posset ea quæ sūt bōa discernere:uirtuti studuit:& cū fuisset uir egregius:imitatores sui filios dereliquit.Illi quoq; omnes cū boni fuissēt orti:in eadē terra sine uexatione uiuentes:felicissime cōmorati;sūt:nihilq; eis usq; ad uitæ terminū crudele ꝓuenit Disciplinā uero rerꝝ cælestiū & ornatum earꝝ primitus iuenerūt:& ne dilaberētur:ab hominibus quæ ab eis iuenta fuerāt:aut anteq; uenirent ad cognitionē depirent : cū ꝓdixisset adam extermi nationem rerum omnium:unam ignis uirtute:alteram aquarꝝ ui ac multitudine fore uenturam: duas facientes colūnas:aliam ex lateribus:aliam ex lapidibus ambabus quæ inuenerant conscripserunt:ut & si constructa lateribus exterminarēt ab ymbribus :lapidea permanēs præberet hominibus scripta cognoscere:simul & quia lateralem aliā posuissent:quæ tamen lapidea permanet hactenus in terra syria.Et isti quidē septem generationibus permanserunt:deum iudicantes esse dominum omnium: & ad uirtutem semper inspicientes.

De inūdatiōe diluuii sup terrā:& ubi Noe saluatus ē cū generatiōe sua p arcā. CAPI. .V.

DEinde tempore procedente de paternis solemnitatibus ad mala progressi sūt:neq; legitimos honores ulterius præbētes deo:neq; circa hoīes iustitiæ uerba faciētes:sed zelū quem prius habuerunt pro uirtute:in duplam maliciam postea per ea quæ gerebāt monstrauerunt.Ob hoc itaq; contra se deū irritauerunt.Nam multi angeli dei mulieribus coeūtes iniuriosos filios genuerūt:q oē bonū despiciētes pp confidentiam fortitudinis similia his qui dicti sunt a græcis gigantes ppetrare traduntur . Noe autem grauiter ferens eorum actus:& habens eorum consilia nimis ingrata:agebat ut ad meliora eorum mentem actusq; transferret.Cū ergo uideret nō acquiescentes ad talia:sed uehementer eos malorꝝ libidine detineri:metuens ne ipsum quoq; cum uxore & filiis & suis omnibus interficerēt discessit ab ea terra.Deus itaq; Noe quidem iustitiā dilexit:condemnauit autem non solum illorum malitiam: sed omne genus humanum.Quod dū ei disperdere placuisset:& aliud constituere genus maligni/tate priuatum:& minuere hominū uitam:annisq; non quantis prius uixerant:sed usq; ad cētū.xx. annos esse mensuram: tunc aridam conuertit in maria:& sic uniuersi inūdatione perierunt.Noe uero liberatus est solus:dicente ei deo:ut sibi fabricā ad salutē huiusmodi faceret ideſt arcā quatuor cameras habentē:& longitudinem cubitorum trecentorum:quinquaginta uero latitudinē: & triginta altitudinem:in quam cum matre filiorum:& eorū uxoribus introiuit. Et alia quidem quæ sibi pro solatio uitæ erant necessaria posuit cunctorumq; animalium ad seruandū genus eorum:masculos simul ac fœminas pariter introduxit:aliorum uero animalium numerū septuplū. Erat itaq; arca parietibus atq; camera fortis:ut ex nulla parte fluctuaret:nec aquæ uiolentia uinceretur.Et Noe quidem cum suis ita saluatus est.Erat autem & ispe quidem ab Adā decimus lamech uero filius:cuius pater fuit matusalā.Hic fuit ex enoch qui fuit iareth:iareth autem fuit ex malaleel:qui de cainan natus est:qui fuit ex enos cū fororibus plurimis.Enos uero seth filius fuit qui natus est ex adam.Contigit quoq; hæc passio sexcentesimo anno natiuitatis noe mēse secundo:qui a macedonibus Dyo nuncupatur:ab hæbreis autem marachat:seu anmarsuane . Hi enī in ægypto annum constituerunt.Moyses autē nisan mensem qui est xanticus:primum in festiuitatibus definiuit:in quo ex ægypto hæbreos eduxit.Hic ergo apud eū etiā in cūctis muneribus diuinis ualde pollebat:in uenditiōibus aūt & emptionibus:& alia gubernatiōe prioris sæculi decreta seruauit.Pluuiam uero inchoasse dicit die septima & uigesima die præsentis mensis:& usq; ad hoc tempus ab adam qui primus creatus est.anni fuerūt duo milia:sexcenti quinquaginta sex. Quod tēpus in sacris libris cōscriptū:multa integritate signatū ē:una cum natiuitatibus insignū uirorum:qui tunc fuerunt simul & terminis.Adam siquidē cū eēt ducentorꝝ annorꝝ &.xxx.seth filius natus est:qui nongentos &.xxx. uixit annos.Seth cētesimo & quinto anno genuit enos.Qui cū

quinq; & nongentis uixisset annis:caine filio suo diligentiā tradidit rerꝝ quē genuerat ānō nonagesimo.Hic uixit annis.xii.& nōgētis. Cainā cū uixisset.x.& nōgētis annis:malaleel filiū dereliqt: annorꝝ septuaginta.Iste malaleel cum uixisset nonaginta:& octingentisquinq; annis defunctus ē: iareth filium derelinquens:quem genuit cum.lx.iam & centum esset annorum. Cui octo &.lx.sū per hæc & nongentis annis uiuenti:enoch filius successit:natus cū.lx.duorꝝ & centū annorū pater eius existeret.Qui uiuens trecentis.lxv.annis:discessit ad deum.Vnde non finis eius inuenīt esse conscriptus.Matusalas autem enoch filius quinto ei & centesimo ānō natus:lamech filium habuit cum esset annorum. lxxvii. & centum: cui tradidit principatum quē ipse tenuerat annis nongentis sexaginta & nouem.Lamech itaq; cum habuisset principatū annis septingētis & septē Noe suū filiū rerum præceptorem ostendit:qui de lamech natus est agente:annum ætatis secūdū & octogesimum:quiq; qnquaginta & nongentis annis rerum extitit præsul. Isti uero anni q collecti sunt:tempus quod prius conscriptū est cōpleuerunt.Nullus itaq; perscrutetur priscorꝝ fines quando cū suis filiis:eorūq; auis aut attauis suā quis extendebat ætatē: sed tantum ortū generationis eorum intendat.Igitur decernēte deo:& incipiente pluere :aqua cunctis diebus.xl.ferebat : ita ut usq; ad quindecim cubitos transcenderet terram.Quod propterea factū est:ne plurimos fugæ occasio liberaret.Quiescente autem pluuia:aquæ uix centum quinquaginta diebus defecere: quasi mense.vii.Quo instante paulatim inchoauit latens herba parere.Deinceps dū arca circa sūmitatem cuiusdam montis in armenia constituti sedisset:intelligens noe aperuit eam:& respiciēs modicam terram circa eam:in spe meliore constitutus:tunc quidem siluit. Post paucos uero dies aqua amplius recedente misit coruum uolens agnoscere:si quid etiam aliud terræ fuisset ab aqua derelictum:& ad egrediendum iam tutum esse uideretur . Qui cuncta reperiens inundantia non regressus est ad noe.Post septem ergo dies colūba quam miserat ut aliquid de terra cognosceret: lutulenta remeante simul & ramum oliuæ portante:cognoscens terrā diluuio liberatam:manēsq; adhuc.vii.aliis diebus:animalia ex arca dimisit:& ipse cum generatione sua simul egressus:sacrificāsq; deo cū suis epulabat.Hūc aūt locū armeni egressoriū uocāt:illic eni arcæ saluatæ reliquias nūc usq; puinciales ostēdūt.Huius uero diluuii & arcæ memoriā faciūt oēs q historias barbaricas conscripserunt:quorum unus berosus chaldeus narrans de diluuio:taliter est affatus . Dicitur & nauis eius quæ in armeniā uenit:circa monte chordieum adhuc aliqua pars esse:& quosdam bitumen exinde tollere:quo maxime homines ad expiationes utuntur.Meminit autem eorꝝ & hieronymus ægyptius:qui antiquitatem phœnicis noscitur descripsisse.Sed & manaseas damascenus in nonagesimosexto historiarum libro ita de eis dicit.Est & super miniadā excelsus mōs in armenia:qui paris appellatur: ī quo multos confugientes:sermo est diluuii tempore liberatos & quēdā simul in arca deuectum in montis ocilæ uenisse summitatem:lignorumq; reliquias multo tēpore conseruatas Fuit autem iste quem etiam moyses legislator iudæorum scripsit .

Noe post diluuium oblatis domino hostiis.orat nullam aquarum iundationem ulterius induci super terram. CAPI. VI.

NOe uero metuens:ne per annos singulos diluuium terræ deus induceret:humanū genus decernēs omnino deleri:fana incendens omnia:supplicabat de cætero deū pro statu priori:ut nullam ulterius huiusmodi u stationē super eā induceret: quo periret genus omne aialiū:sed punitis malis parceret eis qui ꝓpter bonitatem fuerāt derelicti:& decreuerūt mala uitare:nā infœliciores scilicet essent ab illis & peori afflictione dānati si nō saluarent ad integrū sed magis alteri diluuio seruarentē:cū priores quidem terrorem experimētūq; uidissent:posteri uero perditionem nouissimam sustinerent : rogabatq; ut eius hostias propicius susciperet dignaretur:& nullam iracundiam similem ulterius terra susciperet:ut eius opibus impignati & ciuitates constituentes uitam habere possent fœliciorem:& nullo bonorū quibus ante hymbrem adepti fuerant fraudarentur:ad longam utiq; senectutē & uitæ longitudinē puenturi.

Deus annuit ꝓcibus noe:arcū pluuialē designās ei ī testimoniū fœderis. CAPI. VII.

NOe ergo has effundente preces:deus pro iustitia uirū diligens annuit : ut eius uota ad finem usq; perduceret:neq; defunctos dicens ipse se perdidisse sed pœnā præ malicia ꝓpria pertulisse:neq; ut tales essent homines qui ita perderētur fuisse factos cū utiq; castū eis nosset esse pricipiū:neq; donasse uitā quæ corruptiōi delectarēt:sed p quā cōtumeliā iquit me pietati & uirtuti fecerūt:p ea quoq; cōpulerūt me ut pœnā hāc eis iferrē.Cessabo nanq; de cætero post hanc iram ab eis pro suis iniquitatibus pœnas exigere : & multo potius te rogante:& si in aliquo amplius aliquando peccauerint:iam non opus erit hymbriū magnitudo : neq; enim aq ulterius terras ita rigabo.Moneo tamen ut ab humana nece omnes abstineant:& sint ab homicidio puri:facientes quippe tale aliquid:puniturī sunt . Vltimi uero cūctis aialibus his ut uultis:& desiderium quisquis habuerit:dominos enim uos omnium esse feci terrenorum: & nataliū:& quæcūq; uolatilem habēt motū:& in aere quæcunq; uegetantur abstinētes a sanguīe in quo est anima.Designo aūt uobis futuram requiem arcu meo.Arcus enim dei apud illos eis esse putatur.Et deus hæc quidem dicens atq; promittens siluit.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CREDOS.USAL.ES

De morte noe:& de filiis eius. CAPI. VIII.

NOe uero cū uixisset post diluuiū trecentis & quinquaginta annis:omne tēpus fœliciter agens mortuus est anno uitæ suæ nongentesimo quinq̄gesimo. Nullus ergo ad uitam modernam:& annorum breuitatem quibus nūc uiuimus uitam comparans antiquoꝝ: puret falsaq̄ de illis sūt dicta:& ex eo q̄ nūc uita tāto nō ducatur tēpore : credat neq̄ illos ad uitæ illius lōgitudiné puenisse.Illi náq̄ cū essent religiosi:& ab ipso deo facti:& cū eis pabula oportuniora ad maius tēpus existerét ꝓparata:tātoꝝ annoꝝ circulis rite uiuebant. Deide ꝓpter uirtutes & glorioſas utilitates quas iugiter perscrutabātur.i.astrologiá:& geometriá: deus eis amplius uiuēdi solacia cōdonauit:q̄ nunq̄ ante adiscere potuissēt nisi sēxcētis uiuerent annis.Per tot enī annoꝝ curricula magnus annus ipleť.Testes aūt mei dicti sūt:omnes qui antiquitatem apud græcos & barbaros cōscribere maluerunt.Ná & manethon qui descriptioné fecit ægyptioꝝ:& Berosus q chaldaica deflorauit:& mochus & estius:ad hæc & Hieronymus ægyptius qui phœnicam disposuerunt:concordant cum meis dictis.Isiodus quoq̄ & egatheus:& hellanecus:& accusilaus:& inter hos ephorus:& nicolaus ī historiis suis memoriá faciūt ātiquorū annis mille uiuétiū.De his itaq̄ sicut singulis gratū-ē:ita cōsiderēt.Filii aūt noe tres erāt Sem Cham & Iaphet:qui ante cētū annos diluuii fuerāt generati.Hi primū de mōtibus ad cāpestria descenderunt:ut habitaculū illic haberēt:& alios ualde metuentes ꝓpter diluuium ad cāpos descēdere : & segniter habentes:ab excelsis locis ad iferiora uenire cogerunt: q̄ppe ut eorū fiduciæ imitatores existerent.Et campus quidem in quo prius habitauerūt:sennar appellatur.Deo autem iubēte eos ad crementum hominum peruenire dispersi sūt:ne iter se dissensiōes efficerēt:sed ut multa terraꝝ ihabitātes spacia:abūdātia fructuū potiretur.Qui cū eēnt eruditi:& deo obedientes existerēt : in calamitatibus icidētes:sua grauiter peccata sensērūt.Et quia iuuētutis multitudie feruebāt: rursus eos deus a semetipsis migrare fecit:quoniá nō illius ꝓpitiatiōe putabāt sē bona habere : sed ꝓpriá fortitudiné sibi putabāt cām eé diuitiaꝝ.Vnde apposuerūt ut uolūtati dei obedientes existerent: putātes q̄ per iuidiá eius ab alterutris migrarētur:ut diuisi facilius possent subiugari deo.

De nemroth filio chā:& de ædificatione turris:& de discordia diuersaꝝ linguaꝝ. CAPI. IX.

FEcit auté eos eé elatos ad iniuriá dei & cōtemptū nébroth filius cham:filii noe. Qui cum esset audacior & manufortissimus:suadebat eis:ut nō deo ascriberent:quia hominibus ꝑ illū fœlicitas eueniret:sed quod eis propria uirtute præberetur: & cognatos generis sui ad causam tyrannidis aduxit:solus ipsē præsumés homines a dei timore reuocare:& spem suam in propria uirtute reponere:ulcisiq̄ se dementes in deum putabant:interminantem ferre diluuium terræ.Ob quam causam turrim altiorem ædificanda suadebat:ubi aquæ non posset ascendere.Multitudo autem prona erat:ut nembroth præceptionibus obediret:graue putantes seruitium obsequi deo:& turrim ædificabant in nullo⁹ sua studia deserétes.Sumebat ergo altitudo facilitatem:& plusq̄ sperare quis posset:multis manibus fabricata crescebat.Latitudo tamen ita erat fortissima:ut prope eam respicientibus longitudo uideretur imminui.Edificabatur autem ex latere cocto colligato ex bitumine:ne forte penetraretur:ac soluereť aquis.Sic illos insanientes deus intendens exterminare omnes nō decreuit.quomodo nec aliis dudum perditis formidabát. sed discordiam illis immisit diuersarum linguarum:ut per multas absonasq̄ uoces itellectu carere potuissent.Locus autem in quo turrim ædificabant: nunc babylon uocatur:dicta propter confusionem quā circa locutionem suam tunc habuerūt.Hæ brei náq̄ babel confusionem appellant.De hac uero turri diuersisq̄ uocibus hominum meminit & sibylla dicens.Cum omnes homines unius uocis existerent:quidam turrim ædificauerunt excelsam:tāquá ascensuri per eam in cælum.Dii uero imitentes uentos:euerterunt turrim: & uocem propriá unicuiq̄ partiti sunt:propterea & uocari contigit babyloniam ciuitatem.De campo quoq̄ qui uocaťsennar in regione babylonis:meminit estius ita dicens.Qui de sacerdotibus sunt erepti:iouis sacre sumentes in sennar babylonis uenerunt.

De dispersione gentium in uniuersas terras: post ædificationem turris. CAPI. X.

DIuisit auté post hæc diuersitate linguarum migrationes agentes ubiq̄:& terrá apprehédétes unusq̄sq̄ fœlicé:& ad quā eos deus deduceret:ita ut oīs terra ꝑ eos cōpleretť: mediterranea simul atq̄ maritima.Quidā etiā nauibus trāseuntes īsulas habitauerunt: unde & aliquæ gétes ab institutoribus positas appellatiões hactenus seruāt.Quidá uero placita sibi noia mutauerūt:alii autem ut ihabitatoribus clarius eé uisū é : conuersationé hoīum fecerunt.Græci tamé rei huius auctores:qui posteris temporibus cōfortati:etiam antiquoꝝ gloriam propriam effecerunt:exornarunt & gentes noibus:ut eis sapiens esse uidebať: ornatum utiq̄ ponentes eorum reipublicæ uelut a se constitutæ.

De filiis iaphet filii noe:& de gentibus quæ per eos institutæ sunt CAPI. XI.

naneos non se missurum filiam:quando etiam de sororis cura penitentiam agere se dicebat ꝙ eam
ibidem direxisset.Cum uero iacob hoc fieri consentiret: septem promisit annos : tantum enim so-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cero iudicauit miniſtrandum:uirtutis ſuæ prebens experimentum ut quis eſſet magis agnoſceretur. Laban ſuſcipiens ſermonem tempore tranſacto prepoſuit epulas nuptiarum. Nocte ergo ſuperueniente: ignorante iacob collocauit ei alteram filiarum Lyam ſeniorem: & non decoram aſpectu ille uero per ebrietatem nocte ei permixtus. die facto apud laban de iniuſtitia querebatur: Quid damdam ueniam neceſſitati poſcebat: ob quá talia geſſerat:non enim per malignitaté ei lyam dediſſe: ſed alia maiore cauſa uictum ſe hoc feciſſe dicebat:quæ tamé impedire nõ poſſet:ſed amãti daturũ ſe eã poſt ſeptẽ annos alios promittebat. Conſenſit ergo iacob:nihil.ſaliud ei amor puellæ facere permittebat: & præteritis aliis ſeptẽ ánis rachel accepit uxoré. Erát ambabus miſtræ quas dederat pater: zelpha quidé lye.Rachel aũt bala non quidé ancillæ:ſed ſubditæ. Et lyæ magna erat ſollicitudo de amore uiri: qué habebat circa ſororem ſperabatq; ſe exiſtentibus filiis honorandá:& exorabat continue deũ:natoq; maſculo filio & propter hoc cõuerſo ad eã uiro ruben filiũ nominauit: eo quia dei miſericordia ei fuiſſet cõceſſus: hoc enim ſignificat iſtud nomen. Habuit aũt poſt tempora ét alios tres filios:ſimeon: quod nomé ſignificat exaudibilem ei fuiſſe deum:deinde leui quaſi firmator ſocietatis:poſt hunc iudam quod gratiarum ſignificat actionem. Rachel auté metuens ne propter copiam partus ſororis minorem apud uirum partem haberet collocauit cum lacob ſuam famulam balam ex qua naſcitur dan: quod a deo iudicatum latina ſignificat lingua & poſt hũc neptalim tanq; ex machinationibus:eo q; contra partus ſororis copiam arte fuerat uſa.Hoc & lya fecit contra opus ſororis denuo machinata:collocauit ei & ipſa ſuam famulam:& natus eſt de zelpha filius gad,quod quis potuerit appellare fortuitum:& poſt hunc aſer:quod beatificũ poterit dici: qui lyæ gloriam cumulauit. Cum autem ruben ſenior filio⁹ lyæ matri mandragore mala portaret:rachel aſpiciens dari ſibi poſcebat:quia cupierat cibũ:illa non conſentiente:ſed ſufficere ei dicente;q; eam uiri honore priuaſſet:rachel mitigans ſororis iram conceſſura ſe ei dicebat:ut cum ea uir illa nocte maneret.Qua hoc percipiente munus lacob cũ lya dormiuit. Rurſus ergo nati ei filii ſunt: yſachar quidem quod ſignificat mercede factum:zabulon quod indicat fauoris pignus ad eã. Nata eſt auté & filia dina. Poſt hæc tempora natus eſt & rachel filius loſeſph: quod ſignificat augmentũ alicuius faciendum.Hoc ergo omne tempus quod ſũt anni uiginti paſcebat ſoceri greges. Poſt hoc rogabat ut ſumptis uxoribus ab eo diſcederet. Socero hoc non permitente latenter hoc facere cogitabat:uxores requirebat quid de profectione tractarent. Illis autem diſcedere libenter dicentibus rachel & ſimulachra deorum quos collere patria lex erat pariter furata cum lya ſorore fugiebat & utriuſq; pueri:& puellæ cum filiis: & quicũq; poſſeſſio eis erat. Ducebat etiam grægum medietaté non reſpiciente laban. Rachel deorum ſimulachra portabat:licet docuiſſet eã lacob huiuſmodi deorum honorem ſpernendum:ut ſi compræhenderentur ſequente pátre ueniam illa ad hæc cõfugiá impetraret. Laban autem poſt primum diem cognoſcés lacob diſceſſũ ſimul & filiaꝝ multũ malo animo perſequebatur maxima uirtute circundatus: & ſeptima die in quodá colle procul eos collocatos iuenit:& tunc quidé quia erat ueſpera requieuit. Viſio ergo ei apparuit monens:quatenus ſi nens generũ atq; filias cõgeſceret:nihil in eos ꝓ furore præſumeret:ſed ut pacta faceret cũ lacob :q; ſi eius conténens paucitatem: aggrederetur cum eo pugnare ei auxilium dicebat illa uiſio præbitura.Laban aũt dum huiuſcemodi ei factum a deo fuiſſet alloquiũ: orto die lacob euocans & manifeſtans ei uiſionem: cui credens ad talia declinaſſeticœpit eum culpare dicens:quõ eum & pauperé uenientem ad ſe:& omnium ſuſciperet indigenté: eiq; cunctá poſſeſſionis ſuæ ubertaté præbuerit. Nam & filias meas inquit coniunxi tibi:fauorem tuum circa nos per hæc agendum eſſe confidens: tu uero neq; matris tuæ aut cõmunionis quá circa me per cognationem habes:neq; uxorũ quas duxiſti pudoré gerens:neq; filiorum quorum ſum auus:lege apud me uſus es belli: poſſeſſionẽ meam quidem auferens:filiabus auté genitorem ſuum fugere perſuadens: ſacra quoq; paterna diripiens: domi utiq; portat urus: quæ & a meis parentibus honorata ſunt:& a me religione ipſa coluntur:& hæc quidé quæ nec expugnátes ſuos inimicos faciũt:tu perpetraſti cognatus:& ſororis quidé meæ filius:filiarum uero maritus & coepulator meus domui meæ talia ingerere nequaquam dubitaſti. Cum hæc dixiſſet Laban : ita ſatisfaciebat lacob dicens.Ego non ſolũ deum patriæ deſideraui : ſed etiam omnes una cognatos:& poſt tantũ tempus dignum eſt me ad propria remeare.Pro præda uero quod dicis alio indicante tu potius inuenieris iniuſtus: cum te deceret gratias nobis ſoluere pro his quæ a me cuſtodita & facta maiora ſunt:quõ in hoc iuſtitia non priuaris:cũ mihi ingratus extiſtis. Cur partem eius paruam abſumentes abſceſſimus.Filiæ uero tuæ non mea malignitate ſecutæ ſunt:ſed iuſta deuotione quam ſcimus uxoribus legitimis circa uiros poſſe competere. Sequuntur non tantum me quantum filios.& hæc quidem ipſe dicebatine aliquod gereretur in congruũ:quærebatur autem accuſationem quam faciebat ; quia cum matris eius uideretur eſſe germanus: & filias ei iunxiſſet:imperiis eum uulneraſſet aſperrimis.xx.annis eum detinens:& alia quidem nuptiarum occaſione feciſſet: quæ licet crudelia leuiter ſuſtinuiſſet:peiora tamen facta poſt nuptias:quæ quilibet etiam inimicus effugeret. Reuera ualde crudeliter laban uſus eſt lacob. Videns enim ei deum ad quodcunq; uoluiſſet eſſe præſtabilem promittebat ut quicquid natum fuiſſet ei præberet: interdum quicquid album procederet; aliquando uero quæq; nigra naſcerentur.Creſcente ſub nomine iacob grægum partu aliquando quidem fidem de præſenti non cuſtodiebat:aliquando aũt in alterum annum præbiturum ſe eſſe dicebat:eo q; multitudine grægum uideret eum abũdare: cum in futuro tãtum fore potius deſperaret:fallebatq; rurſus in his quæ nata conſpiceret. De ſacris autem furatis iuſſit inquiſitionem fieri.Cum accepiſſet ergo laban perſcrutandi poteſtatem: rachel hoc audiens poſuit ydola ſtratorio cameli qui portabat eã:& ſedés naturalé ſibimet purgationé dicebat imminere.Et laban quidem ceſſauit amplius perſcrutari: nõ credens q; cum tali paſſione ad ydola accederet : fecitq; cum iacob fœdus:in nullo eoꝝ quæ geſta fuerant memoriá habiturus:ſed & ille filias ſuas ſe dilecturum. Et has pollicitationes fecerunt ſuper mõtes quoſdam :i quibus columnam ſtatuerunt ſub climate aræ:unde collis ipſe dicitur galaath:ex quo hactenus terrã galaditen appellant.Et cum factis pactionibus immolaſſent:laban quidem reuerſus eſt:iacob in chananeam procedente:ſubide uiſiones apparebant : de futuro ei ſpem optimam pollicéres. Et locũ illum quidem appellauit dei caſtra. Volés autem noſſe quid cogitaret eius frater: ſingula cogniturus cum integritate præmiſit:metuenſq; propter priſcam ſuſpitionem:præcepit his quos mittebat ut diceret eſau:quia iacob putans iniuſtum eſſe ut hic te iraſcente conuiueret: de prouincia ſponte diſceſſit:& nunc ſufficiens tempus eſſe putans reconciliationis reuerſus eſt ducens uxores & filios:cum diuitiis acquiſitis:& cũ præcioſis rebus ſemetipſum tibi traditurus: quod maximũ bonum fore iudicat:ut cum fratre fruatur his quæ ei ſunt a diuinitate collata. Et illi quidé hæc iudicauerunt.Eſau uero lætus effectus: fratri cum quadringétis occurrit armatis. Iacob audiens uenire eum in occurſum ſibi cum tantis armatis expauit. Deo tamen ſpem ſalutis ſuæ cõmiſit & prouidentiam rerum præſentium fecit:quatenus & ipſe ſuũ ſine paſſione ſeruaret: inimiciſq; prævaleret ſi aliquod iniuſtum facere uoluiſſent. Diſtribuens ergo qui cum eo erant: alios equidem præmittebat:alios aũt poſt tergum proxime ſequi iubebat:ut ſi uim paterent qui præmiſſi fuerant inſiſtente fratre refugium ſequétes haberét: & omnes qui cũ eo erant hoc modo diſponens:miſit quoſdá fratri munera deportantes. Erant iumenta quæ mittebantur:& quadrupedum multitudo uariorum:quæ grata ſuſcipientibus forent:eo q; illi rarius hæc haberent. Mittebant aũt diuerſis uicibus ut frequéter aduenientes multi eé putarent. Placabat ergo p dona ira eius:ſi adhuc aliqua indignatio remanſiſſet:ſed etiá ſermonibus blándis iubebat uti:quos mittebat ad eũ.Hæc diſponés per totũ diẽ nocte ueniéte mouebat ſuos.Cũq; fluuiũ quédá tráſiſſet nomine iabos:lacob ibi remanenti uiſio quædá apparuit:cũ qua luctabat:illa utiq; uiſiõe initiũ certaminis faciẽte:q etiá uoce uſa é:ſimul & uerbis:letariq; eum in his monés quæ facta uidebant ; nec modico ſe ꝓualuiſſe crederet:ſed grádé angelũ dei uiciſſe:& hoc ſignũ arbitrari magnoꝝ ſibi fore bonorum:& q; nũq; eius deſereret genus:nec fortioré hominũ quéq; illius eſſe uirtutis:præcepitq; eũ uocari iſrahel:quod hæbraica lingua ſignificat reluctáté angelo ſacro.Hæc igit lacob poſcente illa uiſio prædicebat.Qui ſentiens angelũ dei eſſe:rogabat:ut quá parté hiturus eſſet ei ſignificaret.Et uiſio quidé cũ iſta dixiſſet diſparuit.Letatus auté iacob in his phanuel locũ denominauit.Cũq; ei pp certamẽ dolor fuiſſet factus circa neruũ latũ :& ipe abſtinuit eo cibo: & pp illũ neq; nos is é comeſtibilis.Proximũ iá audiés eé fratré iuſſit ꝓcedere utráq; cõiugé ſeorſũ cum ancillis:ſuis:ut de lõge cõſpicerét opa uirorum pugnantium:ſi hoc uoluiſſet eſau.Fratrem autem ſibi ꝓxime uenienté ipſe ſalutauit:nihil de eo doloſe cogitanté.Et eſau áplexus eũ requirebat de multitudine filioꝝ & mulierum.Et cũ cognouiſſet:ipſe quidem uenire eos rogabat ad patrem. Iacob ergo excuſante eos de iumẽtoꝝ labore: eſau diſceſſit in ſeir:illic.n.commorabatur:appellauitq; uillá de ſua.ſhirſuta capillatura.Iacob auté uenit ad ſcenas.i.ad tabernacula q hactenus ſic uocantur.Vnde in ſicimiá quoq; profectus eſt:quæ ciuitas é chananeoꝝ. Sicimitis autem ſolennitaté agentibus:dina quæ fuit filia iacob:ſola tranſiuit ad ciuitatem:emptura ornamẽtũ ꝓuincialiũ mulierum. Vidés ergo ſichem regis emmor filius:eam corrupit abreptam:& amore cõfectus deprecatur patrem: ut ei puellam acciperet in uxorem.Ille uero conſentiens uenit ad iacob ſupplicans ut filio ſuo ſichem dinam lege contingeret. Iacob igitur neq; cõtradicere ualés pp dignitaté ſupplicãtis:neq; legitimũ iudicans alienigene filiá copulare petit concedédum ſibi ſpacium: ut deliberaret de quibus poſcebat.Abſceſſit ergo rex ſperás iacob nuptias filio ſuo conceſſurum. Iacob aũt indicans filiis:& corruptioné ſororis & ſupplicatiõem emmor : perebat cogitandum eé quid fieret:& plurimi quidé tacebant:conſilium non iueniétes.Symeõ uero & leui puellæ fratres ex matre eadé nati:huiuſmõi ſibi cõſtituerunt actionem adiuicé: ut cũ eſſet feſtiuitas & ſicimite requie:& epulis uterenť: incunctanter primis cuſtodiis aſiſtétes dormientes occiderent: & uenientes in ciuitatem interf cerent omnem maſculum:& regé cum eis & filium eius:ſoliſq; parcerét mulieribus.Hæc efficientes ꝓter cõſciétiam patris reuocauerũt dinã.Iacob aũt factorum magnitudinem admiranti:& filiis iraſcéti deus aſiſtens:iuſſit eũ confidere:& purificantem tabernaculat ſacrificia celebrare : quæ prius cum iret in meſopotamiam pro ſomni apparitione deo uouerat. Cum igitur purgaret ſuos laban deos inuenit neq;.n.ſciebat a rachel furatos eſſe:& quia eos celaſſet in terra ſub arbore quadá:hos ergo ide tollés ſacrificabat in bethel ubi ſomniũ uiderat cũ meſopotamiá prius iret;hic enĩ proficiſcés uenit in effrata: ubi rachel ex partu mortuá ſepeliuit:

quæ ſola inter cognatos in ebrō honorē ſepulturæ habere non meruit. Et ualde flens filium ex ea natum beniamin appellauit:propter dolorem qui ob eum matri prouenerat. Iſti ſunt ergo filii Iacob omnes:maſculi quidē duodecim:fœmina uero una.Hoꝝ octo legitimi: de lya ſex qdē:duo uero de rachel:q̄tuor āt de famulabus:bini ex utraq;quoꝝ & noia ſupius dixi.

Moritur yſaac i ebron:& ſepultura filiis ſuis:rebecca uxore prius defuncta. CAP. XXVIII.

VEnit ergo hinc in ciuitatem ebron poſitam inter chananeos.Illic aūt yſaac cōmorabatur:& paululū quidē pariter uixerunt.Rebeccā Iacob uiuā nō repperit. Moritur & yſaac:non poſt multū q̄ filius eius aduenit:& ſepultus eſt a filiis cū uxore in ebrō:ubi erat ſepultura eius pentū.Fuit ergo yſaac deo uir carus:& multa eius prouidentia dignus: poſt abraam ualde longeuus. Cunq; uixiſſet centum octuagintaquinq; annis: cum uirtute defunctus eſt.

Incipit liber ſecundus antiquitatis iudaicæ.

Quomodo eſau & Iacob yſaac filii habitacula diuiſerūt:& eſau quidem idumeam tenuit: Iacob autem chananeam. CAP. I.

POſt mortē uero yſaac filii eius inuicē tabernacula diuiſerunt:& non ea quæ acceperant tenuerunt:ſed eſau quidē ebron ciuitatē fratri dans habitabat in ſeir: & in idumea regnabat: quā regionē a ſemetipſo ita uocauit. Edom enī noiatus eſt:quā nuncupationē huiuſmodi uenationis cā ſortitus ē.Aliquādo labore uenationis eſuriens rediebat:dū adhuc puer eſſet ætate:inuenienſq; fratrē lentem præparantē ſibi ad prandiū rubeū coloré nimis habentē:& propterea potius incitatus rogabat ut p̄beret ſibi cibū. Qui uendere ſibi primatū pp cibū per eius eſuriem cōpulit fratrem. Ille fame compulſus conceſſit cū ſacramento primatū. Quāobrem pp ruboré cibi a coetaneis infantiæ tpe edom uocatus eſt.Hæbrei nāq; edom rubeū dicunt.Et ideo regionē ſic appellauit:quā græci honeſtius idumeā denoīauerūt. Fuit aūt pater filiorum numero qnq; quoꝝ hieus quidē & hielō:& chore ex una muliere ſūt geniti:oolibama nomine reliquoꝝ uero eliphas quidē ex ada:rabuel aūt de baſemath ethei ſunt nati.Hieus quidē filii non fuerunt:heliphas uero fuerūt legittimi qnq;:themā:omath:ſepphu:gathan:cenes. Amalech enim naturalis non erat:de cōcubina thāna noīe,p̄creatus:iſti ſiquidē habitauerūt in idumea quæ gobolitis eſt dicta & ab amelech amalechitis ē appellata.Cū enī aliquādo magna fuiſſet idumea: & in tota regione nomē integrū retineret:in patribus appellationē ab habitatoribus cōſeruabat. Contigit aūt iacob:ut ad tantā fœlicitatis magnitudinē p̄ueniret:quæ facile ab aliis appræhendēdi non poſſit.Diuitiis enī cunctis,p̄uincialibus eminebat:& filioꝝ uirtutibus imitabilis & cōſpicuus erat:nec ullius rei penitus indigebat:quādo illi ad opus manuū & laboꝝ tollerantiam erant prompti:& ad intelligentiā præparati:in tantū uero eius habuit diuinitas fœlicitatis curā: ut ēt ex his quæ triſtia uidebantur eſſe:bonoꝝ ei præberet ſublimitas:fecerit q; eum: & qui ex eo p̄creati ſunt auctores reuerſionis ex ægypto:quo patres noſtri huiuſmodi cā morati ſunt.

Quomodo Ioſeph iunior filiorum Iacob ſomniis ei demonſtrantibus fœlicitatem futuram inuidiam ſuſtinuerit fratrum. CAPI. II.

IOſeph ex rachel filiū ſuſcipiens iacob:& p̄pter honeſtatē corpis & animi uirtutem: cū utriq; aliis ſapientia p̄celleret:eū amplius aliis filiis diligebat.Huic ſiue paterna dilectio odium concitauit fratrꝝ ſiue ſomnia.Quæ cū uidiſſet:patri & eis,p̄tinus īdicauit:eo q; profectū eius anunciarent:cū ſēpius celent hoies:ēt ſuoꝝ fœlicitates. Viſiōes quæ apparuerunt Ioſeph erant huiuſmodi.Miſſus a patre cū fratribus ut colligerent meſſes : & maturas fruges:uidit nimis præcupā uiſionē:& ultra ea quæ ſolent p ſomnia,p̄uenire.Q;quā uiſionē dum ſurrexit fratribus ſuis tanq; ſibi ſomniū diſcernentibus enarrauit:dicens uidiſſe ſe tranſacta nocte manipulum ſuum de triticeo ſtantem in quo eum poſuerat loco:illorum uero concurrentes adorare eum:ſicut dominum ſerui.Illi intelligentes uirtutem eius:& rerum magnitudinem prædicere uiſionem:& contra ſe poteſtatem eius futuram:ioſeph quidem tanquam ignorātes ſomnia nihil explanauerūt:conſiliū uero fecerūt:ne ad,p̄fectū ea quæ arbitrabant acciderēt:& circa eū graues amplius exiſtebant.Impugnās aūt diuinitas eoꝝ inuidiā:ſecūdā præſtitit ioſeph uiſionē multo mirabiliorē quā primā.Vidit enī ſolem ſimul & lunā & cæteras ſtellas in terrā deſcendere:& ſe adorare:quā uiſionē patri nihil de fratribus mali formidans:ēt his præſentibus indicauit: & īterpretari ſibi quod hoc ſignificare uelit poſcebat.Ille uero ſomnio gaudens:cū expoſitionem mēte conſpiceret:& cum ſapientia non ſine conſideratione coniiceret letabatur:magniſq; ſignificationibus fœlicitatem filio nunciabat:tempuſq; largiente deo futurum: quo a parentibus & fratribus eſſet honorandus:& adorari dignus:lunam quidem & ſolem patri & matri cōparans:eo q; illa augeat & nutriat uniuerſa:ille uero formet:& aliam fortitudinē præſtet:ſtellas uero fratribus: cū & ipſi.xi.eēnt:ſicut & ſtellæ uigoré a ſole & luna percipiētes.Et iacob quidē huiuſmodi nō inſpiciēter diſcretionē protulit uiſionis fratres uero Ioſeph uehementer ea q; ſunt predicta contriſtauerunt:& incitati aduerſus eum;uelut extraneum bona quæ ſignificata fuerant illis ſomniis habitu-

rum:& non quaſi de fratre gaudentes:dum etiam cum eo potuiſſent:his adipiſci bonis:nempe q cognatione cōmunicarēt:& fœlicitatis ſocii forēt:interimere adoleſcētulū ſunt aggreſſi.Cūq; hoc ſtatuiſſent conſilium ad perficiendum illud tendebant:in ſicimis abeuntes.Hæc autem prouincia paſtorum eſt ouium optima:& grægū alimentis ualde copioſa . Quo dū grægum curā:haberent: & patrem ſcire non fecerunt:quia ibidem remoti eſſent . Ille ignorans hæc:eo q; nullus ad eum a grægibus aduenireti:qui quod eſſet uerum de filiis nunciaret:triſtemq; p illis animū gerens:& in formidine conſtitutus miſit Ioſeph ad græges ut de fratribus ſuis agnoſceret : & quid agerent indicaret.Illi autem fratrē uidente, ad ſe uenire:gauiſi quidem ſunt : ſed non quaſi familiaris ſui p̄ſentia:& a patre directi:ſed quaſi ſuper inimico: & manibus eorum diuina uoluntate contradito. Ad internitionem ergo eius nolentes differre præſens tempus p̄tinus acceſſerūt.Quos dū ruben ſenior eorum inſpiceret ita conſpirare : & ad actum iam uideret unanimes : eos retinere tentabat magnitudinem præſumptionis:& ſcelus eis oſtendens :quia malignū quidem deo & hominibus eſſet abhominabile etiam non conſanguineum hominem perimere:multo magis autem celeſtius cedem in fratrem ita perficere:quo.ſ.interfecto pater una perimeret:& mater in luctu ex filii non humana lege facta priuatione conſumeretur.Etiam eis hoc dicebat ut uno animo perciperēt qd ipſi paterentur mortuo ſibi filio:& iuuēculo:& recederent a tali præſumptione deum timentes: qui inſpector ſimul & teſtis eſſet:& ab huiuſmodi actione recederent:penitentiamq; diligerent:& potius temperantiæ deſeruirent:nam accedentes ad hoc opus: omnem pœnā p̄ fratris nece p̄ſoluerent:uidentes utiq; dei p̄uidentiam ubiq; p̄ſentem:cui neq; qd in deſerto:neq; quod in ciuitatibus agitur eſt abſconſum:ubicūq; enim homo eſt:oportet ſcire illic eſſe deum : ſed etiā cōſcientiā ſuā eos habituram inimicā in his præſumptiōibus edicebat:quā neq; bonā habētes aliq;neq; talē qualis in eis tunc habitaret poſt mortem fratris effugerent. Adiiciebat dictis etiā hæc:quia fratrē neq; iniuſtū aliquid facientē ſāctū eſſet occidere:bonū eſſe uero etiā inimicis obliuiſci : ſi qd forte peccauerit:Ioſeph aūt in nullo malignū circa eos extitiſſe:cur eū occideret;cuius ætatis ifirmitatē mēſurare deberēt:quādo ipſe eoꝝ tutelā potius expectarent.Cauſa uero huius iteritus multo peioré eorū actionē faceret:eo q; propter iuidiā futurorū bonorum eum uita priuare niterentur: quibus bonis ſimul cum illo uteréturieius cōmunioni pariter participantes: cum non extraneus ſed domeſticus eorum exiſteret:unde deberent ſua putare:quæcūq; Ioſeph largitas diuina conferret:ſed & iracundiam ſupernam propterea ſeueriorem ſibimet futuram : ſi eum qui a deo iudicatus fuerat dignus:occiderent : & auferrent deo eum cui eſſet talia donaturus . Et ruben quidem hæc dicens & his potiora ſupplicans:eos a fratricidio conabatur auertere.Cum uero in nullo eos mitiores uideret;ſed feſtinantes ad necem ſuadebat ut malum ſceleris aliquatenus leuigarent.Nā ulciſci ſe uolentes prius credebat flectere.Cum uero præualuiſſent ut fratrem occiderent:dicebat non eſſe ualde futuros malos: ſi in his quæ nunc hortaretur obedirent in his enim eſſet & opus quo feſtinarent:non tamen huiuſmodi:ſed leuius in comparatione mali.Petebat eos manus quidem in fratrem non iniicere:ſed proiectum in lacum uicinum eum illic deſinerent mori:& ſcelus manuum ſuarum uel ita leuigari.Illis autem conſentientibus:ſumens ruben adoleſcentulum & caute ligans eum in lacū cū quiete depoſuit;erat enim ſine aqua.Et ille quidem dum hoc feciſſet abſceſſit quærens loca oportuna paſturæ.

Quomodo idem ipſe in Egyptum uenundatus a fratribus pp odium quod habebant in eū:factuſq; inſignis & clarus:ibi fratres habuit ſubiectos. CAPI. III.

IVdas autē qui & ipſe filius erat iacob uidēs negociatores arabes ex iſmahelitarū genere aromata:& onera ſyria portantes ægyptiis de galaath poſt diſceſſum rubē fratribus perſuaſit ut extrahentes Ioſeph uenderent arabis quo longius cōſtituto:uel ſi moreret apud peregrinos:ipſi forēt a ſcelere liberi.Hoc dū placuiſſet;Ioſeph extrahētes:negociatoribus uendiderunt:præcio nūmorum.xxx.cum decē & ſex eſſet annorum.Rubē autē nocte ad lacum ueniens:latens fratres ut liberaret Ioſeph:dum clamante eo non reſponderet:metuens ne poſt abſceſſum eius interimerent eum culpabat fratres.Illis qd geſtum fuerat edicentibus:ceſſauit a luctu rubē . Cūq; hæc circa Ioſeph geſta uiderent a fratribus quid agerent poſtea ut extra ſuſpitionem patris fierent exquirebant:tunicamq; qua uenerat indutus ad eos Ioſeph quā abſtulerant dum eum in lacum deponerent:placuit eis diſcerpere : & hirci ſanguine maculatam portare:patriq; monſtrare ut ei uideretur quaſi a beſtiis deuoratus. Quod facientes uenerunt ad ſene.Et cum ab eis de filii cognitione inquireret:dicebant ſe quidem ioſeph neq; uidiſſe neq; ſi q̄ calamitas ei accidiſſet nouiſſe illam uero tunicam inueniſſe ſe ſanguine maculatam atq; diruptā & arbitrari ſe q; incidens in beſtias iteriſſet:ſi tamen ex tunica agnoſceretur:& ſi hac idutus fuiſſet de domo proficiſcens.Iacob autem cum prius in leuiori ſpe fuiſſet:tāq; forte prædato ſuo filio:hanc ſp em deſeruit:cum tunica eius mortis indicium ei faceret manifeſtum .Cognouerat enī eum ipſā ueſtitum cum properaret ad fratres:& uelud ſuper mortuum decætero uidebatur afflictus adoleſcentem lugens:& tanquam ſi unius filii pater eſſet:aliorumq; conſolatiōe priuaretur: ſic erat apud ſemetipſum male:prius fratribus eum eſtimans comparatum qui a beſtiis credebat

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

esse consumptus. Sedebat sacco uestitus:tristitia grauissimus:ut neq; a filiis consolationem sumés leuior fuisset:neq; laborando doloribus interdicere prævaleret. Ioseph autem uenditum a negociatoribus comparans putiphares uir ægyptius qui erat super coquos regis pharonis : habebat in omni honore:doctrinamq; liberalium edocebat:& alii eum meliori cibo quam conueniret:seruili fortunæ iubebat:commisitq; ei domesticam curam.Ille uero cum his frueretur:uirtutem humilitatis quæ circa eum erat:neq; hac mutatione dereliquit:sed ostendit prudentiam cum certissime affuerit prævalere posse rebus in uita difficilimis:nec fœlicitatibus solummodo temporalibus inherere. Itaq; dum uxor eius domini propter pulchritudinem & opportunitatem actuum eius:eet illius amore confecta : & putaret quia si hoc ei faceret: manifestum facile eum suaderet uenire ad suum concubitum:quasi ille iudicaret fœlicitatem eo q ei domina supplicaret:& ad figuram illius tunc seruitii:& non ad modum respiceret castitatis:desiderium suum ei prodit:& uerba de permixtione fecit.Cuius respuebat ille præces:dicendo non esse iustum huiusmodi sibi imponi seruitiũ, unde emptorem a quo tãta dignitate fuerat honoratus:iniquitatis cõtingeret iniuriam sustinere: sed rogabat eam comprimere passionem:desperationem quippe ei huius desiderii præponens: qa si non esset spes:hoc ei facile possit auferri:se uero omnia potius ferre dicebat quam in hoc quodammodo consentire.Nam si seruum inquit dominæ suæ nihil facere oportet aduersum: contra hæc precepta maxime conuenit resultare.Illius autem amor potius augebatur :eo q non speraret omnino deuiare Ioseph.Et dum uehementer obsideretur a passione:secundum rursus fecit experimentum.Igitur dum festiuitas publice celebrationis instaret:in qua ad cerimonias etiam mulieres interessent:ægritudinem marito simulauit:captans ob hoc solitudinem atq; silentium: ut exoraret Ioseph. Qui dum accessisset uberiores prioribus obtulit ei sermones : quia bonum quidem fuisset ut præcibus priscis flecteretur : nec in aliquo contradiceret propter reuerentiam dominæ deposcentis:& excellentiam passionis:qua cogeretur domina de sua dignitate descendere:sed núc melius ageret:si quæ pridem contempserat emendaret. Nam si secundas præces expectaret:hoc illa etiam studio maiore se fecisse referebat:ægritudinem simulasse:& festiuitati uel cerimoniis præposuisse eius amplexum:sibi autem q primis sermonibus non credendo resultauerat : nulla factú fuisse malicia iudicaret:signumque crederet utilitatis bonorum præsentium:q ipsa in ea uolútate persisteret:quæ bona,iam quasi possideret si eius amore flecteretur:& maioribus frueret obediés; uindictam uero & odium eum asserens suscepturum : si eius contemneret dignitatem : sed etiam dominæ castitatem conferre uideretur.Neq; enim hoc illum iuuare posse dicebat:sed ipa ad accusationem accederet illius:& tent tam se ab illo marito proprio mentiretur : magisq; crediturum uxoris sermonibus quam illius:licet eos ex ueritate proferret.Hæc dicente muliere:simul & flete: nec misericordia eũ recedere a castitate suasit:nec metus coegit:sed & præces respuit : & minis nõ cessit:metuens iniustitiam sustinere:& pati magis quodlibet seuius elegit:quam lætus uti præsentibus:in quibus etiam conscius esset perditionis suæ.Commemorabat autem eam nuptias:& uni societatem: & his potiora distribuenda:quã temporalis ardoris libidini supplicabat : nam talibus perpetratis:quæ pœnitentiam magis augerent:dolorem sumeret & nequaq; quod deliquerat emẽdaret:& timorem nimium esset habitura:quando causã huius mali nullatenus possit abscondi:uiri autem suæ societatis adoptionem habitura sine periculo:insuper magnam conscientiæ apud deum fiduciam simul & apud homines:tanquã in eius manens amplexibus munda & apud eum dominæ potestatem:non pro peccato habitura confusionem:multoq; melius esse habere fiduciam in bonis quæ cognoscuntur:quam in malis quæ timore celatur.Hæc dicens:& his multo maiora:ardorem mulieris retinere:eiusq; passionem conuertere ratione nitebatur.Illa uero studio suo uehementius incitata immittens manus:cum uerbis suadere desperasset:eum cogere tentabat. Cumq; fugisset iratus ioseph:illa eius tenente uestem qua se exuerat:exiliuit domo. Quæ in formidine constituta:ne uiro suo hoc diceret:iniuriamq; uolés præuenire:quatenus aduersus ioseph mentiretur:excogitauit:ut hoc modo ulciscereé iniuriá:quæ fuerat ita superbe contempta. Præcedere uero in accusatione sapientissimum fore simul & muliebre credens:sedebat quidé deiecta atq; confusa ob tristitiam qua cupiditate sua fuerat decepta;téptamétũ corruptionis suæ cum ira frangens alias iungens.Veniente autem uiro:uultu turbato causamq; consulenti fecit ioseph accusationis initiũ:& uelut mortua dixit marito.Seruum nequã cubile tuũ uiolare uolétem castiga: qui neq; qualis in domum nostram uenerit recordatus timuit:neq; quantum ex tua bõitate promeruit:mente percepit:sed pro his cum rebus omnibus bonum se præbere debuisset ; insidiatus nobis est:ut lectum tuum contumeliis afficeret:& hæc in festiuitate captans absentiam tuã. Qui licet humilis primitus uideretur:propter tuum quiescebat metum non quia eét natura benignus. Hoc auté factum est:eo q indigne:& præter spem ad honorem accesserit. Qui dũ fidé totius possessionis tuæ & dispensationem obtinere prævaluisset:& senioribus famulis præpositus esset: tuã quoq; uiolare tentauit uxorem.Dum uero quieuisset in uerbis:ostendebat ei uesté quasi dú tétasset ei uim facere reliquisset eam.Putiphares neq; lachrymis uxoris:neq; his q dicebat illa:uel uidebat ipse discredens: & eius amori cuncta distribuens ; examinationem quidem ueritatis fieri non

permisit: uxori tribuens castitatem Ioseph uero nequam esse decernens : & illum quide malignorum misit in carcerem uxori uero potius castitatis ornamentum inesse testificatus est. Ioseph itaque deo omnia sua committens : neque ad satisfactionem:neque ad integram factorum manifestationem conuersus est:sed uinculis & necessitate tacitus mansuetusq; succubuit : meliorem esse confidens deum:causam calamitatis:& ueritatem scientem:quam illos:qui eum iniuste pene contraderent:cuius prouidentiæ experimenta repente suscepit. Custos nanq; carceris diligentiam fidemque eius considerans:& uidens dignitatem eius formæ subtraxit uincula: & quod erat pessimum leuius ei fecit ciboque eum uti quam uinctis conueniebat:meliore præcepit. His uero qui in eisdem calamitatibus erant:dum ab erumnarum onere cessarent:ad colloquium ut assolet cõmunionis & similis calamitatis uenientibus:& adinuicem causas pro quibus cõdemnati fuerant reqrentibus: pincerna regis & ab eo ueheméter honoratus:eiusq; effectu deuictus & cú Ioseph habés cõpedes.Familiarior ei magis effectus é.Sapiétia nanq; ei uidebatur excellere:cunque somniũ uidisset exposuit:petens:ut quid significaret:insinuaret:accusans quia supra mala regis adhuc ei diuinitas sollicitudinem apponeret somniorum.Dicebat ergo se uidisse trium palmitum natos botros:ex unoquoq; pendere:grandes iam:& ad uindemiandum speciosos ; eosq; se comprimere in poculo regis mustumq; offerre bibituro:& illum grate susciperé. Quod ergo uiderat:hoc esse dicebat:poscebatq; ut quæcunq; Ioseph in his sortiretur intellectum:ei suo manifestaret eloquio. Ille uero exhortabatur eum confidere:& sperare in diebus se tribus a uinculo absoluendum:rege desiderante ministerium eius:& rursum in eo esse constituendum.Fructum enim uineæ significauit in bonum deum hominibus præbuisse:quod etiam ipsi libatur:& fidem hominibus amiciamq; pascitur.Soluit ergo lites passionesq; & tristiciam aufert his quibus offertur:& ad delectationes spe conuertit.Hoc ergo quod dicis inquit ex tribus compressum botris manibus suscepisse regem tuis:bonam uisionem scito tibi futuram & præsentis necessitatis indulgentiam in tot diebus prænuncientem de quantis palmitibus fructum uisus es per somnium uindemiasse. Sed memor esto mei cum fueris hæc expertus:qui tibi pronunciaui bona:& in potestate constitutus: non obliuiscaris in quibus nos derelinquis. Nihil enim peccátes ad uincula uenimus:sed pro causa ueritatis & castitatis:ea quæ reorum sunt sustinere damnati sumus:quando nec in propria delatione eum qui nobis hæc intulit iniuriam sustinere uoluimus. Et pincerne quidem ut assolet audiente huiusmodi expositionem somni gaudium erat:expectabatq; interpretationis finem:Seruus autem quidam supra pistores constitutus:cum pincerna uinctus in carcere:cú talem Ioseph protulisset de illius uisione sententiam:in spe bona constitutus:cum & ipse somniũ uidisset:petit Ioseph:ut & illi quæ præterita nocte uiderat:quid uellent significare depromeret. Erat enim inquit huiusmodi.Canistra tria super caput meum ferre me uidi:duo quidem panibus plena:tertiũ obsonio:uariisq; cibis:& qualia solent regibus ministrari:superuolantes autem alites:omnia consumpsisse. Et ille quidem credebat sibi similem expositionem futuram:quam pincernæ dixerat ; Ioseph autem concipiens animo somnium:dixit ad eum: uelle quidem se interpretem ei fore bonorum:& non talium:qualium uisio demonstraret:duas inquit ei uitæ superesse dies:hoc dicens canistra significare:tertia uero eum crucifigendum:cibumq; uolatilium esse futurũ :nihilq; fore: quod ei auxilium posset ferre.Hæc ergo similem terminum in ambobus ut Ioseph dixerat susceperunt.Prædicto nanq; die cum natalis esset regis:non sicut rex agens:pistorem quidem crucifixit:pincernam uero uinculis absoluens:in proprium ministerium reuocauit.Ioseph uero cum duobus annis uinculorum mala sustineret:nichilq; a pincerna pdictoz memoraret:deus eripere eũ uolés de carcere:huiusmõi ei machinatus é libertaté.Rex pharo una nocte uisiones ,somniorum duas u dens:& cum his utriusq; expositioné:interpretationé qdé oblitus uisiones recoluit: afflictusq; in his quæ uiderat:nempe cum ei tristia uiderentur: die facto conuocauit sapientes ægyptiorum:uolens agnoscere somniorum discretionem.Hesitantibus autem illis rex potius turbabatur.Pincerna uero regis uidente confusionem:memoria reddita est ioseph : eiusq; circa somnia sapientiæ:& accedens ad regem:indicauit ei de ioseph:& uisionem quam ipse uidisset in carcere: pariter & euentum:& quia ipse dixerit crucifigendum ea die pistorem:& sibi omnia secundum interpretationem somnii euenisse prædicente ioseph:uinctumq; eum asserens a putiphare principe cocorum ut seruum:cum diceret semetipsum nõ humilis hæbreorum esse generis;nec gloriæ patris.Hunc inquit euocans:nec propter modernam culpam eum calumnians:quæ tuis somniis indicantur agnosces.Iubente rege ioseph ad suum uultum adduci:obediunt famuli diligétia ei præcepto regis adhibita Rex uero eius dextram appræhendens:o iuuenis inquit:tu mihi nunc optimus:& prudentia dignissimus testimonio mei famuli nunciatus es.His ergo bonis qbus iste particepatus est:etiam fac me esse consortem:pandens quæcunq; mihi somniorum prænunciant uisiones.Nolo autem te ullo terrore constrictum:blandiri sermone fallaci:& delectationem facere: si reuera sit triste quod uidi.Putabam circa fluuiũ ambulans uidere me boues pinguissimas:simul & magnitudine præcipuas numero septem gradiétes de pascuis ad paludem:alias uero tantas numero perspexi maximas de palude concurrere ualde tenuissimas & ad uidendum deformes.Quæ

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL

dum deuorassent pingues & magnas:nihil adiute sunt:crudeli fame detente: Et post hanc uisionẽ
de somnis surgens:& turb tus quid esset hæc uisio apud me considerans:rursus in soporem solu-
tus sum:& uidi secundum somnium multo mirabilius priori: quæ etiam me terrẽt potius atque
conturbant.Spicas.vii. uidi ex una radice natas capite grauatas & reclinatas a fructu : & aptas ad
messem:& ad hæc alias septem spicas inanes:& infirmas nimia siccitate.Quæ conuersæ:ut consu-
merent & comederent spicas speciosas:stuporem mihi fecerunt.Ioseph autem respondens ait. Vi-
sio quidem ista rex licet duabus formis apparuit unum terminum tamen eundẽq; significat futu-
rorum.Quod enim boues uidisti animal in aratri labore fortissimũ a pe ioribus deuoratas: & spi-
cas a minoribus fuisse consumptas:famam & sterilitatem ægypto totidem annis prænunciat: e q-
bus scilicet primo temporibus fœlicitatem ferentibus quorum ubertas totidem posteriorum an-
norum sterilitate consumitur.Erit ergo rerum difficultas necessarium: quæ inemendabilis uehe-
menter existat.Signum autem hoc est:quomodo exhauste boues meliores cõsumpserunt:saciariq;
minime ualuerunt.Deus tamen non ut tristificet:futura prædicit hominibus:sed ut præsciẽtibus
leuiora faciat experimenta prænunciatarum rerum.Tu siquidem congregans bona tempore prio
futura facias:ut calamitatem uenturam:ægyptiorum terra non sentiat. Mirante itaq; rege prudẽ-
tiam sapientiamq; ioseph:& consulente queadmodum ubertatis tempora dispensarẽtur: ut poste-
rior sterilitas leuior esse uideretur huiusmodi cõsilium dedit ut frugum parcitas haberetur:& nõ
affluenter ægyptios his uti permitteret:sed quãtum sufficeret ad pabulum erogaret:quæ uero su-
peressent sterilitatis in tempore seruari:recõdiq; monebat triticum ab agricolis perceptum: ut ad
sata tantummodo ministrarentur expensa alimentorum. Pharo utrunq; in ioseph miratur: & di-
scretionem somnii pariter & consilium dispensationemq; eius rei ipsi commisit : quatenus ageret
ea:quæ populo ægyptiorum & regi sciret utilia:inuentorem scilicet huiusmodi:uitæ etiam dispẽ-
satorem optimum esse confidens.Ille uero potestate sibi a rege collata:ita ut eius frueretur signa-
culo:& purpura uestiretur:per uniuersam terram ductus:in curru uehebatur:frumentumq; agri-
colis sufficiens ad semen:& pabulum singulis metiens:nulli significabat causã: pro qua talia per-
agebat.Triginta siquidem ætatis iam annos transierat : & omni honore fruebatur sibimet a rege
collato:quem appellauit psonpthõ panicos:uidens eius intellectum inopinabilem.Significat autẽ
hoc nomen inuentorem abscõditorum.Duxit autem uxorem ualde dignissimam:filiam petefres:
qui unus fuit heliopolitanorum sacerdos:adhuc uirginem: nomine aseneth : cooperante sibimet
rege.Ex hac fuerunt ei filii duo:ante sterilitatis tempus:manasses quidem senior:quod nomen si-
gnificat obliuionem eo q; per fœlicitatem obliuio ei infœlicitatis accesserit:iunior uero effraim:
quod restitutionem significat:eo q; esset redditus libertati maiori.In ægypto siquidem secundum
somniorum expositionem ioseph septem annis beatissime transeũte: fames annum iam tangebat
octauum:& ex eo q; non præsensissent casurum super se malum laborantes in eo crudeliter om-
nes ad regis ianuas confluebant.Ille uero ioseph uocabat:qui eis frumentum uẽdidit:factus mul-
titudinis sine dubitatione saluator:& mercedem omnium non comprouincialibus tantummodo
faciens:sed etiam paratus uendere peregrinis:omnesq; homines secundum cognationes suas:sola-
tium merebantur.Ioseph fœlicitate eius utentes.His ita gestis dum chananea fame crudeliter ue-
xaretur omnem deniq; terram hæc pestis inuaserat:misit etiam Iacob filios uniuersos ĩ ægyptum
comparaturos frumentum:confidẽs licere tritici commertium fieri peregrinis:beniamin tantũ-
modo retinens qui ei ex rachel fuerat generatus:& erat ioseph consanguineus. Illi in ægyptũ ue-
nientes adierunt ioseph:frumentum emere supplicantes.Nihil enim erat : quod non illius consi-
lio gereretur:nam ministratio regia tunc utilis erat hominibus:quãdo ioseph exhiberetur honor.
Qui dum cognouisset fratres nihil de se cogitantes:eo q; adolescens quidem ab eis abscesserit:ad
hanc uero ætatem ita peruenerat:ut figura etiam eis ignotus eẽ uideretur:cũ magnitudine quoq;
dignitatis eis neq; suspectio proueniret:temptabat eos ut dicerent:quam haberẽt de rebus omni-
bus uoluntatem.Quibus frumenta quidem non uenundabat exploratores uero rerum principis
esse dicebat:& ex multis quidem locis eos esse congregatos:excusationis uero causa se cognatos
asserere:impossibile dicens esse uiro idiote tales filios:& forma ita clarissimos enutrire:cum regi-
bus tot filiorum copia esset ualde difficilis:ut per hæc etiam de patre quæ prouenissent latẽter
agnosceret:similiter & ut de fratre suo beniamin audiret. Metuebat enim ne forsitan & in illum
ut in se peccauerunt:aliquid deliquissent.Illi nãq; erãt in tumultu pariter & timore maximo cõ-
stituti:periculum putantes sibimet imminere:nihilq; de fratre mente sua percipientes:& astantes
reddebant de singulis rationem:ruben ita concionãte primitus:qui eorum senior existebat. Nos
inquit non pro lesione uenimus huc:neq; regis negotiis aliqua mala facturi:sed egentes salute &
negocio:& malorum refugio:quæ nostram regionem obtinere noscuntur:uestram utiq; scientes
clementiam:quos non solum subuenire ciuibus propriis:sed etiam peregrinis mercimonium au-
diuimus proposuisse frumenti:ut omnibus indigentibus salutem maximã præstaretis. Quia ue-
ro sumus fratres:& communis nobis est sanguis:clarum quidem hoc facit etiam familiaritas for-
mæ non ualde mutatæ.Pater autem est nobis iacob uir hæbreus:cuius existimus filii duodecim:

ex mulieribus quattuor:quibus omnibus uiuẽtibus fœlices eramus uno uero fratre nostro mo-
riente Ioseph:res nostræ ad peiora conuersæ sunt.Nam & pater immensum in eo trahit luctum:
& nos ex calamitate defuncti:& erumna senis affligimur. Venimus igitur pro comparatione fru-
menti:curamq; patris & nostrorum prouidentiam beniamin iuniorem fratrem reliquimus.Pote-
ris autem mittendo ad nostram domum agnoscere si quicquam dicimus mentientes.Et ruben q-
dem huiusmodi uerbis tẽtabat persuadere Ioseph ut de eis meliora decerneret.Ille uero Iacob co-
gnoscens uiuere:fratremq; beniamin minime deperisse:tunc equidem in carcerẽ eos quasi de ua-
cantia alias die uacanti discutiendos iniecit . Tertia die deducens eos : quomodo inquit asseretis
neq; pro malignitate rerum principis huc uenisse & esse fratres:& unius patris filios de quo dici-
tis:hæc ita esse mihi manifestabitis:si relinquentes quidem unum ex uobis apud me:nihil iiuria-
bile passurum:portantesq; papula genitori:denuo reuersi fueritis ad me:fratrem quem reliquisse
uos uobiscum pariter adducentes:hoc enim erit signum ueritatis.Illi in maioribus malis adducti
flebant inrer alterutros:de calamitate Ioseph frequenter ingemiscentes:tanquam propter id quod
in illum cogitauerant deo ulciscente in eis:talia sustinerent . Ruben autem nimius erat:& eos in
eiusmodi sermonibus pœnitentiæ icrepabat:ex qua nulla quidem generaretur utilitas de Ioseph:
illos uero quicquid mali sustinerẽt ꝓ uindicta illius faciente deo:fortiter tolerare poscebat.Hæc
autem dicebant ad inuicem non credentes suam linguam ioseph intelligere.Omnes autem ruben
increpante:habebat deiectio:& pœnitentia rerum gestarum:cum ipsi non cogitassent illo tempo-
re:pro quibus eum tunc punirent:iudicabãt deum esse iustissimum. Videns autem eos Ioseph sic
estuantes per compassionem cessit in lachrymas:nolensq; fratribus apparere discessit.Et postq̃ re-
liquit eos iterum uenit ad eos.Et retinens obsidem simeon:pro reuersione fratrum:illos sumentes
mercimonium tritici:abire præcepit:iubens ministro:ut pecuniam quam pro emptione frumenti
detulerant:oneribus eorum latenter immittẽs dimitteret eos:illam pecuniam pariter portaturos.
Et ille quidem imperata perfecit. Iacob autem filii uenientes in chananeam : nunciauerunt patri
quæ eis in ægypto contigerant:& quia quasi exploratores regis illuc uenissent sunt crediti:dicen-
tibusq; se fratres esse:undecimum apud patrem domi reliquisse:creditum eis non sit:& quomodo
simeon reliquerunt apud principem miliciæ donec beniamin iret:& fidem de his quæ a se apud
eum dicta fuerant perfieeret:rogabantq; patrem nihil metuentem:ut cum eis iuuenculum desti-
naret.Iacob uero nihil omnino placebat ex his quæ a filiis suis gesta sunt:& dum de simeon deten-
tione grauiter ferret:stultissimum iudicabat:beniamin quoq; his malis adiiceret . Et ille quidem
neq; ruben sermonibus supplicantis flexus est:suos filios tradentis:ut si quid beniamin in itinere
pateretur:eos occideret auus:Illos hæsitantes in his malis:potius conturbabat argentum:quod in
sacris missum latenter inuenerant. Tritico uero quod delatum fuerat iam deficiente: fame magis
inualescente:coactus necessitate iacob:beniamin deliberauit cum fratribus destinare . Non enim
poterant in ægyptum uenire:nisi cum sua promissione pergerent.Cũq; famẽ quottidie augeri cõ-
spiceret:filiis supplicantibus: quod aliud de præsenti faceret non habebat.Iudas autem cum esset
& in aliis uir audax:& in his apud eum fiducialiter usus est:dicens:non eum debere de fratre me-
tuere:neq; aliquid aduersum suspectionem conspicere:quomodo nihil circa eum agendum foret:
ubi deus adesset:& quia ei quicquid immineret etiam apud eum manenti omnino contingeret:
eos autem sic palam in perditione pueri adiicere non debere: nec alimentum ex ubertate pharo-
nis permissum:propter puerum irrationabiliter auferendum:cogitandum uero de salute simeon:
ne dum parceretur profectui beniam:ille perimeretur:deo autem esse credẽdum de illo. Quo ex-
hortante atq; dicente:aut saluum reuocare filium:aut se cum eo remansurum atq; uicturum:cre-
dens ei Iacob:tradidit beniamin:& duplex tritici præcium:simul & quæ apud chananeos nascun-
tur:unguenta balsami:& stacten:& therebintum:& mel:munera Ioseph direxit esse portãda.Mul-
tæ uero a patre in egressione filiorum effunduntur lachrymæ:pariter & ab illis.Ille nanq; si filios
saluos de itinere suo reciperet cogitabat illi uero si fratrem incolumen repperirent :nihilq; pro
eorum tristitia mali perpessum :quotidieq; eis meror ingerebatur.Et senior quidem fessus tollera-
bat:illi uero ibant in ægyptum:spe meliori tristia rebus curaturi præsentibus . Cum uero ægy-
ptum peruenissent : successerunt alias secesserunt quidem apud Ioseph . Timor autem eos non
fortuitus perturbabat : ne propter tritici præcium crimini subiacerent:uelut & ipsi furtum sub
calliditate egissent:& apud præpositum Ioseph multis satisfactionibus utebãtur:domi in suis sac-
cis dicentes se inuenisse pecuniam:eamq; nunc reportasse.Illo itaq; respondente:& se iam quid di-
cerent ignorare:releuati sunt a timore:soluensq; repente simeon:cum fratribus esse permisit . Ve-
niente autem ioseph a ministerio regis:ei munera proferrebant & sciscitanti de patre:dicebant:q;
eum incolumen reliquissent.Ille quoq; cognoscens superesse beniamin: si is esset iunior frater i-
terrogabat quem utiq; in præsenti cerneret . Quibus respondentibus eum esse:ait deum semper
omnium ei esse suffragatorem.Ipse uero passione motus ad lachrymas discedebat:nolens semet-
ipsum fratribus demonstrari:sumptosq; eos ad cibos fecit discumbere:sicut erant soliti apud pa-
trem.Qui dum circa cunctos recumbentes benignus existeret:beniamin partibus duplicibus ho-

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

norabat.Dum uero post cœnam fuissent in soporem conuersi:iussit præposito ut eis tritici mensuratum traderet:præciúq; rursú in eoꝝ saccis absconderet monere uero . Beniamin etiá poculú argentú quo bibere congaudebat immitteret. Hæc itaq; faciebat;experimentú fratrú sumere uolens:utrú auxiliú aliquando ferrent beniamin pro furto detento : & patienti periculum an certe relinquentes eum:tanq; ipsi nihil gerentes malit:ad paterna limina remearent . Cum uero famulus mandata fecisset:die facto:Iacob filii nihil horum scientes discedebant:recipientes etiá simeõ: & duplici gaudio congaudentes : tam propter eum : q̃ etiam beniamin reuocantes : sicut promiserant patri.Qui dú abirent:insequebantur eos equites:ducentes famulú : a quo in sacco beniami poculú uidebatur immissum:& inopinabili equestrú inuasione turbatos: causamque sciscitantes: pro qua sic uenissent : illi maliuolos eos appellabant qui dum honore & muneribus potiti a domino suo fuissent:neque munerú:neq; hospitalitatis.Ioseph memoriá retinentes: presumpserit in eum iniqua cõmittere & scyphum quo ille in conuiuio bibere congauderet auferentes:iniusta lucra secum portarent:amiciciamq; Ioseph:suumq; periculum si inuenirentur in fraude secundo loco ponentes:minabanturq; eis supplicium esse uenturum:quia nec deum latuerint:nec cum furto fugientes euaserint:licet ministerii famulum latuissent.Cognoscetis igitur dicebant:quid ignorantes de poculo passi fuerimus:scituri tamen repente uos esse puniendos. Hæc & his maiora in eo dicens famulus increpabat.Illi uero nescientes factum eius uerba irridebant: leuitatemq; uerboꝝ illius famuli mirabantur:quod talem causam præsumeret uiris inferre:qui dú præciú in suis saccis inuentú neq̃quá retinuissent:sed qđ gestú fuerat nullo sciente reuocassent:multo potius ab huius maleficii uolútate discederét:& qa rei pscrutationé negatiõe iudicabát eé fidelioré:regrere famulum imperabant:& si quisquam rapuisset:cum reperiretur omnes esse puniendos . Nihil eni sibi conscii:fiduciam habebant:ut putabant omni periculo carituram.Illi uero inquisitionẽ fieri exigebant:uniusq; fore supplicium:qui in furto fuisset inuentus. Et dum quererent omnesq; iam cæteros pertransissét:secundum modum inquisitionis beniamin nouissime peruenerút:nõ ignorantes:quomodo in illius saculo poculum abscondissent:sed subtilé inquisitionẽ se facere simulãtes:aliiq; de suo timore liberati:uidebantur esse solliciti de beniamin:confidebant tamen:qa nec in illo possent maleficium inuenire:increpabantq; eos qui fuerant persecuti:uelut eis multum processuris impedimentum itineris attulissent.Cum uero scrutantes onus:de saculo beniamin inuentum poculum protulissent:in luctum & gemitum omnes repente conuersi sunt:& induméta rúpentes:flebant fratrem suum pro furti crimine puniendum:seq; mentitos patri de salute beniami. Crescebat autem eis hoc malum:eo p iam se credétes tristitiam deuitasse:rursús in fratris sui malis inciderent:& paternæ super illos tristitiæ causam se fore dicentes:qui uim patri fecissent: ut eú cum eis una dirigeret.Equites ergo sumentes beniamin:ad Ioseph adduxerunt:fratresq; pariter sequebantur,Ipse dum cerneret illum in custodia positum:illud autem luctuoso scemate aceratos: quod ait:o maligni aut de mea clementia: aut de prouidentia dei cogitantes:talia in peregrinú & benefactorem facere ptæsumpsistis,Illis autem in supplicium se tradentibus pro salute beniamin; & rursus recordantibus dicentibusq;:beatiorem esse Ioseph;qui si quidem mortuus esset:& a uitæ tristitia liber existeret:si uero uiueret:certum:quia pro illo super eos deus uindictam inferret:asserentibus se esse amaritudinem patris:quia tristiciæ quam pro illo haberet hactenus : etiam de beniamin ipsi ei rursus adiicerent:ruben eos etiam uehementer increpante.Ioseph ergo dicente:illos quidem a se absoluit:a quibus in nullo fuerat lesus:solamq; ei sufficere pœnam fratris:neq; iustum esse illum propter eos dimitti qui in nullo deliquerát:neq; illos cum fure puniendos:sed etiá abeuntibus præbere se securitatem:omnes quidem tenuit stupor : & dolore huiusmodi passionis obmutuerunt.Iudas autem qui etiam patri persuaserat:ut adolescentulum dirigeret:& in aliis erat uir efficax:pro fratris salute se decreuit opponere . Licet crudelia inquit opera commiserimus in te:& supplicio digna : iustumq; sit omnes nos subiacere tormento : licet non sit iniquitas omniú sed unius iuniors:tamen desperantibus de eius salute: spes relicta est nobis de tua benignitate & euadendi nobis te pollicente periculum, Et nunc non ad nos respiciens:neq; malefacta considerans:sed ad tuam naturam conuersus:uirtutem propicius exerce non iram:qua alii cum in fortitudine pari sint:non in maximis solummodo:sed etiam in fortuitis sumentes utuntur . Tu esto magnanimis :.neq; uincaris ab ira: ut eos perimas:qui neque suam potuerint tueri salutem:sed a te sumere eam poposcerunt.Non enim modo eá primitus nobis donas:sed dum frumentorum uenissemus ad emptionem:uelociter & opulentiam donasti ciborum : & nostris familiaribus uberrime deferenda præbuisti:quæ periculum sustinentes a peste famis eripuerunt.Ne despicias pereuntes egestate rerum necessarium nec punias qui uidentur deliquisse : & circa beneficium quod a te nobis splendidissime collatum est : inuidiæ calamitate damnati sunt. Permaneat tua gratia : alio modo tantum data . Saluabis enim : quos ob hoc etiam nutristi : animasque quas fame laborare non passus es : a morte tuis muneribus liberabis : quatenus hoc ita mirabile sit & magnum: ut & animas nobis dones: præbeasque unde possint indigentibus permanere. Reor enim deum causam hanc præparasse . uirtutem tuam circa nos uolentem cunctis ostendere:

noſq; in hac erumna constituisse: ut iniquitatibus in te peccantium uidearis ignoscere : & non solis ob aliam causam indigentibus tuæ clementiæ amminicula condonares : quamquam & hoc magnum est:si bene fiat inopibus:principale tamen existet : saluare quéquam eos:qui pro delicto commisso in se pœnas debeant exoluere.Ná si paruas lesiones dimittere delinquétibus laudé attulit multis:iracundiam cohibere in his:pro quibus uita peccantium sit obnoxia:diuinæ cognoscitur esse naturæ.Et ego quidé nisi scirem patré quéadmodú in amissione filioꝝ affligitur:propter Ioseph mortẽ:nequaquá quátú ad nos attinet salutis uerba proferé nisi forsán tuis moribus hoc donassem:quoꝝ est propriú etiá hos saluare.qui tribulantur in huius morte:sed etiam præberemus nos passuros quæcunq; uelles . Nunc autem non nostri miserantes licet iuuenes simus: & nondum fruentes uitæ bonis moriamur:sed de patre ea cogitantes: & senectutis illius miserãtes:has tibi præces offerimus : & cõmendamus animas nostras:quas tibi malignitas nostra tradidit ad supplicia perferenda.Nam nõ ille malignus est:neq; tales nos futuros genuit: sed cũ sit benignus:& ut experiatur talia non sit iustum etiá nunc nobis suspectus affligitur . Cú aút audierit perditos:etiam causam mortis amarissime sustinebit:& ob hoc multo citius uitá suá derelinquet: ita ut eum conuersationis nostræ turpitudo corrumpat:pessimumq; faciat de præsenti luce discessum:& dum ad alios studeret nostra bona plantare:ut nostri actus neq; sentiantur efficiet.In hac ergo ratione constitutus licet te nostra mala commoueant: tuam iustitiá dona patri:ut propter illius misericordiá maiora possis quam cogeris facere pro nostra malicia:ne senectus eius in desolatione consistat:aut nostra perditione deficiat. Verere patrum nomina hoc eis condonans munus.In hoc itaq; & tuum honorabis genitorem :tibiq; præstabis:cum iam hac apppellatione potiaris:& in ea sine passione seruaberis a deo patre cunctorum:in qua per cõmunionem huius nominis pie agere comprobaueris:nostri patris habendo misericordiam:ne fraudatus filiis aliqđ patiatur.Tua sunt ergo quæ nobis præbuit deus:habens utiq; potestaté & auferre & dare:nihilq; ab eius gratia differes . Nam dum quilibet in utrúq; habuerit potestatem:optimum est: ut hac in bonis utatur & potestatem quæ in malo est tanquam si nõ sit obliuiscatur: quasi hoc solú cõcessum sit ut de salute sit cogitandum.Tu uero omnes nos saluabis ignoscendo fratri:in quibus infeliciter egit neq; enim uita nobis est hoc punito:quo defuncto:ad patrem non licet remeare. Supplicamus igitur domine:ut si decreueris fratrem nostrum occidi:cum eo nos pariter punias: tanq̃ delicti participes.Non enim patimur nosipsos quasi propter mortui tribulationem afficere : sed tanquam similes eius maliciæ existétes ita debemus interimi.Et quoniam ut iuuenis deliquit & non prudentia roboratus:& humanum erat talibus ueniam tribui:hoc tibi relinquo:& ulterius uerba proferre cessabo:& siquidem nos condemnare uolueris:ea quæ dicta non sunt non uldebũtur nos ad tristitiam deducere:si uero absolueris illa etiam in tuæ benignitatis conscientia reuoluens: non solummodo nos saluabis:sed etiam uitam redonabis:per quod potius iustior appareas: quando plus a nobisipsis probaris de nostra salute sollicitus.Si auté castigare culpá maius:me magis pro illo castigãs:hunc patri remitte:si uero aliquem tibi retinendum iudicas seruú:ego utilitatibus tuis potior ero minister:quanto aptior ad utraq; passiones sicut uides existo.Iudas itaq; oia sustinere pro fratris salute libenter habés:,pstrauit semetipsum ante pedes Ioseph:si quõ eius iram flectere potuisset.Prostrati sút etiã fratres uniuersi flentes semetipsos pro anima beniamin tradẽtes neci.Ioseph aút animi sui passionibus uictus:& nequaq̃ ualés ire tolerare figmétú:iussit quidé abire præsentes:ut fratribus se tantúmodo demonstraret.Discedentibus igit oĩbus:semetipsú fratribus indicauit dicens.Virtutem quidé uestram atq; fouoré circa fratré uestrú collaudo:& meliores q̃ sperabá ex his quæ in me cogitastis inuenio. Hæc aút oia feci experiri uos és amoré uestræ fraternitatis.Naturaliter aút neq; circa me malignos uos arbitror extitisse:sed dei uolútate factú: quo bonoꝝ etiam nunc adoptio alias adeptio:& in futuro si propicius deus nobis fuerit:cõferenda sit.Patris ergo salutem inopinatá cognoscés:talesq; uos circa fratré inueniés:neq; illoꝝ quæ in me cõmisisse putamini ulterius recordabor . Cessabo aút & ab odio malignitatis qđ super his habebam:& tanq̃ fuerint uoluntate dei cõpleta:& in rebus pẽntibus uos mihi eritis occasio gratiã me habere profiteor:uosq; ipsos uolo illorú etiam obliuionem sumentes delectari magis in illo: quod tunc inconsiderate feciſtis:dum ad huius termini qualitatem causa peruenerit:quam confusionem grauiter ferre propter hæc quæ putamini deliquisse.Non ergo uideatur uos contristare:q; aduersum me malignam protulistis sententiam:nec pœnitentiam eius uos afficiat: quando impleri non potuerunt quæ fuerant cogitata.Exultantes ergo in his quæ a deo facta sũt:ite hæc nunciantes patri:nec etiam pro uestra consumptus sollicitudine:splendorem meæ fœlicitatis obscuret:si antequam ad meum ueniens uultum:præsentiumq; rerum potius:hac luce priuetur.Ipsũ ergo:uestrasq; coniuges:liberosq;:& cunctam cognationem sumentes:huc migrate.Non enim absentes bonorum meorum oportet mihi chariſſimos esse:insuper & fame annis adhuc quinq; mésura.Hæc cum dixisset Ioseph amplexus est fratres.Illi uero in lachrymis & tristitia constituti:super hoc quod cogitauerant contra illum:potius eis uidebatur esse supplicium bona uoluntas fratris.Et tunc quidem erant in epulis.Rex autem audiens uenisse ad Ioseph fratres :ætatus est exi-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CREDOS USAL

ꝑse:& tanquam in propriis bonis affectus præbenda eis uehicula tritico plena:aurumq; simul & argẽtũ portãdũ patri decreuit:sumenteſq; dona regis:illi & ampliora fratris:alia qdẽ patri ferẽda: alia uero sibi singuli donata gaudebãt:maioribusq; muneribus dõato beniamin exultãtes abibãt.

Iacob audito quia Ioseph uiueret in Egypto: & clarus ibi haberetur:descendit ad eum cum tota domo sua. CAP. IIII.

CVm ergo reuertentibus filiis:Iacob de Ioseph agnouisset:quia non solũ euasisset mortem pro qua degebat in luctu:sed etiam uiueret clare fœlicitate:& cum rege tota ægyptum sua prouidentia gubernaret:nihil quidem horum quæ ei nunciata fuerant incredibile iudicabat:cogitans de maxis operibus dei:& ipsius equitate:& licet multo tempore afflictione defecisset:repente tamen profectus est ad Ioseph. Et cum uenisset ad iuramenti puteum:sacrificans ibi deo:metuensq; ne propter fœlicitatem ægypti filiis amãtibus habitationẽ prouinciæ:nequaquam ad chananeam soboles eorum reuersa teneret eam sicut deus promiserat: aut ne præter dei uoluntatem in ægyptum eorum aduentus oriretur:formidans quoq; ne prius a uia recederet:quam Ioseph faciem peruenirет dum has haberet cogitationes in soporem resolutus est:astitit ei deus: & secundo nomine uocans respondenti quis esset:ait. Non est iustum te ignorare deum:qui semper præsidio tuis maioribus fuit:& post eos etiam tibi.Nam cum te & pater primatu priuasset:hunc tibi ego restitui:& meo fauore in mesopotamiam missus solus:& bonas nuptias adeptus es:& filiorum multitudine pecuniarumq; plenus ad propria remeasti:permãsitq; tibi omne genus prouidentia mea salubre: & Ioseph filium quem te perdidisse putabas: ad maiorem bonorum adoptionem culmẽq; perduxi: & ægypto dominum ut paululum uideatur a rege differre constitui.Assum uero nunc dux tibi futurus in hac uia:uitãq; tuam in manibus Ioseph finiendam esse nunciaturus:lõgumq; sæculum tuam sobolem in principatu & gloria fore ꝓnuncians:eamq; in terram quam promisi constituendam.In hac igitur uisione confidens:proniot in ægyptum cum filiis & eorum omnibus properabat.Erant ergo omnes septuagita. Nomina uero eorum significare mihi non uidetur:& præcipue propter difficultatem eorum.Attamen attendens eos qui non arbitrantur nos de mesopotamia esse: sed ex ægypto:necessarium iudicaui nominum quoq; ferre memoriam.Iacob quidem filii erant duodecim: quorum Ioseph iam prius abierat.Eos uero qui post eum profecti sunt:eorumq; sobolem demonstrabo.Ruben itaq; fuerũt quattuor filii:enochiphalech: esrom:charmi. Simeõ autem sex habuit:iamuel:iamin:aoth:iachin: salier:saul:Leui filii tres fuerunt gerson:gaath:merari.Iudæ autem filii fuerunt tres:ſ;Ion phares: zare.Duo uero nati de phares:esrom:& amor.Issachar quattuor habuit.Tholas: Furas:Iob:semrõi Tres uero zabulon habuit filios:sarat:ilon:iachili.Hoc ergo genus de lya descendit cũ qua ascenderat etiam filia eius Dina.Sunt ergo isti omnes trigintatres.Rachel filii fuerunt duo: quorum Ioseph quidem fuerunt filii:manasses:& effraim.Beniamin autem decem bela: Bechor: Asbelus: iera:Naama:Ysar:Mobim:Ophim:Areth:ros.isti decem superioribus additi:fiunt numero quadragintaseptem:& legitimum quidem Iacob genus hoc fuit.De Bala uero famula Rachel: fuerũt Dan:& Neptalim:quem sequebãtur filii quattuor:Enol:gunis:Saris:& Sylim. Dan autem habuit unigenitum huius.His itaq; additis super illos quos diximus:quinquagintaquattuor adimpletur numerus.Gad autem & aser nati sunt de zelpha:quæ fuit famula lyæ: fueruntque filii gad septẽ: Gophoron iaphim: Vnin:Zabrõ:aurim:rothin:ariel.Aser autem fuit filia Sara & masculi numero sex:quorum nomina sunt:iomnis:isus:iose:ubbares:Aber:& melchel:Isti cum sint sed ecclesiadictis eis prædictis quinquagintaquattuor memoratus numerus completur:reputato cum eis Iacob Cognoscens autem ioseph aduenire patrem:nam iudas præcedens: eius nunciauerat aduentum: occursurus egressus est: eique in ciuitate quæ heroum uocatur. pparuit. Ille ex inoppinata magnaque letitia pene usq; ad defectum mortis peruenit:sed eum recreauit Ioseph:licet nec ipse retinere alias retineri potuerit:ut propter nimiam leticiam talia minime sustineret:non tamen qua pater passione deuictus est. Deinceps illum quidem cum quiete uenire iubens: ipse quinq; fratrum secum suorum sumens:pergebat ad regem:dicturus ei aduenisse genitorem suum Iacob.Ille lætus hoc audiuit:iussitq; Ioseph:ut dicere eis:quam uitam habere delectaret:ut eos degere ita decerneret.Ille uero optimos eos esse pastores respondit: nihilq; aliud præter hoc solummodo uelle:ut non separatim sed ut omnes pariter habitarent:atq; prouidẽtiam facerent patris:quatenus & ægyptiis gratus esset: & nihil quod illorum esset istis imponeretur. Egyptiis enim erat abominabilis conuersatio pastoralis.Veniente uero Iacob ad regem:& salutante pariter & pro regno eius orante:Pharao scisciabatur:quanto tempore iam uixisset. Illo centum triginta annorum se esse dicente:longinquitatem uitæ iacob miratus est.Cum uero dixisset:quia pauciores annos uixerit quam eius maiores:concessit ei ut cũ filiis suis in heliopolitana urbe conuersaretur. Illic enim pascua etiam pastores eius habuerunt.Fames ergo ægyptiis augebatur:& pestis eos potius inopes faciebat:cum neq; fluuius terram irrigaret: non ei crescebat ut mos erat: neq; pluerat deus:cũ utiq; per ignorãtiã futura prouideri nequerint. Ioseph aũt ad pecunias dãte frumẽta:cũ eis etiã hæ deficerẽt:de suis opibus & mãcipiis triticũ cõparabant:& quibuscũq; esset pars

aliquia terræ:hãc ꝓ ꝑcio alimenti cedebant.Sic itaq; rege omniũ passionũ domino facto:alii alibi migrauerunt:quatenus regiões eoꝝ fierent firma possessio regi præter solummodo sacerdotum. His enim regio sua seruata est.Non solum ergo eorum corpora ad seruitutem pestis adduxit: sed etiam mentes:ita ut decetero ad turpem egestatem alimentorum uenire cogerentur. Imminuẽte uero se fame:& fluuio terras inundante:& fructus abundanter ea ferente: Ioseph ad unamquanq; ueniens ciuitatem: eiusq; multitudine congregata:eandem terram quã ipsis cedentibus rex habere poterat:soluq; frui:in toto redonabat:& uelut possessiõis proprie laborem eos amare poscebat:quintam partem frugum solummodo regi soluturos pro terra quam illis dabat.Illos ergo inopinate terræ dominos constitutos lætitia comprehendit:ob quam rem præcepta quoq; sunt cõstituta.Hoc igit mõ dignitas apud ægyptios ioseph potior habebat:maiorq; fauor ab eis regi collatus é:& ut quintã frugũ partẽ persoluere deberẽt.etiam apud reges posteros lex ista permansit.

De morte Iacob & de sepultura qua sepultus est in ebron a filiis:de morte quoq; Ioseph & fratrum eius. CAPI. V.

IAcob autem decimo septimoq; anno in ægypto commoratus: & languore confectus præsentibus ibi filiis:cum optasset aliis quidem possessionem bonorum & prædixisset per prophetiam quemadmodum ex eorum generatione habituri essent posteri chananeam:quod etiam multis post temporibus est effectum: cũq; Ioseph magnis præconiis prætulisset:quia malorum memoriam circa fratres non habuerit:sed benignus potius fuerit i eos: & donauerit bonis innumeris:quæ nec benefactoribus soleant repensari: præcepit quoq; filiis suis ut Ioseph natos ephraim & manasses in numerum suum reciperent:diuisuri cum eis chananeam: de quibus post hæc loquemur:poposcitq; simul:ut ei sepultura fieret i ebron & mortuus est cum uixisset omnes annos septem & quadraginta simul & centum:in nullo maiorum suorum cultu diuinæ pietatis inferior:retributionemq; promeruit:quam iustum erat ita benignum accipe. Ioseph concedente sibimet rege:patris corpus in ebron reducens:multa largitate sepeliuit. Fratribus autem reuerti nolentibus cum eo:cum eos terror haberet:ne illos patre mortuo castigaret: propter nequitiam quam ei fecerant:nec ulterius circa eos mitis existeret:satisfecit eis:ut nihil metuerent: neq; talium habere deberent suspectionẽ:multaq; bona quæ secum detulerat donauit nihilq; qd circa eos benigne debuisset impendere dereliquit.Mortuus est autem & ipse:cum uixisset annos centum & decem uirtute mirabilis:& omnia ratione disponẽs:protestatemq; suam humiliter agẽs quod utiq; huiusmodi fœlicitatis causa fuit ei apud ægyptios:& aliunde scilicet ueniente:& talem qualem dudum diximus passum calumniam.Mortui sunt etiam eius fratres in ægypto fœliciter conuiuentes:quorum corpora in ebron post mortem reportantes posteri sepelierunt. Ossa uero Ioseph nouissime quando hæbrei egressi sunt ex ægypto in chananeam reportauerũt:sic enim eos coniurauerat ioseph.Horum igitur unusquisq; qualiter se habuerit:qbusq; laboribus obtinuerint chananeam significabo:causamq; narrabo primitus:pro qua ægyptum deseruisse uideantur.

De oppressione filiorum israhel in ægypto per pharaonem:& de natiuitate moysi quem educauit filia pharaonis:& adoptauit sibi i filium:& de sacroꝝ scriba q uoluit interficere puerum cõculcantem coronam regis:quá puero rex imposuerat. CAPI. VI.

IGyptiis siquidem delicatis:& desidiosis in labore existentibus:& aliis libidinibus ualde subiectis:etiam propter amorem lucri contigit ut pessime circa hæbreos inuidia eorũ fœlicitatis afficerentur. Videntes enim israhelitarum genus augeri:& propter uirtutẽ & laboris ingenium diuitiarum affluentia ualde nobilitatos:cõtra se eos augeri suspicabantur: oblitiq; bonorum propter longinquitatem temporum quæ meruerant per Ioseph:regnoq; translato ad aliam domum:crudeliter opprimentes israhelitas:studebant eis uarias inferre miserias. Fluuium nãq; eos per multas derivationes diuidere:muroq; ciuitatibus edificare & fossata circunducere:ut eas inundare fluuius non ualuisset:& piramidas edificare: præcipiebant ut nostrum hoc modo genus attererent.Omnes artes ergo efficientes:& in laboribus assueti quadringentorum annorum tempus in his miseriis extiterunt:eratq; hæc iter eos pugna:ut ægyptii quidem laboribus uellent israhelitas expendere:illos uero meliores semper eorum se præceptionibus exhiberent.Dum uero in his essent rebus utriq;:causa pro qua potius studerent in exterminatione generis nostri semper ægyptiis huiusmodi fuit.Quidam sacrorum scriba:cum sint experti de futuris prædicere ueritatem:enunciauit regi pariendum quendam illo tempore inter israhelitas:qui humiliaret quidem ægyptii principatum.Augeret autem suo cremento israhelitarum genus:uirtuteq; transcenderet uniuersos:& gloriam in perpetuum memorabilem posslideret. Cuius consilio iussit ut omne masculinum quod ex israhelitis nasceretur:iactantes in fluuio consumerent.Custodienteq; conceptus mulierum hæbrearum:& partus earum obseruare præcipiés ægyptias obstetrices.Ab eis enim hoc officium iubebat impendi:quas propter cognationem credebat regis non transcendere iussionem.Eis autem qui conténerent hoc præceptum: & partũ earum occulte saluare præsumerent:perimi cum sua generatione præcepit.Hanc ergo illi sustinebãt crudeliter passionem:& non tantum dolentes q filiis priuarentur:aut quia dum parentes essent

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS UTILES

ad perditionem filiorum ſibi naſcentium miniſtrarent:ſed etiam ex illa cogitatione qua eorũ de-
Ieretur genus:quando quidem nati eorum necabantur:ipſi uero paulatim redigebantur ad nihilũ.
Et illi quidem erant in illo malo iacentes:contra dei uero uoluntatem nemo poterat prævalere &
ſi innũeris hoc artibus exercerent.Puer itaq; quem prædixerat ille ſacer ſcriba:latenter regia cau-
tela nutritus eſt:& uerax in his quæ per eum facta ſunt ille qui prædixit inuentus eſt:qđ hoc mo-
do geſtum ẽ. Amaramis unus hæbreorum nobilis:cum metueret pro cuncta gente:ne defectio in
nutrienda iuuentute proueniret:& grauiter hoc ferret ne eius uxor pareret:dũq; in heſitatiõe eõ
ſiſteret:ad dei ſupplicationem conuerſus eſt rogans:ut aliquam miſerationum haberet:qui in nul-
lo eius religionem prævaricaſſe uiderentur:daretq; eis rerum libertatem:pro quibus illo nati af-
fligebantur in tempore.Deus autem miſericordiam eius habens:& ad ſupplicationem aures incli-
nans:aſtitit ei per ſomnium:& nequaq̃ eum deſperare de futuris exhortabatur:pietatiſq; eorum ſe
dicebat habere memoriam.Et propterea retributionem eſſe præbiturum:& dudum quidem eorũ
donaſſe maioribus:ut ex paucis magna eorum fieret multitudo.Et abraam quidem ſolum de me-
ſopotamia in chananeam ueniſſe:factumq; locupletem:& inter alia dum uxor eius ad genus pri-
mitus fuiſſe ſterilis:deinde eius uoluntate ad hoc habilis facta genuiſſet filium:& reliqſſet iſma-
heli quidem & qui ex eo erant arabiam regionem:ceturæ autem filijs tragoditen:yſaac uero cha-
naneam.Qui dum meo fortiter pugnaſſet auxilio:ſemper uicit.Iacob etiã cõtribulibus fuit igno-
tus:qui deinceps magnitudinem fœlicitatis qua uixit:ſuis poſteris dereliquit.Quo cum ſeptuagi-
ta ſolũmodo in ægyptum ueniente:ulterius ſexcenta milia iam eſtis effecti.Nunc autem me utilita-
tis ueſtræ & tuæ gloriæ ſcito prouidentiam cõmuniter habiturum.Is enim puer cuius generatio-
nem metuentes ægyptii:cuncta perdere decreuerunt:quæ ex iſrahelitico ſemine generantur: tuus
erit:& diſperdet quidem eos qui eius interitum intendebant:nutrituſq; mirabiliter:hæbreorũ q-
dem genus ab ægyptiorum neceſſitate liberabit:eritq; eius memoria quantiſcũq; temporibus ui-
xerit uniuerſa apud homines:non ſolum hæbreos:ſed etiam alienigenas gentes:me utiq; & alia p̃-
bente tibi:& his qui de te naſcituri ſunt.Erit autem ei etiam frater huiuſmodi:qui meum habeat
ſacerdotium:& ipſe & qui de eo fuerint cuncto tempore procreati.Dum ergo hæc uiſio illi oſté-
ſa fuiſſet:ſurgens.Amaramis indicauit hoc iohuel coniugi ſuæ:maiorq; timor eis alloquio huiuſ-
modi uiſionis inſtabat.Non enim de filio ſolũmodo eſſe uidebatur eis formido:ſed etiam p̃ ma-
gnitudine futuræ fœlicitatis.His tamen quæ prænũciata fuerãt a deo:fidem partus præbuit mu-
lieris:qui cuſtodes latuit per conceptus ſui ſilentium:ex eo q̃ non uehementer ei dolores inſiſte-
rent.Et tribus quidem menſibus apud ſemetipſos occulte nutriet infantem.Deinceps autem me-
tuens amaramis ne captus regie iræ ſuccumberet:& ipſe cum puero deperiret:& dei ꝓuidentiam
excluderet:deliberauit potius hoc modo pueri conſulere ſaluti prouidentiamq; latendi eſſe hanc
iudicauit.Nam illud erat incertum:cum piculũ imineret nõ ſolũ puero qui occulte nutriebatur:
ſed etiã nutriẽti:deumq; iudicauit oium habitugꝫ cautelã:quatenus in nullo q̃ ꝓmiſerat eẽt mẽ-
dax.Hæc cogitantes:uas rotundum ex uimine cõplicitũ:uelut alueoli magnitudine præpararũt:
quod ſufficeret ut infans ſpacioſe ibi iaceret.Deinde uixerũt illud bitumine:natura eni bituminis
eſt:ut i uiminalibus uaſculis acceſſit:poſſit aq̃ coercere.Illic ergo iſãtem mittẽtes:& circa fluuium
ponentes:eius ſaluté deo reliquerũt.Et fluuius quidẽ eũ ſuſcipiens deportabat. maria uero pueri
ſoror matris iuſſionẽ cuſtodiebat:quo illud uaſculum deportaret̃ itendẽs.Tunc itaq; deus oſten-
dit:non humana prouidentia:ſed omnia quæcũq; uult ipſe fieri:effectum optimum protinus adi-
piſci:nec prævalere quidem eos qui pro cautela ſua alios condemnare nituntur interitu multoq;
ſtudio hoc implere conantur:cum inopinabiliter illi ſaluentur:& pœnitus de medio malorum in-
ueniant periculorum ereptionem dei ſolius uoluntate.Tale aliquid ergo circa hunc infantem ge-
ſtum aperta uirtute dei probatum eſt.Thermut igitur erat filia regis : quæ dum circa litus flumi-
nis luderet:portari a fluuio illud uas conſpicimus:præcepit ut ad ſe ille alueus portaretur.Venié-
tibus autem qui ad hoc fuerant deſtinati cum alueo uidẽs infantem ualde gauiſa eſt:propter ma-
gnitudinem & ſpeciem eius.Táto ergo ſtudio deus circa moyſen uſus eſt:ut ab ipſis qui propter
na tiuitatem eius decreuerunt interimere genus hæbreorum:alimento & cura dignus haberetur:
iuſſitq; mulierem adduci.Thermut regis filia:quæ daret infanti mamillam.Quo nõ accedente ad
illius ubera:ſed euitante:& hoc in multis mulieribus faciente:maria aſſiſtens his quæ fiebant:nõ
ut quaſi uideretur ex operibus:ſed inter alias aſtare ait.Fruſtra o regina has mulieres ad nutrimẽ-
tum infantis uocas:quæ nullam ad eam cognationem habent.Si uero quandam hæbraicarũ mu-
lierum adduci præceperis:puto tanq̃ contribulæ ſuæ p oterit ubera excipere. Cũq; putaretur be-
ne dixiſſe:iuſſit:hãc ire ut aliquam quæ lactare eum poſſit adduceret.Illa uero accepta huiuſmo-
di poteſtate:reuerſa eſt:agens matri ſoli cognitum : infanſq; grate quodammodo acceſſit ad eius
ube ra:& ſupplicante regina commiſſum eſt ei cum omni diligentia pueri nutrimentum. Cui ſe-
cundum euentum rerum nomen impoſitum eſt:eo q̃ de flumine ſit ſaluatus. Aquam enim ægy-
ptii moyſẽs uocant:uero ſaluatus.Componentes itaq; hæc ex ambob us:moyſes ei nomen impo-
ſuerunt: ideſt ex aqua ſaluatus.Et erat indubitanter ſecundum dei proloquium prudentiæ ma-

gnitudine & laboribus ſapientũ hæbreoꝝ nimiũ iduſtrius.Huic igiť abraam pater ſeptimus erat.
Erat.n.iſte filius amaramis: q̃ fuit de patre chaath:q̃ natus eſt de leui:Leui uero de lacob q̃ fuit ex
Yſaac filio abraã.Erat aũt ei ſapía nõ p̃ ætate cõceſſa:ſed ſua méſura multo ſupior:& ſenioré hu-
ius rei facultatẽ in iſantia demõſtrabat:maioréq; ſpem actio eius iã tunc q̃ uiri pfecti gerebat.Et
cum trimus fuiſſet effectus deus mirabiliter eius ſtaturæ eleuauit ſpaciũ. Nã quantũ ad ſpeciem
nullus erat ita ſeuerus:ut uidens moyſen:eius pulchritudinẽ non amaret: multiſq; contigebat dũ
eũ cernerent p̃ plateã ferri:ut conuerterent̃ qdẽ ad aſpectũ pueri:& ea in q̃bus uidebant̃ ſtudium
hére defererẽt:delectati potius eius uiſiõe.Erat eni in eo multa infantulis gratia: & excellẽter de-
centerq; circa eũ exiſtés:retinebat iſpicientes.Hũc ergo cũ talis eẽt:thermut ſibi filiũ adoptauit:dũ
ſobolẽ legittimã nõ hẽret.Et cũ aliquãdo eũ portaſſet ad patrẽ:oſtẽdit eũ q̃ſi de ſucceſſiõe nõ co-
gitaret:ſed uolũtate dei,ppriũ filiũ nõ hẽret dicebatq;.Nutriui infantẽ forma diuinũ:& prudentia
ualde fortiſſimũ: mirabiliterq; de fluminis gratia cõdonatũ:quẽ meũ qdẽ filiũ eẽ decreui:tui im-
perii ſucceſſorẽ.Hæc dicẽs:poſuit in manibus patris iſanrẽ.Ille uero ſumẽs eũ; & ad pectus appli-
cans p̃ amorẽ,p̃ filiæ gratia ipoſuit ei diadema.Moyſes aũt cõuolués illud,piecit i terra:quaſi p̃ iſã-
tipm cõculcauitq; ſuis pedibus:qđ regi auguriũ ferre uidebať.Cõtẽplato ãt ille ſacer ſcriba:q̃ eius
natiuitatẽ p̃dixerat:ita futuꝝ ad humiliandũ principatũ ægypti:impetum fecit ut eum occideret:
& terribiliter clamans ait.Hic eſt puer ille o rex quem deus nobis occidendum oſtendit:ut de cæ-
tero timore careamus.Teſtimonis enim oſtẽditur quia tum inuaſurus eſt principatum. Iſto náq;
perempto:ægyptius quidem eius timor tolletur:hæbreis autem ſpes confidẽtiæ quam propter eũ
habere creduntur auferetur.Quod cum dixiſſet:uix prævalebat eum abripere thermut: cum etiã
rex ſenior eſſet ad eius necem:deo huiuſmodi propter prouidentiã ſalutis Moſaycæ faciente.Ale-
batur itaq; multa ſollicitudine:& hæbreis quidem in eo erat ſpes optima circa cuncta: ſuſpitionis
uero eius crementum generabat ægyptiis.Et cum nullus eſſet certus:ut uel ſi occideret rex infan-
tem & cognatum propter adoptionem:aut aliorum quilibet:quid amplius ad ægypti utilitatẽ pro
deſſet:quo iam non metuerent de præſentia futurorum abſtinebant omnes ab eius nece.

Poſtq̃ creuit moyſes iniunctum eſt ei bellũ ethiopicum: ubi copulata eſt filia regis æthiopum
in matrimonio.Vnde odium & inuidiam magnam contraxit ægyptiorum. CAPI. VII.

MOyſes itaq; prædicto modo natus & nutritus:& tranſiens ad ætatẽ perfectam:ægyptiis
formam ſuæ uirtutis oſtendit:& ad humiliationem quidem illorum:augmentum uero
hæbreorum factum eſt:ut huiuſmodi occaſio proueniret. Ethiopes cum ſint proximi
egyptiis:negocia ſua i eoꝝ regionẽ portabãt:& referebãt egyptioꝝ.Illi irati caſtrameta
ti ſũt:uidicaturi cõtẽptũ: p̃lioq; cõmiſſo deuicti:alii ceciderũt:alii uero turpiter domi
reuertentes euadere potuerũt.Secuti aũt ethiopes & arbitrátes defeciſſe illos:p̃ſumptiõe ſua oẽm
egypti prouinciã optinere potius exarſerunt:guſtanteſq; eoꝝ bona:ab eis ſe nõ abſtinebant. Cũq;
uicinas partes adeuntibus non præſumerent repugnare:acceſſerunt uſq; ad méphis:& mare nulla
ciuitate.ſ.reſiſtere prævalente.His ergo malis obſtricti:ad reſponſa & diuinationes ægyptiꝝ fũt cõ-
uerſi:& deo eis præbente conſilium:ut auxiliatore uterent̃ hæbreo:iuſſit rex filiæ ut daret moy-
ſen ducem a ſe conſtituendum.Illa ſacramentis præbitis:ut nihil ei fierer mali:tradidit moyſen:p̃
magno quidem beneficio iudicans eius auxilium:& adnihilans ſacerdotes:qui eum uelut hoſtem
prædixerant occidendum:quaſi neſcientes q̃ aliquando utile foret eius auxilium. Moyſes uero a
thermut exoratus pariter & a rege:libenter hoc ſuſcepit opus.Gaudebant ergo ſacri utriuſq; gen-
tis ſcribæ:ægyptiorum quidem tanq̃ eius uirtute hoſtes deuincerentur:& moyſen ipſo dolo com
primerent:hæbreorum autem tanq̃ hæc eis occaſio foret:ægyptios omnino diffugere:quo moy-
ſes eorum dux eſſet.Ille anteq̃ hoſtes cognoſcerent eius inuaſionem ſumés ducebat exercitum:nõ
per fluuium iter faciens:ſed per terram:ubi ſapientiæ quoq; ſuæ mirabile fecit indicium.Nam cũ
terra ualde ſit feua iter agentibus:propter reptilium multitudinem:quia illic hæc omnia naſcun
tur:ita ut ẽt quæ apud alios nõ ſunt:ſola illa terra nutriat uirtute atq; malicia:& aſpectu ſolito dif
ferentia:quorum ſunt aliqua etiam uolatilia:ut cum de terra nocere nequeant:ſuperuolando non
prouidentes occidant:pro cautela exercitus & itinere eorum innoxio:hoc mirabiliter adinuenit.
Plectas ex papiro fecit in modum arcarum:eaſq; complens de hibicibus ſecum portabat.Hoc au-
tem animal ſerpentibus inimicum eſt:fugiunt enim eas aduenientes : & cum ſe celare uoluerint:
uelut flatu ceruoꝝ ab repte deuorant̃.Hibices ualde ſunt manſuete:& generi tantum ſerpentino
feroces.Et de his quidẽ p̃tereo nũc ſcribere:nõ ignorantibus græcis quale ſit genus hibicis.Dũ
uero ad terrã nutricẽ beſtiaꝝ ueniſſent:per eas ut dixi naturam ſerpentũ expugnabant:eiſq; uelut
aduerſus hoſtes utebantur.Hoc ergo modo iter agens:anteq̃ ethiopes agnoſcerent ſuperuenit:&
cum greſſus cum eis pugna deuicit:ſpẽq; quã habebãt contra ægyptios & eoꝝ ciuitates abſtulit:
ibatq; ſubuertens omnia:& terrã ethiopũ maxima uirtute deuaſtabat. Tunc pro fœlicitate alias
p̃ fœlicitatẽ:moyſeos cum de labore ſuo guſtaſſent:ægyptioꝝ exercitus fatigationẽ minime ſen-
tiebat:tanquã præter eum ſeruitutem & nouiſſimum ſubuerſionis periculum potuiſſent ægypti
ſuſtinere.Poſt hæc aũt inſequentibus ægyptiis cunctos ethiopes in Saba ciuitate regia ethio pi-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quã postea eambises meroinde nominauit:a ſororis ſuæ nomine obſidebãtur.Erat enim inexpugnabilis locus ille cũ & Nilus circũdaret eũ & circũcluderet:& alia flumina aſtabus & aſtabuſras: fluctus difficiles obiicerentur eis:qui illic tranſire tentarent.Ciuitas enim interior exiſtens habitabatur:ut inſula muro circundata uallo fortiſſimo:& contra hoſtes quidem ꝓpoſitus habet fluuios.Foſſata uero grandia inter muros & flumina ſunt:quatenus inundari nõ poſſit ciuitas: aquæ illic uiolẽtia deportata:hæc; res illa flumina tranſeuntibus difficilẽ faciebãt ciuitatis inuaſionem. Cum ergo grauiter ferret moyſes ſegnitiem exercitus:quãdo hoſtis nequaq; uenire præſumeret ad manus tunc aliqd tale prouenit.Tharbis filia regis ethiopũ fuit.Quæ dũ moyſen circa muros exercitũ applicãtẽ:fortiterq; uideret pugnãtẽ eius efficatiam expiẽtiãq; mirata:& deſperantibus iã pridem ægyptiis:libertatis auctorẽ eum extitiſſe bonos ſuæ euentus fœlicitatis exiſtimãs: ethiopibus.ſ.exultãtibus:i his quæ circa eos geſſerãt:eũq; tũc periculis iherere cõſpiciẽs i amorẽ eius ẽ lapſa crudeliter.Et cũ paſſio ꝓualeret:miſit ad eũ fideliſſimos ſeruoꝝ:ut ei de nuptiis loquerẽtur. Illo uero ſermonem eius ſuſcipiente:ut traderet ciuitatem:præbitiſq; federibus:ut & uxorem eam duceret:& ciuitatem obtinens:nequaq; pacta tranſcenderet:effectus uerba præuenit:& poſt necem ethiopum gratias agens deo moyſes:nuptias celebrauit:& ægyptios in propriam terram reduxit. Illi uero ex quibus ſaluabãtur a moyſe:ex his odium aduerſus eum habebant:& ferueẽtioribus aduerſus eum conſiliis utebantur arbitrantes:non propter bonos actus eum in ægypto ita creuiſſe: innocueruntq; regi:quid de facta cæde prouenerit.Ille itaq; apud ſe induſtriam uiri continuit: inuidia uero ducatus moyſeos:& oppreſſionis ſuæ formidine tactus:compulſuſq; a ſacris ſcribis:metebatur in moyſeos cæde graſſari.

Moyſes cognitis inſidiis regis ægypti latenter effugit & ueniens in madiã: habitauit cum raguele ſacetdote:cuius filiam accepit uxorem. CAPI. VIII.

Vi dum cognouiſſet inſidias eius:latẽter effugit:& itineribus obſeſſis:p deſertũ fugam expleuit.Cũq; ei ciboꝝ eſſet iopia:uiribus tolerantiæ præualebat:ueniensq; ad ciuitatẽ madian circa mare rubrum poſitã:cognomẽ habentẽ ab uno filiorũ abraã de cethura progenito ſedens ſup quẽdã puteũ:ex labore atq; miſeria quieſcebat exiſtente meridie: nõ ꝓcul a ciuitate.Quo ei actus acceſſit huiuſmodi ex uſu prouincialiũ cumulũ eius uirtutis oſtẽdens:& occaſionẽ ad meliora ꝓbens.Nam cõ ſint loca iaquoſa ꝓcedebant paſtores ne forte a puteis aquæ exhauriretur ab aliis:& oues potu neceſſario priuarentur.Aſtiterũt itaq; tũc ad puteum ſeptem uirgines ſorores:raguelis filiæ ſacerdotis:qui multo honore apud prouinciales habebaſ. Quæ gregum patris curã agẽtes:eo q; hoc miniſteriũ etiã mulieribus regionũ ſit trogolidarũ:ſufficientem aquã de puteo leuauerũt:expectantes ut greges ſuos abundanti irrigatione ſatiarẽt. Superuenientibuꝫ uero paſtoribus & uirgines expellẽtibus:ut aquã ipſi occuparent .Moyſes crudele iudicans puellas deſpicere iniuſticiã patiẽtes:uiolẽtiãq; uiroꝝ ſinere potioré q̃ uirginum:illos qdẽ ꝓhibuit uiolẽtos eẽ:uirginibus autem opportunũ præbuit adiutoriũ.Quæ beneficio iperato:uenerunt ad patrem:iniuriamq; paſtoꝝ narrantes:& ſolacium ſibi præbitum peregrini rogabant ne eius beneficium eſſet uacuum:ne retributione debita priuaretur.Ille autẽ & filias approbauit circa benefactoré ita ſtudẽtes:& Moyſen ad uultũ ſuum iuſſit adduci:iuſtiſſimæ gratiæ ꝑmia mentuꝫ.Cũq; ueniſſet & filiaꝝ teſtimonium ei de ſuo ſolacio declararetur:eius uirtutem admiratus: non fore eius auxiliũ ſine bona repẽſatiõe dicebat:ſed idoneũ ſe ad reddẽdã gratiã: ita ut magnitudine repẽſationis:mẽſurã poſſit trãſcẽdere benefacti.Fecitq; eũ quaſi filiũ:& unã filiarum ei dedit uxorẽ:grægũq; ſuoꝝ in quibus omnis erat antiquis barbaris poſſeſſio:eum uoluit habere curam & dominum.Et moyſes quidem dum hæc impetraret a gechegleth alias theleo:hoc enim cognomẽ erat ragueli:degebat ibi paſcendo eius græges.

De rubo q uidebaſ moyſi q̃ſi arderet:q; tamẽ nõ cõburebaſ:ubi audiuit mãdatũ diuinũ ut reuertens in ægyptum:liberaret filios iſrahel de oppreſſione ægptioꝝ. CAPI. IX.

Poſt hæc autẽ tempora dum paſceret grægẽ i mõte q uocatur ſyna: ducebat oues qui mons eſt excelſus:& ad paſturas egregius optimas herbas habens.Hic dum eẽt opinio habitare deum:primitus nemo paſcebat:qa paſtores illic minime ambulare præſumebant quo tamẽ prodigium ei mirabile nimis apparuit.Ignis nãq; depaſcẽs rubi uiriditatẽ:eiuſq; floré trãſit inoxius:fructiferoſq; ramos nullo icẽdio diſſipauit.Cũq; flãma uehemẽs & uelociſſima eẽt:ille etiam ipam uiſionẽ iopinabilẽ formidatus obſtupuit:& potius dũ uocẽ ignis emitteret:& noĩe eius uocaret uerbaq; facere uideretur:quibus etiam eius fiduciam præſumentis ad loca accedere ubi nullus hominũ primitus ambulaſſet:eo q; eſſẽt diuina redarguit eiq; ſuaſit: ut procul ab igne recederet:& ut ſufficerent ei quæ uiderat:cum eſſet bonus uir:magnorũq; proles uirorum nihil amplius indagaret.Prædicatq; ei futuram gloriam & honorem apud homines ꝑſente deo:iuſſitq; ut cũ fiducia abiret i ægyptũ:dux & priceps futurus multitudinis hæbreoꝝ: & cognatos proprios ab illorum iniuria liberaturus.Nam & terram inqt hitabũt hanc fœlicẽ:quã hitauerat pater ueſter abraam:oibuſq; adepturi ſũt bonis:ad hæc utiq; te eos tuaq; ſapiẽtia deducẽte:iuſſitq; ut educẽs hæbreos ex ægypto ſacrificiũ gratiaꝝ actiõis ueniẽs ad illa loca celebraret,

Hæc ergo ex illo igne diuina uoce prolata ſunt.Moyſes ergo obſtupeſcẽs ſ his quæ uiderat: multo potius quæ audierat:uirtuti iqt tuæ nõ credere domie:quã & ipe colo:& maioribus meis apte apparuiſſe nõ dubito:ueſaniſſimũ ſecũdũ meã ſapiam eẽ puto. Verũtamẽ heſito quẽadmodũ uir ignarus & nullius uirtutis idoneus:aut ſuadeã uerbis:quatenus cognati relinquẽtes terrã quã nũc habitãt:me ſequãtur ad quã eos ipſe deducã ; aut uel ſi ipſis ſatiſfiat:qũo potero exigere pharaonẽ ut dimittat hæbreos:quoꝝ laboribus & opibus uirtus eius fœlicitatis augetur.Deus autẽ eũ i oĩbus cõfidere ſeq; adeſſe ꝓmittens:& ubi qdẽ opus eẽt ſuaſione:uerba ꝓbituꝫ:ubi aũt opibus: uirtutem miniſtratuꝫ:iuſſit ut baculo i terrã ꝓiecto fieret ſerpẽs:quo ſigno crederet ꝓmiſſa ſe ꝓceptuꝫ.Hoc dũ feciſſet:draco cõuolutus repebat ſpiris igẽtibus:& tãq; cõtra ſe ꝑſequẽtes ſuũ caput ſeuiſſimũ iſurgebat:q deiceps factus ẽ uirga.Poſt hoc uero mittere eũ dextrã in ſinũ ꝓcepit ; obediensq; eã cãdidã & uelut coloris niuei protulit:poſt qđ tamẽ ad ſolitũ eſt reuerſa.Iuſſus iteꝝ aquã de proximo ſumere:eã in terram proiicere:uidit colore ſanguineo factam:mirantemq; in his confidere præciebat deus:& adiutorem ſibi eũ noſſe maximũ:& ſignis his ad credendum epud omnes uſuꝫ:dicebatq;miſſus a me:ſecundum mea mandata facies uniuerſa.Iubeo ergo te i nullo te tardanté:ad ægyptũ feſtinare:die noctuq; laborãtẽ:ne tua tarditas maius tẽpus faciat hæbreos in ſeruitute conſiſtere.Moyſes autẽ non diffidens in his quæ diuinitas promittebat:inſpectorq; talium indiciorũ:& auditor factus orabat:ut hac uirtute eodem modo expiretur in ægypto:ſupplicabatq; ne nominis ſui deus noticiã ei celaret:ut dũ uoci eius participatus fuiſſet pariter & aſpectu: iſuper agnoſceret & uocabulũ:quatenus ſacrificans noĩatim eũ adeſſe hoſtius ſupplicaret.Et deus quidẽ ei ſuã ſignificauit appellationẽ:quã primitus hoĩes nequaq; uidebãtur audiſſe:de qua mihi fas dicere nõ ẽ.Moyſes itaq; illa ſigna nõ tũc ſolũmõ:ſed ſemp & ubicũq; contingeret faciebat.Ex quibus oĩbus plus maiorẽ ueritatẽ ſignis diſtribuẽs:deũq; ꝓpciũ & ſuffragatorem habiturum ſe credens:& domeſticos ſe ſaluare ſperabat:& ægyptios malis afficere.

Moyſes regreſſus eſt in ægyptum ſecundum mandatum domini:ubi faciens ſigna & prodigia maxima eduxit filios iſrahel de ægypto in manu ualida. CAPI. X.

Vdiẽs quoq; ægyptioꝝ regẽ pharaonẽ fuiſſe defũctũ:ſub quo ipe defungerat:petiit raguel ut eius ꝑmiſſu pro utilitate cognatoꝝ iret i ægyptũ:ſumenſq; Sephoram uxorem filiã raguelis:& filios quos habebat ex ea Gerſan & eliezer:tetẽdit ad ægyptum.Nominũ uero horũ gerſa quidẽ hæbrea lingua ſignificat in terra peregria.Eliezer aũt q adiutore patrio deo uſus:ægyptios effugiſſet.Cũ uero ueniſſet iuxta mõtẽ:frater Aarõ deo iubẽte occurrit ei.Cui moyſes ſignificauit quæ in monte contigerunt:pariter & diuina mandata. Procedẽtibus autem eis:occurrebant nobiles hæbreoꝝ eius præſentiã cognoſcentes.Quibus moyſes qũo uerbis ſuadere non poterat:ſigna ſibimet oſtenſa monſtrabat.Illi ſtupore eorum quæ inopinabiliter inſpiciebant:omnino credebant:& ex omnibus erãt in ſpe maxima cõſtituti:deo ſcilicet eorũ prouidẽte ſecuritatem.Dum uero iã obediẽtes haberet hæbreos moyſes:ꝓmittens ſecutoros ſe q̃ iuberet:libertatẽq; reſpicere:uenit ad regem illũ q nup ſuſcipat principatũ:& in quocũq; iuuerat olim ægyptios ab ethiopibus compſſos:cũ fuiſſet eorũ direpta prouintia declarauit:& quia militia & laboribus magnis uſus tãquã pro ſuis:poſt diuerſa pericula non dignam retributionem acceperit intimauit:pariter etiam quæ illi in monte ſyna contingerant:deiq; uoces: & ſigna ſingula ab eo monſtrata propter fidem rerum decenter expoſuit:rogauitq; ne diſcredens i his:impedimẽtum faceret dei uoluntati.Deridẽte uero rege:moyſes:ope fecit:ut conſpiceret ſigna quæ fuerant in monte ſyna monſtrata.Ille ergo dedignatus:illum quidẽ maligniſſimũ appellauit:& prius ægyptiorum fugiſſe ſeruitium:& nunc pro ſeditione alias ſeductione remeaſſe:& prodigiorum opus ſtuporẽq; factũ magicarum artiũ appetiſſe remedia.Cũq; hæc dixiſſet:iuſſit ſacerdotes eaſdẽ quas ille facere uiſiones:tãquã ægyqtii etiã in hac diſciplina ſapiẽtes exiſterẽt:& quaſi non ſolus moyſes peritus eſſet rerum:quas ipſe per deũ poſſit explere:ut qđ erat ualde mirabile:ſi etiam ab aliis fieret oſtenderetur:quomodo humana doctrina conſtaret.Et ponentibus illis uirgas:dracones facti ſunt.Moyſes autem nõ expauit ſed ait.Nec ego quidẽ o rex ægyptiorum deſpicio ſapientiam: ſed tanto melius hæc a me q̃ horum magica arte ſunt facta:quanto humanis diuina eſſe conſtat meliora.Oſtendam uero non artibus magicis:nec errore:ſed ſubſiſtere ueritate:quæ mihi ſũt dei prouidentia & uirtute patefacta.Cũq; hæc dixiſſet:proiecit in terram uirgam:iuſſitq; eam ut i colubrum uerteretur.Illa obediens etiam ægyptiorum uirgas quæ uidebantur eſſe dracones deuorauit:inſiliens donec conſumeret uniuerſas.Quã in ſuo ſcemate redeuntem:ſumpſit denuo moyſes.Rex autem nihil maius in hoc actu ſe uidiſſe ſimulauit:ſed iratus:& in nullo eum præferri dicens ægyptiorum ſapientiæ & integritati iuſſit ei qui ſuper hæbreos uidebaſ eſſe conſtitutus ut nullã eis præberet requiẽ:ſed maioribus q̃ prius eos malis affligeret.Ille ergo cum prius eis præberet paleas ad lateres:nihil ulterius dedit:ſed die quidẽ opibus eos faciebat affligi:nocte uero paleas congregare.Cum eis duplex hoc malum exiſteret:& erũna per illum crudelior inſtituſſet: ille neq; minis regis fatigatus eſt neq; increpationibus ceſſit hæbreoꝝ:ſed animam ſuam cõſtituit ad utraq;:ut & laboraret;& libertatem cognatus acquireret:ueniensq; rurſum ad regem ſuadebat ei

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
CIDOS.USAL.ES

ut dimitteret hæbreos ad mõtẽ ſyna:ſacrificaturus deo.Hoc ei præcepiſſe dominum dicebat:& in nullo contradicendũ illius iuſſioni exorabat:deúq; propicium fore cunctis:ſi eos dimitteret egredi ne prohibẽdo illos ſibimet reputaret paciẽdũ quæcúq; patiunt qui præceptiõibus dei cotradicũt:quando eis qui iram in ſe cõmouerint diuinã in omnibus oboriunt aduerſa.Ex quibus utiq; neq; terra:neq; aer ſuauis exiſtit:nec ſoboles eoꝝ naturali modo progredit : ſed inimica omnia & aduerſa ſentire ægyptios edicebat:& hæbreoꝝ populum abire ex illorũ prouicia etiam illis nolẽtibus affirmabat.Rege uero moyſes deſpiciente ſermones:nullãq; conuerſionem ſui ad talia facíente:paſſiones peſſime quas ſingulas explanabo ægyptios inuaſerunt:nec prius flectebátur quã eoꝝ experimenta perciperent ſimul & quia uellet deus moyſen in nullo eorum quæ prædixerat monſtrari mendacem:& quia prodeſſet hoibus:ut diſcerent obſeruare & facere ea:in quibus non poſſet offendi diuinitas:ne ad iracundiam conuerſus:in eorum iniquitatibus ulciſcat. Fluuius enim eis ſanguineus dei uoluntate profuit:& qui bibi non poſſet:cũ fontem aquarum aliũ nõ haberẽt: nõ colore ſolũmodo talis erat:ſed etiã ſe cõtingẽtibus doloris amari gemitũ i nferebat:eratq; talis ægyptiis:hæbreis aũt dulcis & potabilis exiſtebat:licet naturaliter uideret eẽ mutatus.In hoc miraculo rex timens.atq; heſitãs ꝓpter ægyptos:abire pmiſit hæbreos. Cũq; malũ fuiſſet aliquomõ releuatũ rurſus ſãtẽtiã permutauit :nec eos abire pmiſit.Deus aũt illo cõtemnẽte poſt calamitatis ablationẽ:& nolente a ſua malicia tẽperare aliã intulit ægyptiis plagam.Ranaꝝ nãq; infinita multitudo eorum terrã late depaſta eſt:plenuſq; erat his etiã fluuius:& polluebatur eoꝝ potus:& aialibus ibi putreſcẽtibus:fetor cũctis noxius exalabat ex aq̃;eratq; cũcta regio huiuſmodi malo plena: ebuliẽtibus ranis & morientibus:quæ etiã domeſtica eoꝝ habitacula ualde uexabant:dũ in cibis ſepius inuenirent & poculis:& in cubilibus eoꝝ inambulantes:fetorq; crudelis erat: & abominabilis: moriẽtibus ranis ac putreſcẽtibus. Dũ his ergo malis ægyptii præmerẽtur:iuſſit rex Moyſẽ tollentem hæbreos abſcedere. Cũq; dixiſſet hoc:repente ranaꝝ exterminata eſt multitudo:& terra ſimul & fluuius in ſuam reuerſi ſunt naturam.Pharo uero mox ut paſſionibus terra priuata eſt: oblitus calamitatis illius:rurſus retinuit hæbreos:& tanq̃ ſi plurimas paſſiones experiri uelit:nequaquam dimiſit moyſen populũq; diſcedere:quẽ prius timore potiuſq; prudenti animo abire decreuerat.Rurſus ergo alterius mali percuſſione eius fallaciam diuinitas uulnerauit.Peduculorum nanq; infinita multitudo ægyptiis pullulauit:ex interioribus ebulliẽs:ex quibus mali male cõſumebantur:neq; lauacris: neq; medicamentoꝝ unguentis genus hoc exterminare prævalentes. Ob hanc ergo peſtẽ Egypti rex turbatus:metuenſq; ſimul peſtem ſui populi:licet faute uerecundiã ſe deuicti uiri putaret habiturum:cogebatur tamẽ a malo tẽperare:hæbreiſq; conceſſit egreſſionem. Cũq; hoc iterũ leuigaret:filios obſides & uxores reuerſionis ſuæ eos reliquere ſanciebat.Vnde irritauit potius deum:credens ſe eius quoq; prouidẽtiã fallere:ſicut moyſen.Sed illum latere nõ potuit ægyptũ punientẽ propter hæbreos.Beſtiis nãq; multigenis & multimodis quorũ aſpectibus nullus occurrit:eoꝝ prius impleuit regionẽ:quibus & ipſi conſumebant:& terra agricolarũ cultura nudabat. Si quis enim primaꝝ paſſionũ perditionẽ euaderet:hoc langore & interitu hoium talia ſuſtinentiũ ſuccũbebat. Cũq; pharo neq; ſic dei iuſſionibus obediret:ſed uxores qdẽ abire cũ uiris diceret : reliquendos uero filios poſtularet:nõ defuit deo:unde calliditate eius diuerſis malis & maioribus denuo ſupuenientibus caſtigaret.Crudeliter nãq; eoꝝ corpora uulnerabant itenius corrupta.Ita paſſim ægyptioꝝ multitudo conſumebat : Rege uero neq; hac plaga tempante grádo uehemens:cũ neq; prius in ægypto aer aliquid tale ꝓtulerit:neq; ſimilis apud eos hiemis tẽpore deſcenderet:maiorq; q̃ apud habitatores boreæ partis & ſeptemtrionalis aeris rigore deferret effluxit & fructus earum uſquequaq; confregit . Deinde genus locuſtarũ germen quod nõ fuerat uexatum grádine deuorauit:ut eis generaliter ſpes terrenoꝝ fructuum deperiret.Sufficiebat nãq; quélibet ſine calliditate fatuũ:etiã ea quæ p̃dicta ſunt mala ad ítellectum & cogitationẽ utilitatis adducere.Pharo itaq; tantũ iprudens quantũ malignus ſentiens cãm:deo tamẽ cõtradicebat: iuſſitq; moyſẽ cũ uxoribus ſuis hæbreos abducere: facultatẽ uero eis deſerere:eoꝝ depopuládas domus.Moyſe uero nõ acquieſcẽte ita dimitti eos:quos oporteret deo ſacrificiũ de ſuis rebus offerre:cum ꝓpter hác cãm multo tẽpore moraréť:tenebræ ꝓfundiſſimæ & ptẽ luminis nõ habẽtes: ægyptiis ſunt diffuſæ: ꝓ qbus & uiſus eoꝝ aeris craſſitudine clauſi ſunt:eoſq; mori miſerabiliter cõpulerũt.Metuebant enim ne caligíe ſimul abſorberẽt. Deide his excuſſis poſt tres dies totidẽq; noctes:dum nullatenus pœnitentiã ageret pharo ꝓpter egreſſum hæbreoꝝ:accedens ad eũ moyſes ait.Quouſq; iobediés es uolũtati dei? Iube dimitti hæbreos:nõ enĩ poteritis ab his malis eripi:niſi hæc uoſueritis ſplere. Rex aũt iratus ĩ his quæ fuerãt dicta:minat eius ſe caput auferre:ſi ad eũ ob hác iportunitatẽ denuo remearet. Tunc moyſes nequaq̃ ſe de his uerba factuꝝ dixit:ſed illũ ipſum cũ ꝓceribus ægyptioꝝ deprecatuꝝ fore:ut hæbrei diſcederẽt. Et ille quidẽ cũ hæc dixiſſet abſceſſit.Deus aũt oſtẽdẽs adhuc una plaga feriendos ægyptios:ut dimitterẽt hæbreos:iuſſit moyſen præcipere populo:ut ſacrificiũ paratũ haberẽt:eẽntq; ꝑſtructi a decima die xãtici méſis: uſq; ad quartádecimã q apud ægyptios quidẽ parmuthi:apud hæbreos aut niſan uocat : macedones uero xanticũ eum appellant.Et egreſſuros hæbreos oĩaq; portaturos aſſeruit. Et ille quidẽ ĩ

præparatos habens ad egreſſionem hæbreos:& cõſtitutos per tribus ibidem retinebat . Cum auté inſtaret quartuſdecimus dies : omnes ad egreſſionem tẽdentes & immolantes ſanguinem:domus proprias yſopi frondibus emundabant. Cunq; cœnaſſent.reliquias carnium tãquam egreſſuri cõcremauerunt. Vnde hactenus ſecũdum hunc moré ita ſacrificamus.Illáq; feſtiuitaté paſca uocauerũt:quod ſignificat trãſcẽſioné:eo ꝙ illa die deus trãſcẽdere eos peſtẽ uoluit:quæ ſcilicet ægyptios uiſitauit.Mors enĩ primo genitorũ ita ægyptiis facta é:ut plurimi ꝓcerum cõgregati cira regalia Pharaoni ꝓſuaderẽt:quatenus hæbreos ſub uelocitate dimitteret.Qui uocatũ moyſen abire præcepit:arbitratus:ut ſi de ꝓuintia recederẽt:iminẽté ægyptiorũ caſtigationem ceſſare: mulieribuſq; honorabãt hæbreos:alii quidé ut citius egredirẽtur:alii uero ꝓpter uicinitatis eorũ cõſuetudiné.Et illi quidé egrediebátur:flẽtibus ægyptiis & pœnitẽtiã agẽtibus:eo ꝙ fuerit eis ſic crudeles tẽdebátq; ad ciuitatem noíe licus:quæ tũc erat deſerta:ubi babylon poſtea fabricata eſt: dũ cambiſes ægyptum deuaſtaret:celeri terq; agẽtes iter ad locũ beelſephon:tertia die ad rubrũ mare deuenerũt.Et ꝓpter deſertũ nihil de terra poſſent habere ciborũ:fermẽtata farina azimis panibus ex modico tempore tãtũmodo coagulatis ueſcebãtur:hiſq; triginta ſũt uſi diebus : longiori enim tempore eis nõ ſuffecerũt quæ tulerunt ex ægypto:cum etiam is cibus ſub neceſſitate cuſtodiretur:nec ad ſatietatem eodem uterentur. Vnde ad memoriã illius inopiæ:feſtiuitatẽ octo dierũ agimus quæ dicitur azimorum.Omnis itaq; multitudo mulierũ pariter & infantum egreſſorũ conſiderantibus ineſtima bilis erat.Qui uero ætaté habebant aptam ad expeditũ:ſexcenta milia fuerunt:reliqueruntq; ægyptum:menſe xantieo:luna.xv.poſt annos.xxx.&.cccc.q̃ pater noſter abraã neniſſet in chananeam:poſt Iacob autem aduentum in ægypto:anno.cc.& quinto.Moyſes autem erat quidem anno iam.lxxx.frater autem eius aaron tribus annis maior extabat.Portabant etiam oſſa Ioſeph:dum hæc ille ſuos filios facere præcepiſſet .

Quomodo ægyptii pœnitentia ducti ꝙ dimiſiſſent filios iſrahel:inſecuti ſunt eos uſq; ad mare rubrum:quod diuiſum uirga moyſi præcipiente domino:ingreſſi ſunt filii iſrahel:& ſicco ueſtigio tranſierunt illud:ægyptii autem perſequentes ingreſſi ſunt poſt eos:ſed reuertẽte mare in ſeipm: ſuffocati ſunt fluctibus. CAPI. XI.

POrro cum ægyptios hæbreoꝝ peniteret egreſſus:rexq; grauiter ferret: tanquã ueneficiis moyſeos ſigna illa facta fuiſſent:deliberauerunt ſuper eos:irruere.Et ſumẽtes arma perſequebátur:tãquã reuocaturi eos:ubicúq; cõprehẽdiſſent:nec eos ulterius deo dimitterent:ſeq; contra eos facillime prævalere iudicabant:cum & inermes eſſent illi:& itinere fatigati.Et a ſingulis occurrentibus requirentes quo abierent:perſequi cum ſtudio feſtinabant licet moleſta ſit illa terra iter agentibus:non ſolum expeditis:ſed etiam ſingulariter ambulãtibus.Moyſes autem per ea loca prouide ducebat hæbreos:ut ſiquidem pœniteret ægyptios & ꝓſequi uellent hæbreos:ſupplicium maliciæ ſuæ:& tranſgreſſionis indubitanter exoluerent.Per paleſtinam uero grauiter ferebat trãſire:propter antiquam moleſtiam:uolebatq; quolibet modo latere pergens.Confinis enim eſt ægyptiorum hæc prouintia:& propterea uia quidem ducente ad paleſtinam populum non eduxit:per deſertum uero multum iter agens:malaq; perpeſſus innumera:ad chananeam ſtuduit peruenire:inſuper & propter mandata dei iubẽtis adduci populũ ad mõtem ſyna:ſacrificium illic oblaturos.Apprehenſis ergo hæbreis ægyptii ad prælium parabantur:& multa uirtute proſecuti:concluſerant eos in paruulo quodam loco.Sexcenti enim currus eos perſequebantur:& equites quinquaginta milia:& ducenta milia pariter armatorum.Et itinera quidé clauſerunt quibus hæbreos fugere iudicabant:inter rupes intranſgreſſibiles eos & mare claudentes:ubi terminatur mons ex aſperitate uiarum:nimis immenſus.Et fugã eis penitus amputantes:a maritima & mõtis cõgreſſione hæbreos militibus obſẽderũt:os ipſũ fuge claudẽtes:ut egreſſum eis ad cápeſtria denegarẽt.Nõ itaq; tolerabát obſẽſſionis modũ hæbrei;ꝓpter egeſtaté neceſſariorũ:neq; fugæ facultaté habẽtes:armiſq; priuati qui licet ſi pugnare uellẽt:eis ſpes rerum omnium amiſſa uideret:niſi ſemetipſos traderẽt uoluntati ægyptiorum . His ita factis:moyſen in omnibus culpabát:oblitiq; ſignorũ quæ eis fuerãt a deo ꝓ ſua libertate mõſtrata:uſq; ad hoc uenerũt: ut etiam prophetam qui eis ſalutis dona promiſerat:pro incredulitate lapidibus niterẽtur obruere:ſeq; tradere cogitarent:eratq; luctus & gemitus mulierũ & infantum:ante oculos habentium mortem:montibuſq; ſe & mari claudẽtibus ſimul & hoſtibus & fugam nullatenus ex iſtis ſueniẽtibus.Moyſes autem licet eſſet in eum exaſperata multitudo:ipſe tamen circa prouidentiam eorũ non ceſſabat:ſed hæc omnia iactabat in deum:qui eis etiam iam alia quæ prædixerat pro eorum libertate contulerat:& neq; in hoc reliquendos eſſe inimicis dicebat:neq; ſeruituros:neq; perituros:ſtanſq; in medio ait.Nec hominibus quidem bene conuerſantibus circa nos iuſtum erat non credere:de dei uero prouidentia uos deſperare opus non eſt:a quo uobis omnia prouenerunt quæcunq; per me ad ſalutem & libertatem ſeruitutis ueſtræ neq; ſperantibus promiſit:cum potius ĩ heſitatione ſicut putaſtis uenientes:oporteret nos adiutorum dei ſuſtinere:cuius opus erit etiam nunc in tali nos difficultate concluſos:ex deſperatione ſicut uos creditis habituros ſalutem:& ex hoſtibus libertatem:qui fortitudinem utiq; ſuam circa nos eſt oſtenſurus:& prouidentiam factu-

rus.Non enim in paruis diuinitas auxilium sui fauoris solet accommodare : sed potius in quibus humanam spem ad meliora non uidet accedere.Vnde tali auxiliatori credentes:cui uirtus est etiã parua grandia facere:& tantarum infirmitatem rerum suo munimine roborare . Nolite ægyptiorum arma metuere:nec quia mare & posteri montes uiam fugæ prohibent : propterea salutis spatia desperare:fient enim uobis hæc quasi campi dei prouidentia:& pelagus conuertetur in terrã. Cunq; hæc dixisset:ducebat eos ad mare ægyptiis intuẽtibus.Erãt enim e diuerso positi:& labore persecutionis affecti:in crastinum differre prælium utile fore credebant . Dum uero moyses peruenisset ad litus sumens uirgam rogabat deum:& auxiliatorem atq; adiutorem inuocabat dicẽs, Neq; tu quidem ignoras quia effugere nobis mala præsentia:nec fortitudine:nec auxilio licet humano:sed tu præbe aliquod salutare exercitui:tua uoluntate ægyptum relinquenti.Tuum est enim nos eripere:quia nũc omni spe & cõsilio desolati ad tua solius subsidia conuolamus:& quicquid ex prouidẽtia tua nobis accesserit:quod nos ab ægyptiorum ira liberare nunc possit inspiciamus: ueociterq; tuam nobis ostende uirtutem:& populum desperatione ruentẽ in peius:ad securitatẽ dignare & ad fiduciam pietatis perducere.Non enim in extraneis sumus:sed tuum quidem ẽ mare:tuus est & mons qui nos circũdat:ita ut hic aperiri te præcipiente:& mare cõuerti possit in terram.Valebimus etiam effugere per desertum:sed tuæ placeat uirtuti hac etiam nos parte saluare. Talia siquidem cum orasset:percussit uirga mare.Quod repente percussione icisum:& in se diuisum terram reliquit nudam:ut hæbreis uia esset & fuga.Moyses autem uidens ad destinationem dei & pelagus cessisse eis:propriam terram primus intrauit:& hæbreos diuino itinere facto ꝓpter periculum ꝑsentium hostium sequi se præcepit.Qui delectabantur in hoc:agebantq; deo gratias: ꝓpter salutem quæ per eum ultra modum rationis accesserat:quos iã nequaquã tardãtes:sed cũ festinatione ꝓgentes:uelut sibi præsente deo:uesanos quidem ægyptii primitus iudicabãt:& tãquã ad interminationẽ manifestæ mortis itentos.Cũ uero uidissent eos illesos abire:nullúq; ipedimẽtũ eis nec difficultatem aliquã obuiare:persequi eos aggressi sunt:tãquam & illis pelagus ita cetũ existeret.Præordinantes ergo equos:ingrediebatur totus exercitus in mare . Hæbrei uero illis se armantibus atq; tardantibus:ad terrã contra positam peruenerunt:sine aliqua passione illos effugientes.Quapropter illi audaciores effecti persequebantur:tanquam nec ipsi aliquid essent passuri:cum nescirent hæbreis proprie factam:& non esse cõmunem uiã. Quæ utiq; pro salute periculum patientium fuisset ostensa:& non propter eos qui ad perditionem eorum accedere festinabãt. Dum ergo ægyptiorum exercitus omnis in mare intrasset:rursum effusum est: & descendens uentorum procella:omnes ægyptios comprehẽdit:ymbresq; simul & tonitrua ualde grauissima e cælo descenderunt:choruscationesq; lãpadantes:nihilq; fuit rerũ euentientium per iram dei ad perditionem hominũ qui eis nimie tũc nõ accessit. Nox caliginosa insuper & fluctuosa apprehendit. Et isti quidem ita sũt perditi:ut nemo ex eis reliqueretur:hæbrei uero neq; retinere poterãt gaudium ꝛopinabilis suæ salutis:& hostium perditione firmissimæ libertatis:quando defecerunt qui eos seruire cogebant:deumq; sic aperte suum adiutorem inspiciebant. Et illi quidem periculũ ita effugientes insuper & inimicos punitos sic esse respicientes ut nulli unquam priorum hominum poterant reminisci:hymnum tota nocte dixerunt. Moyses aũt canticum in deum & laudem gratiarũq; actionem propiciationis eius: exametro composuit . Ego itaq; ut inueni in sacris libris ita hæc singula quæq; tradidi.Nullus uero diserediat uerbi miraculum: si ãtiquis hominibus & malicia priuatus uia salutis licet p mare facta ẽ sine uolũtate dei:siue ꝑponte reuelata:dũ & eis q cum alexãdro rege macedoniæ fuerunt oli antiquitus resistentibus panphilicum mare diuisum sit: & cum aliud non esset iter transitũ præbuit eis:uolente deo per eũ destruere persarũ princip atum: hocq; confitentur oés:qui actus alexãdri cõscripserũt.De his itaq; sicut placuerit cuilibet estimet. Postea uero armis ægyptioꝝ pfluctus uiolentia uétoꝝ allatis:exercitui hæbreoꝝ:moyses & hoc arbitratus dei pmissiõe factũ:ut neq; armis egerẽt:hæc exiit colligẽs:hæbreosq; his muniẽs:duxit eos p desertũ ad montẽ syna:illic imolatus deo:& p salute multitudis hæbreoꝝ ut dictũ fuerat munera redditurus in pace.

Incipit tertius liber antiquitatis iudaicæ.

Quomodo moyses populũ ex ægypto sumẽs duxit ad mõtẽ syna:multo itinere fatigatũ. CA. I.

IGitur inopinabiliter hæbreos tali salutem donatos grauiter iterum cõtristabat: dum syna ducerentur in montem:essetq; regio ualde deserta:& necessaria iis alimẽtis egena : & aquæ difficilis:quæ non solum ut præberet aliquid hominibus indigebat:sed etiam nec aliqua animalia ut aleret erat idonea.Est enĩ sterilis nullusq; nouus fructus ex ea ualet oriri.Per huiusmodi siquidem regionem necessarie properabant.unde quando irent ad aliam non habebant. Portabatur autem aquæ ex locis iam transactis duce iubente : & ea expensa ad effodiendos puteos cum labore propter terræ duriciã accedebãt:& cũ iuenirẽ erat inoptabilis:sed amara simul & parua.Hoc itaq; modo faciẽtes circa meridiana iter:uespere uenerũt in locũ quẽ ꝓpter aquæ maliciã mar nominauerũt. Amaritudo enĩ hæbraica lĩgua sic dicitur.Ibi fatigati itineris uiolẽtia:idigẽtiaq; ciboꝝ q eis deerãt omnino mãserunt.Erat ibi puteus ualde durus:qui nec sufficere quidem tãto exercitui poterat:paruã tamẽ eis cõsolationem præbebat:q; in illis locis fuisset inuentus.Audierant enĩ ab exploratoribus:quia nihil ambulantes ulterius inuenirent.Illa siquidẽ aqua amara grauiter non solum hoibus:sed etiã subiugalibus existebat.Videns itaq; moyses populũ i angustia cõstitutũ: & simul causam cui cõsultari nõ poterat:neq;.n.inimicus erat hostis:quatenus uim iferenti de necessitate potuisset sua fortitudine resistere.Et dũ isto mõ eoꝝ deficeret uirtus:ifãtũq; & mulierũ multitudo debilior:nihilq; prodesset doctrina uerborum:calamitatem omnium suam moyses propriã faciebat.In unum itaq; cõcurrebant:eiq; cuncti istabant:mulieres quidẽ ꝓ paruulis:uiri aũt pro semetipsis ne eorum utilitatem sperneret:sed eoꝝ saluti quocũq; ordie ꝓuideret. Ad hoc ergo cõuersus est:ut solũmodo deo supplicaret:ut aquã ex malicia præsenti cõuerteret:eãq; illis potabilẽ cõdonaret.Et cõcedẽte deo tãtam gratiam:sumẽs sũmitatẽ uirgæ quã in præsenti gerebat diuisit ꝑ medium:& in longitudine ipsam icisioné faciens:deinceps iactauit in puteum:satisfaciẽs hæbreis:eo q; deus eius orationes audisset:& promisisset aquam se eis qualẽ cõcupiscerẽt ꝑbiturũ : si tamen iussis eius nõ segniter sed promptissime ministrarẽt.Illis uero dicẽtibus qđ uellet se facturos: si aqua cõuertereẽ in melius:iussit eos qui iuuẽtute ualebãt haurire dicẽs:q; priut effusa plurima q̃ ultima remaneret aqua possit eis eẽ potabilis.Illi qdem laudauerũt dictum:& aqua frequentibus contusionibus exercitata:purgataq; facta ẽ potabilis.Hinc itaq; castrametati:uenerunt in helim: quæ procul quidẽ bona uidebatur aspectu.Habebat enim palmarum arbores.De ꝓximo aũt maligna cõprobabatur.Nã palmæ illæ septuaginta non amplius erãt icrescibiles:nec multum eminẽtes a terra:ꝓpter aquæ iopiã:quia dum eẽt locus ois harenosus:neq; eis ex duodecim fõtibus humectatio quedã:aut ad rigãdum spes utilis habebatur:sed dum germinare non possent:steriles erãt idubitanter & paucæ.Cũq; ꝓ harenã discurrerẽt:nihil eis occurrebat:uel si paucum aquæ in manibus sumerent:inutile inueniebãt atq; cenosum.Fructum uero ferre erant ille arbores nimis inualidæ:propter aquæ ut dixi sterilitatẽ. Pro hac ergo causa culpabant ducẽ:clamabãtq; suã eẽ miseriam:expimẽtũq; maloꝝ ꝓ eũ se pati dicebant:triginta dierũ ambulãtes uiam.Quæcũq; .n.portabant cõsũpserant:& nihil pœnitus iueniẽtes:erant in desperatione rerum cũctaꝝ. In ꝑsenti nanq; malo alium habẽtes & nõ recordãtes quãta eis fuissent a deo & moyseos uirtute sapiẽtiaq; collata: irascebãtur aduersus ducẽ:& lapidare eũ simul aggressi sũt:quasi ipse causa tãtæ calamitatis existeret.Ille uero ita multitudine ꝓuocata:& cõtra eum amare commota:de deo confidens:& conscientia pura prouidentiæ suæ:quã gerebat contra contribules suos:semetipsum dedit in mediũ:& cõclamantes atq; ad lapides manus habentibus:cum esset ille aspectu gratissimus:& ad loquendum multitudinem suasibilis:mitigare cepit iras eorum:neq; eis priorum beneficiorum obliuioné habere poscebat:propter recordationem malorum præsentium:nec quia nunc laboraren t:ideo deberent perpetua dei munera proicere:quorum iam magna & inopinabilia meruissent.Sed sperare potius etiã de præsenti anxietate se dei ꝓuidentia liberãdos:qui eoꝝ uirtuté probare uellet : si haberent tolerantiam:& animo bono præcedentia retinerent.Quia si non ad illa bona ꝓpter præsentia mala respicerent:exercerẽtur in malis:& arguerentur non esse boni. Neq; circa patientiam: neq; circa priscorum bonorum memoriam:cum ita deum eiusq; uoluntatem cõtemnerent:ꝑ quã ægyptum reliquissent & ita circa eundem ministrum eius affecti esse uiderentur: cũ in nullo fuisset mentitus de quibus dicendum aut faciendum dei mãdato iuberet.Enumerabat igiẽ oĩa: quẽadmodũ perempti fuissent ægyptii qui eos contra domini cõpresserant uolũtatẽ: & quẽadmodũ idẽ fluuius illis quidã sanguineus esset:ipsis uero potabilis atq; dulcis:& quomodo ꝑ mare ne lõgius fugiẽtes nouã uiã aggressi ipsi quidẽ ex illo saluati sũt:inimici autem eorum prorsus absorpti:& quia dum arma non haberent:etiã hoc eis deus abũde præbuerit:& alia quæcũq; ad perdendos inimicos:ipsosq; saluandos necessaria fuissent:eis ultra spẽ uirtutis suæ more contulerit. Non ergo debetis inquit etiam in præsenti de eius prouidentia despare:sed sine iracũdia sustinere:& cogitare eius auxilium non quidẽ tardũ eẽ:sed ideo nũc differri ut uos hac difficultate probet utiq; credentes deum non per defectum esse segnẽ:sed pro experimento uirtutis uestræ & desiderio libertatis:& cognoscat utrũ & ciboꝝ inopiam:& sterilitatem aquæ pro eo fortiter ferre possitis: an seruire potius eligatis:sicut iumenta dominantibus sibi:& eis qui ꝓpter ministeriũ suũ hæc pinguissime uirtute consueuerunt adiiciens super hæc:dicebat non se tantũ de sua salute metuere: quãdo utiq; nihil mali patereẽ:si morireẽ iuste:sed potius ꝓ illis cogitare:ne ꝑ lapides quos mitterẽt sup eũ deũ iudicarẽtur cõtenere.Sic itaq; mitigauit illos:& ab impetu lapidationis abstinere fecit:& ad pœnitentiã sceleris cõuertit:dicẽs eos nõ hoc rationabiliter:sed necessitate feciss:cogitauitq; oportere:ut ad diuinã supplicationẽ preceſq; ueniret.Et ascẽdens quẽdã scopulum : deposcebat:ut questum populo auferret deus:& eos ab inopia liberaret:in ipso enim esse salutẽ suã: & nullo alio:atq; cõcederet ueniam his quæ in ptæsenti fuerant necessitate populi gesta:cum generi hominum res oportunæ prouenientes:& difficile placeãt:& eius accusatio sit amica.Deus autẽ & prouisuꝝ se cõpromisit:& occasiones.eorum desideriis præbituꝝ.Moyses uero a deo hæc audiens descendit ad plebem.Illi cum uiderent eũ promissionibus lætum:a mestitia ad hilaritatem

conuersi sunt:stetitq; ille in medio:uenisse se a deo dicens:& portare eis pro hesitationibus præsentibus libertatem.Et post paululú ortigiarum alias ortigometrarum multitudo quas præcipue nutrit sinus arabicus:transcenso medio mari superuolauit: & post laborem uolatus quasi ad terrená requiem descendit inter hæbreos.Illi ergo tanq̃ alimentum sibi a deo collocatum comprehenderunt eas.Tunc Moyses ad orationes dei repente conuersus est : qui promissionis suæ cõpleuit auxilium.Mox autem post occasionem cibi prioris:etiam secundum eis deus emisit.Extédéte nanq; Moyse manus ad orationem:ros descendit ex aere.Cúq; fuisset eius manibus illinitus.Moyses arbitratus est etiam hoc ad cibum eorum a deo fuisse collatum:gustauitq;:& lætus effectus:ignoránte multitudine:ymbrem esse credente:& temporis esse pluuiarum quod agebatur. Ille docebat eos: ꝙ non secundum eorum opinionem ros e cælo descenderet: sed ad salutem eorum cibúq; uenisset.Et cum gustaret:fidem credendi præbebat eis.Illi uero imitantes ducem:delectabantur in cibo.Melius enim dulcedinem & delectationem habebat ualde suaué. Simile auté erat aromatibus præcipuis:& magnitudo eius similis semini coriandri.Festinabát quoq; singuli colligere ueheméter.Quibus præcipiebatur:ut omnes exequo per dies singulos assarii mésuram colligerét:nec eét ille cibus in crastinú relinquédus:hocq; fiebat:ne debilibus colligendi difficultas existeret:uirtute ualentium:& hoc ad necem accederent. Qui tamen plus a præcepta mensura colligissent:nihil amplius quam labores habebant cum maius nihil illic q̃ assarium inuenirent: & quod remaneret in crastinú:nulli utilitati proficeret:quando uermes illud & amaritudo consumeret. Sic ergo erat ille cibus diuinus & inopinabilis:& huiusmodi ultio fiebat ipsarum rerum priuationes seruantibus.Hactenus autem sic rigatur ymbribus locus ille:sicut etiam tunc a Moyse præstandum diuinitas misit hunc cibum.Vocant autem hæbrei hunc cibum manna. Manna itaq; interrogatio est in nostra lingua dicentis:quid est hoc.Illi igitur gaudium in his quæ eis fuerant celitus missa celebrabant.Quo cibo.xl.annis usi sunt:quanto tempore in deserto fuerunt.Cú uero ide migrassent uenerunt in rafidi: passi nouissimas pro intolerabili siti miserias . Nam cum præcedentibus diebus paucam aquæ difficultatem habuissent:tunc omnino comperientes terram inaquosam:in malis erant:rursusq; irascebantur in ducem.Ille ergo paululum multitudinis impetum deuitans:dei conuertebatur ad præces rogans ut sicut cibum eis indigentibus præbuit:sic etiam potum daret: cum peteret eis gratiam cibi non existente potu. Qui donum diu non distulit : sed præbiturum se moysi tantam aquæ multitudinem unde non possit sperare promisit:iussitq; ut uirga percuteret petram quæ ibidem erat apposita:& ex ea sumeret abundantiam rerum quibus egerent. Curabat enim ut neq; cum labore potius eis adesset. Hæc ergo moyses a deo sumens ueniebat ad populum sustinentem & in eum conspicientem:uiderant náq; iam eum de monte descendere.Cú uero uenisset:liberaturum eos etiam de hac necessitate dicebat deum:donatáq; salutem non speratam:& de petra eis fluuium manare promissum. Quibus obstupescentibus hunc auditum:si eis siti & itinere fatigatis necessitas ad hæc fieret:ut petram incideret:moyses uirga percussit petram: illaq; scissa:aqua manauit copiosa & ualde perspicua.Illi igitur inopinabile factú mirati sút.Quod cum uiderent:iam eis etiam ipsa sitis cupiditas est ablata:bibentibusq; . dulcis & suauissimus erat potus:& quale donum esse deo donante uideretur. Tunc ergo moysen mirati sunt : qui a deo sic fuerat honoratus:& sacrificia pro dei prouidentia collata sibimet ipendebat.Declarat autem scriptura in templo reposita:eo ꝙ deus prædixerit moysi aquam hoc modo de petra manaturam.

Quomodo pugnantes cum hæbreis amalechite & qui cum eis erant deuicti sút : & israhel prædam hostium perceperunt. CAPI. .II.

CVm uero hæbreorum nomé iam ualde ubiq; diuulgaretur:& de his sermo cresceret: in timore nõ paruo prouiciales erant: & mittentes legatos adinuicem solatia deposcebant:ut simul uiros illos interimere niterentur . Erant autem in hoc instantes :qui gobothe petram inhabitant . Qui uocátur quidé amalechite:pugnatores autem maximi illarum tunc gentium existebant . Quorum quinq; reges inuicem semetipsos: & circúhabitantes ad bella contra hæbreos rogabant dicentes exercitum alienú & ægyptiorum seruitia fugientem: sibi inuasiones inferre:nec bonum sibi fore si tale factú despicerent: sed ut antequam eorum fortitudo ad maiorem tenderet potestatem : & ipsi magis pugnare inciperent confidentes : eo ꝙ illis nullus resisteret:destruendos eos esse cautissimum atq; sapientissimum edicebát.Et pœná etiá de deserto & actibus quos illic gesserát exigendá:ꝙ non ita possit euenire: cum ciuitatibus:atq; bonis eorum manus inicerent. Alii ergo inchoátem inimicorum uirtuté mollire & deicere optimum esse:magisq̃ iam proficientem prohibere credebant.Alii uero hoc superfluum putabát.Alii nullá occasioné eis aduersus se fieri permittebát.Hæc & his similia per multas prouincias adinuicé legationibus agitantes:deliberauerant aduersus hæbreos bella suscipere.Moyses itaq; cú nihil belli speraret hesitationem & turbam habuit repente prouincialium : & ad congressionem iam præparatam:subitaq; pericula hæbreorum multitudinem perturbabant:quia licet omnium rerú haberent inopiam:petiorem tamen necessitatem pugnandi cum hominibus qui essent rebus omnibus bene conditi putabant.Moyses autem consolari cœpit eosq; confidere deposcebat:decretoq;

dei credere quo sæpe fuerant liberati.Et quia debellarent eos etiam qui eorum hostes existerent: arbitrari exercitú quidé multú & omnibus armis instructum:sed pecunias:aliméta:aliasq; res i quibus solét homines confisi pugnare:in auxilio diuino consistere:& sibi per deũ oia hæc adesse.Inimicorum uero manũ paruá:inertem:debilem:tanquá nõ fuerint quæ istos habere cõstaret:deo uolente facile superari . Scire autem eos oportere dicebat:qualis eorum auxiliator fuisset in multis iam experimentis & grauioribus.Et quia in præsenti quidem bello haberent laboré aduersus homines:cú uero fuerat eis suis & famis inopia:& in montibus atq; mari periculum:ubi fugam iuenire non poterant:hæc omnia diuino solatio deuicissent.Ergo rogabat eos prõptiores esse : tanq̃ omnium rerum facultas eis esset:ita ut hostibus præualerent. Et moyses quidé populum huiusmodi uerbis exacuens:ad prælium conuocauit tribuum principes.Et postea singulos adinuicem. Iuuenes quidem exorabat senioribus obedire.Illos autem ut uerba ducis audirent.Erát aũt eorũ aiæ in periculo cõstitutæ:& ad presentia preparatæ sperabantq; aliquádo a malis huiusmodi liberari.Iubebát quoq; moysen:ut ad bella p̃iret neq; tardaret:ne dilatio eorum fiduciam ipediret. Ille uero ex multitudine pugnacé eligens iuuentutem:super eos instituit iesum naue filiú de tribu effraim:ualde robustum:& labores tolerare fortissimum:ad cogitandum similis & loquendũ nimis idoneum qui nosset decéter deum & moysen colere doctorem pietate:eétq; apud hæbreos aptus.Paucos uero circa aquá constituit.Plurimos aũt totius exercitus circa infantum mulierúq; custodiam:& tota nocte erát p̃parati:quæcúq; fecerát arma suméntes:& duces proprios intédétes: táq̃ p̃lium aggressuri dum eis p̃ciperét.Inuigilabat aũt & moyses Iesum docédo:quéadmodú exercitum collocaret.Incipiente uero die iá pandi:rursus poscebat iesum:ne minor inueniretur in ope q̃ circa eú spes eét uniuersorum:gloriam præsentis militiæ in futuris nationibus possessurus.Hæbreorum uero nobilissimos seorsum rogabat:cúctaq; p̃iter multitudiné exhortabat armatá . Et ille qdé cú ita cõstituisset exercitú sermonibus & operum p̃parationibus:discessit ad mõté:deoq; similis & Iesum credidit expeditú.Miscebantur itaq; hostes:& i manibus erat bellú:fiduciaq; & uiribus utebantur in inuicem.Deniq; donec moyses manus extendebat ad cælum:hæbrei comprimebant amalechitas.Cúq; laboré ex defectu manuú moyses ferre non posset:qa quotiés manus deponebat:totiés hæbreos p̃dere contigebat:iussit fratré aarõ & sorores mariæ uirum nomine Vir sibi assistere:eiusq; manus utroq; latere cõtinere:& adiuuátes eú nõ p̃mitterét laborare.Quo facto hæbrei amalechitas fortiter deuicerunt:& oés iterissent utiq; nisi nocte supueniéte: populus recessisset a cæde.Victoriá quoq; optimá atq; p̃fectá nostri habuere maiores:iferentesq; sibi bellú uicerunt: & circúhabitantes deterruerunt:abúdátiáq; potiti sunt magnorúq; bonorum quæ suis laboribus húerunt.Deuincentes náq; exercitú hostiú:maximas diuitias & publice & priuatim possiderunt oés: cum primitus etiá alimentis necessariis indigerent.Fuit aũt eis nõ solum i p̃senti:sed ét in futuro bonorum cá huius quá p̃diximus pugnæ p̃fectio.Nõ tátúmodo eni corpora hostium seruitio subdiderút:sed etiá métes:& cúctis circúhabitátibus post illorum deuictionem affuere terribiles:eisq; diuitiarum maximú culmé adiectú est.Ná fugiétes inimici:magnam copiam argenti similis & auri reliquerunt in castris:& uasa erea quibus ad uescendum utebantur multamq; & insigné abundátiam utrarúq; rerum:idest ornamentorum textilium pariter & armorum:& aliorum quæ præparabantur ad prælium:diuersaq; iumenta:& quæcúq; moris est sequi iter agentem exercitú: prudétiaq; repleti sunt hæbrei ope fortitudinis:& multum desiderium uirtutis erat in eis.Semper enim laboribus isistebát:omnia se capere iudicátes.Huius ergo belli hic extitit finis.Postea uero moyses exuebat mortuos hostium:& arma fugientium colligebat:& hæc uiris pugnatoribus exhibebat:ducemq; militiæ iesum præconiis attollebat:exercitu testificante cuncta quæ gesserat. Nemo ergo hæbreorum mortuus est:hostium uero tanti:quantos neq; numero comprahendi possibile est.Pro gratiarum uero actione Moyses sacrificans:altare construit:qd̃ dei uictoriam nominauit: prophetauitq; omnes fore perituros amalechitas:nihilq; eorum in futuro relinquendú:eo ꝙ cõtra hæbreos in solitudine dimicassent:& nequaq̃ positis i calamitatibus pepcissent. Tunc exercitũ fessú:cõuiuiorum opulétia reparauit.Hoc ergo bello cõtra hostes suos post egressus ex ægypto primitus ita pugnauerút.Cum uero pacificas post uictoriam Moyses hostias obtulisset:fecissetq; nõ paucis diebus hæbreos cessare post pugnam:p̃duxit ordinatú exercitú:multa náq; eis iam copia erat armorum.Et procedens paulisper tribus mensibus postq̃ mouit ex ægypto : uenit ad monté syna:ubi ei circa rubum multas uisiones factas fuisse prædiximus.

Quia socerum suũ ietro moyses ad se ueniété ad monté syna libéter excepit. CAPI. III.

QVi raguel socer audiens eius fœlicitatem:libéter occurrit.Et moyses excipiés cũ eo sephorá uxoré suá & filios:delectatus aduétu eius:facto sacrificio epulas copiosissimas populo ministrabat iuxta rubú qui flammas euaserat:& multitudo quoq; p̃ cognatões epulis uescebatur. Aaron át sumens raguel & qui cú eo erát:hymnos canebant i deú: qui eius salutis & libertatis & egressiõis auctor extiterat.Simulq; laudabát ducé:quasi eius uirtute cuncta eis prospera contigissent.Et raguel quidem preconia multa plebis apud moysen de eorum fortitudine dixit:quia pro cunctorum salute sic laborauerint uniuersi.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

Quomodo persuasit ei:ut distribueret populum per millenarios:& cẽtenarios qui prius inordinatus erat. CAPI. .IIII.

DEinde uidẽs raguel moysen in reꝝ multitudine cõstitutũ:cũctis ad eum eũtibus ut lites decideret postulãtibus:& tantũmodo se iustitiã ĩpetrare credẽtibus:si ille eis arbiter iudicaret:eis eni q uĩcebanť leuius esse pdere uidebať p iustitiã moyseos:q̃ uictores sentẽtiã cuiuslibet auaricia sustinere:tũc eqdẽ tacuit nolẽs ĩpedire uolentibus ducis uti uirtute.Cũ uero qeuisset a turba:sumẽs eũ solũ seorsũ:dicebatq; eum oporteret facere : cõsiliũq; dabat quatenus minorẽ qdẽ reꝝ curã aliis cõmitteret. De maioribus aũt & salute plebis ipse tãtũmodo puideret.Nã ad iudicãdũ etiã alios hæbreoꝝ dignos ĩueniri dicebat:cogitare uero p salute tãtoꝝ nõ quẽq̃ aliũ nisi moysen posse solũmodo. Sciẽs inqt uirtutẽ tuã & q̃lis fueris in ministerio dei ad saluãdũ populũ:reꝝ arbitriũ cõmitte aliis examinãdũ . Tu uero ad solũ dei ministeriũ retine temetipsũ:in cogitãdo & reqrẽdo quẽadmodũ populũ ab hac possis ĩopia liberare.Meis ergo cõsiliis utere de rebus humanis:& exercitũ pfecte dispone p dena milia uiros:deĩde p mille:ita post hæc diuides eos p quĩgẽtos:& rursus in centum:deĩde quinquagenos:& iudices cõstituẽs sup eos.Qui p trigĩta rursum diuisi : p uicenos & denos hẽbunt pprios iudices:eoꝝ negocia finiẽtes.Sit aũt aliqs sup istos unus:uocabulũ a prĩcipio numeri sumẽs.Et hi siquidẽ sint approbati ex oĩ plebe:boni & iusti:qui diuersis rebus iudicẽt eos:& si quid ẽ supra & maius:ad maiores ueniat dignitates:qđ uero etiã apud eos difficile fuerit:hoc deducatur ad te . Sic enim fiet utrunq;:quatenus & hæbrei iustitiam impetrare mereantur:& tu solis deo ministrando facias eum exercitui esse propitium.

Quomodo hæc singula fecit moyses socero monente. CAPI. .V.

HAec aũt monẽte raguel:moyses libenter excepit:& secũdum eiusmodi dictum fecit:nõ celans cõsiliũ eius:nec suam faciẽs illius suasionẽ: sed inuẽtorẽ huius rei omni populo manifestãs.Nã in libris suis raguelẽ cõscripsit ĩuentorẽ predictæ rei:optimum esse credẽs ut oĩbus notã faceret ueritatẽ:licet ei soli potuissent præbere gloriã:quæ ab alio sũt inuẽta.Factum est itaq; quatenus uirtus moysi potuisset etiã ex hac uolũtate cognosci.Sed de his quidẽ oportune in scriptura alia declarabimus.Moyses uero cõuocata multitudine:ipse qdem ad montẽ syna ituꝝ se esse dicebat:tanq̃ cũ deo mãsurus:& aliqd ab eo utile pcipiẽs:ad eos sit remeaturus : illos uero præcepit iuxta montem tabernacula sua ponere:& uicinitatem dei tenere.

Quomodo moyses ascẽdit in syna mõtẽ:acceptasq; a deo leges:hæbreis dedit. CAPI. .VI.

HAec cũ dixisset ascẽdebat in mõtẽ syna:q excellẽtissimus ẽ in illis regiõibus:& pp altitudinẽ magnitudinis suæ & scopuloꝝ pceritate:nõ solũ hoĩbus ĩaccessibilis:sed ẽt q uideri sine aspectus labore nõ possit.Et cũ sermo eẽt circa eũ deũ hĩtare:terribilis oĩbus & inadibilis erat uniuersis hæbreis.Siqdẽ secundũ moysi mãdata tabernacula mutauerũt:& radicẽ mõtis aphẽderũt:eleuãtes manus suas ad deũ:tãq̃ cũ pmissiõe bonoꝝ q eis pmiserat moyses reuerteref a deo:& festiuitatẽ celebrantes sustinebãt ducẽ:purgãtes semetipsos alia purgatiõe:nec nõ & a coitu mulieꝝ tribus diebus sicut eis ipse pdixerat abstinẽtes:rogabãt deũ ut placide suscipet moysẽ:& dona ppararet qbus decetero uiuere bene possint . Vtebanť ergo cõuiuiis opulẽtis:& ornamẽto decẽter cũ cõiugibus & filiis abstinebãt:& duobus qdẽ diebus erãt in epulis cõstituti.Tertia uero die anteq̃ sol orireť:nubes opuit cũctũ hæbreoꝝ exercitum:& locũ ubi tabernacula fixerãt oẽm circũdedit:& fulgura facta sũt uẽtiq; uehemẽtes pluuiã nimiã cõcitãtes undiq; ferebanť:& choruscatiões erãt uidẽtibus ualde terribiles:& fulgura crebro dimissa:dei psẽtiã oĩbus ĩdicabãt.Et de his qdẽ unusq;sq; legẽtiũ sapiat ut uoluerit:mihi uero necessitas ẽ hæc referre sicut in sacris libris scripta sũt.Hæbreos itaq; ea q̃ uisa fuerãt:& clãgor auribus redditus ualde terrebat:etiã sermo quo ferebať qa deus habitaret in mõte:retinebãtq; semetipsos in tabernaculis suis afflicti.Sed & moysẽ ira dei perisse putabãt:& de ipso similia sustinebat.Cũ uero ita cõsisterẽt:apparuit Moyses lætus & nimis exultãs:q & formidinẽ eis abstulit:& de futuro meliora pmisit:serenusq; repẽte aer & prius q ante paululũ fuerat cõturbatus:moyse aduenĩẽte reuersus ẽ.Igiť inter hæc cõuocabat populũ in ecclesiã:ut audirẽt q̃ dixisset deus.Quibus collectis:stãs in excelsiori loco unde eũ oẽs audirẽt ait ad hæbreos.Deus eqdem sicut & prius ppicius me suscepit:uitãq; uobis pmittẽs fœlicẽ:& cõuersationis ornatũ:etiã nũc ipse assistet in exercitu . Eũ siqdẽ & opa q̃ pp illũ nobis sũt facta cõsiderãtes nõ despiciatis ea q̃ dicunť:nec me q hæc dico respiciẽtes:nec qa per me lĩgua hũana deus uobis loqtur attẽdatis:sed uirtutẽ eius cõsiderate : & magnitudinẽ eius excellẽtiæ quoq; cognoscetis:& quõ p utilitate cũctoꝝ ad me loq dignatus ẽ.Nõ .n. me respiciatis moysen amarami filiũ & iochabel:sed eũ q nilũ p uobis cõuerti fecit in sãguinẽ: uariisq; plagis domuit ægyptioꝝ astuciã q p mare iter nobis ostẽdit:quiq; cibũ de cælo fecit hesitãtibus aduenire:q potũ de petra estuãtibus manare fecit:p quẽ adã de fructibus terræ marisq; comedit:p quẽ Noe ex ymbribus ẽ ereptus: p quẽ Abraã pgenitor noster obtinuit terrã chanaã:p quẽ Ysaac de senioribus parẽtibus ẽ editus:p quẽ Iacob.xii. filioꝝ uirtutibus ẽ ornatus: p quẽ Ioseph prãtis ægyptiorũ dominus ẽ factus:ille uobis me iterpte hæc dignať uerba pferre.Fiãt itaq; uobis ama-

biliora:quã uxores & filii.Fœlicẽ nãq; hẽbitis uitã ista seruãtes:terrãq; eritis potituri fructiferam sine fluctibus maris:& ple filioꝝ naturaliter nascẽdoꝝ:& hostibus ualde terribiles.Ad dei nanq; ego ueniẽs uultũ:ĩcorruptæ uocis auditor effectus sũ:ille p uestro gẽitore alias genere sp eius est æternitate sollicitus.Cũq; hæc dixisset:eduxit populũ cũ mulieribus & ĩfãtibus:ut deũ ipm sibi loqnte de rebus agẽdis audirẽt ne uilior uidereť dictoꝝ uirtus ad aures eoꝝ hũana lingua pueniẽs.Oẽsq; audiebãt uocẽ ex alto ueniẽtẽ ad uniuersos:ita ut nullũ effugeret.Et uerba qdẽ quæ moyses ĩ duabus tabulis de reliqt:fas nobis nõ ẽ secũdũ unũquẽq; sermonẽ apte depromere : uirtutes ãt eoꝝ ĩsinuabimus.Docet itaq; nos primus sermo:qa deus ẽ unus & hic solũmõ ẽ colẽdus. Secũdus ãt iubet:nullius aĩalis factã imaginẽ penitus adorãdã.Tertius:ut p deũ ĩ nulla re debeat aliqs frustra iurare.Quartus:ut seruãdæ sint septimanæ:& ab oĩ ope cessãdũ.Quĩtus:parẽtes honorãdos.Sextus:abstinẽdũ a cæde.Septimus:nõ adulterãdũ.Octauus:furtũ nõ faciẽdũ.Nonus:falsũ testimoniũ nõ dicẽdũ.Decimus ãt:nullius alieni rei habẽdã eẽ cõcupiscẽtiã.Et plebs qdẽ cum hæc audisset pcipiẽtẽ ipsũ de rebus qbus moyses fuerat locutus:gaudẽs ĩ his q̃ pdicta sũt a cõgregatiõe discessit.Succedẽtibus ãt diebus aduenĩẽtes ad tabernaculũ:poscebat ab eo etiã leges sibi a deo debere pferri.Ille uero & istas posuit:& de oĩbus quocũq; mõ gerẽda forẽt reliqs tpibus singula designauit:quoꝝ memoriã oportuno tpe ero facturus.Plurimas ãt leget ĩ alia scriptura disponã seorsũ de ipsis expositurus.Igiť cũ circa eos ita res a gereť:moyses iteꝝ ĩ mõtẽ syna cõscẽdit pdicẽs hæbreis:eisq; uidẽtibus ascẽdebat.Cũq; illic tardaret:quoniã.xl.diebus eis abfuit:timor ĩuasit hæbreos:ne moyses aliqd ptulisset:& ĩter mala diuersa nihil eos sic affligebat:quã q putarẽt se pdidisse ducẽ.Erat.n.tumultus ĩter hoĩes:aliis qdẽ dicẽtibus eũ pisse ĩ bestias ĩcidẽtẽ & maxĩe illi hæc dicebãt:q circa eũ odiũ hẽre uidebãť:alii uero ad deũ eũ secessisse narrabãt.Prudẽtes ãt & nihil hoꝝ q̃ dicebãť a populo p sua delectatiõe alias dilectiõe suscipiẽtes:sed & bestiis ĩcidẽtẽ pisse hũanũ putãtes:aut certo a deo trãslatũ pp uirtutẽ ppriã uerisimile iudicãtes:minus qdẽ hæc ferre rõ faciebat:sed psule se desolatos arbitrari:atq; tutore q̃lẽ aliũ hẽre nõ possẽt:uehemẽter affligebãť:& neq; oppinari poterãt ĩ tãta mora uiro bono qd accidisset:neq; sine tristicia aut deiectiõe degere pualebãt:exercitũ uero neq̃q̃ pmouere cõfidebãt cũ moyses eos pdixisset ibidẽ sustinere.Cũq; iã q̃draginta trãsisset dies:totidẽq; noctes:moyses astitit: nullo cibo hoĩbus cõsueto participatus:& gaudio apparẽs:totũ cõpleuit exercitũ:puidẽtiãq; dei quã circa eos hẽret exposuit:simul & ordinẽ scđm quẽ uiuẽtes eẽnt hĩturi fœlicitatẽ:dicẽs ostẽsũ sibi p hos dies & tabernaculũ:q̃le sibi deus uellet fieri ĩ quo descẽdẽs ad eos ipse ueniret:ut ẽt migrãtes exĩde illud portarent:& nequaq̃ ad mõtem syna egerent ascendere:quãdo ad eos ipse descẽderet deus:ut eorum adesset oratõibus.Fiat inqt tabernaculũ mẽsuris & opibus q̃ ipse monstrauit:uobis utiq; ad hoc opus ĩsegniter accedẽtibus.Et cũ hoc dixisset:duas tabulas ostendit eis:habentes scripta illa decẽ pcepta:in utraq; qna.Erat ĩ ea ĩscriptio manus dei.Illi uero gaudẽtes in his q̃ uidebant & audiebant a principe:quo possent eũ laudare studii sui munificẽtia non cessabãt:sed deferebant argentũ & aurũ:simul & es:lignaq; & magnã ualde materiã:quæ nequaq̃ potuisset putredĩe uiolari:caprarũq; pilos:& ouium pelles:alias qdẽ hiacinto:alias uero coccino:alias purpureo flore tictas:alias albũ colorẽ pbẽtes:lanasq; pdictis fucatas coloribus & linũ byssinũ:lapidesq; insertos auro:quibus hoĩes ornamẽti gratia solẽt uti:pecudũq; multitudinẽ offerebãt piter.Ex tali nãq; materia tabernaculũ fabricatũ ẽ:qđ migratũ:& p loca diuersa deuectũ:nihil differebat a templo . His itaq; a singulis cũ magno studio oblatis:supra modũ uniuscuiusq; uirtutis: atq; donatis architecto:mandato dei in his constituuntur operibus:quos populus elegerat sibi potestate collata quorum noĩa hæc sũt:quæ sacris inscripta libris inueniũtur.Beseleel uiri filius de tribu iuda: & mariæ sororis moysi:& heliphas ĩsamach filius de tribu dan.Et populus siquidem tanto studio ĩ cũctis rebus obediebat:ut etiam moyses eos suspenderet:dicens sufficere ea q̃ data fuissent.Hoc etiã artifices iã pdixerãt abũdare.Accedebãt ergo ad opus tabernaculi faciẽdũ:& moyses eos singulã quãq; mensuram secũdum ostensiones dei simul & magnitudinem:quantaq; oporteret fieri uasa sacrificiis ministratura diuinis edocebat.Mulieres autem largitatem suam circa sacra uelamina:& circa alia quæcũq; huiusmodi operibus erant necessaria:pp deũ ĩ ornamento & pciosis lapidibus offerebant.Oĩbus itaq; in pparatione iã cõstitutis auro:argento:& ere & textilibus rebus: pdicens festiuitatem moyses:& sacrificia pro uniuscuiusq; uirtute facienda: ad instituendum tabernaculi opus accessit:& atrium prius mensus est ita.

De tabernaculo qđ fecit moyses in deserto ad honorẽ dei:ut tẽplũ esse uidereť. CAPI. VII.

LAtitudinẽ quidẽ qnquagĩta cubitoꝝ cẽtũ uero lõgitudinẽ:tabulasq; ad istar colũnaꝝ statuit ereas qnq; cubitoꝝ habẽtes altitudinẽ:ĩ utroq; latere tabernaculi.xx. p lõgũ:p latũ uero.x.Anuli tabulis singulis ĩerãt:& capita tabulaꝝ argẽtea.Bases aũt deauratæ & celatæ per circuitũ:& ĩ terra cõfixæ:ptingebãtq; funes ab anulis ducti usq; ad capita clauoꝝ æneoꝝ q erant magnitudine cubiti:& p singulas tabulas ĩ terrã ualide positi:ut ex uiolẽtia uẽtorũ tabernaculũ ĩmobile custodirent.Cortina uero mollissima ex bysso p oĩa undiq; pẽdebat a capite tabularũ descẽdẽs ad basem usq; conclusã alias diffusã: & concludẽs oẽm

per circuitum locum:ut nihil a piete differre uideretur. Sic itaq; habuerunt tria latera atrii per circuitum:quarum uero latus fuit quinquaginta cubitorũ:quod frons erat totius operis:ubi.xx. quidem cubiti erant aperti:quattuor habentes tabulas in modũ portarum:oẽsq; opere argenti factas præter baſes erátq; eneæ. Ex utroq; enĩ latere portaꝝ ternæ erãt tabulæ cõſtitutæ:& pp portaꝝ fortitudiné incaſtratæ:& per eas cortina byſſina circũibat. Et cũ eẽnt portæ .xx. cubitoꝝ lõgitudine:altitudine uero qnq;:uelũ in eis erat ex purpura:& cocco:hiacitho:& byſſo factũ multis floribus & uariis:exceptis animaliũ figuris ornatũ. Intra ianuas aũt aſpſoriũ erat eneũ:ſimilé habẽs baſe:ex quo ſacerdotibus manus diluere:pedeſq; pſũdere moris erat:& ambitus qdé atrii erat ornatus hoc modo. Tabernaculũ aũt ſtatuit in medio eius loco cõuerſũ ad oriẽtẽ:ut mox cũ ſol oriret: in eũ radios ſuos emitteret. Cuius lõgitudo qdé .xxx. cubitoꝝ erat:latitudo uero.x. cubitoꝝ habebat ſpaciũ:& alter qdẽ paries erat auſtralis:alter uero cõuerſus ad aqlonẽ:poſtergũ uero eius reliquebat occaſus:cuius altitudinem tãtam oportebat aſcẽdere: quantam latitudinem eſſe conſtabat. Erantq; tabulæ ex ligno:ex utroq; latere .xx. cubitorum ſcemate quadrangulo factæ latitudine quidem unius & dimidii cubiti:altitudine uero quattuor digitorum. Laminæ autem factæ ex auro erant per interiorem exterioremq; partem: quibus ſingulis tabulis erant cardines bini immiſſi per duas baſes quæ erãt argenteæ & in ſuis foraminibus tabularum cardines ſuſcipiebant. Parietis uero occidentalis tabulæ ſex erant quidem alterutris omnes perfectiſſime copulatæ:ut aptiſſime his cõpaginatis:unus eaꝝ paries eſſe uideretur:intrinſecus & extrinſecus deaurate. Ex lateribus aũt erant tabulæ numero.xx.quaꝝ latitudo habebat menſũram unius & dimidii cubiti:altitudo tertiam partem palmæ:& ita.xxx.cubitos adimplebant. Poſterioris uero parietis.viiii.cubitos ſex tabulæ faciebant:quibus coniunctæ ſũt aliæ duæ tabulæ ex medio cubito factæ:quas angulares poſuerunt ad inſtar maiorũ tabulaꝝ. Singulæ uero tabulæ anulos habebant aureos per exteriores partes eminentes:uelut quibuſdam radicibus confixos per ordiné: adinuicem per circuitum reſpicientes:& per eos deaurati uectes imiſſi:unoquoq; habente magnitudinem cubitoꝝ.v. erantq; ad coniũctionẽ tabularũ:intrabatq; caput uectis uniuſcuiuſq; in alio uectis capite:ueluti in modũ cocleæ alias conche:& poſtergũ parietum in longitudine poſitorum unus erat ordo:per tabulas omnes uadens:quo per uncinos utriuſq; parietis latera continebantur incaſtrationibus factis & imiſſis adinuicem. Quod propterea ſic exquiſitum eſt:ut neq; a uentis mouerentur:neq; alia cauſa tabernaculum conturbaret:ſed immobile ſecura quiete ſeruaretur. Intrinſecus aũt longitudiné eius tripartite diuiſit:ideſt decé cubitos ad interiorem partẽ pro futuros diſtribuit. Quibus dimenſis:in medio quattuor tabulas ſimiliter operatas ſtatuit pauſulum abinuicem diſiunctas ab alterutris quæ ſeparent.x.cubitos a reliquis .xx. & qđ interius erat eoꝝ aditus uocabatur:reliquum uero tabernaculum ſacerdotum erat. Hanc taq; tabernaculi dimẽſionem ad inſtar reꝝ naturæ conſtituit. Tertia ſiquidé pars eius quæ erat intra q̃ttuor tabulas:quæ ſacerdotibus intranſgreſſibilis uidebatur:uelut cælum dei erat re iq uero.xx:cubiti ſicut terra & mare greſſibilis eſt hominibus:ita ſolis ſacerdotibus adiacebat. Per frontem uero unde ingreſſus erat factus:columnæ ſtabant ex auro factæ:& eneis baſibus ſuperpoſitæ numero.v. Tegebatur aũt tabernaculum cortina ex biſſino & purpureo:& hiacitino:& coccineo coloribus facta. Et cortina quidem prima cubitorum erat decem & undiq; eas tabulas obtegebat: quæ diuidentes templum: introitum interius habebant: & hoc erat quod faciebat: ut a nullo uideretur. Et omne quidem templum ſanctum uocabatur: quod uero erat interius & ſanctum dei. Cortina autem erat ſpecioſa: quaſi floribus uniuerſis de terra germinantibus uariata: aliiſq; oibus itexta quæcúq; præter animaltũ formas poterát exornare picturis. Alia uero huic & magnitudíe:& textu & colore uicina.v.colũnas in ingreſſu poſitas obtegebat:ab angulo ſũmitatis uniuſcuiuſq; colũnæ cortina:anulis cõtinẽtibus uſq; ad medietaté colũnæ depoſitã. Reliquũ uero ingreſſus erat ſacerdotibus accedẽtibus:ſup q̃ linea erat alia cortina eiuſdẽ magnitudis: funibus eam per anulos ducentibus ac retrahentibus: ut tegeret omnia: & impediret aſpectum intuendi ſacrificia & maxime in diebus inſignibus. Nam & in reliquis diebus: & præcipue quando uideretur nubilum:textus eius tegminis fortis erat:& laborem facilem ſuſtinebat. Vnde permanſit iſta conſuetudo etiam edificantibus nobis templum:quatenus uelum huiuſmodi in ingreſſu appendatur. Decem uero aliæ cortinæ erant ſingulæ latitudine cubitorum quattuor:longitudine uero octo:&.xx.aureos habentes uncios:ad copulandum alterutris uncinis & anulis:ut coniunctæ ſimul:unã uiderentur efficere. Quæ extenſæ:templum & quod erat deſuper obtegebant:& parietes a lateribus & a tergo ſtantes a terra uno pede ſuſpenſe. Eiuſdẽ uero latitudinis & aliæ cortinæ una plus numero.i.xi.erant:longitudine tamen excellentes. Erant enim iſte.xxx.pedum:textæ uero de pellibus:ſicut illæ de lana:ſimiles omnes ſigillata uarietate contextæ erant uſq; ad terram tegmine ſuo diffuſæ: ad inſtar thalami culmen uelaminis exhibentes: una cortina ante frontem pendente. Vndecima nanq; cortina ad hoc erat aſſumpta:aliæ ſuper has ex pellibus faſtæ:pro tegmine & adiutorio deſuper erant impoſitæ:propter eſtum:aut imbrium certe diffuſionem. Multos itaq; ſtupor habebat inſpicientes a longe:nam colorem eius in nullo differre putabant cælo. Hæ

& quō qui prius libertatem præbuiſſet:etiam tunc laborare uolentibus ferre ſolacia non tardaret: dicebantq; etiam ſolos ſe poſſe hoſtibus præualere:licet uelit moyſes deum ab eis alienare:omnibuſq; hoc expedire:ut ipſi ſui rectores eſſent:& non ab ægyptiorum iiuria digreſſi:moyſeos tyrānidem denuo ſuſtinerent:& ſecundum eius uoluntatem uiuerent:nec deciperentur quaſi diuinitas ei ſoli utilia pro eius deuotione prædiceret : tanquam non omnes eſſent de genere Abraam: ſed unus eſſet his auctor oīum:cui deus omnia noſſe futura præberet:qui uiderētur ſapere ſi eius ſuperbiam contemnentes & deo credentes:obtinerent terram quam eis uolentibus promiſerat & non propter prædictam cauſam ſub dei nomine reſpicerent prohibentem.Ergo cogitantes inopiam atq; deſertum propter quæ ad hoc potius utgebantur:ad chananeorum bella ſunt profecti: deum ducem exiſtimantes : & non ad legiſlatorem ſolatium ſuſtinentes : donec ſibi meliora forte decernerent.Quo facto hoſtes aggreſſi ſunt.Illi autem eorum non expaueſcentes inuaſionem ſeu multitudinem eos fortiter exceperunt :& hæbreorum multitudo eſt interempta . Reliquæ uero militia cohortis eorum ſoluta eſt:ſectatiq; in tabernaculum turpiter confugerunt : & eo q; præter ſpem tantæ calamitati occubuiſſent : omnino deiecti ſunt:& nihil utile deceteros ſperabant: cogitantes q; hæc per dei iracundiam eueniſſent: accedentibus ad.bellum contra eius uoluntatē. Moyſes ergo uidens ſuos ꝑditione cōpreſſos : & metuēs ne uictoria confidentes inimici: & appetentes maiora ſup eos accederent:iudicauit exercitū in deſertū procul a chananeis educere. Cūq; multitudo ei cōſentiret:quæ utiq; cognouerat:q; abſq; præceptionibus eius ꝑuidētiæ preualere non poſſet:eleuato exercitu abiit in heremū : faciens eos ibi quieſcere:nec prius chananeos adire: donec ad hoc oportunū tempus a deo acciperet.Igitur quod in magno contingit exercitu:& præcipue apud eos qui in erumnis calumniatores & inobedientes exiſtunt : hoc etiā iudæis euenit. Nam dum eſſent ſexcenta milia:& forte præ multitudine conſiliis melioribus ſe minime ſubiicerent:inopia potius & erumnis iraſcebantur:& aduerſus alterutros:& aduerſus ducem.Seditio enī talis: qualem nec apud græcos:nec apud barbaros factam audiuimus tunc eos apprehendit : per quam omnes deſerendos a deo atq; perditionis periculum ſuſcepturos eripuit moyſes ; oblitus malorum : licet paulominus ab eis fuiſſet occiſus.Pro cuius præcipibus deus nihil mali eos ſuſtinere permiſit:licet legiſlatorem ſuum contumeliis affeciſſent : & mandata quæ ipſe per moyſen dederat deſpexiſſent:eripuit tamen eos:quando eis pro ſeditione ſua mala prouenire potuiſſet:niſi ipſe eorum periculo proſpexiſſet.Seditionem uero & quemadmodum poſtea moyſes conuerſatus eſt narrabo:prædicens cauſam propter quam talia ſunt commiſſa.

Seditio chore & plebis contra moyſen & fratrē eius de ſacerdotio. CAPI. II.

CHore hæbreoq; ex genere nobilis:& abūdans diuitiis : & lingua facilis:ac ad ꝑſuadēdū plurimis idoneus : uidens moyſen in maximo honore conſtitutū ꝑ inuidiam grauiter hoc ferebat.Nam cū eſſet ex ea tribu erat & eius cognatus : & mordebat quaſi iuſtius eſſet:ut eam gloriam ipſe obtineret:qui & ditior illo:& genere apud leuitas nō uideret eſſe deterior clamabatq; dicens eſſe crudelē moyſen:gloriamq; ſibimet occupaſſe : & hāc ꝑ calliditatem quæſiſſe ſub occaſione:quaſi uideret deū: & contra leges aaron fratri ſacerdotiū dederit non cōi placito plebis:ſed ſuo iudicio:& ſup hæc modo tyrannico honores quibus uellet:impenderet.Seuius autē eſſe dicebat:& ultra uiolentiā:qa leſionē niteretur iferre latēter:quādo nō ſolū nolentibus:ſed neq; intelligentibus inſidias eius honores aufferre contēderet:qa cum ſcierint inquit hoſtes nō ſe poſſe uiolentia preualere ; hanc quidē uolentes boni uideri non inferūt : doloſa tamen arte machinātur : quatenus deſideratū peruēniant ad effectum . His & ſimilibus ſuadebat plebi:quia utile foret ut dū adhuc huiuſmodi latere ſe crederēt:punirentē : nec ſinerentē ad optiorem accedere cumulum:ne manifeſte fierent inimici:adiiciebatq; dicens . Quam rōnem reddere poterit moyſes:ut aaron & eius filiis daret ſacerdotium. Si enim ex tribu leui deus honorē aliqui præbēdū eē decreuit:ego hūc iuſtior ſum accipere genere quidē ipſo cōſiſtēs quo moyſes:diuitiis aūt & forma potētior.Si uero maior tribus queriē:dignū eſt ut ruben tribus potius honoreē : & hūc accipiāt dathan:& abyron & falas. Iſti enim ſeniores erant in illa tribu :& potentes facultate pecuniaq;.Hæc itaq; chore dicens:uolebat uideri quidē cōi utilitate prodeſſe:opere uero agebat: ut honorē hunc in ſe populi ſuffragatione tranſferret. Et ille quidē hæc maliuole plebi cū dolo ſo dicebat eloquio procedente uero ſermone:paulati ad multos & creſcentibus auditoribus:contra derogationē aaron oīs exercitus eſt agitatus. Erant enim concorda ntes cum chore ducenti & quinquaginta priores uiri:ſtudētes quatenus fratrē moyſeos ſacerdotii iure priuarent:& ꝑ hoc eū exhonorarēt . Tūc itaq; populus:ut etiā moyſen lapidaret aggreſſus eſt : & in eccleſiā ſordinate & turbuleter cōueniebāt:& ante tabernaculū clamabāt oēs. Exeat tyrānus : & populus ab eius ſeruitio libereē :qui ſub occaſiōe dei uioléta mādata ꝓcepit.Dicebāt enī. Quod ſi deus ipſe ſacerdotē futuq; elegeret:digniſſimum ad hūc honorē ꝓueheret & nō eū multis iferiori daret & ſi decreuiſſet hūc aaron dari corā populo faceret:& nō in fratris hoc poteſtate reliqueret.Moyſes ergo cum derogationē chore iam ex multo ꝓſciret:etiā irritatū populū nō expauit ; ſed cōfidēs rebus quas fideli deuotione tractabat:& ſciens fratrē dei uoluntate ſacerdotiū:& nō ſuo munere meruiſſe ad

conciliū uenit:& multitudini quidem nihil omnino locutus eſt:ad chore autem clamans:cum eēt dexter etiam in aliis:& ad loquendum nimis ingenioſus: mihi inquit o chore & tu:& unuſquiſq; horum:oſtendebat autem ducentos & quinquaginta uiros:honore digni eſſe uidemini: & totum exercitum huiuſmodi honore non priuo:licet non habeant quæ uobis ex diuitiis & culmine aliæ dignitates exiſtunt . Igitur ſacerdotium aaron non eo q; diuitiis præcellat:cum tu ambos nos pecuniarum multitudine uidearis ſuperare neq; propter genus : quando commune nobis hoc fecit deus:eundem progenitorem dans nobis:neq; propter fraternum amorem:q; iuſtius alter habere potuiſſet: ego hoc contuli fratri. Nam ſi non cogitarem de dei legibus:hunc honorem mihi potius præbuiſſem : quando plus mihi ego ſum uicinus q̄ alter : & mihi magis q̄ alteri familiaris exiſto : neq; ſapiens conſilium erat memet periculis ſubdere:& alio ex tali cauſa fœlicitatis dona conferre . Sed a malicia ego ſum remotus : deus uero ſe contemni non deſpexit : neq; uos ignorare uoluit : ſed hoc facientes ei præſtatis : & ipſe eligens ſacerdotē futurū ſibi a querela uos huiuſmodi liberauit . Non enim aaron gratia mea hoc : ſed iudicio diuino ſortitus eſt. Vnde ponat hoc deus in medio quaſi ad diſceptandum:ut nunc qui dignus ad hoc inuenitur : accedat. Quod dedit deus non delinquimus:ſi uolentes accepiſſe iudicamur:cum ſit impium: honorē quem ille præbet non adire:& nimis irrationabile uniuerſo tempore ſecuritatē promittente deo conténere. Sed & nūc iteq; ꝓbare uult eū qui pro uobis ei debeat hoſtias imolare : & preſul pietatis exiſtere. Incongruum nāq; eſt o chore ut quilibet appetens honorē:deo hūc prebendi cui uoluerit auferat poteſtatē. Igitur a ſeditione & huiuſmodi murmure quieſcite:mane uero omnes qui ſacerdotium queritis thuribula ſingula portantes a ueſtris domibus cum thimiamate & igne uenite . Sed & tu chore cede deo iudiciū:& in his eius expecta ſnīam & non temetipſum deo uelis facere meliorē : ſed potius adeſto:de hoc honore taliter iudicandus:necnon & abiron arbitror intereſſe iudicādū cum & eiuſdē ſit generis:& in nullo poſſit de rebus ſacerdotii iuſte culpari:conuenienteſq; pariter corā omni populo incenſum facite:& cuiuſcūq; ueſtrum ſacrificiū ſuaue iudicauerit deus:hic uobis ordinabitur ſacerdos : & ita derogatione fraterna tanq̄ ei honorem ſacerdotii ego donauerim liberabor.Hæc moyſe dicēte:& a turba:& a ſua ſuſpitione multitudo ceſſauit & laudauerūt cūcta quæ dicta ſunt . Erat enim uir optimus:& loqui utilia uidebatur . Tunc ſiquidem concilium eſt ſolutum . Altera autem die cuncti congregati ſunt in eccleſia : ut adeſſent ſacrificio & electioni de ſacerdotio concertantiū: eratq; populus conturbatus': cum eſſet multitudo ſuſpenſa ſpe futurorum:& aliis delectabantur:ſi moyſes malignus oſtenderetur : ſapientes uero ſi huiuſmodi ſeditione liberarentē. Metuebant enīne procedente turba ordinator eorum diſciplinæ potius depiret. Omne ſiquidem uulgus cum naturaliter queri cōgaudeat de eis qui in poteſtate ſunt conſtituti : ad ea quæ forte placuerunt ſummopere ſententiam tumultus efficiebat . Moyſes autem miſſis ad dathan & abiron miniſtris : eos ſecundum conſtitutum uenire iuſſit & ſacerdotium expectare . Cum uero nec obedire eos nuncii retuliſſent: nec uelle dicerent moyſi quaſi contra omnem populum malignitate creſcente ſuccumbere: audiens hæc ab eis moyſes ſequi ſe maiores natu præcipiens : ibat ad dathan & abiron : nec indignum eſſe putabat ad ſuperbos accedere. Illi uero nihil contradicentes ſecuti ſunt . Dathan autem & qui cum eo erant cognoſcentes moyſen cū nobilibus populi ad ſe uenire : accedentes cum uxoribus & filiis ante tabernaculum reſpiciebant quæ moyſes eſſet acturus : erantq; circa eos conſtituti famuli : ut ſi uellet aliquam uiolentiā moyſes facere :uindicarent. Ille uero cum ueniſſet in proximum : manus ad cælos tendens : multumq; clamans ita : ut populus cunctus audiret ait.Domine cæli & terræ : & maris : tu enim mihi meorum actuū fideliſſimus teſtis exiſtis : quomodo omnia tua uolūtate feci : tu fugientibus ꝓbuiſti obuiam miſericordiam : in omnibus ſatiſfaciens neceſſitatibus hæbreorum : eſto meus & in his uerbis auditor.Tibi nāq; nec quod agitatur:nec quod cogitatur abſconſum eſt & ideo neq; comprimis ueritatem : ut horum contra me uelis defenſare ingratitudinem. Antiquitatem meæ generationis tu noſti certiſſime : non auditu cognoſcens: ſed uiſu his quæ facta ſunt tūc aſſiſtens . In his ergo quæ de me licet ueritatem aperte ſcientes iniuſte ſuſpicantur : te teſtem mihi precor exiſtere . Et ego uitam ſimplicem habens:mea quidē uoluntate tua uero uirtute:hanc mihi raguel relinquente ſocero:bonorum illorum adeptionem deferentes: meipſum tradidi pro iſtorū erumnis:& primo pro libertate eorum:nunc uero pro ſalute maximos labores toleraui:omniq; periculo me pro eis ſubieci.Nunc uero quoniam ut malignus in ſuſpitione ſum uiris:quorum uita meo labore ſubſiſtit: tu qui mihi locutus es in monte ſyna & tuæ tunc uocis auditorem eſſe uoluiſti: & inſpectorem prodigiorum quæ in illo loco feciſti : & iuſſiſti ad ægyptum properare : & tuam uoluntatem his innoteſcere:qui ægyptiorum mouiſti fœlicitatem: & a ſeruitute his præbuiſti refugium : mihiq; poteſtatem pharonis paruulam demonſtraſti : & in terram neſcientibus itineta nobis pellagus conuertiſti permixtumq; mare ægyptiorum necibus conturbaſti qui nudis armorum munimina contuliſti:qui corruptos fontes nimis heſitantibus potabiles feciſti : potūq; nobis ex lapidibus produxiſti : qui a terrenis cibis inopes:maritimis ſatiaſti:qui etiam cibum celeſtem præbuiſti primitus non inſpectum:qui legum modum condidiſti: & ordinē noſtræ reipu-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA CIDOS USALES

blicæ demonſtraſti:ueni domine oĩum iudex & teſtis meus:ad qué ſuffragia ulla non redimunt: tu noſti q̃ nullum munus contra iuſticiam ab hæbreis accepi nec contemſi propter diuitias pauperem:nec contra uniuerſitatis leſioné conuerſatus ſum qui nunc inextraneas meorum ſtudiorum ſuſpitiones incurri:tanq̃ te non iubente : ſed mea potius uoluntate ſacerdotium aaron dederim:oſtende nunc:quia oĩa tua ꝓuidétia gubernanť & nihil fortuitu : ſed tuæ uoluntatis interpoſitiõe proueniũt ad effectũ:& quõ geris ſollicitudiné generis hæbreoꝝ:uidica in abiron & dathã: qui de inſenſibilitate te cõtemnũt:quaſi mea uideanť arte cõpreſſi.Fac itaq̃ ſuper eos aptum iudicium prouenire:ita contra tuã gloriam ſeuientiũ:non eos cõi modo faciens tranſire de uita : nec humana lege morientes:ſæculo præſéti facias recedere:ſed deglutiat eos ſimul & generationem & ſubſtãtiá eoꝝ terra quá calcant.Hæc enĩ erit tuæ uirtutis oſtenſio:atq̃ doctrina cunctorũ ſic eos caſtigabis:qui talia de te non bene ſuſpicanť:ſic ego miniſter ꝑceptoꝝ tuoꝝ fidelis oĩbus apparebo.Si aũt uere contra me derogaſſe noſcunť:illos quidé innoxios ab omni leſione ſeruato:necem uero quá illis optaui facito meá:& pœnã ab eo exige qui tuã uoluit nocere plebem : ut decetero pax concordiaq̃ ſuccedat.Sana multitudiné tuis preceptis obedienté:illeſam cuſtodiens eam : & a pœna peccati huius exſorté.Tu ſiquidé noſti:quoniá iuſtum nõ eſt ſuppliciũ ꝑ eoꝝ malicia cõiter ſuſtinere cunctos iſrahelitas.Hæc eo dicente ſimul & flente:repente terra commota eſt:& ueluti uiolentia uenti turbatis fluctibus agitata . Populus autem cunctus expauit:grauiq̃ & duriſſimo ſtrepitu:per eorum tabernaculum concitato : terra ſciſſa eſt : & oĩa quæ erant illis gratiſſima : in ea ſunt ꝓrſus abſorpta.Quibus ſic exterminatis:ut ne occurrerent quidem illud agnoſcere : mox apertio terræ ſup eos reducta eſt:& ita reintegrata : quaſi nihil hoꝝ quæ prædicta ſũt factũ eſſe uideret inſpicientibus. Et illi ita pierunt. Probatione uero diuinæ uirtutis effecta:cognati quidé illorum dolebant non ſolum calamitaté quæ digna gemitu uideret: ſed etiam ꝓximitatis affecti. Sapientes aũt quos euidenter uoluntas latebat illorum euétus iudicii certos fecit:& decernétes: quia ueluti erratici deperiſſent:qui fuerãt cum dathan:de eorũ nece non contriſtabanť.Igiť moyſes euocauit eos qui de ſacerdotio contẽdebant ad ſacerdotum probationé : ut ſcirent cuius ſacrificium deus ſuſciperet:& illum conſtitui ſãcerdoté.Conuenientibus autem ducentis quinquagita uiris:qui & propter patrũ uirtuté honorabanť a populo:& propter ſuam illos etiam trãſcẽdebãt: proceſſerunt quoq̃ aaron & chore : & ante tabernaculum omnes ſanctificauit in thuribulis quæ ferebant . Ignis uero repente tantus effulſit:quãtum nullus opifex uidit:nec de terra ꝓlatus : uel concurſione fluctuũ:aut uiolentia ſpiritum materia adinuicem percuſſa : ſponte aliquando uiſus eſt exilire : ſed qualis potuit dei uoluntate ſuccendi:clarus & flameus : quo ueniente ſuper eos cũcti ducenti quinquaginta extincti ſunt:& chore ſimul:ita ut nec corpora eoꝝ alicubi uiderentur. Solus aũt liberatus eſt aaron nihil ex igne leſus: qui utiq̃ ad eo uidebatur electus . Moyſes igitur his pereuntibus : uolens pœnam eorum reſeruare alias reſeruari memoriæ :& futuros agnoſcere: iuſſit eleazarum filium aaron thuribula eoꝝ circa altare eneum collocare:ut in memoriam eſſet futuro generi:quæ illi ſunt paſſi qui putabant uirtuté dei ſe poſſe deludere. Et aaron quidem iam nõ munere moyſeos ſacerdotiũ ſe habere credebat : ſed dei iudicio patefacto:cũ filiis firme ipſo honore fruebatur.Seditio tamen neq̃ ita ceſſauit:ſed multomagis augebatur : & crudelius accreſcebat:erat tumultus ualde deterior:& nunq̃ hoc malú finiri putabatur : ſed longe tempore pmanere.Homines nanq̃ iam nihil præter dei prouidentiá geri credentes:& hæc abſq̃ dei gratia circa moyſen geſta minime iudicantes:culpabant moyſen : eo q̃ tanta ira dei non tam propter iniuſticiá punitorum:q̃ propter fauorem moyſi prouenerit . Illos enim periſſe dicebant : nihil delinquentes niſi q̃ circa dei religionem ſtudium haberent:moyſen uero in interitu talium uiroꝝ & omniũ optimoꝝ populũ deleuiſſe:inſuper & fratri ſacerdotium dediſſe quod auferri nequiret : nullúq̃ alium ad hoc ulterius promoueri:cũ priores uiderent ita periſſe.Super hæc etiá & a cognatis extinctorum ſupplicatio multa fiebat ad populũ:ut gloria moyſeos minueretur:hoc enĩ ad ſuã cautelá accidere iudicabant.Moyſes autem diu in tumultu populũ cõſtitutũ patienter audiebat:metuéſq̃ ne quid iterum ſeditionis emergeret:& magnũ malũ aliquod proueniret in eccleſiam congregauit multitudinem:& ſuſtinens audiebat:nec ad ſatiſfactionem ueniebat:ne magis uulgus exacueretur auditu.Hoc uero ſolũ principibus tribuũ prædixit:ut noĩa tribuũ ſuis uirgis inſcripta portarent. Illum enim ſacerdotium dicebat habituꝝ in cuius uirga deus ĩdicium gloriæ deſignaſſet . Portauerũt ergo oẽs alii uirgas:& aaron ſcribẽs in uirga ſua tribũ leui : easq̃ moyſes in tabernaculo dei collocauit.Altera uero die ꝓtulit uirgas:erant enim cognitæ.Cum uero omnes eas ſinguli uiri ſignaſſent:& coram multitudine deportaſſent:alias quidem in quo ſcemate eas moyſes accepit : in eo permanſiſſe uidebant:de aaron auté uirga germen & ramos ortos:& fructũ ſpecioſũ amigdale ex eo ligno proceſſiſſe mirabanť . Tunc obſtupeſcentes huiuſmodi uiſioné:& licet aliquod fuiſſet odium circa moyſen & aaron:linquentes hoc continuo:mirariq̃ cœperunt in illis dei iudicium & decetero placito diuino fauentes : ſinebant aaron pontificatum habere.Ille ſiquidem tertio iam eum deum ordinante:hunc honorem firmiſſime poſſidebat.Hæbreorum itaq̃ ſeditio licet multo tempore uiguerit:hoc tamen modo quieuit.

Quẽadmodũ moyſes iſtituit decimas dare leuitis & ſacerdotibus:& de morte mariæ:& aaron primi ſacerdotis domini:cui ſucceſſit eleazarus filius ipſius. CAPI. .III.

AGitur moyſes leuitaꝝ tribũ ſeruituram deo.a ꝑliis & malicia ſegregauit:ne ꝓpter inopiam aut queſtum neceſſarium ad uitam præſentem eſſent circa ſacrificia negligentes : iuſſitq̃ ut deũ ſecundũ dei uolũtaté chananeá obtinerent hæbrei: leuitis octo & quadraginta ciuitates bonas & præcipuas diſtribuerent: ſed & terram ante muros duorum miliũ cubitoꝝ ad eos ꝑtinere deſcripſit.Super hæc aũt & populum cõſtituit annoꝝ fructuũ decimas ipſis leuitis ſacerdotibuſq̃ prębere .Hæc enĩ ſunt quæ accepit hæc tribus a populo.Neceſſariũ aũt iudicaui:ipſoꝝ ſacerdotũ quæ ſint ꝓpria declarare .Quadragintaocto quidé ciuitatũ : tredecim ex eis leuitis cedere ꝑcepit:& decimaꝝ quas a populo per annũ accipiũt decimas eis diuidi: inſuper etiam primitias omnium frugum:de terra naſcentium : deo populum iuſtum eſſe offerre ſanciuit. Quad rupedum quæ ſacrificiis offeruntur quod primitus naſcitur : ſi maſculus ſit immolandum præberi ſacerdotibus iuſſit:& ut ipſi cum domo tota epularentur in ciuitate . Sacratorũ uero quæ comedi non poſſunt ab eis ſecundum patrias leges : dominus ſiclum & dimidium eis præberi fecit:pro hominis uero primogenito quĩq̃ ſiclos.Sunt autem eos primitie etiam tõſionis ouium & meſſium:unde panes facti eis ſolenniter miniſtrantur.Siquis eorum uouerit quos nazareos appellant comam nutrire: & uino non uti : iſti dum capillos ſuos dedicant propter ſacrificia uenientes ad ſacerdotes corban offerunt deo : quod ſignificat munus : mulier quidem triginta ſiclos:uir auté quinquaginta.De his uero qui eo ſũt egeni pecuniis:ſacerdotibus licet ut uoluerint iudicare : ſed etiam his qui domibus immolant epulationis cauſa nõ religionis:neceſſe eſt offerre ſacerdotibus pectus & dextrum brachiũ pecoris. Et ſacerdotibus quidem moyſes ex his quæ pro peccatis populus ſacrificans præbet ſicut in precedenti libro ſignificauimus:hoc dari conſtituit: omnium uero quæ ſacer dotibus offeruntur:participari conſtituit : & ſeruos & filios:& mulieres: abſq̃ hoſtiis quæ offeruntur pro peccatis . Illa enim in templo ſoli maſculi ſacerdotes ea die conſumunt. Cum hæc moyſes conſtituiſſet:ſurgens cum omni exercitu ad terminos idumeæ uenit: & legatos ad regem idumeorum miſit : poſcens uiam ſibi concedi : quam ſe confidebat accipere : & illum cum nihil lederetur ſine dubitatiõe prębere.Neceſſaria nanq̃ exercitui ſe miniſtrare dicebat:& aquæ prębium eos iubebat accipere.Ille uero his quæ moyſes petebat nõ conſentiens:neq̃ uiam cedens:ſed caſtrametatus occurrit:prohibiturus eos qui tranſire uioléter præſumerẽt.Moyſes autem cum deus pugnæ initium fieri non iuſſiſſet recedebat:per deſertum iter faciens . Tunc itaq̃ ſororem eius mariam finis uitæ accepit:cum quadrageſimum expleſſet annum ex quo ægyptum dereliquit : decimi xantici menſis initio ſecundũ lunam : ſepelieruntq̃ eam plublice nimis ſplendide:ſuper quendam montem qui uocatur ſyn:& poſt tringinta dies a fletu populum moyſes hoc modo purgauit.Vitulam fœminam aratro & cultura inexpertam:totãq̃ rubeam paululũ ab exercitu procul ductam:in loco mundiſſimo pontifex immolauit : & eius ſanguine ſepties digito aſperſi tabernaculum dei :deinde incenſa:ut erat tota uitula cum pelle atq̃ uiſceribus:lignum cedrinum in mediũ ignem miſerunt:& hyſopum & lanam coccineam:colligẽſq̃ omnẽ cineré uitule uir mundus:poſuit in locũ puriſſimú.Hi ergo qui morte polluti erant:paululũ in fontem cineris mittentes:& hyſopum baptizantes:& hoc cinere ſpargentes tertia & ſeptima dieꝝ:erãt in reliquo mundi.Hoc etiã uenturos ad promiſſam ſorté ſeruare præcepit.Poſtq̃ uero ꝓpter luctũ ſororis in exercitu huiuſmodi purgatio facta eſt:duxit populum per deſertũ & per arabiam:uenitq̃ ad locũ quem arabes metropolim ſuã putant:primo quidem archim nominatum:qui nunc petra uocitať. Hic itaq̃ cũ eſſet excelſus mons : aſcendens in eũ aaron moyſe ſibi manifeſtante quia moriturus eſſet:uidente cuncto populo:erat enim e diuerſo locus : ubi erat popu us conſtitutus: exutus põtificali ſtola:tradit eam eleazaro filio ad quem propter ætatem pontificatus uenit :& mortuus eſt populo eum uidente : ipſo quidem anno quo ſoror uidebatur eſſe defuncta : cum uixiſſet annis tribus : & triginta & centũ.Defunctus auté eſt ſecunda luna initio menſis qui uocať apud atheniẽſes ecatonbeon apud macedones auté lochis:apud hæbreos uero ſadebat:apud romanos nũcupatur auguſtus.Cunq̃ luctus ſuper eum diebus triginta fuiſſet expletus poſt hæc ceſſauit.

Quemadmodú cõmiſerunt ſeon & ogreges amorreoꝝ bellũ:uicitq̃ eos moyſes & filii iſrahel . terras eorum & ciuitates tenentes & hereditare poſſidentes. CAPI. .IIII.

SVmens igitur moyſes exinde exercitũ uenit ad fluuiũ arnon : qui de mõtibus arabiæ deſcendens:& per totum deſertum fluens in ſtagnum alfatiten erumpit:diuidens moabitidem.& amonitidem. Hæc autem terra eſt fructifera : & hoium multitudine nobilis:alere bonis ibi naſcentibus copioſa.Ad ſeon itaq̃ regẽ illius regionis moyſes miſit:populo uiá petés:ut fœderibus q̃bus uellet ille crederet factis: q̃ ĩ nullo lederẽtur: neq̃ terra:neq̃ qui ſub eo conſtituti eé uidebãtur : ſed etiam uenalia populo ſub precio fore uendendaſicut: illorum procuraret utilitas:& aquam peregrinis ut uellent eos uenundare depoſcens. Seon auté hæc negans proprium armauit exercitũ:ut hæbreos arnon fluuium tranſire prohiberet. Tunc moyſes uidens hoſtiliter amoreum inſiſtere:non paſſus ut hæbreis per inertiam proueniret

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS LIBRES

inopia:primitus acceſſit ad eos : & cum eſſet difficile ut præualeret aduerſus ſeon : conſuluit deum : ſi eum pugnare permitteret. Cunq; deus uictoriam promiſiſſet : fiducialiter ipſe ad certamé uenit : & exercitum totum exacuit : dicens eos bellandi nunc deſiderio potituros:quod diuinitas iubebat . Illi uero ut deſiderabant poteſtate percepta : ſumentes arma ad prælia repente profecti ſunt . Amorreus itaq; inſiſtentibus populis cum iam non eſſet equalis:ipſe quidem obſtipuit hæbreos : exercitum autem eius fortem ſe non opere ſed timore reſpondit.Primam ergo congreſſionem non tolerantes:nec ſuſtinere hæbreos ualentes in fugam conuerſi ſunt : hæc ſibi potius pro ſalute quam pugnare utile iudicantes . Confitebant enim in ciuitatibus ualde munitis:in quibus cum recluſi fuiſſent:nihil profuit eis.Hæbrei nanq; dum eos fuga declinare reſpicerent inſiſtebát & irrumpentes eorum aciem : eos inſecutione perterruerunt . Illi ſiquidem diſrupti fugiebant ad ciuitates: hæbrei uero perſequentes nequaq̃ fatigabantur:quando & ad labores præparati : & uti fundibulis experti: & in omnibus iaculis propter facilitatem armorum ad perſequendum uidebátur aptiſſimi:ita ut dum hoſtes longius eſſent : fundibulis & iaculis ſternerentur ut proximi.Multa ergo cedes effecta tunc noſcitur quando etiam fugiétes uulneribus uexabantur:laborabátq; potius propter ſitim quam propter pugnam . Erat enim tempus eſtatis.Et cum multi ſitis deſiderio ad fluuiú concurrerent fugientes circundantes eos hæbrei percutiebant:omneſq; illos iaculatos ſagittatoſq; peremerunt : ita ut etiam ſeon eorum rex ſimul extingueretur . Hæbrei uero mortuos ſpoliabant : prædamq; ſumebant : multamq; copiam habuerunt ex illa terra:cum eſſet adhuc fructibus plena.Tunc igitur exercitus ſine terrore iam captis hoſtibus egrediebatur ad epu as . Nullum enim eis erat impedimentum pugnæ:cum omnes pariter deperiſſent.Amorreos ſiquidem huiuſmodi peremptio compræhendit:qui nec prudentia uidebantur aſtuti : nec opere neceſſario boni:quorum hæbrei terram late ceperunt.Eſt autem hic locus inter tria flumina poſitus : quaſi naturam inſulæ tenens.Quem locum arnus alias arctos quidem a meridiana parte circundat: iaboch ſeptentrionis circuit latus : qui in iordanis fluuium deſcendés:illi etiam nomen tradidit .Occidentalem uero partem eius regionis:iordanis ripa concludit . Cum ergo res ille ita conſiſterent:iſrahelitis inſtabat oggaladine & galanitidis rex : ducens exercitum copioſum : & feſtinans tanq̃ ſolacium amico ſeon præbiturus . Cum uero eum iam cognouiſſet extinctum:etiam tunc deliberauit congredi cú hæbreis putans ſe præualere:eorúq; uirtutem experiméto cognoſcere. Cunq; fuiſſet ſpe ſua deceptus:& ipſe bello mortuus & omis eius exercitus eſt peremptus.Moyſes autem iaboch fluuium tranſiens:regnum o gregis perambulabat:ciuitates deſtrués:& omnes habitatores eius occidens : qui & diuitiis omnibus in illa terra:& uirtutibus & opulentiæ magnitudine præcellebat. Ogigitur regis magnitudo & pulchritudo uehemens erat : qualis eſt paucorum . Erat enim manu uir fortis : ut operibus uirtutis magnitudo & pulchritudo corporis uideretur equalis . Fortitudinis uero & magnitudinis eius ſunt experti : qui lectum eius uiderunt : in ciuitate rabbatha regni ammanitidum factum ex ferro : quattuor cubitorum latitudinem habentem : longitudinem duplicem: & uno cubito fortiorem . Hoc igitur cadente non ad præſens ſolummodo hæbreis rerum fiducia eſt conceſſa : ſed etiam in futuro cauſa eis bonorum moriens eſt effectus.Nam quadraginta urbes alias ſexaginta clare nimis munitas illicq; ſubditas tenuerunt:prædamq; copioſam & ſeorſum ſinguli & cõmuniter omnes adepti ſunt.

De balach moabitaꝝ rege:ſeu de balaam propheta cuius aſina humana loquela uſa eſt:qui poſt benedictiones quibus benedixit filiis iſrahel conſilium dedit balach qualiter ſeduceret populú p mulieres madianitas : & de ultiõe quæ ſecuta eſt :& ſeductos hæbreos : & ſeductores madianitas: & ubi moyſes ioſue ſucceſſorem ſibi conſtituit. CAPI. .V.

MOyſes itaq; caſtrametatus : deduxit ex ercitum ad iordanem: circa magna campeſtria: contra hierico ciuitatem opulentiſſimam:& palmas atq; balſamum quæ ſolet ferre copioſe. Cœperunt autem proni eſſe iſrahelite : & deſiderium habere bellandi . Porro moyſes cum paucis diebus deo pacificas hoſtias immolaſſet populumq; epulari feciſſet partem quandam amatorum miſit : qui terram madianitarum explorarent: & eorum patrias obſiderent . Cauſa uero bellandi aduerſus eos huiuſmodi fuit . Balach moabitarum rex cum amicicias paternas haberet:atq; ſocietatem circa madianitas & iſrahelitas uideret tanto cremento pficere : etiam de rebus ſuis in formidine nimis erat conſtitutus.Deniq; non credebat terram aliam hæbreos querere niſi ſuam : cum promiſiſſet utiq; deus chananeam illos fore poſſeſſuros : uelociterq; ſtuduit amicos de hac re ſuis téptare ſermõibus:& pugnare quidé ipſe in fœlicitate cõſtitutus:cõtra illos qui obſtrígerent erũnis nõ iudicauit:ſed ꝓhibere magis eos:ne potiores efficerent: deliberauitq; legationé ꝑ eis ad madianitas ꝓtinus deſtiare.At illi dú eét qdá ab eufrate propheta ꝑclarus illoꝝ téporum:eiſq; nimis amicus ad hunc miſerunt cum legatis balach uiros de ſuis fide digniſſimos:rogátes ut ueniret ille ꝓpheta:q̃tenus pro perditiõe iſrahelitaꝝ maledictiões efficeret. Qui uenientes legatos ſuſcepit:& largitaté eis hoſpitalitatis exhibuit.Cunq; cœnaſſet:dei uoluntatem cõſuluit:qui forent de quibus madianite rogarent . Cum uero deus impedimentum eorum uoluntati feciſſet : ad legatos rediit : deſiderium quidem ſuum & ſtudium eis oſtendens circa ea

quæ ab eo requirerent:ſed deum reſiſtere ſuæ uoluntati dixit qui eum ad tantam gloriam propter ueritatis eloquium perduxiſſet : exercitumq; pro quo maledicendo eum uenire rogarent:eſſe nimis deo amabilem:ſuadebatq; eis ſimul:ut propter hanc cauſam inimicicias ſuas ab iſrahelitarum gente ſuſpenderent. Cunq; hæc dixiſſet : legatos dimiſit. Madianite uero balach uehementer inſiſtente:& preces maximas offerente : miſerunt iterum ad balaam . Tunc ille ſtudens aliquid uiris illis præſtare:denuo conſuluit deum.Qui uolens eum rem experimento probare : iuſſit ne legatis in aliquo contradiceret:ſed cum eis iret.Qui arbitratus deum hæc ei non pro deceptiõe iuſſiſſe: cum legatis mox ibat:Angelo ſancto occurrente ei per uiam quodam anguſtiſſimo loco : qui erat accinctus gladio bis acuto. Aſina autem iu qua balaam ſedebat intelligés ſpiritum diuinum eſſe: declinauit balaam ad unam maceriam : non ſentiens plagas quas ei balaam inferebat : dum percuſſus ad maceriam alias a maceria uexaretur. Cum uero angelus inſiſteret:aſina percuſſa uoluntate dei uocem loquentis emiſit : balaam accuſans uelut iniuſtum : quia dum prioribus miniſteriis nihil quod de ea quæreretur haberet : tunc ei plagas inferret : non intelligés:quomodo uoluntate dei prohiberetur ab his quæ feſtinaret implere . Cunq; balaam humana loquente aſina perturbaretur : palam etiam Angelus apparuit eumq; increpare de plagis aſinæ cepit : tanq̃ non eſſet hæc culpa iumenti:ſed ꝙ eius iter contra dei uoluntatem fieri prohiberetur.Metuens autem balaam:ſtuduit remeare:ſed deus eum confortauit ut iret : præcipiens : ut quicquid eius in mente poneret : hoc ille manifeſtaret . Et ille quidem : cum hæc deus iuſſiſſet : uenit ad balach. Rege uero decenter ualde eum ſuſcipiente : petebat ut ductus ad quendam montium : conſideraret quemadmodum hæbreorum exercitus eſſet conſtítutus.Balach autem ipſe per ſe deduxit prophetam cum regio miniſterio in montem qui ſupra eorum caput uidebatur exiſtere:aberat enim ab exercitu ſtadiis ſexaginta.Videnſq; eos ille:præcepit:ut ſeptem aras rex conſtitueret:& totidem tauros & arietes adduci iuberet.Cunq; rex celerrime miniſtraret : ille hæc immolauit holocauſta. Quo facto:cepit e diuerſo benedicere dicens.Hic populus felix : cui dabit deus multorum poſſeſſionem bonorum:eritq; eius auxiliator in omnibus : & præſulem prouidentia ſua ei concedit : ita ut nullum humanum genus ſit:quod non uirtutem eius & ſtudia iudicet optima:& ab omni malicia ſegregata.Hæc itaq; & uos inquit habebitis:& melioribus filiis relinquetis . Deo quippe uos ſolos homines intendente : & ubicunq; fueritis in omni terra ſub ſole poſita fœliciores habente: terram in quam uoſipſe miſit obtinebitis : ſeruituram ſemper filiis ueſtris : quorum gloria complebitur omnis terra ſimul & mare:& ſic abundabitis in orbe terrarum:ut omni terræ habitatores ex ueſtro genere præbeatis . O admirandum te atq; beatum exercitum qui tantus ex uno patre creatus es.Sed nunc quidem uos adhuc paucos chananeorum terra ſuſcipiet:ſcituri orbem terrarum ueſtrum fore habitaculum in eternum.Nam multitudo ueſtra ita & in inſulas dilatabitur: & in omés terras ſicut nec in cælo numerus eſt ſtellarum.Et cum tanti fueritis:nec ubertatem uobis negabit deus:in pace omnia bona miniſtrando:& uictoriam atq; potentiam in bello largietur: & filios inimicorum qui contra uos aliq̃ præſumptione contenderint ſubiugabit . Non enim ultra reuerteretur aduerſarius noſter uictor:qui filios ſuos letari faciat aut uxores . Tanta uobis fortitudo prouidétia dei præſtabitur : cui grandia minuere uirtus eſt:& latius augere quæ parua ſunt.Talia ſiquidem ille ſua ſacratione proferebat : cum non eſſet in ſemetipſo:ſed dei potius ſpiritu uinceretur. Balach autem contriſtato & proclamante : eo ꝙ pacta traſcenderet : quibus fuiſſet a ſuis amicis magnis muneribus inuitatus : & cum ueniſſet pro maledictione hoſtium : eos ditaret:& beatiores omnium hominum oſtenderet : ait ad eum balaam. O balach:de cunctis rebus cogitare putas in nobis eſſe : de talibus quicq̃ dicere ſeu tacere:quando dum nos ſpiritus dei percipiet: uoces & uerba quæ ipſe uult nihil ſcientibus nobis emittit. Ego uero recordor : quomodo tu:& madianite ſupplicantes me deſiderabiliter huc adduxiſtis:propterea ueni:fuitq; mihi uotiuum:in nullo tuum deſiderium uiolare.Sed melior deus eſt horum quam quæ ego tibi præſtare credebar.Nimis eni iſani ſunt:qui ꝑſentiam humanaꝝ reꝝ apud ſemetiꝑos ita ſuſcipiunt:quatenus nõ ea quæ diuinitas dictat edicát:ſed magis illius uiolentiá faciát uolútati. Ego ſiquidé hunc exercitú neq; laudare ꝓpoſui:nec in quibus bonis genus eoꝝ deus habiturus ſit aperire:ſed deus ꝓpicius eis exiſtens:& feſtinás eis fœlicé uitá gloriáq; ꝑbere ꝑpetuam:hæc mihi uerba promiſſionum talium miniſtrauit. Nunc autem quomodo mihi uotum eſt:tibi & madianitis præſtare : quorum preces repellere me nimis indecens eſt : ueni rurſus erigamus aras alias : & ſacrificia proxima prioribus celebremus:ſi forte flectere potero deum:ut me permittat hos omnes maledictionibus obligare . Cunq; balach fieri permiſiſſet : & ſecundo ſacrificanti nequaq̃ diuinitas ut iſrahelitas malediceret annuiſſet:cadens pronus in terram:prædicebat regibus affuturas paſſiones & quæcunq; ciuitatibus erant euentura eximiis:quarum aliquas quidem nec habitari cõtingeret. Quæ etiam facta ſunt:dum hæc temporibus priſcis per terram ſiue per mare uſq; ad memoriam meam hominibus eueniſſent . Et cum hæc omnia talem terminum exceperint:qualem ille prædixit : quilibet coniicere poteſt : quomodo & in futuro ſic erit : quemadmodum præfatus eſt ille. Balach autem indignatus eo ꝙ non maledicti eſſent iſrahelite : remiſit balaam :nullo honore re

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

muneratum.Ille uero iam descendens & circa transitum eufratē ueniens: & balach principibusq; madianitarum ualedicens ait.O balach & madianite præsentes:oportet me hæc & præter nolun-tatem dei præstare uobis.Hæbreorum quidem genus nulla pestis pœnitus appræhendit:nec bel-la:nec aliqua necessitas:nec sterilitas fructuum terrenorum:nec alia quælibet eos uesania corrum-pit . Est enim cura deo liberare eos ab omni malo : nullamq; permittere super eos uenire huius modi passionem quatenus omnes debeant deperire. Euenient autem eis pauca : & ad modicum tempus:quibus humiliari uidebuntur . Sed deinde intelligent : q; pro timore fuerit illa eis talis uexatio.Vos quasdam uictorias ad breue tempus aduersus eos desiderates:quod impetrabitis : si hæc quæ moneo feceritis:filiarum uestrarum speciosas præcipue uirgines:quibus subdi & delu-di castitas possit inspitientium propter pulchritudinis honestatem : circa exercitum eorum pro-xime destinate:& supplicantibus eorum iuuenibus : ut earum amplexibus misceantur præcipite: quatenus dum eos concupiscentia obligatos uiderint:deserant rogantibusq; manere eas:non pri-mitus audiant : quam eos patrias leges relinquere iubeant : simul & honorem dei qui eas posuit eis:& madianitarum atq; moabitarum colere ritum cogant.Sic enim illis indignabitur deus.Cūq; hæc ille dixisset:absscessit. Madianite uero dum misissent filias suas sicut ille monuerat : hæbreo-rum iuuenes decepti sunt pulchritudine puellarum : & ad earum colloquia uenientes : rogabant quatenus earum pulchritudine fruerentur : nec consuetudinis proximitate recederent. At ille li-benter hæc uerba suscipientes consenserunt eis : obligantes eos amore suo.Quibus dum concu-piscentia creuisset:eos ille cepere deserere . Dumq; illos angustia de mulierum discessione crude-liter inuasisset:uberrimis fletibus exorabant : ne eos ille desererent : sed futuras uxores & domi-nas omnium possessionum uel substantiarum suarum manere poscebant.Hæc autem cum iura-mento iurandi religione firmabant:deumq; mediatorem in promissione faciebant flentes : & undiq; se-metipsos misericordia dignos ostendentes mulieribus.Ille uero dum eos seruitute iam captos ēt cognoscerent & omni uinculo fœde consuetudinis obligatos : eis talia cœperunt dicere . Nobis quidem o fortissimi iuuenes domus paternæ sunt : & magna possessio bonorum parentum atq; domesticorum fauor & dilectio : nihilq; horum egentes:uenimus ad uestrum eloquiū:nec que-stum speciosi corporis requirentes: uestram nobilitatem adiuimus : sed uiros bonos & iustos es-timantes:honorare uos xeniis quibus indigetis aduenimus . Nunc quomodo dicitis circa nos habere dilectionem:& nostro contristari discessu:neq; nos uestras preces abiicimus:sed tantum modo fidem uolumus fauoris uestri percipere : per quam nos credere dignissimum iudicamus: ut uestram conuersationem uidentes : uxores esse possumus.Formidamus & enim:nedum fuerits satietate nostræ consuetudinis adimpleti : deinceps contumeliis affectas : ad parentes non pro-prios remittatis.Rogantibus autem illis:& ut uellent fidem datu ros se pollicentibus: & ob amo-rem in nullo contradicentibus:dixerunt ille. Quomodo hæc quidem uobis placent:moribus & uita utimini:ut ab omnibus alienati populis sitis : ita ut etiam cibos proprios habeatis:& pocula cum nullo communia:necesse erit uolentibus uobis habitare nobiscum : etiam deos colere no-stros nec erit indicium circa nos aliud uestri fauoris:nisi eosdem deos quos nos adoretis:nulluscq; culpabit uos : si terræ ad quam ueneritis : eius colatis & numina : cum dii nostri sint communes omnibus : uester uero in nullo sit talis : dicebantq; e is : ut aut quæ essent omnium : ea facerent: aut aliam quererent terram : in qua possent legibus propriis conuersari.Illi autem amore earum deuicti : optima illas dicere iudicantes : & semetipsos tradere uoluptatibus earum : patria iura transgressi sunt : deosq; plurimos iam putantes : immolare eis lege prouinciæ proponentes : ci-bis etiam extraneis congaudebant : & omnes ad libidinem mulierum contra leges proprias insur-gebant : ita ut etiam per omnem exercitum iuuenes agerent contra legem:& seditio priore mul-to peior incideret : cum omnino solennitates iam proprie deperirent . Nam dum semel iuuenes mores attigissent extraneos : eos uberius appetebant. Sed & siqui priorum uirorum propter uir-tutes patrum nobiles erant : cum eis uitio subiacebant.Denicq; Samarias princeps tribus symeon: dum haberet chorami madianitidem mulierem : ducis cuiusdam filiam:uiri inter illos ualde po-tentis:uxore iubente ante solennitates mosaycas quod illam magis delectaret: effecit:non immo-lando lege patria:sed alienigine nuptias eligendo.Et dum hæc ita gererentur:moyses metuēs: ne quid peius accideret : congregans populum in ecclesiam nullum equidem nominatim culpauit: nolens quemq; desperatione deiicere:q; dū laterēt poterāt pœnitere.Dicebat autem:quomodo nō agerent digna se:aut suis patribus oportuna:dum libidinem deo preponerent:& ei placentia uio-larent:oportere tamen:ut dum adhuc bene eis esset:reuerterentur ad fortitudinem:arbitrātes nō ad uim inferendam leges esse positas:sed ad concupiscentiam repellendam. Super hæc adiiciebat non esse rationabile ut qui casti fuissent in heremo:nunc constituti iter bona tāta peccarēt:& re-rum quas adepti fuerant per indigentiā tempore ubertatis amitterēt.Et ille quidē hæc dicēs : co-nabatur emendare iuuenculos:& ad pœnitētiam eorum quæ gesserāt reuocare.Post quem surgēs Samarias:ait . Tu quidem Moyses utere legibus quas posuisti:ex ipsa consuetudine eis firmitatē attribuens:& quomodo iam frequenter castigasti hæbreos qui non bene seducuntur : me in his

quæ tyrannice imperas non habebis obnoxium .Non enim aliud quicquā hactenus sub figmen-to legum dei:qua iugum seruitutis nobis inferre machinaris:& tibimet defendere principatum : auferendo nobis desiderium : & proprium uiuendi arbitrium:quod est liberorum & dominū nō habentium.Itaq; crudelior circa hæbreos : ut solus eris ægyptiorum:castigare nos uolens:& secū-dum leges tibi placitas singulorum uoluntates astringere. Sed multo iustius est : ut tu potius pu-niaris:quando ea quæ omnibus indubitanter bene se habere uidentur:solus exterminare conten-dis:& cōtra omnium placita tuam ualere sententiā.Mulierem itaq; peregrinam sicut asseris duxis-se me fateor . A me enim audies meos actus sicut a libero . Nō enim latere proposui:nec pro me alter delator erit.Et sacrificaui diis:quibus sacrificandū nō iudicatis iustū existimās p multos me debere acquirere ueritatem:& non uelut sub tyranno uiuere & omnem spē semper ex unius con-uersatione pendere.Dum hæc autem Samarias de his quæ ipse:& alii male gesserāt edixisset: po-pulus equidem quiescebat formidine futurorum legislatorem intēdens:nolentem illius super bia ex aduerso litigio prouocare . Metuebat enim ne multi propter luxuriam uerborum eius imita-tores facti multitudinem perturbarent:& in his quidem dimisere conuentum:sed causa mali po-tius augebatur . Cūq; Samarias ex tali causa mortuus non fuisset:fines uir & in aliis quidem re-bus melior existens multorum iuuenum & dignitate patris transcendens coetaneos uniuersos : eleazari sacerdotis filios & fratres:moyseos nepos:dolens in his quæ gesserat samarias : & anteq; perlicentiam fortior efficeretur iniuria:opere uolens ultionem inferre:& iniquitatem ne cresceret amplius prohibere:dum adhuc qui hæc arripuerant minime punirentur:animo .simul & corpore sic audacia confortatus est : ut non prius decertare quiesceret quam uictoriam in eo facto perci-peret.Tunc ad tabernaculum samariæ ueniens:ipsum euaginato gladio & chorami simul extinxit: Iuuenes autem omnes quibus erat uirtutis amor:& fines imitatores esse uidebantur : perhibebāt eos qui in culpa samariæ similes existebant . Multi siquidem iniq; gerentium horum uirtute per-empti sunt : omnesq; pestilentia perierunt:deo illis post hæc immittente languorem: & quicūq; eorum cognati fuerant : & cum prohibere deberent : magis ad iniuriam dei eos exacuerant pa-riter sunt extincti . Perempti sunt itaq; ex eorum cetibus:non minus quatuordecim alias uigin-tiquinq; milia uirorum.Hac itaq; causa exaggeratus moyses ad interitum madianitarū misit exer-citum:de quorum prælio post paululum edicemus:narrantes prim tus quod reliquimus. Iustum nanq; est legislatoris uoluntatem:nequaq; in hoc sine laude transire.Balaam enim qui petitus fue-rat a madianitis:ut malediceret hæbreis:& hoc quidem complere diuina prouidentia non præua-luit:sed consilium dedit:quo hostes utentes:hæbreorum populū pene consumerent:moyses ma-gnifice nimis honorauit eius diuinationis uerba describens:cum posset huius gloriam propriam facere:quando nullus qui mendacium probans argueret testis extaret . Illi nanq; testimoniū red-didit:& eum memoria dignum fecit.Et hæc quidē si uoluerit quicūq; cōsiderēt . Moyses itaq; p quibus p̄dixi rebus ad terrā madianitaq; misit exercitū ex una quaq; tribu:duodecim milia uiros eligens : quorum ducem statuit fines:cuius fecimus pauloante memoriam : qui leges custodiuit hæbraicas : & zamariam transgredientem eas ipse percussit . Madianite uero uidentes exercitū contra se uenire & quantus nūquam aduersus eos accesserat:congregātes prouinciæ multitudinē expectabāt hostes:& undiq; muniti excipiebant eos. Venientibus autem eis congressione facta: madianitarum cecidit multitudo quæ computari non posset : numerumq; transcenderet . Sed & reges eorum quinq; pariter sūt perempti:quorum nomina erant Och:& Sur : Obeth:& Huir : Quintus uero rex est Arach:de cuius cognomine ciuitas in terra arabum constituta : hactenus ab omnibus de nomine regis edificantis arachen uocatur : quæ apud græcos dicitur patras .Hostibus igitur effugatis:hæbrei eorum tenuere prouinciā:multamq; sumētes p̄dam : & possessores cum mulieribus perimentes:solas uirgines reliquerunt.Hoc enim moyses duci fines iusserat.Qui reuersus : incolomem reduxit exercitum : & prædam ualde copiosam : idest boues quinquagin-taduo milia : & sexagintaseptem : asinos autem sexaginta milia : auri uero & argenti uasa innu-mere multitudinis quibus utebantur in domo . Nam per longam fœlicitatem erant ualde locu-pletes.Deductæ sunt autem & uirgines:quasi trigita uero milia . Moyses itaq; diuisa in duas par-tes præda:alterius quidem quinquagesimam partem eleazaro dedit & sacerdotibus:leuitis autem alterius quinquagesimam : reliq; uero uniuerso populo distribuit . Viuebantq; deceterο ualde fœliciter:eratq; eis per uirtutem omnium bonorum copia : nullaq; tristicia eorū uoluptates im-pediebat.Moyses igitur cum esset senex : iosue successorem sibi constituit:ad pphetias:& ad mi-litiæ principatum:siqubi necessarium foret iubente deo:ut iterum teneret imperium . Iosue autē omni doctrina legum : diuinisq; ministeriis moyse docente erat instructus.Inter hæc duæ tribus: gad:& ruben:& manasse dimidia quadrupedium multitudine & omnibus allis ualde diuites : ha-bentes commune consilium:rogabant moysen:ut eis præcipue amorreā concederet: quæ pascuis optima uidebatur.Ille uero existimans eos timuisse chananeorum pugnam:& occasionem hone-stam quasi pro pascuarum diligentiam requisisse:malignos eos appellabat:& turpem occasionem timoris adinuenisse:ipsosq; uelle sine labore delicare:dum omnes adhuc in erumna cōsisterent:&

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

terram ideo peterent obtinere:ne decetero cum eis laborarent : quibus terram traditurum se deus promiserat:trans iordanem & aduersas gentes interempturum. Illi ergo conspicientes iratum ducem & contra se iustissime prouocatum:respondentes satisfaciebant non pro timore periculorum neq; propter laboris defectum hoc petere:sed ut prædam in oportunis constituentes locis: expediti ad certamen & ad bella uenire possent : dicebantq; se præparatos:ut dum possiderent ciuitates ad custodiam filiorum & uxorem & facultatis suæ : ubiq; cum exercitu properarent . Porro moysi dum iste sermo placuisset:uocans eleazarum sacerdotem & iesum : & ad ultimum uniuersos:concessit eis Amorream:ita ut auxilia conferrent cognatis suis:donec omnia complerentur. Accipientes itaq; ista conditione prouinciam:& ciuitates fortissimas possidentes filios & coniuges : & alia quæcunq; poterant circuneuntibus impedimentum facere in eis apte constituerunt.Edificauit autem & moyses decem ciuitates:quæ in numero quadragintanouem forent: quarum tres distribuit:ut ad eas qui nolentes facerent homicidium confugerent:& tempus fugæ constituit habentes prætem scilicet perempti cognati occidere homicidam:si eum extra terminos ciuitatis ad quam fugerat inuenissent:quod nulli alii permissum est perpetrare . Hæ siquidem ciuitates fugacibus distributæ sunt:bosor quidem in arabiæ finibus:arimnan autem in terra galaditorum:galalim uero in bataltidem regionem . Cunq; etiam chananeorum terram obtinerent: tres alias ciuitates inter urbes leuitarum moyses fabricandas ad habitaculum fugatium delegauit.Moyses autem adeuntibus eum maioribus natu tribus manasse:& dicentibus uirum insigné in tribu sua fuisse defunctum nomine orophatim:& filios quidem masculos non reliquisse sed filias:& consulentibus si earum fuisset hereditas:ait siquidem aliquos de tribu sua ducerent : cum hereditate ad eos irent:si uero ex alia tribu alicubi nuberent : hereditatem in paterna tribu relinquerent:& tunc manere uniuscuiusq; hereditatem in propria tribu constituit.

Moyses alloquitur populum ante mortem suam:& tradidit ei librum legis:& quemadmodum ab hominibus est ablatus. CAPI. .VI.

unguentarias habebunt & conquæstrias & mo'arias : efficientq; omne opus sub necessitate:quasi samuele plagas metuentes & uerbera . Sed & uestras possessiones auferent:& eas eunuchis suis & armigeris condonabũt:& iumẽtorum greges eis distribuent.Et ut breuiter sit dicẽdũ seruietis cũ oĩbus uestris regi similes seruoꝝ eius effecti:horũq; sermonum memoriã tũc hẽbitis:quãdo hæc passi fueritis & pœnitentiã ducti rogaueritis deũ ut uestri misereat:& dõet a regali onere uelocissimã libertatẽ:q uestras nõ suscipiet ꝑces:sed eas respuẽs uestras sine t:ut maloꝝ cõsilioꝝ torméta sustineatis.Erat aũt populus in hac prophetia faturaꝝ regẽ ualde fatuus & difficilis:ut cõsiliũ q̃ semel in mẽte collocarat expleret.Nam neq; audiẽtes talia sũt cõuersi:neq; eisdẽ sermõibus eos ꝓpheta pterruit:sed magis uehemẽter istabãt & regẽ sibi ordinari nimie postulabãt:nec cogitádũ de uẽturo eẽ cẽscebãt:sed fore necessariũ secũ ꝓ afflictiõe inimicorum habere pugnaturum regem: quando nulla prouinciarum in tali conuersatione sine rege consisteret.Videns autem eos Samuel nec in his quæ fuerant prædicta conuersos:sed potius imminentes ait.Nunc equidem ad propria singuli quiq; recedite : oportune uero uos euocabo : dum quem uobis daturus sum regem a deo cognouero.Erat igitur quidam de tribu beniamin uir nobilis moribus & laudabilis nomine. Cui Huius erat filius iam iuuenculus : formaq; pulcherrimus:& corpore ualde procerus:quiq; multos mente ac prudentia præcedebat:uocabaturq; Saul.Hic uero cis dum asini præcipui de grege eius erraſſent in quibus nimis:& sicut in nullo alio iumento delectabatur:filium suũ ad requirendos eos cum uno famulo destinauit.Qui dum tribum patriam requirendo asinos circuisset:uenit ad alias:& dum neq; in eis inuenisset:discedere cogitabat ne patri de sẽ molestiã cogitationis iferret. Cũq; in ramatha ciuitate uenisset:& puer qui cum eo erat dixisset ei:in ea esse prophetam uerum dedissetq; consilia ut ad eum irent:ac per eum de asinis quos quærebant agnoscerent : respondit nihil habere præ manibus quod euntes deberent offerre prophetæ:quoniam uiæ pecunia iã fuisset expensa.Tunc famulus dixit esse quartam partem sibi sicli:& hoc ei datum posse sufficere.Erabant enim ignorantes:eo q; non acciperet propheta mercedem. Cũq; uenissent ante portas:& uirgines inuenientes ad aquã euntes:interrogauerunt eas de domo prophetæ.Quæ cum indicassent:adiiciebant ut festinarẽt:anteq; ad comedendum accederet.Multos enim eũ ea die dicebãt ꝓscere:& ex his qui uocati fuerant eum primum discumbere:Samuel autem propterea multos tũc ad conuiuium uocauerat. Nam dum præcedenti die deprecabatur deum ut ei prædiceret quem constitueret regem:indicauerat ea hora altera die missurum se aliquem iuuenem de tribu beniamin.Porro Samuel in domo sedens:tempus quod ei promissum fuerat expectabat.Quod ad impleto descendens ibat ad mensas: occurritq; ei Saul:cui deus protinus indicauit hunc esse regnaturum hæbreis.Saul autem accessit ad Samuel:eũq; salutans supplicauit:ut ei domum prophete monstraret:quã scilicet ut peregrinus se ignorare dicebat.Cunq; samuel se esse dixisset:eũq; duceret ad conuiuium:incolumes esse pro quibus quærendis missus fuerat asinos indicauit:& omnia ei bona regni esse conferenda promisit.Cui saul:minimus inquit sum domine mi hac spe:& de ultima tribu quæ regibus apta non est:& ex inferiori patria urbiũ cæterarum:sed tu me de hac re magis illudis:& pro ridiculo me fatigare contendis:de rebus maioribus quã ut mihi cõuenit nũc loquendo.Quem propheta deducens ad conuiuium:recumbere fecit:simul: & sequentem puerũ super eos qui fuerant inuitati.Erant enim numero septuaginta . Præcepitq; ut pars ei regalis apponeretur. Et cum hora dormiendi aduenisset:singuli quiq; ad propria discesserunt Saul autem apud prophetam cum famulo suo soporatus est.Die ergo facto:samuel eum excitans duxit foras. Et cum extra ciuitatem uenissent:famulum quidẽ præcedere iussit:illum uero remeare:quasi aliquid nullo alio præsente dicturus.Dumq; Saul puerum premisisset:sumens propheta uas olei:super iuuenis caput effudit:eumq; complexus ait.Esto tu rex constitutus a deo:& contra palestinos uindicaturus hæbreos.Hoc autem erit tibi signum quod te uoꝝ præscire. Cum profectus fueris inuenies tres uiros in uia euntes in Bethel adorare deum.Quorum primum quidem tres panes deferre uidebis:secundum uero hædum & tertium utrem uini.Isti te salutabunt:& libenter te suscipient:& dabunt tibi duos panes.Tu accipiens:exinde uenies ad sepulchrum rachel:ubi cognosces: eo q; inuenti sint asini.Post hæc uenies in gabatha:& ecclesiam inuenies prophetarum:& diuinitus inspiratus:prophetabis cum eis:ita ut omnes habentes sensum cum uiderint obstupescãt:atq; mirentur dicentes.Vnde ad hanc fœlicitatem peruenit filius cis:ut possit etiam prophetare.Cũq; hæc signa omnia fuerint facta:scito esse deum tecum:& salutabis patrem tuum atq; cognatos:ueniesq; post hæc uocatus a me in galgala:ut pro his deo pacificas hostias immolemus.Hæc autem prædicens:dimisit eum.Porro saul omnia secundum prophetiam samuel euenerunt.Cunq; uenisset in domum:cognato suo abner quem præ omnibus parentibus diligebat interrogante de profectione eius:& quid accidisset:aliarum quidem rerum nihil abscondit:neq; q̃ apud samuelem ꝓphetam fuisset:neq; q̃ ei asinos inuentos esse dixisset:de regno autem & eius euentibus:quæ etiã si audirentur:& inuidiam & incredulitatem parerent:tacendum esse decreuit:quod nec amico & amplius sanguinis uicinitate coniunctio cautum aut sapiens credidit indicare:dubitãs ut reor de humana natura quippe cum uerum sit:q; perfecte nemo deuotus: nemo amicus:neq; cognatus:ne

uisq; in dei donis purum aliquis seruet affectum:sed circa prouectus sublimium:maliuoli & inuidosi esse noscuntur.Samuel autem conuocauit populum ad ciuitatem Masphat:& apud eum diuino mandato uerba disposuit dicens. Quõ cum eis deus præstiterit libertatem:& subdiderit hostes beneficiorum sint eius immemores:& deum quidem regno priuauerint:nescientes quomodo nimis utilimum est:ab omnium rerum excelso iuuari:cum deus utiq; omnium sit solus excelsus: elegerint autem habere se hominem regem qui eis uelut iumẽtis subditis consilio & desiderio suo aliisq; uolũtatibus sit usurus & potestatem suam sine aliqua parcitate omnibus sit illaturus:quiq; non ita sicut deus proprium opus atq; facturam tueri genus hoium festinauit:quod deum solum semper constat efficere.Sed quõ uobis inquit placuit:& hæc iniuria prætulit contra deum:ordinamini omnes per tribus & sceptra:& mittite sortes uestras. Quod dum hæbrei fecissent:sors cecidit tribui beniamin.Et dum fuisset denuo sors missa per genus:exit progenies metri.Cunq; per uiros ipsius generis sors missa fuisset:ad saul filium.Cis sors regni perducta est. Quod dum iuuenis agnouisset:semetipsum abscondit:nolens uideri aut arbitror sponte suscipere principatũ : sed tantam sui abstinentiam & temperantiam demonstrauit:ut dũ multi nec in parua fœlicitate gaudium ualeant retinere : sed omnino conspicui esse desiderent:ille non solum semetipsum pro tali regno:& tantarum gentium futurus dominus non ostendit: sed etiam conspectui eorum quibus erat regnaturus eripuit:& quærendum se non sine eorum fatigatione fecit.Quibus difficultatem patientibus & cogitantibus eo q; non adesset : rogauit propheta deum:ut ei ubi esset ostenderet: & iuuenem manifestum efficeret. Dumq; cognouisset a deo locum in quo erat celatus saul:misit qui eum adduceret.Et cum inuenisset:eum in medio populi collocauit. His enim omnibus eminebat:& ipsa proceritate regius erat.Dixitq; propheta.Hunc uobis deus dedit regem:uidetis q; & melior cunctis est:& imperio dignus.Cũq; optasset populus regi salutem:ea quæ illis erant futura ꝓpheta cõscribẽs: rege audiẽte legit:& librũ in tabernaculo dei reuoluit:ob testimoniũ eoꝝ quæ prædixerat uenturus generationibus offerendum. Dum hæc itaq; samuel celebrasset dimisit populum propheta:& ipsi quidem in amathin ciuitatẽ patriæ suæ profectus est. Cum uero saul iret in gabath: ex his qui erant multi quidem bonorum uirorum secuti sunt:honorem regi debitum exhibentes:plurimi uero maligni: & illum contẽnabant:& alios irridebant:& neq; munera offerebant:neq; studio aut sermone saul sibi placere demonstrabant.

Præliũ Saul sup ãmonitaꝝ gẽtẽ:& uictoria hostiũq; uastatio. CAPI. .VI.

POst mensem uero honoris eius initium belli causa cõtigit contra naas regẽ ammonitarum.Hic enim multa mala iudæis habitãtibus trans iordanẽ intulit:& cũ multo ac pugnaci exercitu eos afflixit:urbesq; eoꝝ seruituti subegit.Quoꝝ fortitudinẽ ui propria ad ꝑses suæ subdidit ditiõi:sapiẽtia uero atq; tractatu sic ifirmos reddebat:ut neq; rursus iugũ potuisset euadere seruitutis.Eorum nãq; etiam qui ad eũ aut fide data uenissent:aut quos lege bellica cepisset:dextros oculos euellebat. Quod ideo faciebat:ut sinistram partem uultus sui scutis celantes:ad bellandum nimis forent inutiles . Et hæc quidem ammonitarum cum fecisset habitantibus trans iordanẽ:super galadinos abiit:& castra ponens circa ciuitatem iabes:legatos ad eos misit præcipiens ut se ei traderent:quatenus eorum oculos dextros auferret.Quod si nollent: per obsessionẽ eoꝝ ciuitatẽ se interminabat euertere:electionẽ uero in ipsis esse:utrũ uellẽt partẽ corporis amittere:aut certe uniuersi pire.Galadini uero merentes in talibus:neutrũ hoꝝ promittere ꝑsumpserunt:neq; semetipsos tradere:neq; repugnare. Septẽ uero dieꝝ iducias popoſcerunt: ut ad cõtribules legationes mittẽtes:solatiũ ab eis poscerẽt.Et si quidẽ auxiliũ ueniret pugnarent: si uero huius rei foret inopia:tradere se dixerunt passuri quodcunq; placeret hosti. Naas aũt sperneꝝ multitudinem galadinoꝝ:eorũq; resꝑsum:dedit eis inducias:& solatia a quocũq; uellẽt postulare pmisit.Illi ergo repẽte ꝑ ciuitates israhelitaꝝ miserũt: indicãtes quæ eis facere t naas: & in qua tenerẽtur angustia.Qui usq; ad lachrymas magnãq; tristitiã hoc audito uenerũt. Timor autẽ eis aliud quicq̃ facere non permisit.Cũq; legati in regis saul ciuitatẽ uenissent : & in quibus essent iabite periculis nunciassent:populus quidẽ idem fecit quod illi priores:flebant enĩ oẽs cognatoꝝ calamitates.Saul autem ab ope agri reuersus iopidũ uenit:iuenitq; flentes ꝓprios ciues:& dũ cãm eoꝝ tristitiæ & confusionis inquireret:agnouit qđ contĩgerat a legatis : diuinitusq; ispiratus iabitas quidem remisit:ꝓmittẽs eis in auxiliũ se uenturũ die tertia:& ante solis ascẽsũ hostes eẽ uicturum:ita ut uictores eos & timore liberos ortus solis inspiceret:iussit eoꝝ aliquos ꝑ ducatu itineris sustinere.Igit uolẽs populũ ad ammonitaꝝ bellũ dãni timore cõuertere:eis quo citius subueniret:icidens boum suoꝝ neruos:hæc se facere cũctis interminatus ẽ:si nõ armati alia die cõcurrerent ad iordanem:eũq; sequerent & samuelẽ:ubi cũq; eos educerent.Illis aũt ꝑp timorẽ iminẽtis damni definito tẽpore currẽtibus in ciuitatẽ balã dinumerata multitudine:iuenit eoꝝ numerum ꝓter tribũ iuda septingẽta milia fuisse collectos:illius aũt tribus septuaginta milia uiri fuerunt. 77000 Transiens ergo iordanem:& decem finium tota nocte faciens iter:oriente sole exercitui in tribus partibus constituto:repente & inopinabiliter ruit super hostes:factaq; pugna:& alios multos ammonitarum peremit simul & regem.Hoc igitur opus clarũ fecit ualde saul ; & apud oẽs hæbreos

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS SALES

eum laudabilem demonstrauit:magnáq; fecit gloriam fortitudinis adipisci.Ná si qui primitus fue-
rant qui eum spreuerant:tunc conuersi sunt ut eú honorarent : & meliorem cunctoꝝ principatú
eius iudicarent. Non enim sufficit illi solummodo iabessenos eripuisse:sed etiam cúctam studuit
pugnando ammonitarum subuertere regioné:prædáq; exinde copiosám sumens:clarus ad propria
remeauit.Populus ergo pro rebus quæ gestæ fuerant a saul : magna delectatione gaudebant & q
regem talem ordinauerant exultabant.Contra illos uero qui eum nihil rebus prodesse dixerant
exclamabant:ubi sunt nunc illi exoluant pœnas:& reliqua simul adiiciebant:ut solet uulgus fœli-
citate detenta euomere:& contra illos qui in principiis huiusmodi rerum esse uidentur auctores.
Saul auté hoꝝ quidé circa se fauorem amplectabatur & uoluntaté:iurauit aút nullú se nocere cō-
tribulium:nec illa die necari pmittere:cú esset nimis incōgruum:si data a deo uictoria:proprii ge-
neris ságuine fœdaretur:sed deceret ut gratiá habentes adinuicem festiuitatem potius celebrarét.
Cunq; samuel dixisset secundam ordinationé in confirmatiōe regni saul oportere fieri:oés cōgre-
gati sunt in galgalá ciuitatem.Illic enim eos uenire præceperat : & rursus uidente populo ꝓpheta
unxit saul oleo sancto:& secundo denunciauit regem.Itaq; isto modo hæbreoꝝ respublica ad regi-
alias regum iura cōuersa est.Nam tépore moysi & Iesu eius discipuli:qui post eum dux fuit:opti-
ma ducis cōuersatione regebátur:post i lorum uero morté annis.x.& octo populus eoꝝ sine prin-
cipe fuit.Postea ad cōuersationé pristinam sunt reuersi:ei qui bello & fortitudie cúctos excellerent
tribuentes iudicii ptátem: & ꝓpterea tépus cōuersatiōis huiusmodi nimis eximiú uocauerút:Sa-
muel aút ꝓpheta cōgregatis hæbreis ait.Coniuro uos per maximú deú: qui fratres illos optimos
moysen & aaron deduxit ad uitá:& patres nostros ex ægypto : de domo seruitutis eripuit:ut neq;
uerecúdiæ aliqd cōferétes:neq; tiore pterriti:neq; alia qlibet passione detéti:dicatis:siqd a me pui
aut iiustú:aut lucri gratia:aut auaricia causa gestú é:arguite me si cuius aliqd accepit:aut si uitulú:
aut ouem:aut cibum recepi:aut si cuius iuméta ad utilitaté meá tollés aliqué cōtristaui:ex his er-
go oibus siqd abstuli dicite corá rege.Illi uero clamabát hoꝝ nihil ab eo factú eé:sed iuste & san-
cte fuisse eú cú populo hæbreoꝝ.Samuel aút cú audisset cúctoꝝ huiusmodi testimoniú fuisse de
eo ꝓlatum ait. Quō iudicastis mihi:ꝙ nihil icongruú de me dicere ualeatis coram rege núc audi-
te cú fiducia me dicété. Quō ipie nimis egistis in deo petétes regé:cú uos oportuisset habere me-
moriam:ꝙ cú septuagita solummodo nostri generis auus Iacob ꝓpter famé uenit in ægyptum:&
illic multis milibus procreatis:quæ ad pessimú seruitiú ægyptii ꝑduxerút:oratione patrú absq; re-
ge tantá multitudiné ex necessitate deus eripuit:mittés eis moysen & aaron fratres:qui uos edu-
xerunt in terram hác:quá nunc utiq; possidetis.Et his adeptis per deum bonis:didicistis pietatem
atq; religionem dei:quos ille hostibus subditis liberauit:& primú quidé assyrioꝝ rege & eoꝝ for-
titudine potiores effecit:deide ꝑbuit uictoriá āmonitarú:nouissime uero palestinorum:& hæc oia
concessa sunt non habentibus regé:sed cú iepte & gedeon duces exteterunt. Quæ uos ergo tenuit
stulticia: ut fugientes a deo:hoís esse uelitis sub regno.Et ego quidé hunc uobis istitui:qué deus
elegit:ut tamé uobis manifestum sit deú irasci:& ingrate ferre petitioné uestrá in regno:faciá ut
deus ipse hoc uobis ostendat aptis iudiciis:quod nullus aliquando uestrú hic uidit factú messis
tempore imbrem deum deprecor effundere.Cunq; hæc samuel dixisset ad populú:tonitrua subi-
to:& choruscationes:& grandinis impetus diuinitatis iussiōe prorupit:ueritaté ꝓphetæ apud cú-
ctos ostendens:ita ut obstupescentes:& in formidine constituti:sese peccasse cúcti ꝓfiterent:& in
hoc ꝑ ignorantiá icidisse:utq; deú propheta uelut optimus pater & mitis rogaret:qtenus ꝓpicius
esset eis:peccatúq; quod per incuriá & iniquitaté commiserát:dimitteret exorabát . At ille ꝓmisit
deú se rogatuꝝ:ut eis uineá concederet meritoꝝ:monuit tamen eos:ut si iusti forét & boni:& ha-
berent semp memoriá eoꝝ in quibus ꝑuaricationé uirtutis inciderant : & signoꝝ dei & legislatio-
nis moysi:eis cú fœlicitate regia salutis esset affectus:si uero hæc negligerent : uenturá eis eorúq;
regi a deo plagam maximam prophetauit. Igit samuel dum hæc dixisset hæbreis cōfirmato secú-
do saulis regno:populum remeare dimisit ad propria.

Quéadmodú denuo palestini pugnátes deuicti sút ab hæbreis. CAPI. .VII.

SAul igitur eligés quasi tria milia uiroꝝ ex omni plebe:duo milia qdé ipse recipiés:mo-
rabat i ciuitate betheleé:iōathe uero suo filio mille dedit armigeros:eúq; misit í gabaa
Ille aút obsidebat castra palestioꝝ nō ꝓcul a galgalis.Palestini náq; q í gabaa morabát:
arma iudæis abstulerát:& munitissima loca: suisq; castris opportúa detinebát:iterdicé-
tes hæbreis uti ferro.Propter quá cám agricolæ si qd istrumentú eis eét necessariú ad
culturá ueniétes ad palestíos:fabricabát illud.Cú ergo palestini cognouissét castra sua ab hæbreis
obsessa idignati:& cōtétú hæbreorú magná iiuriá iudicátes:iudæis ꝑlú ítulerút.cc.pedestriú qdé
ccc.milia currum uero.xxx.milia:& equitum sexagita milia:castraq; posuerút circa ciuitatem ma-
gnam. Quod cum cognouisset saul rex hæbreorum descendit in galgalam ciuitatem : & in omné
prouinciá misit populú pp libertaté ad bellú cōtra palestinos íuitans:eorúq; potétiá uilissimam eé
declarans & nimis indigná:ut per timoré pericula sustinerét.Dúq; populi qui erant cum saul mul-
titudinem palestinoꝝ íspicerent: ualde sunt territi:& alii quidem in spelúcis & cauernis & cloacis

semetipsos celauerunt:plurimi uero trans iordanem fuga dilapsi sunt:qui erant præcipue ex tribu
gad & ruben.Misitq; saul ad prophetam uocans eum:ut cum eo de bello & rebus præsentibus co-
gitaret.Ille autem sustinere eum ibi præcepit:& hostias præparare:post septem uero dies uenturú
ad eum:ut septima die sacrificantes ita congrederent ad bellum. Qui sustinuit quidem sicut pro-
pheta mandauit:mandatum uero nequaq̄ cum perfectione seruauit:sed cú uideret prophetá qui-
dem morari:se autem a militibus derelinqui:celebratis hostiis cum audisset samuel ueniénté:eius
in occursum festináter egressus est.Ille ergo non recte eum fecisse dixit:eo ꝙ oratiōes & sacrificia
quæ dei uoluntate erant facienda pro populo : offerre petulanter ipse præsumpsisset . Saul uero
satisfaciente & dicente sustinuisse se quidem præfinitos dies : sed pro necessitate & discessu mili-
tum : & propter hunc timorem & inimicorum aduentum : cum in magno esset metu:eo ꝙ auditi
fuissent hostes in galgala descédisse:ad offerenda sacrificia se fuisse compulsum.Respōdens samuel
ait.Sed tu quidem si iustus esses & mihi non inobediens:nunq̄ in his quæ pro præsentibus præ-
cepit deus primitus defecisses quá in rebus necessariis expediret:ut tibi tuæq; soboli regnare plu-
rimo tempore licuisset.Et samuel quidem ferens grauiter in his quæ fuerant facta:discessit ad ꝓ-
pria.Saul autem in galgala ciuitatem habens secum sexcentos solummodo uiros:cum ionatha fi-
lio suo uenit:quorum plurimi arma nequaq̄ habebant:dum ferrum utiq; in prouincia minus eét:
& qui arma facere potuissent. Non enim sinebant eos palestini : sicut dudum iam declarauimus
hæc habere.Igitur diuidentes tribus agminibus exercitum palestini:& per totidem itinera discur-
rentes:hæbreoꝝ prouinciam deuastabant:uidentibus scilicet saul rege & eius filio ionatha:& ter-
ram defendere cum essent sexcenti solummodo non ualentibus.Cunq; resideret ipse & eius filius:
& sacerdos achias qui erat de prole hæli sacerdotis:super collem excelsum : terramq; populari re-
spicerent:eis in maxima angustia constitutis : saul filius cum suo armigero constituit : ut latenter
ad hostium tabernacula properarent:turbatisq; eis sequendo modum commotionis inferret .Dúq;
armiger eius pronum se eum secuturum assereret:etiam si mors immineret:sumés solaciú iuuenis
& de colle descendentes:ad hostes pariter ibant. Erant igitur castra hostium super scopulum ha-
bentem subtilissimam longitudinem:tribus uerticibus acutissimis prominentem:scopulis per cir-
cuitum euntibus:& quasi propugnaculis inuasiones pugnantium prohibentibus . Vnde contige-
bat ut custodes minorem haberent sollicitudinem castrorum : ꝙ natura locus ille omnibus uide-
batur esse munitus:& ad capiendum ualde difficilis:eo ꝙ non solum ascendere illic:sed etiam acce-
dere difficile uideretur. Dum ergo uenisset ad castra ionathas:armigerum confortabat exacués ut
ad hostes accederent:signum eis hoc uictoriæ iudicarent:si eos ad se uocarent:si uero nihil loque-
rentur:tanq̄ eis non uocantibus reuerti deberent.Accedentibus igitur ad exercitum hostium ap-
parente iam die:uidentes palestini eos alterutris dicebant . Ecce de cauernis & speluncis egredi-
untur hæbrei.Et ad ionathan eiusq; armigerum dicebant. Venite ascendite ad nos : ut uos digne
pro uestris præsumptionibus puniamus.Quam uocem suscipiens grate saul filius:tanq̄ ei uictoriá
designantem:tunc quidem ab illo loco in quo hostibus fuerant uisi recesserunt:mutantesq; locú
uenerunt ad petram quæ erat propter munitionis locum desolata custodibus:& ex inde quasi re-
ptando trahentes semetipsos cum multo labore naturam loci uicerunt:ut ad inimicorum castra
conscenderent.Irruentesq; eis dormientibus:occiderunt quidem uiginti:turbam uero stupore ue-
hementius impleuerunt:ita ut alii quidem effugerent arma omnia relinquentes:alii uero semeti-
psos non agnoscentes:eo ꝙ congregati ex multis gentibus essent:credentes inimicos & irruisse su-
per se israhelitas putantes:& non hoc duorum hominum præsumptione commissum : ad alterna
bella conuersi sút.Quorum alii quidem perempti moriebantur:alii uero fugiétes per saxa præcipi-
tes collabebantur.Dúq; exploratores saul dicerent regi :palestinorum castra ualde turbari:requi-
rens saul ne quis suorum deesset:audiuit suum abisse filium & eius armigerum:iussitq; ut pōtifex
sumpta ueste sacerdotali de futuris rebus ei ꝓphetaret. Cúq; ille conuícere eú:& hostibus fortiter
preualere dixisset:palestinos íuasit:& turbatos aggressus est:qui se inuicem peremerút.Qui autem
refugerant petrisq; se celauerant iudæi audientes saul esse uictorem:congregati quasi decem milia
hæbreorum:persecuti sunt inimicos:cuncta regione dispersos Igitur siue propter inopinatæ uicto-
riæ gaudium dum sæpe fœlices contingat extolli:siue ignorantia faciente:palmæ illius decus pes-
sima lamentatione fœdatum est.Volente enim saul funditus interimere ꝓalestinos & pœná exol-
uere:maledixit hæbreis:ut si quis se a cæde retinens inimicorum anteq̄ nox futura ueniret come-
deret:& ab interectore hostiú:aut a persecutione cessaret:maledictus esset.Cunq; saul hoc dixisset:
ueniens ad quendam quercum excelsam in sorte effrem constitutam : ionathas filius eius dú illic
apum contingisset eú inuenire cubilia:& maledictum patris ignorans:& populi super eo ꝓfusioné
non agnoscens expresso mellis fauo comedit.Inter hæc agnoscens : quomodo nimio cum male-
dicto eius pater interdixisset:aliquem gustare cibum ante solis occasum:comedere quidé cessauit
non autem recte patré ꝓhibuisse dixit:quádo cú maiori potius fortitudine atq; fiducia persequé-
tes cibo sumpto plurimos inimicorum capere & iterficere potuissent. Multa siquidé milia pale-
stinorum interficientes:circa uesperam ad spolia hostium sunt conuersi:magnamq; prædam &

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

pecora sumẽtes occidebãt.Hoc ergo a scriba nunciatũ est regi:quõ populus peccaret in deũ:& oc
cisis pecudibus:anteq̃ sanguis bene diluereť:nondũ purgatis carnibus uescerenť:iussitq; saul uol
ui lapidẽ magnũ in medio:& p̃dicari in populo ut sup eũ interficerent: & carnẽ cũ sãguine nõ co
mederent:quõ hoc nequaq̃ deo placeret.Cũctis uero iuxta regis præceptũ facientibus:statuit illic
altare saul:& holocaustũ super illud deo celebrauit.Hoc aũt altare constituit primũ.Mox itaq; uo
lens ad hostiũ procedere castra:ut quæ in eis uidebantur diriperet ante diem:militibus insigniter
eum sequentibus:& cũ multa fiducia eius præceptis obedientibus:uocauit rex achitob sacerdotẽ:
iussitq; ut cõsuleret:si deus annueret:ut eũtes ad inimicorum castra:hostibus denuo prævalerẽt.
Dicente uero sacerdote:deum responsa non dare:saul dixit.Non sine causa consultus deus uocem
no bis non reddidit:qui primitus anteq̃ interrogaret oĩa nunciauit. Sed hæc taciturnitas ait alicu
ius latentis causa peccati est . Vnde per eundem ipsum deum : licet filius meus ionathas peccas
se reperiatur:interficio eum:& deũ ita placabo:quãtomagis extraneo & nihil mihi competẽti per
sonæ supplicium inferre cognoscar.Cũq; hoc fieri populus exclamasset:repente cũctos in uno lo
co constituit:stetitq; ipse in alia parte cum filio:& eum qui dereliquerat instanti sorte requirebat:
inuẽtusq; ionathas peccasse:interrogatus a patre est quid fecisset:& quid in sua uita non recte nec
sancte peccasset.Cui dixit pater:nihil aliud scio:nisi q; ignorans hesterno maledictũ ac iusiurandũ
a te prolatũ persequens inimicos:fauũ gustaui mellis.Quem saul occidere se repete iurauit:quate
nus & generi & naturæ:simul amori hoc modo præponeret iusiurandum.Qui nequaq̃ mortis in
terminatiõe perterritus : sed animam ingenue nimis magnanimiterq; componens: nec ego suppli
co inquit pater parcendum mors mihi suauis est:quæ pro tua geritur pietate:& populi mag na ui
ctoria.Maxima siquidem mihi consolatio est:hæbreos de palestinis reliquisse uictores.In his itaq;
omnis populus doluit:& nimis igemuit:iurauitq;:non se mori permittere Ionathã:uictoriæ huius
auctorem.Et ipsi quidem abripuerunt eum a maledicto patris:orationes pro eo faciẽtes:ut ei pec
catum quoq; dimitteret deus.Saul uero reuersus ad propriã ciuitatẽ: usq; ad sexagi ta milia hostiũ
interfecit:regnauitq; fœliciter: & uicinas prouicias:genteſq; belli iure subiecit:idest ammonitarũ:
& moabitarũ:& palestinorũ:idumeorũ & reges eorũ tributarios fecit.Fuerũt aũt ei filii masculi qui
dẽ tres:ionathas:& Iesus:& melchis : filiæ uero duæ:merob & micol:habuitq; militiæ principẽ pa
trui filiũ:abner filiũ ner.Ner aũt & Cis pater Saul fuerunt fratres:filii Abihel.Habebatq; Saul cur
ruũ multitudinem:& equestrium & cum quibuscũq; pugnaret:cum uictoria remeabat:hæbreosq;
ad excelsum magnitudinem fœlicitatis euexerat:& aliarum gentium potentissimos demõstrarat.
Iuuenes autem proceritate & pulchritudine præcellentes elegit:eosq; armigeros suos effecit.

Bellum & uictoria saul cum amalechitis. CAPI. .VIII.

VEniens igitur samuel ad saul:missum se dixit a deo ut eũ cõmoneret : quia eũ electum
ex omnibus regem fecit:& propterea debere eum obedientem sibi eẽ:quomodo ipse q̃
dem haberet gentium principatum : deus uero & ipsius esset & rerum omnium domi
nator: adiiciebatq; dixisse eum:quõ multa mala amalechite hæbreis ĩ deserto fecerunt:
quando egredientes ex ægypto ueniebant in regionem quæ nunc est eorũ:ideo bello perimendos
amalechitas:quibus subditis:nullum eorum debere uiuum pœnitus relinqui alias relinquere:sed
omnem necandam ætatem:incipientes a mulieribus pariter & infantibus:& hoc supplicium eos q̃
maiores nostros affixerunt sustinere . Sed neq; iumentis neq; aliis pecudibus ob utilitatem pro
priamq; possessionẽ ait esse parcendum:sed cuncta dicanda deo:& nomẽ amalech secũdum moy
si mandata delendum.Saul uero pfessus est se præcepta complere:& obedientiã non solum in hoc
credidit:ut cõtra amalechitas pugnaret:sed ut etiã uelociter properaturũ esse monstraret:congre
gauit cunctum exercitum:eũq; dinumerãs in galgalis inuenit israhelitarum absq; tribu iuda circa.
xl.milia uiroꝝ:illa nãq; tribus sola.xxx.milia armatos habebat.Tunc ergo saul amalechitarum re
gionẽ igressus:insidias occultas circa torrẽtem fecit:ut nõ solũ aperte alias ab arce pugnãs:eos af
fligeret:sed etiam inopinate super eos per incertas uias irrueret: & circundatos deuastaret. Igitur
congressus in pugnam:fugauit hostes multosq; peremit:& reliquos persecutus est fugientes. Cũq;
illud opus propicia diuinitate complesset:amalechitarum urbes obsedit:& alias quidem molitio
nibus : alias uero suffossionibus cloacarum & muris extrinsecus e diuerso edificatis : alias autem
fame & siti:alias uero modis aliis obsidens : & fortiter capiens ad necem cunctorum infantum &
mulierum simul inuectus : nihil crudele:nec ultra humanam naturam se facere credens:primũ q̃
in hostes hæc agebat:deinde q̃ præcepto diuino cui non obedire foret grande piaculum ministra
bat:cœpitq; regem hostium agag captiuum . Cuius corporis pulchritudinem magnitudinemq;
miratus:decreuit esse saluandum : non hoc faciens diuina uoluntate : sed iudicium proprium se
quens:& sine causa ei cedens uitam quasi misericorditer:unde illi potestas sine suo periculo mise
rendi non esset.Deus nãq; sic odiuit amalechitarum genus:ut neq; infantibus parceretur : quibus
potius misereri natura est:Saul itaq; regem agag & malorum quæ contra hæbreos gesta uidebãt:
auctorem a morte seruauit:& hostis pulchritudinem præceptis dei præposuit.Peccauit quoq; cũ
eo simul & populus.Nam & illi iumentis & pecudibus pepercerunt: eaq; sibi diripuerunt:iubente

deo non esse seruanda:sed & alias res diuiciasq; collegerunt.Siquid uero dignum possideri nõ erat
consumpserunt . Cunq; uicisset saul uniuersos a peluſio ægypti usq; ad rubrum mare residentes
hostes : sicimitarum gentem solummodo dereliquit . Isti nanq; in regione madian in medio ha
bitabant . Quibus ante pugnam denunciauit ut abscederent : ne forte amalechitarum calamita
ti communicarent . Nam dum essent cognati raguel soceri moysi : credidit esse saluandos . Saul
igitur tanq̃ in nullo prophetæ mandata præuaricans quæ acceperat : dum contra amalechitas pu
gnaturus exiret : & uelut omnibus integre conseruatis : deuictis hostibus : cum letitia reuerteba
tur ad propria . Deus autem pro amalechitarum uita & rapina pecudum quã populus gesserat
contristatus est:quomodo hæc fuerant eo prohibente commissa . Dirum nanq; iudicabat: ut eu
ius fortitudine fuerant adepti uictoriam : eum spernerent : & nec tanq̃ humani regis præceptio
nibus obedirẽt:dicebatq; prophetæ penitere se:eo q; saul ordinauerat regem:quomodo eius iussa
non faceret:sed uteretur propria uoluntate. Hæc audiens samuel:ualde confusus est:& deum coe
pit tota nocte rogare:ut esset propicius saul:seq; ab eius idignatione suspenderet . Qui ueniam se
dare saul etiam propheta poscente non annuit:iniustum esse dicernens:se tantis peccatis indulgẽ
tiam condonare: non ob aliam causam asserens mala generari : nisi cum aliqui iniustitiam passi:
ad uindictam negligentiores existerent : alias extiterint . Aucupantur enim inquit gloriam beni
gnitatis meæ & patientiæ:& latenter hæc pariunt . Dum ergo deus precibus prophetæ denegas
set:nec parceret:die facta.Samuel ad saul uenit in galgala:uidensq; eum rex:cucurrit & osculatus ẽ
dicens . Gratias ago deo qui dedit mihi uictoriam : & quia omnia pro eius uoluntate sunt gesta .
Cui respondens ait samuel . Vnde ergo audio clamorem iumentorum & ouium in exercitu .Cui
respondit populum hæc ad sacrificia reseruasse : genus autem amalechitarum mandato diuino oẽ
se deleuisse nulumq; fuisse derelictum nisi tantummodo regem:de quo quid oporteret fieri dice
bat adinuicẽ quid cogitãdum. Cui propheta dixit:deum nõ super sacrificia delectari:sed super bo
nos & iustos huiusmodi autem illos qui eius mandata consiliumq; secuntur:& nihil aliud bene se
agere iudicant:nisi quod pro dei fecerint uoluntate.Is enim contemnitur:non quando ei sacrifica
tur:sed quando in obedientiæ spiritus abhibetur . Ab his enim qui ei subditi non sunt : nec eum
uera religione colunt:neq; dum multas hostias & magnas obtulerit:neq; dum ornamento ex auro
argentoq; facta dicauerit susceptit hæc libenter:sed potius auersatur:& magis studiũ hoc nequiciæ
iudicat non esse pietatem . Ad illos autem qui solummodo quod præcepit diuinitas recordantur:
& mori potius elegunt q̃ præuaricari aliquid quod iubetur : semper conuertitur & neq; sacrifici
um ab eis exquiret : sed & dum sacrificauerint siue simplex aliquid:siue utilissimum:grauiter eoꝝ
praua munera : quã ditissimorum maximam suscipiet opulentiam . Tu siquidem scito tibi deum
iratum:spreuisti nanq; & neglexisti ea quæ tibi mandauit.Quomodo igitur arbitraris eum sacrifi
cia respicere:ex his rebus quæ decreuit ille peruire:nisi forte similia iudicas illa peccata:& quis deo
offerenda sacrificia.Scito igitur regnum tibimet auferendum : & potentiam quã a deo tibi negle
xisti collatam fuisse:alii conferendam . Porro saul fatebatur quidem iniq; se feciſſe : & peccatum
se negare non posse:transgressũq; se mandata prophetæ dicebat:sed pro timore ac metu exercitũ
non prohibuisse prædam diripientem nec tantam multitudinem retinere potuisse:sed ignosce in
quit:& esto mitis nunc:decetero enim obseruabo ne peccẽ.Rogabatq; prophetam:ut reuertẽs ho
stias deo pacificas immolaret.Ille uero cum deum illi non parcere præ uideret:remeauit ad ppria.
Saul autem uolens retinere samuel appræhendit eius pallium: uiolenterq; tractum:eo q; samuel i
petu facto discederet:uestem eius disrupit.Cui propheta dixit.Sic tuum scindetur iperium:& acci
piet illud uir bonus & iustus : quando deus permanet in suo decreto : nec mutatur atq; conuerti
tur. Nam mutare sententiam passionis humanæ:non fortitudinis est diuinæ.Saul autem impie q̃
dem se gessisset fatebatur:infecta uero facere quæ fuerant facta nõ posse : rogabatq; eum:ut se co
ram multitudine honoraret:& cum eo ueniens adoraret.Quod cum fecisset samuel ueniens ado
rauit deum deductusq; ad eum est rex amalechitarum agag . Et dum diceret agag:quã esset ama
ra mors ait samuel . Sicut tu multas hæbreorum matres pro filiis ingemiscere lugeregq; fecisti:sic
ingemiscet in tua morte genitrix tua . Iussitq; repente eum in galgalis mori . Ipse uero in rama
tham ciuitatem abiit.

Quia p̃uaricãte Saul mãdata ꝓphetæ Samuel:alius rex Dauid iubẽte deo latẽter ẽ fcũs.CA. VIIII.

REx saul sentiens quæ mala passurus esset: qui sibi deum in regno fecerat inimicũ ascen
dit in gaba: quod nomen interpretatum significat collem:& post illam diem non uidit
saul Samuelẽ. Cũq; propheta propterea tristis esset:iussit deus:ut a cogitationibus quie
sceret: & sumẽs uas olei in betleem ciuitatẽ iret ad iesse filiũ obed:& eius ungueret na
tum:quem ipse monstraret in regem.Cum uero metueret ire:ne cognoscens saul:& aut latẽter aut
palam eum occideret:dicente deo & dante securitatem : prædictã peruenit ad ciuitatem . Quem
cuncti salutauerunt causam eius inquirentes aduentus. Quibus dicebat uenisse se ut deo sacrifi
caret.Tunc sacrificio celebrato:uocabat iesse cum filiis ad altare:& inspiciens filium lenioré pro
cerum & optimum:credidit propter pulchritudinem hunc esse futurum regẽ:sed prouidẽtia di-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
CIDOC.USAL.ES

uina fruſtratus eſt.Dū enī cōſuluiſſet deū:ſi iuuenē ungueret : quē ipſe admiratus fuerat:& dignū ſperio iudicabat:reſpōdit deus : nō ea uidere homines q̄ deus itēdit:ſed tu īquit pulchritudinē iuuenis reſpiciēs:hūc arbitraris regno placere : ego aūt non corporis pulchritudinē ac ſpeciē apicē facio eē regalē:ſed animi ſine dubitatiōe uirtutē.Ille ſiquidē ꝓfecte pulcher ē:q̄ pietate & iuſticia ſimul & fortitudine:necnō & obediētia ſplēdidus:& oībus ex quibus animæ pulchritudo cōſiſtit. Cūq; dixiſſet hæc deus:ꝓcepit ſamuel ieſſe:ut oēs ei ſuos filios demōſtraret.At ille alios quīq; uenire fecit:quos quis ſenior qdē erat eliab uocabaſ:ſecūdus uero aminadab ſammaa tertius:quartus uero nathan:quītus aūt rachel:ſextus aſā.Vidēs aūt & iſtos ꝓpheta in nullo minores pulchritudine ſenioris:conſuluit deū quem hos eligeret fore regem. Quo dicente nullum:denuo requiuit ieſſe:ſi præter iſtos haberet alios filios.Qui dixit eſſe alium nomine Dauid paſtorē ouiū cui habentem:iuſſitq; eum ſamuel uelociter uocari:ipoſſibile dicēs eos eē cōmeſſuros anteq̄ ille ueniret.Cunq; uenīſſet Dauid uocatus a patre:puer colore quidem rubeus : & pulcher aſpectu: tacite ſamuel dixit ad eum.Hic eſt qui deo placuit ad regandum . Tunc & ipſe diſcubuit:fecitq; iuuenē ſub ſe diſcūbere:& ieſſe cum reliquis filiis.Deinde uidente Dauid:ſumens oleum unxit eum:eiq; adhuc tacite dixit atq; ſignificauit : quomodo regnare eum deus elegerit:monuitq; iuſtum eē debere:& eius præceptis obedire.Sic & enim regnum ei multo tempore fore māſurum:domūq; claram ac famoſiſſimam habiturum:uaſtaturūq; pariter paleſtinos. Sed & cum quibuſcūq; gentibus congrederetur uinceret:& ingentem gloriam poſſideret:quod & ipſum habere & poſteris reliquere promittebat.Samuel quidem dum hæc monuiſſet abſceſſit:diuinitas autem ad Dauid ſaul relicto migrauit.Et ille quidem prophetare cœpit:ſancto ſuper ſe ſpiritu ueniente:ſaul uero quædam paſſiones & demonia repente compræhenderunt:ſuffocationes ei & anguſtias iferentes:ita ut medici ei ſalutis nullum remedium inuenirent.Siquis tamen cantare eſſet pitus:& in cithara pſallere doctus:hunc adduci iuſſerunt:ut cum eum demonia inuaderent & turbarēt:ſuper caput eius aſtās pſalleret : & hymnos ediceret. Ille uero hæc nō diſſimulauit efficere : ſed queri huiuſmodi hominem protinus imperauit.Cūq; ei quidam ſuorum dixiſſet:uidiſſe ſe in ciuitate bethleem quendam ieſſe filium:adhuc ætate iuuenculum:pulchrū atq; decoꝝ & aliis ſtudiis ualde dignū necnō pſallere & hymnos cantare doctū:inſup & eximiū pugnatorē:mittēs ſaul ad ieſſe Dauid ſublatūa gregibus ad ſe uēire ꝓcepit:mādās ei uelle ſe iuuenculum uidere:de cuius pulchritudie ac fortitudie cognouiſſet.Ille uero miſit filiū:dās ei mūera ſaul portare.Quo uenīēte gauiſus ē:fecitq; eum armigerū ſuū:& bonis omnibus honorauit.Delectabatur enī in eo:maxime in iuaſiōe demoniorū qui cū ad eum accederēt:ſolus erat medicus: hymnos dicendo & pſallēdo rurſus in cithara:& ſaul a mētis oppreſſione reuocando.Miſit igitur ſaul ad patrem pueri ieſſe:petēs ut apud eum Dauid maneret:eo q̄ eius præſentia delectaretur:yſai uero ſaul non contradicendo conceſſit.

Quēadmodū denuo pugnauerūt paleſtini aduerſus hæbreos adhuc regnante ſaul & monomachia Dauid cū golia:q̄ paleſtinoꝝ erat eximius:eiuſq; peréptio & defectio paleſtinoꝝ. CAPI. .X.

POſt non multa ſiquidem tempora: paleſtini denuo congregati : & magnum ſuper iſrahelitas omnes exercitum colligentes:inter ſocho & azecha caſtrametati ſunt. Contra quos denuo ſaul produxit exercitum: & ſuper quendam montem caſtra ponens:coegit paleſtinos priora quidem caſtra relinquere: & ex aduerſo montis quem ſaūl appræhenderat aduenire:diuiſitq; eorum exercitus medius mons:qui erat poſitus inter eos.Igitur deſcendēs quidam de exercitu paleſtinorum nomine goliad de ciuitate geth : uir ualde procer us:cuius altitudo quattuor erat cubitorum:& palmi unius:accinctus armis quæ pro magnitudine ſua naturæ eius corporis exigebat : indutuſq; lorica cuius erat pondus quinq; milium ſiclorum eris:galeā uero & tibi alia habebat erea:quæ talis uiri & magnitudine & inopinabilia potuiſſent membra protegere:haſta uero eius erat non leuis dextræ portatio:ſed quā ipſe geſtabat in humeris : cuius ferrum ſexcentorum ſiclorum fuit:ſequebanturq; eum multi armā portātium.Hic igitur goliad ſtās inter medias acies:uocem emiſit grandem contra ſaul & hæbreos dicens.A pugna nunc & piculo uos abſoluo.Quæ enim neceſſitas ē noſtroꝝ exercitus depire.Sed date aliquē ueſtrum contra me pugnatuꝝ:& totū bellū unius uictoria terminet:ſeruiatq; pars altera illis:quorum fuerat ille qui uicerit.Eſt enī multo melius & tēperantius:unius piculo promereri : qđ poteſtate a deſt multorū. Hæc cum dixiſſet:caſtra remeauit ad propria.Altera uero die rurſum uenit:ac ead em uerba fecit: & ſimiliter uſq; ad diem quadrageſimum hoſtes ad prædictas conditiones prouocare non deſtitit: ita ut terreret & ipſe ſaul:& eius exercitus.Conſtituebant equidem acies quaſi pugnaturi:ad congreſſionem uero minime ueniebant.Bello itaq; conſiſtente iter paleſtinos & hæbreos:ſaul remiſit Dauid ad patrem ſuum ieſſe:cū ei eius tres alii filii ad ſolacium & periculum pugnæ ſufficerēt. Ille ergo tunc quidem ad ouilia & paſturas pecudum remeauit non multo poſt ad caſtra reuerſus hæbreoꝝ miſſus a patre:ut neceſſaria fratribus deportaret : & qd ageret agnoſceret.Cūq; goliad denuo reuertens & ꝓuocans exprobraret:quaſi nullus inter eos uir eſſet qui contra eum pugnare præſumeret:cum fratribus loquens Dauid ea quæ mandauerat pater:& audiens illum blaſphemātem exercitum:& pariter affligentem indignatus eſt & fratribus ait; paratū ſe eē ſolum cum hoſte

pugnare.Cui ſenior fratrum aminadab interminatus eſt:& præſumptionē habere eū ꝓter ætatem dicēs:& expertū huius officii::uſſit ad patrē & ad paſcua remeare.Qui reuertus qdē fratrē diſceſſit:& apud quoſdā militū é locutus:q̄ uellet cū paleſtino ꝓuocāte pugnare.Illius autem repēte Saul iuuenis indicantibus uolūtatē:rex eū uocauit:& dū quæreret:ut qđ uellet ediceret dixit.Nō defiat mēs tua rex:nec metuas:ego ſuperbiā huius hoſtis pugnādo ꝓſternā:& ita ſublimen & ꝓcerā ſubdā & ſic iſte quidē irridebitur tuus uero exercitus glorioſus inuenietur:ſi neq; a uiro bellatore habet in acie perire:ſed ꝓuocatus a puerili ætate moriaſ.Saul aūt eius præſumptionē atq; magnanimitatē ualde miráte:nō tamē in eo habēte fiduciā propter ætatē:ſed if rmū eē:ut cōtra peritum hoſtē bellū ſuſcipet:ea dicēte:Dauid ait:Pollitior hoc:cōfidens in deo q̄ mecū é:cuius etiā adiutorio fungor expimento.Nā dū aliquando leo ouiculas meas inuaſiſſet:& agnū arr puiſſet:ſequens appræhendi eū & agnū quidē ex ore eius eripui:ipſū uero dū cōtra me ſpetū feciſſet:a cauda compræhenſū:& percuſſū in terra peremi. Idē & urſo faciēte:in eo ultus ſū.Putet ergo ille hoſtis unū ſe eē huiuſmodi beſtiarum:diu exprobrans exercitui:& noſtrum blaſphemans deum:qui eū faciet mihi ſubiectū.Saul igitur uoluntatē pueri atq; præſumptioni ſimilem orans deo terminum dixit . Vade ad pugnā Et accīxit eum lorica ſua ſimul & gladio:& apponēs ei galeā deſtinauit.Dauid aūt oneratus his armis:cū nō eſſet exercitatus in eis ait.Iſta quidē rex tua ſint ornamēta:cui fortitudo eſt hæc geſtare præcipua:mihi uero tanq̄ ſeruo tuo concede ſicut ego uolo pugnare. Ergo poſitis armis ſumpto baculo:& quinq; lapidibus de torrente in paſtorali pera:& fundam in dextera manu portans::bat ad Goliad. Videns aūt eū Goliad ſic uenientē ſpreuit:& iniuriā ei fecit quaſi nō armā gerens hoīum pugnaturus ueniret:ſed quibus canes repelli ſolēt: dicens. Nū me canē exiſtimaſti. Ille autem nō canem:ſed deterius aliquid eum ſe putare reſpondit.Cōmouitq; Goliad ad iracūdiā: ut ei maledictum apponeret ex uocabulo dei ſui:& interminatus eſt : daturum ſe carnes eius terrenis beſtiis: & cæli uolatilibus deuorandas.Cui reſpondit Dauid.Tu quidem uenis contra me cū gladio:& haſta:& lorica:ego autem uenio ad te armatus deo:qui & te & omnem ueſtrū exercitum noſtris manibus perditurus eſt.Hodie nāq; tuū caput abſcidemus:& reliquū corpus tuū ſimilibus canibus apponemus:ſcientq; cuncti:quō deus præſul eſt hæbreorum:& arma noſtra ipſe eſt ſemp & fortitudo.Nam omnis exercitus & reliquus apparatus inutilis eſt abſente deo. Paleſtinus autē armorum pōdere grauatus:cū currere nō ualeret:paulatim uenit ad Dauid:cōtennēs eū & ſe nudū confidens ſimul & adhuc ætate puerulum ſine labore perimere. Occurrit autem ei iuuenis cum deo auxiliatore ſuo:qui ab hoſte non uidebatur : & ſumens de pera unum lapidum quos de torrente collegerat:& emittens eum de fundibula: percuſſit repente goliad in fronte:& uſq; ad cerebrum pertranſiuit:ita ut mox confracto capite goliad caderet pronus in terram. Tunc ſtetit Dauid & caput eius incidit.Cadens ergo goliad : factus eſt paleſtinis occaſio maximæ fugæ. Nam dum peritiſſimum ſuorum cecidiſſe conſpexerunt : de rebus omnibus deſperantes:reſiſtere non ualuerunt:ſed uidentes ſe uictos turpiq; fugæ ſe tradentes: conabantur liberari . Saul autem & cunctus exercitus hæbreorum clamorem facto:ſuper eos exilierunt : & multos interemerunt : & perſecuti ſunt uſq; ad terminos geth:& portas aſchalonis.Mortui itaq; ſunt paleſtinorum . xxx . milia:& totidem uulnerata.Porro ſaul reuerſus ab exercitu hoſtium:eorum caſtra diripuit & ſimul incendit.Caput autem goliæ Dauid ad tabernaculum proprium deportauit:& haſtam dicauit deo.Porro circa Dauid inuidiam atq; odium ſaul regis uirgines mulieresq; prouocauerunt. Occurrentes enim uictrici militiæ cum cymbalis & tympanis:delectabantur omni letitia milites:mulieres quidem q̄ multa milia ſaul paleſtinorum interemiſſet:uirgines autem q̄ multa dena milia exterminans Dauid cœpit.Hæc audiens rex q̄ millenario numero teſtimonium ipſe perciperet:& denum milium multitudo iuuenculo uoueretur:& cogitans q̄ nihil poſt hunc tam clarum fauorem niſi regnum minus eſſet Dauid cœpit eum timere:& nimis habere ſuſpectum:& a priori quidem officio quem utiq; ſuum armigerum fecerat eum amouens:ne dum nimis proximus eſſet:eum poſſet occidere:conſtituit eum millenarium:dās ei locum quidem meliorem:& ut putabat ſibimet cautiorem:uolebatq; eum ad hoſtes & prælia mittere:ut in his pericula ſuſtinendo periſſet.

Quēadmodū miratus ſaul fortitudinē Dauid:ei ſuā filiā copulauit. CAPI. .XI.

DAuid ergo deum habens ubiq; ducem:quocunq; ueniſſet prævalebat : & optime agere uidebatur : ita ut propter excellentiam fortitudinis & populus eum & regis filia uirgo concupiſceret:& amore detenta cunctis ita fieret manifeſta:ut hoc eius deſiderium perduceretur ad patrem.Ille uero quaſi percepta occaſione in morte Dauid:hoc libenter audiuit daturumq; nuptiis eius ſe uirginem hæc ſibi nunciantibus ait:ſi ducenta ei capita hoſtium adueheret necatorum.At ille honore ſic claro ei propoſito:uolens ex opere piculoſo & incredibili gloria magis procedere:tendebat ad cauſam.Saul autem cogitabat eum ab hoſtibus perimendum: & decenter ſua uota complere:ſi per alios & non eo faciente moreretur:iuſſitq; ſuis famulis ut uoluntatem Dauid experirentur:qualis circa puellæ nuptias eſſet.Illi uero cœperunt cū eo loqui:q̄ diligeret eum rex ſaul una cum populo:& uellet ei etiam ſuam filiam copulare . Qui dixit.Non modicum uidere putatis me generum eſſe regis.Mihi uero nihil tale ſubſiſtit:præcipue

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

cũ ſim abiectus:& a gloria uel honore ſegregatus. Saul aũt dũ famuli Dauid reſpõſa dixiſſent:ait.
Dicite ei nõ me pecuniis egere:nec honoribus:qbus rebus uẽdit filia potius quã nuptiis collocat:
ſed eligere generũ habentẽ fortitudinẽ:aliaſq; uirtutes:quas te habere manifeſtũ ẽ:& uelle me reci
pere ab eo ꝓ nuptiis filiæ:nõ aurũ nec argẽtũ:neq; ut hæc de domibus paternis eiiciat:ſed pp ſup
plicium hoſtiũ:capita ſexcẽta paleſtinoꝝ.Et mihi eni ipſi nullũ potius quã hoc:nullũ clarius munus
erit.Sed & meæ filiæ multo ſolẽnius honoribus ẽ præcipuũ:uiro tali & tãto teſtimonio de hoſtiũ
triũphis decorato poſſe cõiũgi.His uerbis delatis ad ſe Dauid gauiſus:quaſi ſaul ſtuderet eum ſibi
cognatione coniungere:neq; conſilium expectauit:nec ſi poſſibile aut difficile eſſet:opus præſens
animo cogitauit:ſed repente cum ſotiis ad hoſtes pro nuptiarum pollicitatione profectus ẽ. Deus
enim erat qui cuncta facilia Dauid & poſſibilia faciebat.Cũq; multos interemiſſet : abſcidens ſex
centa capita uenit ad regem.Et harum rerum probatione facta nuptias exigebat.Saul autem cum
non haberet unde promiſſa refugeret:& mentiri peſſimum iudicaret:aut per inſidias eum occide
re : cum forſitan etiam in hoc fruſtrari ſuo conſilio poſſet : dedit ei ſuam filiam nomine michol.

Queãdmodũ poſt hæc ſuſpectũ Dauid ſibi rex ſaul ꝑimere feſtinauit. CAPI. .XII.

CVm ergo ſaul non eſſet recta uoluntate manſurus:uidens etiam Dauid & apud deum
& apud homines approbari:expauit eum:& metum celare non ualens:timore magnaꝝ
rerum ideſt regni ſimul ac uitæ:ne priuaretur utroq;:cogitauit eum crudeli calamita
te perimere:eiuſq; mortem ionathæ filio:& reliquis familiaribus delegauit. Filius aũt
admirans permutationem patris circa Dauid:cum non poſt multam eius deuotionem non me
diocriter in eum : ſed ad mortem uſq; ſeuiret : & cum iuuenem diligeret eiuſq; uirtutem:dixit ei
ſecreto uoluntatem patris ſui:ſuaſitq; ut die futuro ſe cuſtodiret:ipſe uero ſalutaturum ſe patrem
dixit:eiq; pro eo opportuno tempore locuturum:cauſamq; cogniturum:& ei exprobrare:q; occi
di uoluiſſet iniuſte qui tanta bona fuerat operatus : qui etiam ſi ualde peccaſſet ueniam prome
reri debuiſſet:dixitq; ei ſe poſt hæc patris indicare ſententiam. Dauid autem conſilio benigno
obediens:egreſſus eſt a rege.Altera uero die ionathas uenit ad ſaul:& dum eum lætum & exultã
tem aſpiceret:cœpit de Dauid proferre ſermonem dicens.In qua maiori uel minori iniquitate in
ueniens culpabilẽ Dauid:præcepiſti eũ pater iteremi:uiꝝ qui tibi quidẽ magnæ ſalutis cauſa fuiſ
ſe probatus eſt:paleſtinis autẽ ualde ſuppliciũ:ab illuſione & iniuriis ſimul eripiens populũ hæ
breoꝝ:quas diebus .xl.ſuſtinuit nullo utiq; præſumente prouocationis certamina ſuſtinere:& qui
poſt hæc iuſſione tua deferens hoſtium capita:ſororem meam præmio accepit uxorẽ: cuius mors
tibi ipſi grauior erit:non propter ſolam uirtutem eius:ſed etiam propter ipſam cognationem:quã
do eius morte etiam filia tui uexabitur pene ante gaudium coniugii:ueniens ad uiduitatis oppro
brium.Hæc ergo cogitans pater:ad clementiam conuertere nihil committens in uirum:primum
quidem q; nobis magnum beneficium præſtitit tuæ ſalutis : quando malo ſpiritu & demonibus
inſte reſidentibus:illos expulit:pacemq; tuæ animæ condonauit:ſecundo autem:quando & in tuis
hoſtibus ultus eſt.Hæc etenim obliuiſci:turpiſſimum eſt.His ergo ſermonibus mitigatus ſaul:iu
rauit filio:nihil Dauid iniuſte fore paſſurum. Sermo enim iuſtus:& iracundiam regis ſubiecit : &
metum.Ionathas autem euocato Dauid:indicauit ei de ſua ſalute:quam impetrarat a patre:eumq;
deduxit ad regem:& erat in conſpectu eius ſicut prius.Eodem uero tempore:paleſtinis bella gerẽ
tibus denuo ſuper hæbreos:ſaul contra hoſtes Dauid cum exercitu deſtinauit . Et congreſſus ad
uerſus eos multos eorum proſtrauit:uictorq; reuerſus eſt ad regem . Quem ſaul non ſicut ſpabat
poſt bella ſuſcepit:ſed potius eius fœlicitate contriſtatus eſt:tanq; illius bonis actibus uideret ipſe
deceptus.Cũq; regem rurſus pueris aſtantibus demõ ageret: ſpirituſq; turbaret:uocans Dauid in
domo in qua iacebat tenens lãceam:eum pſallere & hymnos cantare præcepit. Quo iuſſa faciẽte:
inſurgens in eum:lanceam iaculatus eſt:eamq; Dauid præuidens declinauit : fugitq; in domum
ſuã & in ea tota die ꝑmanſit.Nocte uero mittẽs rex:iuſſit eũ uſq; ad diluculum cuſtodire:ne latẽ
ter effugeret:quatenus mane deductus ad publicum traheretur ad mortem.Michol aũt Dauid cõ
iunx:filia regis:cognita uoluntate patris:Dauid indicauit:dubiã ſpem eius uitæ conſpiciens:& de
anima ſua pariter diffidẽs.Neq; enĩ ſe credebat poſſe habere uitam:ſi fuiſſet illius amore priuata.Et
ergo dixit.Non te hic coniux ſolis ortus inueniat:nam te ulterius non uidebo:ſed fuge citius:dũ
tibi ꝑbet nox fuge pſidiũ:faciatq; tibi hac dominus lõgiorem. Scito eni te a patre meo ſi inuẽtus
fueris occidẽdũ . Quo dicto:eũ per feneſtram depoſuit & dimiſit . Deinde conſtituit lectulum qſi
utroſq; ut duodecim uiros pugnaturos mitterent:& procedentes inter medias acies:qui ex utraq;
parte ducum fuerant ad certamen electi:eductiſq; gladiis uiri Dauid:& tenentes capita hoſtiũ eoꝝ
lumbos & latera ſuis gladiis perforarunt:donec omnes quaſi ex uno conſtituto perimerent. His
autem cadentibus etiam reliquus direptus eſt exercitus:& dimicatione fortiſſima procedente:ab
ner populus uictus eſt:fugienteſq; ioab perſequi non ceſſabat:præcipiens armatis ut poſt eorũ ue
ſtigia feſtinarent:& nequaq̃ occidendo deficerent . Cuius etiam fratres decertati ſunt proniſſime:
inter quos clarior præcipue fuit iunior aſahel:qui tantam gloriam habuit in pedum uelocitate:ut
non ſolũ hoies:ſed ét equos ad currendi certamĩa ſuparet.Is igit ꝑſequebat prĩcipem abner:recto
greſſu in neutrã parté declinãs.Cũq; reſpexiſſet abner:& conſideraſſet impetum ſe ſequentis:& di
xiſſet ut unius militis arma ſumés ab eius perſecutione quieſceret:& rurſus ille nequaq̃ a ſuo co
namine pœnitus abſtineret:monente illo denuo ut recederet:nec coactus eũ percuteret:& ãte eius
fratres ulterius fiduciam non haberet:uerba eius illo deſpiciente:fugiens poſt tergũ lãceã coactus
emiſit:eũq; repéte mortali uulnere penetrauit.Hi uero qui cũ eo ꝑſequebãt abner:cum ueniſſent
ad locũ ubi iacebat aſahel mortuus circũſtãtes nequaq̃ ꝑſecuti ſunt hoſtes . Ioab aũt & frater eius
abyſai ꝑtrãſeũtes uiderũt cadauer illius:& maioré ire fomité cõtra abner hentes:ꝑ morte fratris
magna uſi uelocitate uſq; ad locũ quédam noie gabaon perſecuti ſunt abner.Et cũ ſol occũberet:
aſcendés in quédã collem cum tribu beniamĩ: expectabat hoſtes ſimul & abner.Qui dũ clamaret

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

&diceret ad ioab non eũ oportere uiros cõtribulos tãto certamĩe prælii exacuere : ſed etiã fratré
eius aſahel deliquiſſe:ꝙ dum eũ moneret ut a pſecutione ceſſaret nec aquieſceret : propterea per
cuſſus occubuiſſet:ſapiẽter faciens ioab:& hæc uerba ſatiſſationẽ eẽ decernẽs:miſſa tuba reuoca
uit exercitum:& ab uehemẽti pſecutiõe retinuit.Et ioab quidẽ in illo loco moratus eſt:abner aũt
tota nocte iter faciẽs:& tranſiens fluuiũ iordanẽ uenit ad caſtra ad ſaul filiũ biſboſeth . Altera ue
ro die dinumerans Ioab corpora defunctorum:ſepeliuit uniuerſos. Ceciderunt autem de exercitu
quidem abner milites quaſi trecenti & ſexaginta:de Dauid uero decem & nouem:& azahel.Cuius
corpus reportantes ioab:& abyſai in bethleem:& in monumento paterno ſepelientes:ad Dauid re
greſſi ſunt in ebron.Cœpit igitur ex illo tempore bellum inteſtinum inter hæbreos fieri:& multo
tempore permanſit:proficientibus ſemper eis qui cum Dauid erant:& amplius ad bella creſcenti
bus:filii uero ſaul exercitus pene quotidie defluxit . Quo tempore nati ſunt Dauid filii numero
ſex:ex totidem mulieribus.Quorum ſenior quidem qui de achinoe matre progenitus ;appellatus
eſt ammon:ſecundus autẽ de uxore abigail nomine eliab:tertius abſolon qui natus eſt de maacha
filia tholmai regis geſſur:quartum uero habuit de muliere agit:quem uocauit adoniam:quintum
habuit de ſaphatia filium habital:ſextum ietram de egla natum denominauit.Cũq; inteſtina bella
conſiſterent:& ſæpius ad opera belli contra ſe ueniſſent utriuſq; regis exercitus:abner prĩceps mi
litiæ filii ſaul:cum eſſet ſapiens:& ualde populum uideretur habere deuotum egit ut omnes cum
biſboſeth eſſent:qui etiam cum eo magna deuotione conſtricti multo tempore permanſerũt.Poſt
hæc autem abner in quodam crimine compræhenſus:cuius hæc cauſa fuit:ꝙ cum ſaul concubina
concũberet:nomine reſpha filia haia culpatus ẽ a rege.Vnde dolẽs & grauiter ĩdignatus:ꝙ nõ iu
ſtam retributionem mereret̃ ab eo pro quo tanta ĩſtantia laborãs ĩterminatus eſt regnũ ſe traſlatu
rũ ad Dauid:& oſtenſuꝝ:ꝙ non ſua fortitudĩe ſapiẽtiaq; regnaret biſboſeth ſup eos qui erãt ultra
iordanẽ:ſed illius potius operibus atq; fide.Tunc mittẽs in ebron petiit ut a Dauid fidei iuſiuran
dum accipet:& eũ ſotiũ & amicũ habere t:ꝓmittens ſe ſuaſurũ populo:ut a ſaul filio recederet : &
ipſum regẽ totius ꝓuinciæ conſtitueret.Dauid aũt quæ poſcebat impleuit.Letatus enĩ in his quæ
abner apud eũ egiſſet primũ initiũ fœderis hoc petiit ut ei ſuã uxorem reduceret:quã magnis bel
loꝝ piculis cõperaſſet:quippe ꝓ qua ſexcenta capita paleſtinoꝝ ſaul obtulerat regi. Et uxorẽ qui
dem eius michol ſublatã falthi:cui tũc erat copulata remiſit abner ad Dauid.In qua re etiã biſbo
ſeth coopator acceſſit:ſcripſerat enĩ & illi Dauid:ut uxorẽ iuſte reciperet ſuã.Conuocatis itaq; ſe
nioribus plebis:& tribunis & millenariis uerba hæc abner retulit ad eos dicens.Sæpius quidem pa
ratos ut ab biſboſeth recederetis:& ptingeretis ad Dauid:ab hac uos ego uoluntate retinui:nunc
aũt ſi uultis hæc ĩplere:permitto:ſciens ꝙ deus per ſamuelem prophetã Dauid promiſit hæbreoꝝ
oĩum regnum:& p̃dixit ꝙ paleſtinos ille uaſtaret:& ſubiectos efficeret.Hæc audientes ſeniores &
principes:ꝙ & abner princeps militiæ uolũtatẽ cũ ſua quã & primitus habuerãt circa regꝫ effectus
haberet:unanimes conſẽſerunt:ut Dauid ſe regno traderẽt.Cũq; ad talia conſpiraſſent:conuocauit
abner tribũ beniamĩ:oẽs enĩ ex ea cuſtodes corporis erãt biſboſeth:quibus etiã iſta locutus ẽ.Cũq;
nullũ uideret ſibi reſiſtere:ſed magis ad oĩa quæ uellet ipſos paratos haberet:ſumens ex eis.xx.ue
nit ad Dauid ut promiſſã iuriſiurandi religionẽ firmaret : fideliora enĩ erũt q̇ p noſipſos gerimus
quã quæ per alios ꝓ nobis agunt̃ ut hæc uerba quæ cũ eo haberet:prĩcipibus diceret ut ad omnẽ
tribũ quæ ipſe per ſe gereret indicaret:quẽ dum ſplẽdide ſuſcepiſſet:& per multos dies opulẽtis &
præcioſus conuiuiis refeciſſet:petiit ut dimiſſus ab eo deduceret ad eũ populũ quo præſent e atq;
uidente:ei traderet principatũ.Cũq; Dauid dimiſiſſet abner:adhuc eo ad ebron nõ procul abeũte
uenit ioab qui erat ꝓ eo militiæ princeps:& agnoſcens quia ueniſſet ad regẽ abner & ãte paululũ
dimiſſus eẽt fœderibus celebratis ꝓ regno Dauid:metuens ne illũ qdẽ in honore primi ordinis cõ
ſtitueret:aut haberet regni pticipẽ:& cũ ĩ rebus aliis eẽt aſtutus:& ꝓuidus ille certis ꝓficeret tẽpori
bus:ipſe uero decreſceret:& militiæ amitteret prĩcipatũ:uiã peſſimã & maligniſſimã cogitauit:&
primũ quidẽ tẽtauit:ut ei detraheret apud regẽ monẽs ut ſe cuſtodiret & ꝓmiſſiones non reſpice
ret abner:hæc facere dicẽs illũ:ut ſaul filio cõfirmaret ĩperiũ: & qa ꝓ fallaciis atq; dolo uẽiſſet ad
eũ & uellet ſpẽ & diſpenſationẽ regni eius agnoſcere & ſic ad propria remeare. Cũ uero his uerbis
nõ potuiſſet pſuadere regi:nec eũ uideret exacui deteriorẽ ruinam rurſus aggreſſus ẽ.Et cũ delibe
raſſet:ut abner ĩterimeret:miſit qui ſequerent̃ eũ:& cõpræhenſũ ex Dauid nois præceptiõe reuo
carent:tanq̃ eẽt aliqua ei detecturus:quæ ipſo p̃ſente uidebat̃ oblitus.Abner aũt dum hæc audiſ
ſet a nũciis:apph̃enderant enĩ eũ in quodã loco nomine ſyra:qui aberat ab ebrõ ſtadiis q̃ſi uiginti
nihil metuẽs futuroꝝ regreſſus ẽ. Cui occurrẽs ioab ante portã & ſuſcipiẽs eũ q̃ſi maxime deuo
tus piter & amicus:ſæpe enĩ fingunt uere ſe eẽ bonos:& malignæ ſuſpitionis extraneos:q aliquid
iniquũ tentare p̃ſumũt:ſegregauit qdẽ eũ ab aliis hoĩbus:tanq̃ in ſecreto ei locuturus:& in locum
portæ deſertiorẽ ductũ:cũ eſſet ipſe ſolus & abyſai frater eius:euaginato gladio eius latus effodit.
Et abner quidẽ hoc mõ ioab dolo pemptus ẽ ꝓ morte quidẽ ſicut ipſe dicebat fratris aſahel:quem
pſequentẽ ſe interemerat abner in pugna facta in gabaon:ſed ut tũc ueritas habuit : pro metu ſui
prĩcipatus & honoris quem habere putauerat eũ apud regẽ.Ex his itaq; debet conſiderare qlibet

quanta & qualia præſumunt hoĩes propter auaritiæ gelum:& principatus affectũ : cum nulli hæc
cedere uolunt.Nam concupiſcentes hæc adipiſci per multa mala ad ea perueniunt . Quæ rurſus
metuentes amittere:multo deterioribus actionibus:ut ea retineãt ĩplicãtur:tanq̃ nõ ſit eq̃le malũ
adipiſci uelle tãtũmodo magnitudinem ptãtis & dum aſſueuerit quilibet eius bonis uti:ea rurſus
amittere cũ in retinendo potius excelſior fit erũna:propterea crudeliora moliuntur:& præ timo
re ne amittant quæ adepti ſunt:cõmitteret grauiora præſumunt. Sed de his quidẽ breuiter ĩdicaſ
ſe ſufficiat.Porro Dauid audiens interitum abner:aĩo quidem grauiſſime doluit:& corã omnibus
teſtificatus ẽ:tendens ad deum dexteram ſuam:& clamans ꝙ non fuiſſet in abner interitu conſer
tiẽs:ne eius mãdato aut cõſilio fuiſſet extĩctus:& maledicta poſuit ualde grauiſſima cõtra eũ q illũ
occiderat:& domũ eius uniuerſã:& eos q hoc egerãt:ꝓ defũcto pœnis eẽ fecit ſubiectos . Erat enĩ
ſollicitus:ne cõtra fidem & iuſiurandum ageret quod exhibuerat abner.Præcepit autem deflere &
lugere & lamentationes fieri ſuper uirum:& eius corpus ſolemnibus honorare obſequiis : cum &
ipſe ueſtem diſruperit ingemiſcens:& ſacco uideretur indutus. Hæc quidem facere præcepit præ
cedentes loculum:ipſe autem lugens & deflens ſequebatur cum ſenioribus atq; proceribus:oſten
dens deuotionem circa uiuos:& triſticiam circa defunctos:& ꝙ non eius conſilio fuiſſet extĩctus.
Sepelierunt autem eum ĩ hebron:ue dicentes:& conſcribens lamentationes ſuper eius ſepulcrum:
ipſe ſtans primitus ſuper monumentum fleuit:& aliis hoc celebrare cõtradidit.Sic enim mors ab
ner aflixit:ut neq; cibum cogentibus amicis ſumeret:ſed iuuaret nihil ſe guſtaturum uſq; ad ſolis
occaſum.Hoc itaq; factum deuotionem ei populi adiunxit. Nam amici abner honorem collatum
mortuo gratiſſime ſuſceperunt:& Dauid cuſtodem fidei crediderũt:& ꝙ omni dignitate:& rebus
ſolemnibus eum tanq̃ parentem & amicum colere potuiſſet:cui non ut inimico contumeliã fece
rat:nec turpi eum:aut neglectæ ſepulturæ tradiderit . Omnes ergo pro optima & mitiſſima regis
natura lætabantur unoquoq; credente talem futuram regis in ſe prouidentiam : qualẽ eum in ab
ner morte uidebant.In his ergo geſtis Dauid præcipuam gloriam habere uidebatur.Vnde factum
eſt:ut nullus ſuſpicaretur:abner uoluntate eius occiſum.Locutus ergo eſt ad populum:ꝙ ipſi qui
dem triſticia non fortuita proueniſſet:optimi uiri morte ſauciato nec parua detrimenta fore hæ
breis:illius uirtute priuatis:qui eos conſiliis optimis & uirtute manuum contra hoſtium fortitu
dinem defendere potuiſſet.Sed deus inquit cui cura eſt rerum omnium:non huius ſanguinem de
ſerat indefenſum.Ego noui ꝙ ioab & abyſai ſariue filiis nihil præualeo facere:cũ ſint meipſo po
tentiores:ſed uicẽ eis reddat ꝓ huiuſmodi p̃ſũptione diuinitas.Igitur hoc modo abner defũctus ẽ.

CAPI. .II.

Quia eo interfecto dolo amicorum omne regnum Dauid accepit.

AVdiens mortem eius ſaul filius hiſboſeth:non leuiter eſt afflictus:cum fuiſſet cognato
priuatus:& qui ei cãm regnandi præbuerat:multũq; condoluit:& mortem abner uehe
menter ingemuit.Sed nec ipſe multo tẽpore ſuper eũ uixit:ſed a filiis rẽmon:ideſt bana
& rechab paſſus inſidias interemptus eſt.Iſti enim cũ eſſent genere beniamite in priori
ordine conſtituti cogitauerunt:ꝙ ſi perimerent hiſboſeth:maxima dona a rege Danid & prĩcipatũ
militiæ:aut aliud quoddam munus accipere mererentur:ſolũq; eum reperientes meridie dormiẽ
tem:& neq; præſentes eſſe cuſtodes:neq; puellam quæ ianuas erat obſeruare ſolita uigilantem:ſed
& ipſam labore & opere conſueto ſimul & eſtu in ſoporem fuiſſe conuerſam:ĩgreſſi domum:ĩ qua
ſaul filius dormiebat:occiderunt eũ:eiuſq; caput abſidentes tota die iter egerunt & uelut fugiẽtes
eos quos leſerant:& feſtinantes ad eum cui erãt ſua beneficia p̃bituri:ac per eũ adepturi ſecuritatẽ:
uenerũt in hebron oſtendenteſq; Dauid caput hiſboſeth: cõmendabant ſemetipſos quaſi deuotos
& interfectores inimici eius ĩperii.At ille non ſicut ſperabãt eoꝝ ſcelere delectatus ait. O peſſimi
uiri & ultionẽ repẽte ſuſcepturi:neſcitis ꝙ ego ĩterfectorẽ ſaul pemi:qui eius mihi coronam aureã
deportauit:licet ille rogatus hoc feciſſet:ne ſaul cõpræhenderent hoſtes.An certe mutatum me:&
nequaq̃ eſſe huiuſmodi credidiſtis: ſed quaſi lætarer cũ malignis hoĩbus:& munus crederẽ peſſi
mas actiones interfectorum proprii domini & necãtium in ſuo lectulo uirũ iuſtum qui nihil ope
ratus eſt mali:& uoſipſos multa prouidentia & honore glorificauit. Quapropter illi quidem nũc
debetis pœnas:a me excipientes digna ſupplicia:qui putaſtis me libenter mortẽ illius habiturum.
Non enĩ aliter gloriã meam fœdare potuiſtis:quã ut me talia uelle crederetis. Cunq; dixiſſe hæc
omni eos tormento puniri iuſſit : caput uero hiſboſeth in tumulo abner honore maximo ſepeli
uit.His igitur finitis:uenerunt oẽs maiores natu hæbreorum ad Dauid in hebron : & millenarii
& duces eoꝝ:tradiderũtq; ſemetipſos:deuotionẽ quã circa eum adhuc uiuente ſaul habuerant re
cordantes:pariter & honorem quem ei cum eſſet millenarius præbuiſſent : necnon & quõ per ſa
muelem ꝓphetam a deo rex fuerat ordinatus & quõ hæbreorum prouinciã eius dimicatione con
tra paleſtinos habita:deus liberari conceſſerit.Ille uero hunc fauorem gratiæ ſuſcipiens:rogauit ut
in hac uoluntate perſiſterent:nec eos huius rei cauſa pœniteret.His ergo cõuiuiis opulẽtiſſime ſa
ginatis:miſit ut oẽm populum undiq; cõuocarent.Et cõgregati ſunt ex tribu quidem iuda:q̃ſi ſex
milia octingenti ferentes arma:& ſcuta:& lanceas:iſti nãq; ſaul filio miniſtrabant : quibus præter
miſſis:tribus iuda regem[fecit Dauid:ex tribu autem ſymeõ:ſeptem milia centũ:ex tribu leui:qua

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

tuor milia feptígéti:habétes prícipẽ iudá:cũ qbus erat príceps facerdotũ fadoch:cũ uiginti & duo
bus cognat s & ducibus:de tribu aũt beniamí:armati qttuor milia:hæc.n.tribus adhuc fustinebat:
credés queq̃ de faul genere regnatuꝝ:de tribu aũt effré uigiti milia & octígéti:potétiffimi:& fũmo
robore ꝑcellétes:de dimidia uero tribu manaffẽ:fedecí & octo milia:de tribu aũt ifachar ducéti q.
dé ꝑnofcẽtes futura:armati uero uigiti milia:de tribu aũt zabulõ armati electi:qnqgita milia:hæc
eni tribus fola ad Dauid tota cõuenit:ifti fiqdé eadé arma habuerát q̃ & tribus gad:ex tribu auté
neptali:uiri ĩfignes & príceps mille armis utẽtes:fcuto fimul & lácea:quos feq̃bať tribus fua: quæ
núero comp̄hẽdi nõ poterat:ex tribu aũt dá:electi uigiti fepté milia fexcéti:ex tribu azer q̃dragita
milia:ex duabus aũt tribubus:& media manaffes:q̃ trás iordanẽ habitabãt:armati fcutis:& láceis:
& caffibus:& loricis:& gladiis:cétũ uigiti milia:fed & reliquæ tribus gladiis utebantur. Hæc itaq;
multitudo cõgregata ẽ ad Dauid in hæbrõ cũ multo apparatu panis & uini:& omniũ q̃ ad cibũ p
tinere nofcunť:& uno decreto Dauid confirmauere ĩperiũ.Cũq; tribus diebus feftiuitaté populus
celebraffet:& in hæbrõ epulas habuiffet:exurgés exíde Dauid cũ omnibus uenit in hierofolymá.

Quõ obfidés hierofolymá Dauid:& capiés ciuitaté:expulit qdé ex ea chananeos:& iudæos in
ea cõftituit:& de amicicia facta íter ipfum:& irá tyri regé. CAPI. .III.

IEbuzeis autem habitantibus ciuitatem:qui erant ex genere chananeorum:& claudenti
bus ei portas:cecos afpectu:& claudos:omnefq; leprofos:ad derifionem regis conftitu
entibus fuper murum & dicentibus:ꝙ prohiberent eum ceci ingredi ciuitaté:quæ age
bant defpicientes eum proxima munitione muroꝝ: iratus rex:hierofolymam obfidere
cœpit:& multo ftudio & labore conari:ut eam caperet : quatenus in ipfo principatus initio fuam
fortitudinem demonftraret.Interminatus itaq; & ipfis:& aliis fiqui forte haberét aduerfus eũ refi
ftendi conamen:inferioré ciuitaté magna uirtute cœpit . Cũq; adhuc arcem obtinere non poffet:
cœpit honores & munera ꝓmittẽdo rex pronius ad opus bellicũ cõmilitones prouocare : ut qui
cũq; per fubiectos colles in arcem confcenderet eamq; caperet:principatum militiæ totius populi
poffideret.Cũctis itaq; confcendere feftinãtibus:& nullo labore pro muneris promiffi retributio
ne tardantibus:fariuæ filius ioab præuenit uniuerfos:& afcendens in cacumine:clamauit ad regem
exigens militiæ principatum.Expulfis itaq; rex de fumma arcæ iebuzeis:& redificans ciuitatem:
eam hierofolymam nuncupauit:& omni tempore in ea fui habitauit imperii.Tempus autem quo
fuper tribum iuda habuit principatum in hæbron fuerant anni feptem:& menfes fex.Cũq; regnũ
fuum conftituiffet hierofolymis:rebus potius clarioribus utebatur : deo femper ei meliora proui
dẽte:& gloriá eius latius ampliáte.Inter hæc aũt mifit ad eũ yrá rex tyri:& amicicias cũ eo focieta
téq; firmauit:mifitq; ei etiá dona:ideft ligna cedrina:& artifices uiros:fabros lignarios:& ĩftructo
res:q regiá domũ in hierofolymis cõftruxerũt.Dauid aũt fuperioré muniés ciuitaté:eiq; copulans
arcé:unũ undiq; corpus effecit:& cũcta muro circũdedit fuper opus aũt muroꝝ cõftituit eé ioab.
Primus itaq; Dauid iebuzeis expulfis hanc ciuitatem hierofolymam nuncupauit.Nam fub Abraá
noftro ꝑente folima uocabatur . Quidá uero dicunt:& ꝙ homerus poeta:hierofolymá nuncupa
uit.Hieron enim hæbrea lingua munitio eft.Fuit autem hæc extranea ab hæbreis omne tempus:
ab illo quo Iefus princeps ifrahelitaꝝ contra chananeos pugnauit eifq; deuictis:terras eoꝝ diuifit
hæbreis:præter hierofolymam:unde non potuerunt ifrahelite expellere chananeos:ufq; dum eos
Dauid obfediffet:annorum quingentorum quindecim . Faciá memoriam cuiufdam nomine ofni:
uiri quidem inter iebuzeos ualde locupletis:qui tamen in poffeffione hierofolymorum nõ fuerit
interfectus a Dauid:propter fauorem quem habuerat apud hæbreos:& quoddam beneficium uel
ftudium quod etiá circa ipfum regem oftendiffe uidebatur quæ tamen poft paululum oportunis
declarabo.Accepit autem Dauid exerea eas quas habuit:alias uxores:& cõcubinas:& filios genuit
numero nouem quos etiam nominauit:amná:elluneban. Nathan:Salomonem:iebar:Helieb: Fal
na:ina fininhas :Hellifali:necnon & filiam Thamar:quoꝝ nouem quidem ex generofis fenis erát
nati:duo uero quos ultimos nominauimus:de cõcubinis.Porro thamar cõfãguinea fuit abeffalõ.

Quod fecundo pugnantes contra fe paleftinos in hierofolymis uicit:& de arca dei decariathia
rim in hierofolymam deducta. CAPI. .IIII.

COgnofcentes itaq; paleftini regem Dauid factum ab hæbreis : uenerunt fuper eum in
hierofolymam:& app̄hendentes cõuallem quæ uocatur gigantum:eft ei locus nõ ꝓcul
ab urbe:illic caftra pofuerunt.Rex aũt iudæoꝝ:quõ nihil abfq; prophetia deiq; iuffio
ne faciebat:uolens eius uoluntatem agnofcere : & uelut aftipulatoré eum habere:præ
cepit principi facerdotũ:ut quid deo placeret:& qualis terminus foret in hoc bello confulto præ
diceret.Quo prophetante uictoriam:contra paleftinos eduxit exercitum:& habita pugnæ cõgref
fione:ipfe poft tergum irruens fuper hoftes:alios robore magnæ uirtutis occidit:alios effugauit .
Nemo tamen credat modicum ueniffe paleftinorum exercitum fuper hæbreos : eo ꝙ hoftes fue
rit fic facillime fuperati:& aut nihil aut non forte dignum aliquid memoria fecerint : fed cuncti
fciant omnem fyriam:& uniuerfam fœnicem:& fuper hæc alias multas : & pugnaces gentes fuiffe
cum eis hac dimicatiõe communes . Cuius rei hoc maximum erit indicium:quia cum fæpius iam

paleftini deuicti fuiffent:& de fuo exercitu multa milia perdidiffent:fine dubio cum maiori uenie
bant uirtute fuper hæbreos.Deniq; & hoc prælio uicti:denuo cum triplici manu fuper Dauid ue
nerunt:& in eo loco caftra pofuerunt.Quo facto:rurfus ifrahelitarum rex confuluit deum deprelii
huius euentu:prophetauitq; facerdos:ut in filua quæ uocatur planctus:retineret exercitum:erant
autem non procul ab hoftibus:& nec primitus fe moueret:nec inciperet dimicare:donec arbores
uento flante mouerentur.Cum uero filua concuffa fuiffet:& tempus quod ei prædixerat deus ad
ueniffet in nullo moratus:egreffus eft:quafi iam ad præparatam certãq; uictoriam.Cuius impetũ
non potuit multitudo hoftium fuftinere:fed mox:ad primam congreffionem in fugam conuerfos:
paffim perfequendo proftrauit.quos etiam perfecutus é ufq; ad ciuitatem gazathenam: quæ eoꝝ
terminat regionem . Diripuit autem eorum caftra : in quibus & multas diuitias comperit & deos
eorum fimul exterminauit.Hoc igitur bello huiufmodi q̃litate finito:placuit Dauid habito con
cilio cum fenioribus:& principibus:& millenariis:ut ex omni prouincia:& ex omnibus tribubus
cunctam iuuentutem ad fe faceret euocari:deinde facerdotes atq; leuitas:& euntes in cariathiarim
arcam dei exinde in hierofolymam deducerent : & culturam ei debitam exhiberent facrificiis &
honoribus:quibus mors eft placari diuinitatem : quod fi regnante adhuc faul egiffent:nihil mali
poterant fuftinere.Igitur omni populo congregato ficuti tractauerant:uenit etiam rex ad arcam .
Quam portantes de domo amminadab facerdotes:& imponentes fuper uehiculum nouum:eam
ducere fratres fuos ac filios cum bobus permiferũt.Rex autem præcedebat arcam:& cum eo po
pulus uniuerfus:ymnum dicentes deo:& totius prouintiæ modulatione cantantes:cũ uario fono
percuffionũ:& diuerfæ faltationis ingenio:necnon & pfalmis:& tubis fimul & cimbalis:arcá dedu
centes in hierofolymá.Et cum ueniffent ad quendá locũ:qui uocatur area chedon:accedés ad arcá
oza:ira dei repente percuffus eft.Nam cum boues declinaffet arcá:extendens ille manum fuam &
uolens eá retinere cum facerdos non effet:quõ eá attingere præfumpfit:extinctus eft . Et rex qdé:
& populus uniuerfus:in morte eius affligebantur.Locus autem in quo defunctus eft:ozie cõcifio
hactenus appellatur.Metuens autem Dauid & cogitãs:ne forte hoc pateretur ipfe:fi apud fe fufci
peret arcá in ciuitate quod oza pertulerat:qui eo ꝙ folummõ manũ ad eá protenderat:ita uidebať
extinctus:arcá quidé nõ fufcepit ad femetipfum in ciuitate:fed præcepit:ut in agro uiri cuiufdam:
nomine obidá genere leuite reconderetur:quæ tribus menfibus ibi manfit : domũq; obidá nimis
amplificauit:cui deus per eá bona multa conceffit.Audiens aũt rex:quõ hæc ꝓueniffent obidá:&
ex priori pauptate & humilitate:opulentiæ magna ubertate polleret:ita ut zelũ circa eum omnes
infpicientes haberent:fecurus quia nihil pateretur mali:arcam ad fuá regalem urbem reportauit.
Quam facerdotes quidé deferebant:feptem uero chori quos rex conftituebat præcedebant . Ipfe
aũt ludebat in cithara atq; plaudebat:ita ut etiam uxor eius michol faul filia primi regis:uidés eũ
facienté talia derideret.Deferentes aũt arcá:pofuerunt in tabernaculo:quod ei Dauid conftituerat.
Tunc immolauit hoftias copiofas atq; pacificas.& omnem populũ ad conuiuia conuocauit:ita ut
& mulieribus & uiris:& puulis diftribueret colliridas panis:& affaturá:& liganum frixũ & partem
immolationis.Cũq; populus huiufmodi epulas præbuiffet:dimifit eos:ipfe uero domum ꝓpriam
uenit.Cui dum aftitiffet filia faul michol uxor eius:pro aliis quidé rebus orauit deum:ut ei bona
præberet:quæ ipfe propitius conferre potuiffet:culpauit uero illum : eo ꝙ tantus rex ludendo fal
tationibus ante feruos & famulas fuiffet turpiter renudatus. Cui Dauid refpondit:non fe uereri
facere:quæ deo placerent qui utiq; eũ præpofuiffet & patri eius:& cæteris:& ludere fæpius & fal
tare:& nihil quod famulis eius uel ei turpe uideretur attendere.Hæc itaq; michol ex Dauid quidé
filios minime procreauit:iũcta uero ei cui illam pater fuus tradiderat Dauid abrepta:quiq; filios
genuerat de quibus loco proprio declarabimus. Videns autem rex pene quotidie dei uolũtate fua
negotia promoueri:delinquere fe putauit:fi ipfe quidé habitaret in domibus cedrinis & excelfis:&
optima cõftructiõe decoratis:arcá uero dei in tabernaculo defpicere commorari.Ob quá rem uo
luit téplũ edificare deo:ficuti ꝑdixerat moyfes.De qbus rebus cũ locutus fuiffet nathá ꝓphetæ:ad
faciẽdũ opus aggreffus é:tanq̃ deus ei in oíbus coopator exifteret.Et cũ haberet iá ꝑparatá ad fa
bricá tépli materiá:illa nocte deus nathá ꝓphetá uifitauit in fomnis ꝑcipiés : ut Dauid diceret qa
uolũtaté qdé eius & defideriũ approbaret:cũ nullus primitus cogitaffet ei templũ edificare:& ipfi
quidé habẽti huiufmodi uoluntatem non cõcedi conftruere templum:eo ꝙ multis præliis decer
tando effet hoftiũ fanguine maculatus:poft morté uero eius longa fenectute fufcipiẽdá faciendũ
templum falomoni eius filio qui ei foret fucceffurus in regno:cuiq; fe ita profpicere ficut pater fi
lio cõpromifit:& regnum quidem filiorum fe nepotibus feruaturum & traditurum:ipfum uero fi
delinqueret:languore terræ fterilitate puniendum . Hæc ergo audiens a propheta Dauid:& lætus
effectus:in eo ꝙ fuis nepotibus regnum feruaturũ fore cognofceret : & qa firmiffime eius domus
clarior foret:repente uenit ad arcá & proftratus in facie fua:adorauit deum:& ex omnibus gratias
egit:tá pro his:quæ ipfi iam præftiterat:& ex humili ac paupe tanta regni magnitudine fublima
rat & ad gloriæ culmé euexerat:quam pro regno eius nepotibus compromiffo necnon & ꝓpter
prouidentiam quá hæbreis:& eorũ libertati contulerat.Hæc cũ dixiffet:& deũ laudaffet abfceffit.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Pugna quã habuit Dauid cõtra paleſtinos & moabitas:& adrazarũ regem: & damaſcenos:atq; uictoria:& de amicicia facta inter ipſum & thou regem. CAPI. .V.

INtermiſſo ſiqdẽ pauco tẽpore:cogitauit ut bellũ paleſtinis inferret:ne u'lã pigritiã aut deſidiã generari ſuis rebus iſpiceret:& ſicut ei ꝓdixerat deus ſubuerſis hoſtibus:in pace decetero relíqueret poſteris ſuis iperiũ:& cõuocato rurſus exercitu denũciãs ut eẽt bello paratus:cũctis rite diſpoſitis:ſurgẽs de hieroſolymis:uenit ad paleſtios. Quos dũ bello uiciſſet:& multã prouiciã tenuiſſet:adieciſſetq; terminis hæbreoꝝ:bellum conuertit ad moabitas:& duas quidẽ ptes eoꝝ exercitus uictas dimicando conſũpſit:reliquos aũt captiuos accipiens: & annua tributa eis imponens:rurſus cõtra adrazaꝝ:filium quidẽ arai:regẽ uero ſophinæ cõuertit exercitũ:de cuius acie habita cõgreſſione circa euſratem fluuiũ pedeſtriũ quidẽ pemit quaſi uigiti milia:equeſtriũ qnq; milia:cœpitq; currus eius:quoꝝ plurimos icendit:centũ tantummõ reſeruauit. Audiens aũt damaſci ſyriæ rex adadus:q; Dauid expugnaſſet adrazarũ tanq̃ amicus ad eius ſolatia cũ maximo uenit exercitu:eũ ſicut ſpabat ab oppſſiõe liberaturus:& congreſſus denuo apud euſratẽ contra Dauid:bello deuictus é. Ceciderũt enĩ feriẽtibus eos hæbreis de exercitu adadi q̃ſi uigiti milia:reliqui uero in fugã uerſi ſunt. Meminit aũt regis & Nicolaus ĩ quito hiſtoriaꝝ libro ſic dicens. Poſt hæc autẽ tranſacto iã mu'to tẽpore:quidã prouincialiũ noie adadus:ualde fortiſſimus in damaſco & alia ſyria præter phenicem imperauit:& habuit contra Dauid iudeæ regẽ. Cũq; multis prælíis dimicaſſet:nouiſſime circa euſratem uictus eſt:q tũc optimus regũ robore & fortitudine uidebatur. Ad hæc aũt etiã liberos eius dicit quia poſt illius mortẽ ſuſcipiebãt ab alteruꝝ tris & regnũ & nomen:his uerbis. Siquidem illo moriẽte:eius nepotes uſq; ad decimam generationem regnauerũt:ſingulis q̃buſq; a patre mox in ipſo principio nomẽ accipiẽtibus:ſicut in ægypto ptolæmei quoꝝ tertius ualde potens:& reparare uolẽs aui ꝓditionem:bello illato iudæis:uaſtauit prouintiã:quæ modo ſamaria nuncupaꝝ. Non eſt aũt hiſtoriographus ueritate priuatus. Is é utiq; adadãs:qui pugnauit in ſamaria:regnante achab:apud hæbreos: de quo poſt hæc loco ſuo narrabimus. Igitur Dauid caſtrametatus ad damaſcũ:omnem reliq̃ ſyriæ regionẽ ſuæ ditioni ſubiecit& munítiones in ꝓuintia uniuerſa conſtituens:tributaq; eos inferre decernens:euerſus eſt:aureamq; pharetras & arma diuerſa q̃ cuſtodes corporis adadi gerebãt:deo dicauit in hieroſolymis:q̃ poſtea ægyptioꝝ rex ſeſach dũ pugnaſſet cõtra eius nepotẽ roboã cœpit:& multas alias ex hieroſolymis ſecũ diuitias ad ꝓpria deportabat. Hæc itaq; dũ in loco ꝓprio uenerimus:ſingula cuæq; narrabimus. Rex igiť hæbreoꝝ deo ſibimet cooperãte:& oĩa bella ſubdẽte:etiã cõtra alias adrazari regis ciuitates caſtrametatus é:ideſt bachã & machoneas q̃s capiẽs magna uirtute uaſtauit. Inuentũ ergo in eis eſt aurũ multũ:necnõ & argentũ:inſup & es:qđ auro melius eẽ dicebant ex quo etiã ſalomõ illud magnũ uas qđ mare uocabatur effecit:optimos cantharos:cũ deo tẽplũ edificaſſet. Cũq; rex emathenus audiſſet adrazar & eius exercitũ fuiſſe uaſtatũ:metuens ne Dauid ſup eũ quoq; ueniret:amiciciis & fide eũ uoluit obligare:miſitq; ad eũ adarã filiũ ſuũ:egitq; gratias q̃ ĩimicus eius adrazar fuerit expugnatus:utq; ſocietatẽ cũ eo & amicicias faceret exorauit. Cui etiã magna munera direxit:ideſt uaſa antiqua operatione facta aurea & argentea ſimul & erea. Dauid autẽ facto fœdere cũ thou rege ematheno:eiuſq; dona ſuſcipiens:filiũ ipſius cũ honore competenti utriuſq; dimiſit:ea uero quæ ab illo fuerãt deſtinata:& auꝝ aliud & argẽtum qđ de ciuitatibus diuerſis & gentibus habuerat ſubiugatis:ſecum portãs dicauit deo. Non aũt ipſi ſolũmodo dimicãti:& exercitũ ꝓducẽti uictoriã cõtulit deus:ſed etiã miſiſſet abeſſa fratrẽ ioab cũ magna manu in idumeã: ꝓ illũ quoq; uictoriã ei cõceſſit:idumeoꝝ quoq; decẽ & octo milia uiros abyſai dimicãdo pemit. Tunc enim oẽm idumeã rex in ſua ditione pcipiens tributa ꝓ terra & ꝓ uniuſcuiuſq; capite ab eis accipiebat. Erat aũt & naturaliter iuſtus:& iudicioꝝ cõtẽplatione ueriſſimus. Principẽ uero totius exercitus habuit ioab:ad conſcriptiones autẽ geſtorũ ioſaphat filiũ agilud. Inſtituit aũt de domo finees principẽ ſacerdotum abiathar:qui eius amicus erat:ſcribam uero fecit ſaraiã:banaiæ autem filio ioiadæ cuſtodiendorum corporum præbuit príncipatũ. Seniores autem filii eius circa corpus & eius cuſtodiam erant. Recordatus autem eſt etiam fœderis:& iuriſiurandi quod habuerat cum ionatha filio ſaul:& amiciciaꝝ atq; ſtudii illius oblitus nõ eſt. Ná iter alia bona memor etiam erat eorum:qui ei præterito tẽpore beneficia præbuiſſent. Præcepit ergo requiri:ſi aliquis de ſaul genere ſupereſſet: cui retributionis debitum ꝓ ionathæ amiciciis repẽſaret. Et cum quidam fuiſſet adductus de domo ſaul qui potuiſſet ſcire ſiquis adhuc genere ſupereſſet:interrogauit eũ:ſi aliquẽ noſſet uiuere de cognatione ionathæ:ut pro beneficiis illius ei ſua munera repenſaret. Qui reſpõdit relictum eius eſſe filium:nomine memphibos: ueſtigiis claudicantem. Is enim dum pater eius & auus nunciari fuiſſent in bello cecidiſſe:a nutrice ſua raptus:& ea fugiente lapſus eius ex humeris:greſſus ualde uexauerat. Dumq; cognouiſſet: ubi uel apud quem nutriretur:miſit ad machir in ciuitatem lodabar:apud quem ionathæ filius alebatur Quo facto:uenit memphibos ad regem: & proſtratus ĩ faciem adorauit eum. Dauid autem iuſſit eum habere fiduciam:& ſperare meliora: deditq; ei domum paternam: & omnem ſubſtantiam:quam ſaul auus eius habuerat:fecitq; eum conuiuium ſuum:præcipiens :ut in illo die ab eius menſa recederet. Cunq; puer adoraſſet:& retuliſſet gratias pro uerbis pariter & pro donis:uocauit Dauid ſiba:dicens:paternam ſe domum & omnem ſaul ſubſtantiam ionathæ filio condonaſſe. Illi uero præcepit:ut operaretur terram:& collectos redditus uniuerſos in hieroſolymam deportaret: atq; quotidie ad menſam regis deduceret puer:ipſumq; ſibam & filios eius numero quindecim:& famulos numero uiginti memphibos filio ionathæ donauit. Hæc itaq; conſtituente rege:ſiba famulus adorás:& cuncta ſe promittens factu rum eſſe diſceſſit. Ionathæ ergo filius in hieroſolyma habitauit: habens cum rege conuiuium:cui omnes diligentia ueluti filio regis exhibebatur. Habuit uero & filium quem appellauit micham. Ergo qui relicti fuerant de genere ſaul & ionathæ hunc honorem apud Dauid habuiſſe noſcũtur.

Quomõ cõtra ámonitas: & meſoporamenos pugnauerit ac ꝓualuerit. CAPI. .VI.

ILlo itaq; tẽpore naas amico Dauid ammonitaꝝ rege defũcto: eiq; filio in regno ſucdẽte:miſit Dauid ut eũ cõſolareť:mortẽ patris leuiter ferre monẽs: atq; in amicicia quã cũ patre eius habuerat ꝓmaneret. Quod príncipes ammonitaꝝ mala uolũtate:& nõ ſecũ dũ Dauid cõſiliũ ſuſceperũt:exacuerũtq; regẽ ſuũ:dicẽtes:exploratores miſiſſe Dauid q eoꝝ prouinciam & exercitum clementiæ occaſione cognoſcerent & cauẽda eorum colloquia ſuaſerunt:ne incaute periculum alicuius calamitatis incurrerent. Hæc itaq; credẽs bene tractaſſe ſuos iudices ammonitarum rex:legatos qui a Dauid miſſi fuerant:grauiſſimis affecit iniuriis. Radens enim medietatem barbæ eorum: & ueſtium eorum medietatem abſcidens: relaturos operibus & non uerbis dira reſponſa dimiſit. Rex autem iſrahelitarum hæc cognoſcens indignatus eſt:& iniuriam factam ſibi nequaq̃ deſpiciens:contra ammonitas parauit bellum:ut contumeliã quæ fuerat legatis ſuis impoſita:regis periculum uindicaret. Porro neceſſarii regis ammonitarum & príncipes uidentes quia fœdera diſrupiſſent:& pœnas pro tali præſumptione luere deberent:ſemetipſos ad prælia præparabant. Tum uero mittentes ad ſyrum meſopotamiæ regẽ mille talenta: ſocium eũ ſub hac mercede fieri popoſcerunt. Habebat autem iſte rex pedeſtrium uiginti milia. Conduxerunt autem & regem prouintiæ maacha:& quartum nomine abiſtob. Sed & iſti habebant duodecim milia armatoꝝ. Dauid autem non expauit:neq; hoꝝ ſolatiũ:neq; ammonitaꝝ exercitũ:ſecurus de deo qui iuſte cõtra eos erat pro hmõi iniuria pugnaturus. Et cum dediſſet ioab príncipi militiæ floré totius exercitus miſit eũ cõtra illos ad prælíũ. Qui circa metropolim ámonitaꝝ charan achan ueniens caſtra fixit. Igitur hoſtibus egredientibus:& acié nõ ſimul:ſed in duas partes diſponẽtibus:quoꝝ auxiliatorum quidẽ manus in campo curio cõſtituta eſſe uidebatur:ammonitaꝝ ãt exercitus circa portas aduerſus hæbreos:uidens hoc ioab contraria molitione tractauit: & forti ſimos quidem uiros eligens:ſe oppoſuit ſyro:& regibus qui cũ eo erãt:reliquã uero parté fratri ſuo abyſai tradidit:ut cõtra ammonitaꝝ aciem dimicaret:dicens:ut ſi uideret ſyros ſibi & prævalere & fortiores eſſe:acie conuerſa ferret ei ſolacia:ſi aũt illum ammonitæ cõprimerent:ipſe eũ ſimiliter adiuuaret. Cũq; inuitaſſet fratrem:atq; rogaſſet:ut magnanimiter & fidutialiter ageret uniuerſa:& grauem uerecundiam metuens decertaret:illum quidẽ cũ ámonitis pugnaturꝝ dimiſit:ipſe autem ſyros aggreſſus eſt. Qui primo quidem fortiter reſtiterunr:multos tamen eorum peremit ioab:oés aũt conuertit in fugam. Quod uidentes ammonitæ:metuẽſq; abyſai & eius exercitũ nõ reſtiterũt ac ſuos imitati:in ciuitatem repente fugerũt. Hoſtibus ergo ita deuictis ioab ad regẽ cũ claro triumpho in hieroſolymam remeauit. Hæc ergo deuictio nõ perſuaſit ammonitas: ut a bello quieſcerent:neq; dum cognoſcerent Dauid uictorem a prælíis abſtinuerunt:ſed mittẽtes ad regem ſyrorum adadezer trans euſratem:eum ad ſolatium conduxerunt: qui habebat quindecim príncipes militiæ ſabbatorum:pedeſtrium uero octogintamilia:& equitum mille. Cognoſcens autẽ rex hæbreorun rurſus ammonitas tantum ſupra ſe exercitũ congregaſſe: non iam aduerſus eos ꝓ duces ſuos pugnare decreuit:ſed ipſe cũ omni uirtute tranſiens iordané fluuiũ eis occurrit: & cõgreſſus in pugna uicit egregie:& interfecit milia pedeſtriũ quadraginta:equitum uero uſq; ſeptingentos. Proſtrauit autẽ in acie principem militiæ chadã noie ſobach:cũ quo uulnere mortuus eẽ noſcitur. Meſopotamiæ uero dũ pugna fuiſſet hoc modo terminata tradiderũt ſe Dauid:& dona miſerunt ei. Et ille quidem ſolus eſt reuerſus in hieroſolymam. Cum autem uer inchoaſſet:miſit Dauid príncipem militiæ ioab:ut cum ammonitarum gente pugnaret. Ille uero proficiſcens:omnem eorum depopulatus eſt regionem:& ipſos in metropoli rabath clauſos obſedit.

Quoniam Dauid concubuit cum bethſameæ uxore uriæ:& ipſum uriam fecit occidi gladio filiorum amon:& de uerbo nathan ad eum miſſi pro peccato quod commiſerat. CAPI. .VII.

COntigit igiť ea tẽpeſtate Dauid peſſimũ uiciũ:cũ eſſet natura iuſtus:atq; religioſus & patrias leges magna uirtute ſeruaret. Is enĩ dũ hora meridiana iã ad ueſperã declináte:in ſupiora regalia ſolito more deãbularet:uidit mulierculã ſpẽ ualde pulcherrimã. & cunctis fœis ꝓponẽdã in domo ꝓpria aqua frigida ſe lauãté:noie bethſabeæ. Cuius mulieris pulchritudíe ſtupẽs:cõcupiſcẽtiã retinere nõ potuit. Quã dũ uocari feciſſet:cũ ea cõcubuit. Quæ cõcipiẽs:miſit ad regẽ:& ut cogitaret iſinuauit:q̃tenus cõmiſſum ſcelus potuiſſet abſcõdi ne ſecũdũ leges patrias moriret adultera. Dauid aũt uiꝝ eius noie uriã q erat ioab armiger:de obſeſſiõe bellica ſecit euocari. Quo ueniẽte:de exercitu ac de obſeſſione requirebat. Illo autẽ referente oĩa

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

ei prosperé prouenire:tollens epulas de suo conuiuio dedit ei:iussitq; ut pergens ad suam coniugem:in eius recūberet amplexibus. Vrias autem hoc quidem non fecit: dormitauit autem inter alios armigeros regis. Quod dum cognouisset rex: requisiuit:cur post tantum tempus propriam non uenisset ad domum:nec ad uxorem:dum omnes de peregrinatione remeantes:hanc habebāt uoluntatem.Cui respondit:non esse iustum ut dum comilitones eius:& dux in terra castrorum & in hostium regione dormitarent:ipse cum uxore propria requiescēret:& epulis idulgeret.Et cum hæc ille dixisset:præcepit:ut illa die ibi maneret: altera uero die pergere dimitteretur ad ducem. Vocatus ergo rursus ad cœnam urias a rege:& ad ebrietatem usq; perductus:inuitante eo studio se rege frequenter ad copulam: nihilominus iterum dormiuit ad ianuas regis:nullo desiderio cōcitatus uxoris.Quo facto:nimie rex contristatus:scripsit ioab uriam quasi in eo deliquerit præcipiens puniendum.Significauit etiam ultionis modum:ne fieret ipse in suo scelere manifestus dicens:ut parte qua esset hostium grauis manus:& posset pugnando periculum sustinere:ibi eū poneret:& commisso prælio iuberet cūctos ab eo recedere:ut solus in mortispericulo remaneret.Et cum hæc scripsisset:& suo signaculo munisset:eplām ioab deferendam dedit uriæ.Ioab autem litteras suscipiens: & uoluntatem regis agnoscens: ad locum ubi hostes nouerat fortiter imminere uriam constituit.Dedit itaq; ei quosdam militum optimorum:seq; dixit oīum uirtuti solatia præbituꝝ:si forte possent partem muri deiicere:& ad interna ciuitatis itrare.Quem petit:ut cum eēt miles ualde fortissimus:& haberet gloriam apud regem & omnem exercitum:ad hoc nō dedignaretur ad hostium incursionem accedere:sed potius huiusmodi res agere congauderet. Cūq; urias fiducialiter accessisset:ioab seorsum cum eo pugnaturis dixit:ut eum solum facta hostiū icursione desererent.Hæbreis igitur ad ciuitatem accedentibus:ammonitæ metuētes:ne illo loco ubi urias constitutus erat uenientes inimici muros ciuitatis ascenderēt:eligētes fortissimos uiros:& repēte portas aperientes magno cursu & impetu inimicos aggressi sunt. Quod dum uidissent:omnes qui erant cum uria sicut eis prædixerat ioab recessere post tergum.Vrias autem dum confūderet fugere:aciēq; deserere:sustinuit hostem:& impetum eoꝝ sua uiuacitate suscipiens:pemit qdē non paucos.Circundatus autē & captus in medio uulneratus iteriit:cum quo etiā quidā alii de sociis sunt extincti.His ita gestis:nuncios ioab misit ad regem: præcipiens eis ut dicerent:q; studuissent quidem capere ciuitatē:& cum accessissent ad muꝝ:multis ibi cadentibus abscessissēt:& siquidē trascseretur:uriæ mortem piter indicarent.Hæc igitur audiente rege:& grauiter ferente:& dicēte eos incaute feciſſe:ut ad murum urbis accederēt:cum magis deberēt p cuniculos aut alias machinationes cape ciuitatem:dum utiq; exēplum haberent filii gedeō abimelech:qui dum turrim thebes expugnare uellet: uiolenter a sene muliere petra percussus probaretur extinctus & cū eēt uir fortissimus:pp difficultatem rei turpiter sit peremptus: qua memoria oportuisset eos muros hostiū nō adire:cum sit optimū apud omnes:ut ea quæ gerunt in præliis seu bene seu male: memoria teneantur:quatenus alia quidem imitanda sint alia fugienda.Cūq; heſitasset rex:& de casu bellico cogitaret:uriæ morte a nunciis indicata:repente ab idignatiōe cessauit.iussitq; ut reuertentes ioab dicerent:humanum esse quod contigit & bella huiusmodi semp habere naturā mutabilem: ut aliquando quidem inimici superiores sint:aliquando uero subiecti: deceteo uero in obsidione prouidendū:ne denuo in aliqua pte delinquerent: sed uallis & molitionibus diuersis obsiderēt:& prævalentes ciuitatem quidē omnino subuerterēt:& habitatores omnes piter trucidarēt. Núcius itaq; ioab ea quæ fuerāt a rege dicta portabat.Vxor autem uriæ bethsabeæ morte sui uiri cognoscens multis eum diebus fleuit.Quiescente uero tristitia eius & lachrymis:mox eā accepit uxorē: & filius masculus ex ea processit. Quas nuptias deus nō libēter ispexit:sed iratus cōtra Dauid:apparuit in somnis prophetæ nothā:regē culpans in his quæ male cōmiserat. Nathan ergo cum eēt uir urbanus & sapiēs:& cogitaret qa reges dū in irā incitantē:amplius eā:q; iusticiæ iura respiciunt: interminationes quidē dei tunc tacere decreuit:& alia uiro uerba utilia loqui disposuit:& dicens ei huiusmodi cām:quid de ea sentiret:manifestū sibi fieri postulabat. Duo inquit uiri in una ciuitate degebār quoꝝ unus idoneus erat:& multos greges iumentoꝝ:boumq; & ouium possidebat alter pauperculus:qui unam tātum agnam habebat quā cum suis filiis enutriebat:cum qua etiam cibis propriis uescebatur:& quā nō aliter:quā filiam diligebat.Cūq; hospes uenisset ad diuitē:nihil de suis pecudibus uoluit occidere:ut epulas amico p̄beret:sed misit ad agnā paupis:& eā sublatā: peregrino conuiuiū ministrauit.Hic itaq; sermo uehementer cōmouit regē:malignūq; pnūciauit illū hoiem corā nathan: qui talia ppetrasset:& q̄druplū dixit pro agna iuste redditurꝝ: & sup hoc morte multandum.Nathan aūt respondens:ait:ipsū esse qué pati talia decreuisset:quia opus malū ualde commiserit:reuelauit ei:& apte manifestauit irā dei:qui eū regē cūctoꝝ fecerat hebreoꝝ:& oīum i circuitu gētiū multaꝝ atq; magnaꝝ cōstituerat dominū:& a manibus saul antea liberauerat dederatq; ei cōiuges:quibus iuste fuerat & legaliter copulatus:sed qa nunc eum spreuisset: & impie contēpsisset:eo q; & alienā uxorē tulisset:& uiꝝ eius necandum hostibus tradidisset:deo eū pœnas exoluere: & uxores eius ab uno dicebat filio uiolētias sustinere:seq; ipsum fore eius insidiis expellendum: & dū eius peccatū occulte fuisset gestū:illud cunctis uidentibus agerēt:moriturúq;

piter & pueꝝ:qui ex ea esset ꝓcreatus.In his ergo rege turbato:& ualde confuso: & cū lachrymis & tristicia impie se gessisse cōfesso:erat enim deicola:uir qui nil omnino in sua uita præter in casu uxoris uriæ deliquerat:misertus est deus:& reconciliatus ei:seruaturum se eius uitam:regnumq; pollicitus est agenti penitentiam de his:quæ male gesta fuerant. Cūq; nathā regi prophetasset:domi reuersus est.Puerum uero qui de uxore uriæ fuerat generatus:grauis diuinitus languor iualit. Pro quo rex nimis afflictus:cum a cibo septem diebus abstinuisset: adhortātibus sæpe famulis nō comedit:sed uestibus atris indutus:atq; prostratus in cilicio iacebat in pauimento:& deo pro salute pueri supplicabat:quia ualde eius matrem amabat. Septima ergo die puero moriente:non præsumebant hoc regi famuli nunciare:cogitantes:quia si cognosceret:& a cibo & ab alia sui diligentia potius abstineret: tanq; in luctu filii constitutus: quippe cum eo languente:talia per tristiciam pertulisset. Sentiens autem rex famulos perturbari: & ea pati quæ præcipue solent aliquid celare uolentibus prouenire: intelligens mortuum puerum: & uocans unum de famulis: ac ueritatem audiens:repente surrexit & lauit:& sumens candidam uestem:uenit ad tabernaculum dei: iussitq; cibos apponi:Quo facto:multus stupor eius cognatos: & famulos appræhendit: quia cum nihil horum puero languente fecisset:eo mortuo:simul hæc omnia celebraret. Cūq; ab eo huius facti causam requirent:asserens eos nimis indoctos:ait: adhuc quidem uiuente puero dum spem salutis eius haberet hæc omnia facieba:credens per hæc se placare diuinitatem:quo deficiente uita uana tristicia nihil prodesset.Quod cum dixisset: regis sapientiam laudauerunt. Post hæc autem ingressus est ad mulierem bethsabeæ.Quæ concipiens:masculum filium procreauit:quem iubente nathan propheta salomon appellauit.Porro ioab ammonitas obsessione fortiter affligebat:aquā eis auferens:& rerum cæterarum ubertatem:multumq; eos cogebat cibi & potus inopia laborare. Ex modico nanq; puteo bibebant omnes:& licet illis esset fontis auxilium:ne tamen deficeret:nō eo largius utebantur.Quo facto scripsit hæc regi significans:& rogans eum ut ueniret ad ciuitatē quatenus eius nomini uictoriam designaret. Quod cum scripsisset ioab:approbans rex eius uolūtatem:& deuotionis fidem:sumpto secum exercitu:uenit:ut rabath depopularetur urbem.Quam dum bellica lege cæpisset: milites eam uastare permisit:ipse uero tulit coronam regis ammōitaꝝ: habentem pondus auri talentum & lapides præciosos:& in medio sui sardonicem:quā semper David gestabat in capite.Multa siquidem alia & præciosa spolia in ea comperit ac rapuit ciuitate:uiros autem eius tormentis affecit.Hoc itaq; modo etiam ammonitarum urbes quas cœpit euertit.

Quoniam ammon filius Dauid mixtus est sorori suæ thamar: pro qua re absolon frater eius interfecit eum:& de fuga absolon:& reuocatione ipsius ad patrem. CAP. .VIII.

Reuertēte igitur in hierosolymā rege:dominus eius turpiluicio maculata est.Erat enim illi filia uirgo:noīe thamar:pulchritudine ualde præcipua:ita ut oēs fœminas speciosas euinceret.Huic frater erat absolon:ex una genitrice ꝓcreatus.Hāc ammō filiorum David senior cōcupiuit:& cū neq; ꝓpter uirginitatē eius:neq; propter custodiā suo potiri desiderio prævaleret:crudeli percussus uulnere carpebatur.Dumq; eius corpus interiori languore tabesceret:& iam dolorem macies pmutaret:inotuit ionathæ cuidā cognato eius pariter & amico. Erat uir iste sapiens:& intellectu nimis acutus. Videns ergo quotidie ammon nō naturale corpus habētem:accedens interrogauit ut ei cām rei huius ediceret:dicebatq; arbitrari se hæc illū amoris occasione pferre.Cūq; confessus fuisset ei ammon passionē suā: & quia sororē suā consanguineam concupisset:consiliū ei suum desiderium adipiscēdi hoc mō dedit:monēs ut egritudinē simularet: & uenientē ad se patrē peteret:ut ei sororē exhiberet:ut cōpetens egrotanti ministeriū destinaret: qd si fieret:priuaretur citius lāguore.Ammō ergo ponēs semetipsum in lectulo secundū ionachæ consilium simulabat infirmitatē ut dū ad eū uisitādū pater uenisset:popoſcisset sororē ei dirigere. Quā dū pater incunctāter iussisset adduci:ea ueniēte præcepit:ut ei manu sua faceret panes frixos: dicens suauiter se ex eius manibus cōmessuꝝ.Illa uero uidēte fratre cōsparsa farina faciēs colliridas:easq; frigens obtulit fratri. Et ille quidē nequaq; gustauit ex eis:sed iussit famulos ut omēs a domo repellerent:ut q̄si facta quiete dormiret.Cūq; famuli quod iusserat ipleuissent:iussit sorori: ut ei cibum ad interiorem locum domus afferret. Quod dū puella fecisset appræhendēs eā:ut cū eo concuberet suadere tentauerat.Puella uero clamabat dicens.Noli uiolentiam facere nec impietatē mihi frater inferre:noli leges transcendere:& te iniquissima confusione miscri: sed quiesce a re tam iniusta:& excelerātissimo desiderio:ex quo obprobrium & turpitudo nostræ domui ppetua conferatur: adiitiens:quia si de hac re loqueretur pater coniugium eius non denegaret ei. Et hæc quidem dicebat:uolens ad præsens impetum eius petulantem declinare.At ille nō acquieuit: sed nimietate amoris illius inflamatus: & robore eius passionis ualde perplexus uim intulit ei: Quem repente odium post stuprū sororis inuasit:& iniuria ppetrata:eam surgere & abire ꝓcepit. Cūq; illa in hoc deteriorem pclamaret iniuriā sibi irrogatā nec usq; ad noctē eā manere pmitteret: repente eam discedere iussit in die: ut etiam testimoniū suæ confusionis incurreret. Qua resistēte iussit famulo ut eam prorsus expelleret.Illa uero dolens iniuriā simul & uiolētiā:disrupto colobio quibus antiquæ uirgines utebantur:habente manicas:& ad talos usq; ꝓfusas:ne facile uiderentur:

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

& cinere aſperſo capite ibat per mediã ciuitatẽ:clamans & ingemiſcẽs uiolẽtiã ſibimet irrogatam. Quam dum inueniſſet frater abſolon:requiſiuit qua cauſa ꝓueniente hoc ageret. Et cũ facta ſibi dixiſſet iniuriã:quieſcere & mediocriter ait ferre germanam:& iniuriã non putare:ꝙ corrupta eẽt a fratre.Cui dum ſatisfactum fuiſſet clamare:& uiolentiam ſuã multis indicare ceſſauit : & multo tempore apud fratrem abſolõ uidua tollerauit alias permãſit.Quod dũ cognouiſſet Dauid doluit quidẽ ſed cum ammon ſenioꝛẽ filium ſuũ ualde diligeret eũ noluit cõtriſtare. Quẽ abſolon crudeliter abhorrebat:& latenter oportunũ tempus ultionis delicti illius expectabat.Igitur ſecundus iam annus corruptionis ſororis eius exceſſerat:& cum greges ſuos tonſurus aſcenderet in ciuitatẽ baaſoꝛ:ẽ aũt hæc in ſorte tribus effraim:rogauit patrẽ ut cum fratribus ad eius cõuiuiũ cõueniret. Quo recuſante:ne illi grauis uideꝛeẽ exiſtere uel fratres dirigi ſupplicauit. Quibus deſtinatis:iuſſit abſolon famulis propriis ut cũ uiderent ammon ebrietate diſſolutũ:illo annuente interficerẽt eum:nullũq; metuerent.Quo facto fratres cũctos terror grauis & tumultus inuaſit:& de ſe quoq; ſinguli formidantes:aſcendenteſq; in equis reuertebanẽ ad patrẽ.Quidã uero præcedens nũciauit patri quaſi cunctos fratres iterfeciſſet abſolon.Tunc Dauid q̃ſi oẽs uere ſimul extincti ſint & hoc a fratre triſticia quæ uſq; ad mortẽ fere uideretur amara nimis inuaſit & eo dolore neq; cãm requiſiuit:nec aliud quicq̃.Poſt hoc tanti mali facinus cognoſcere uouit:neq; ſuſtinuit : ſed repente ueſte dirupta:proſtratus in terra iacebat:lugens filios uniuerſos:& qui mortui nunciati fuerant:& ſimul qui eos occiderat.Ionathas uero filius ſemmaa fratris Dauid cõſolabatur eũ:ut a triſticia tãta recederet:nec crederet filios alios interẽptos:quia nec cã talis extaret:ſed eſſet credibile:qa hoc feciſſet abſolon in ſolũ ammon:propter thamar ſuæ ſororis iniuriã.Inter hæc autem ſonus equoꝝ & tumultus quorũdã uenientiũ:attentos eos fecit. Erant autem filii regis: qui a cõuiuio fugiebãt. His lugientibus triſtis pater occurrit:& præter ſpem uidens quos ante paululũ periſſe crediderat: eos amplexatus eſt.Erat itaq; cũctis luctus & gemitus:illis quidẽ ſupra mortuum fratrẽ:regi uero ſuper filium iteremptũ.Abſolon aũt fugit in geſſur ad auũ maternum:uiꝝ ꝓuinciæ illius porẽtẽ: apud quẽ triũ annoꝝ tpe commoratus eſt.Cũq; Dauid uoluntatẽ haberet:ut ad reuocãdũ abſolõ filiũ deſtinaret:non ad uindictã:quando erat ira iam longo tempore leuigata:ad hãc rem princeps militiæ ioab eũ potius incitauit. Præparauit eni quãdã mulierẽ iã ætate ꝓuectã: ut eũ ſub ſcemate luctus interpellaret:& huiuſmodi uerba proferret.Quæ ait.Duo filii mihi rex erant qui in agro fuerant in cõtentionẽ conuerſi:nulloq; præſẽte qui eos placare potuiſſet:ab altero alter percuſſus interiit.Cognatis autem interfectoꝛẽ petentibus:& uolentibus eum occidere:ſupplico ut mihi ſalutem præcipias filii cõdonari:nec reliquã ſpem meæ ſenectutis ſinas auferri:& prohibeas cunctos qui meum filium interficere moliuntur.Non enim aliud illud poterunt ſequi niſi q̃ timor regis ipetrauerit.Rege itaq; mulieris præcibus annuente:reſpondens denuo mulier regi : gratias inquit ago tuæ benignitati:qui meæ miſertus es ſenectutis:& pene ſine filiis deſolatã:filiũ habere feciſti. Sed ut firma mihi ſint tuæ dona clementiæ:precor tuo filio eſto propitius:eiq; remitte delictum. Quõ eni creditur ſum ſecuritatis mihi in hoc præbuiſſe beneficiũ:cum te uideã in cã ſimili cum tuo filio manere ſemp iratum.Factum nãq; eſt:ut cũ filius unus cõtra uolũtatẽ patris mortuus ſit ſponte hac cã apponatur & alius.Intellexit itaq; rex hoc cõſilium ſtudio ioab imiſſum:& iterrogata muliercula dum cognouiſſet hoc ueꝝ eſſe:rex uocans ioab:ait impetraſſe ſtudii ſui uotum:eũq; abſolon reuocare præcepit.Non enim circa eum iam ulterius ſe dixit eſſe crudelẽ:ſed irã indignationemq; remittere.Ille uero cũ adoraſſet regẽ:& eius ſermonibus gratias retuliſſet:repente profectus eſt in geſſur:& aſſumpto abſolon:in hieroſolymam remeauit.Præmiſit autem rex dum uenire filium cognouiſſet:& præcepit:ut ad domum propriam remearet:nõ eni iuſtum credidit:ut mox ueniẽtẽ ſuſcipet:aut uideret.Ille uero patre iubẽte eius declinauit aſpectũ:cui tamẽ a familiaribus debitum exhibebatur officium.Huius itaq; pulchritudo licet in triſticia poſiti:& diligentiam conpetentem regis filio non habenti nequaq̃ depoſita eſt:ſed erat ſpecioſus:& ſplendebat omni decore:& corporis magna proceritate:ita ut eos qui erant in epulis conſtituti tranſcenderet. Cuius capitis erat tanta ceſaries:ut uix octo diebus tonderi potuiſſet:& erat tonſuræ eius pondus ſiclorum ducentorum qui faciunt quinq; minas.Habitabat autẽ in hieroſolymis annis duobus:habuitq; tres filios maſculos:& filiam unam nimis ſpecioſam:quã rex poſtea roboã ſalomonis filius accepit uxorem:ex qua natus eſt puer nomine abias.Inter hæc mittens abſolon ad ioab popoſcit ab eo:ut perfecte placaret patrem:& peteret:quatenus eum ad ſuum aſpectum & colloquium reuocaret.Negligente uero ioab:mittens aliquos ſuorum confinem ſegetem eius incendit.Quod cum ille cognouiſſet:ad abſolon uenit:culpans eum:& cauſam rei huius inquirens.Cui reſpondit.Hoc conſilium comperi:ut te ad nos ducere potuiſſem negligentem uerba quæ ibi pro paterna reconciliatiõe mãdabam.Quapropter præſentem te precor ut mitiges genitorem meum.Ego nãq; peius a fuga eſſe iudicio huc me ueniſſe:patre mihi hactenus iraſcente.Ioab autem neceſſitatem eius cognoſcẽs & miſertus mediator exiuit apud regem:eiq; locutus de filio egit : ut libenter eum ſuſciperet .Quo ueniente:& in terram proſtrato:ac ſupplicante:ut peti ueniam ipetraret:porrexit dexteram & alleuauit eum & geſtorum obliuionem ſe habere pollicitus eſt.

Quomodo Dauid domeſticis contra eum ſeditionem facientibus a filio ſit expulſus:uero dũ pugnaret contra ſuum patrem abſolon cum exercitu ſuo deperiit. CAPI. . VIIII .

Abſolon autem dum ei hoc fuiſſet a patre cõceſſũ in puo tpe multos equos:& multos ſibi currus iſtituit:& armigeros quinq̃gita:& diebus ſingulis ſurgens diluculo ad regalia ueniebat:& q cauſas habebãt:& minores iueniebanẽ in eis:delectabiliter alloquebaẽ q̃ſi nõ habẽte bonos cõſiliarios patre:ſed iuſtos in ſuis ſẽtẽtiis exiſtẽtes:quorum iudicio grauarenẽ.Pro qua re fauoꝛe ſibi omniũ collocabat:adiiciebat piter dicẽs:qa ſi haberet hãc poteſtatẽ ipſe:cũcta ſub legũ eqtate diſponeret.Hæc itaq; eo agẽte:populo ſibi placato:cũ iã deuotionẽ cũctoꝝ ſe obtinuiſſe cõfideret:poſt recõciliationẽ patris annis q̃ttuor iã trãſactis ſupplicauit:ut ei pater in hebrõ ire ꝑmitteret:q̃tenus ꝓmiſſa deo ſacrificia celebraret:q̃ fugiens deuouiſſet. Dauid ergo cõcedẽte ꝓfectus ẽ:ad quẽ multus populus eo iuitãte cõfluxit.Aderat aũt ei & cõſiliarius dauid achitofel:gilmoneus:& ducẽti uiri ex hieroſolymis : neſciẽtes qdẽ conamẽ huiuſmodi:ſed uelut ad ſacrificiũ euocati.Hoc itaq; conſilio rex ab oĩbus ordinatus eſt . Quod dum fuiſſet Dauid nunciatũ:& inopinabiliter hoc filiũ feciſſe cognouiſſet:metuens impietatẽ eius ac præſũptionem miratus:quia nec peccati ueniã recordatus ẽ:ſed ſup illa ſcelera potiora & iniquiora cõmiſerit:primũ quidẽ ut regnũ a deo datũ uellet auferre.ſecũdo ut patrẽ uita priuaret: deliberauit ut fugeret trãs iordanẽ:& uocatis amicis ac neceſſariis:& de filii ſupbia eis ꝓcipato cõſilio:cũctaq; cõmittẽs deo:decẽ cõcubĩas cuſtodes regaliũ dereliq̃s:diſceſſit ex hieroſolymis:& alia multitudine cũ eo fiducialiter egrediẽte:ſimul & ſexcentis armatis : qui ſaul uiuente fuerãt ei in fuga priori ꝓcipes. Abiathar aũt & ſadoch ſacerdotibus:& omnibus leuitis uolentibus ſimul egredi cũ arca dei:ſuaſit ut magis in ciuitate conſiſterent cum eum poſſet deus etiã arca non portata liberare:mãdauitq; eis ut latenter geſta quæq; ei nũciarentur.Habuit aũt fideles ad omnia miniſtros:achimaã filium ſadoch:& ionathã filiũ abiathar.Ethai aũt ietheus cum eo profectus eſt:licet Dauid eum manere in ciuitate uoluiſſet.Cui dũ acquieſcere noluiſſet:ei puritatem potius ſuæ deuotiõis oſtẽdit.Aſcẽdẽte aũt Dauid per montem oliueti pedibus nudis:& cunctis cũ eo flentibus:nunciatum eſt achitofel eſſe cum abſolon:& eius parti fauere.Quod dũ audiſſet:triſticia eius magis accreuit:deũ rogabat:& eũ ſuppliciter exorabat:ut abalienaret mentem abſolon a conſiliis achitofel.Formidabat eni ne contra ſe ei dando cõſilia ꝑualeret.Erat eni uir aſtutus:ad proſpiciẽdã utilitatẽ nimis argutus.Cũq; in mõtis uerticẽ pueniſſet ciuitate reſpecta cũ multis lachrimis q̃ſi amiſſo regno:domiũ ſupplicabat.Occurrit aũt uir qdã fidelis noie chuſi:& ipſe amicus . Quẽ cum uidiſſet Dauid ſciſſa ueſte:& aſpſo capite cinere flẽtẽ atq; lugẽtẽ:cõſolatus ẽ eum: & a triſticia ceſſare poſcebat.Et poſt hæc ſupplicabat ut iret ad abſolõ:q̃ſi ei cõſẽtiẽs & eius ſecreta cõſideraret:cõſiliiſq; reſiſteret achitofel:qa ſi cũ Dauid ꝓgeret:tãtũ ꝓdeſſe nõ poſſet . Obediẽs ille Dauid eo derelicto uenit hieroſolymã:quo etiã nõ poſt multum uenit abſolon.Paululũ itaq; exinde ꝓcedente Dauid:ſyba famulus méphibos quẽ curatoꝛẽ iſtituerat poſſeſſionũ quas donauerat filio ionathæ:occurrit cum duobus aſinis oneratis rebus in itinere neceſſariis : ex quibus ipſe & qui cum eo erant refici debuiſſent . Requirente uero Dauid:ubi relinqueret méphiboſeth:ait.in hieroſolymis : expectantem ordinari regem ſe in præſenti ſeditione:propter memoriã beneficiorum ſaul. In his aũt indignatus Dauid: omnia quæcũq; cõceſſerat méphibos:ſybæ donauit:multo iuſtus eſſe credens:ut hic q̃ ille potius hæc haberet.Et ſyba quidẽ hoc facto gauiſus eſt.Igitur ueniente Dauid in locum choran:progreſſus eſt quidã de cognatione ſaul:nomie ſemei:filius gere:& lapidabat eum:ac peſſimis ſermonibus accuſabat.Circũſtantibus aũt amicis:adhuc amplius blaſphemabat:& ſanguinarium eũ:multorũq; malorum dicebat auctorem:increpans eum quatenus ex illa terra ueluti pollutus excederet : deo gratias referendo qui eum priuaſſet regno:& per propriũ filium ꝑ eo q̃ peccaſſet in dominũ ſuũ rite pœnas exigeret.Omnibus auteẽ ſupra modũ per motã iracundiã prouocatis & præcipue abyſai uolentem interficere ſemei:Dauid ab ira retinuit dicens:ne malis præſentibus opus nouæ occaſionis admittamus . Non enim circa hunc rabidum canem mihi reſpectus aut pudor eſt:ſed ad deum intentio:ꝑꝑ quem iſte ſuper nos ita uidetur inuictus. Nec eſt admirandum:ab iſto me talia ſuſtinere: quãdo etiam filii uideor exptus impietatem.Sed forſan aderit nobis miſericordia dei:& prævalebimus inimicis:quo adiuuante ſecuro itinere properemus.Semei autem ꝑ aliã montis ptẽ currebat:& crebras ei faciebat iniurias.Cũq; Dauid ueniſſet ad iordanem : reficiebat ibidem ſuos itinere fatigatos . Igitur cũm ueniſſet abſolon & achitofel conſiliarius in hieroſolymã cum omni populo:uenit ad eũ amicus Dauid chuſai:& cum adoraſſet abſolon:optabat regnũ eius in ſæculo & omni tempore permanere.Illo uero ei dicente:cur cum præcipuus patris eius eẽt amicus eiq; fidelis ad oĩa uideretur:non cum eo tunc eſſet:ſed illo derelicto tranſiſſet.ad eũ:temperate ſe facere dixit:ſeq; deũ:& totius populi iudiciũ.His iquit domine tecũ manentibus:recte & ego te ſequor. Regnũ enim tibi a deo collatũ eſt:quapropter eandẽ fidẽ atq; deuotionẽ tibi præbebo quã pater. Non enim pro rebus ꝑſentibus indignari fas eſt:quando non extraneam ad domũ mutatum ẽ regnum:ſed in ea ꝑmanſit filio ſuccedente patri.Hæc dicẽs:ſatiſfecit cũ prius utiq; uideretur eſſe ſuſpectus.Et uocato achitofel:qd oporteat agi tractabat, Qui ſuaſit ei ad cõcubĩas ſuis patris acce-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

dere:ex hoc eī populum ſciturum:crediturūq; dicebat:quia circa patrem nulla ei iam reconciliatio ſupereſſet:ex hoc cum multa fiducia aduerſus eum oīs multitudo pugnaret:hactenus apertas inimicicias eos habere:metuere credentes:poſſe patrem cum filio quocūq; tempore concordare.Hoc ergo conſilio flexus:iuſſit famulis ut tentoria in ſolario regio figerent:& uidente populo accedēs ad patris ſui concubinas ingreſſus eſt.Hæc autem geſta ſunt:ſecundum nathan prophetiam : quā Dauid olim de filii inuaſione ſignauerat.Cum uero feciſſet abſolon quæ monuerat achitofel:rurſus ſecundum conſilium de patre contra patrem eum proferre poſcebat.Cūq; ille decem milia electos ſibi dari petiſſet:ut & patrem eius interimeret : & eos qui cum eo pergerent incolomes reuocaret:ut tunc firmum haberet imperium cum pater eius extingueretur:dum hæc ſentētia placuiſſet:uocauit etiam chuſi amicum ſui patris antiquum : ſic enim ille eum uocabat.Cui dum ſententiam achitofel indicaſſet:quid etiam ei uideretur de eadem cauſa requirebat.Ille uero cognoſcens: quia ſi fierent quæ ſuadebat achitofel.Dauid in mortis periculum peruenīſſet:contrariam ſententiā nitebatur afferre.Non ignoras inquit o rex tui patris & eorum qui cum eo ſunt fortitudinem: quia multis prelis dimicauit:& ſemper ſuperatis hoſtibus eſt reuerſus. Nunc equidē credo illum in exercitu conſtitutum:eſt enim ſicut noſti bellicoſus :& idoneus omnia prouidere:& dolos ſupuenientium hoſtium declinare certiſſimus:circa ueſperam autem relīquere ſuos:aut in aliqua aula ſe celare:aut circa petras inſidias facere dūq; contigerit:ut noſtri congrediantur ad prælium:illius quidem uiri ad modicum ſe ſubducūt & dum ſecuri fuerint de regis auxilio:reſiſtunt. Et iter hæc illis pugnantibus repente cum alio exercitu tuus pater apparens:ſuis quidem fortitudinem prębebit ad bellum tuos uero inopinabili ſuperuentu proſternet. Fac igitur operationem mei cōſilii: & cognoſcens eius utilitatem:achitofel refutata ſententia:mittens in omnem prouinciam hæbreorum:precipe contra patrem tuum ut cunctus congregetur exercitus:& ſumens ipſe prelii militiam uniuerſām:eſto dux eorum:ut nulli alio cōmittas hoc bellum.Facillime enim te credo fore uictorum:ſi eum cum paucis compræhenderis:cum tu multa milia pugnantium habeas : deuotionem ſuā tibi prebere uolētiū.At ſi pater tuus fuerit obſeſſiōe circūdatus:machinatiōibus:aut trocleaq; effuſionibus ciuitatem illam facillime capiemus.Hæc cū dixiſſet probabilior apparuit q̄ achitofel. Nā ultra eius conſiliū abſolon potius huius elegit.Deus enī erat:qui in eius mente conſiliū chuſi melius eſſe faciebat.Quo facto feſtinabat chuſi ad ſacerdotes ſadoch & abiathar:cōſiliū achitofel: necnon & ſuum pandens:& qa placuiſſent q̄ ipſe mōuerat īdicauit:& exhortatus ē repēte:ut mittentes hæc renunciarent Dauid:& q̄ ab aduerſariis tractata uidebant aperīret:adiitiēs:ut ſtuderet uelociter tranſire iordanē:ne eū ſuus filius pſequi feſtinaret : & anteq̄ illi ſe mouiſſent:poſſet a filio cōpræhendi.Sacerdotes autē oportune ſuos filios ad hoc officiū extra urbē celatos habebant. Quibus mandātes p fidelē ancillā quæ tractabat abſolon:præceperūt ut Dauid cū feſtinatiōe hæc ſignificarent.Illi uero nulla dilatione tardantes:ſed mandata ſeruantes patrū:pii fideliſq; miniſteri & officii uelocitatē & neceſſitatis inſtantiam cito iudicantes implendam:feſtinabāt ad Dauid.Cūq; duobus ſtadiis a ciuitate proceſſiſſent:uidentes eos quidā equites:indicauerunt abſolō.Ille cōtinuo ut cōprehenderentur miſit.Quod cognoſcentes filii ſacerdotū:ab itinere declinātes in uicū quēdā nō longe ab hieroſolymis:cui nomē erat bochom inuenienteſq; quandā mulierculā rogauerunt ut eos celaret:& munitionē metuentibus exhiberet.Illa uero iuuenes illos in puteū repente depoſuit:& expanſis deſuper pellibus os eius aperuit. Cūq; perſequentes eos ueniſſent:& de eis mulierem requiſiſſent:illa uidiſſe quidē ſe non negauit:dicens apud ſe eos ſumpſiſſe potum:& continuo diſceſſiſſe:tamen ſi cum uelocitate ſequerentur:facile eos compræhendi poſſe dicebat. Cum ergo diu ſecuti non compræhendiſſent eos reuerſi ſunt.Mulier autem uidens eos remeantes:& nullum iam periculum iuuenibus compræhenſionis imminere cōſpiciens: abſtractos e lacu dimittit ad primum itineris opus.Qui multo ſtudio feſtinantes:uenerunt ad Dauid & cuncta ei quæ tractabat abſolon ſubtiliter indicauerunt.Tunc ille licet iam nox eſſet:præcepit tamen ſuos iordanē trāſire cum feſtinatione.Achitofel autem uidens ſuam ſententiam fuiſſe reprobatam aſcendens iumentū ſuum uenit ad regionem gilon:conuocatiſq; omnibus ſuis:cōſilium quod dederat abſolon eis expoſuit:& quia eo q̄ auditus ipſe non fuerat : non eius tardaret interitus indicauit . Dicebat enim Dauid poſt uictoriam in regnum continuo rediturum : & melius ſibi fore ut libere & magnimie abrūperet uitam:quā ſe Dauid reſeruare ad pœnas:contra quem abſolon talia conſilia præbuiſſet. Et hæc cum dixiſſet:accedens in locum domus ſuæ ſecretiorem:laqueo ſe ſuſpendit.Igitur achitofel iudicio ſuo huiuſmodi morte dānatum deponentes ſui de laqueo ſepulturæ tradiderūt. Dauid autem ſicut prædiximus tranſiens iordanem:uenit in caſtra optima:& munitiſſimam ciuitatē: ſuſceperuntq; eum libentiſſime cunctæ priores prouinciæ : & fugam illius temporis reuertentes: & honorem ei fœlicitatis priſtinæ conferentes.Erant autem bergileus: galaditis:& ſypha potētiſſimus:& amandias:& machir terræ galaditis primus.Hi nanq; rerum omnium copiam Dauid & q cum eo erant opulentiſſime præbuerunt ita:ut neq; lecti ſtrati deeſſent:nec panes aut uinum : ſed etiam ubertatem pecudum miniſtrarent:quatenus & ſquietem laborantibus:& ciborum utilium copiam eis ad ſacietatem exhiberent.Et hi quidem hoc modo erant conſtituti.

Quō poſt morte abſolon Dauid reuerſus eſt ad regnum:& ad ſedem regni hieroſolymam : & de ſeditione quam mouit contra eum ſeba filius bochri. CAPI. .X.

ABſolon itaq; congregato magno hæbreorum exercitu ſuper patre:& tranſiens fluuium iordanē non longe a caſtris uenit in galaditidē regionem:conſtituitq; principem totius exercitus amaſam in loco ioab conſobrini ſui:erat enim de patre getheo : & matre abigea progenitus:abigea uero & ſaruia mater ioab Dauid ſorores fuere. Dauid uero eos qui cū eo erant cū recenſuiſſet:& inueniſſet uſq; ad quattuor milia armatorum : noluit expectare quādo ſuper eū abſolon ueniret:ſed cōſtituit ſuper ſuos millenarios & centenarios:diuiſo exercitu tripartite:& aliā quidē parte ioab principi militiæ dedit:aliā uero fratri eius abyſai : tertiā cōmiſit etheo qui erat amicus eius de ciuitate geth.Cūq; uellet ipſe ad bellum ſimul exire:amici non permiſerunt : conſilio eum ſapientiſſimo retinentes. Dicebant enim quia ſi cū illo deuincerent oēm ſpem utilitatis amitterent:ſi uero una parte uicta ad eū reliq̄ remearent:poſſent denuo pliū repārare:quādo etiā hoſtes arbitrarent aliū exercitū manere cum rege. Hoc conſilium libēter accipiēs Dauid:ipſe quidē in caſtris manere decreuit:& duces & amicos ad prælīū deſtinās:rogabat ut fortitudinē ſui & fidē & memoriā exhiberent:utq; puero abſolon uictores parcerent:ne illo moriēte: aliqd in ſe mali cōmitterent:optāſq; cūctis uictoriā:dimiſit exercitū.Ioab itaq; acie cōſtituit cōtra hoſtes in cāpo:habens poſt tergū ſiluā.Eduxit aūt e diuerſo abſolō & ſuū exercitū:& facta cōgreſſione belli opa præcipua manuū:& maxie p̄ſumptionis ex utraq; pte gerebant:alii quidē ut regnū Dauid recipet:elaborabāt:& omī magnanītate deſudabāt:alii uero:ne & eo priuaretur abſolon regno:& daret patri p̄ ſua præſūptiōe ſuppliciū in nullo ſegnes erant:aut facere aut pati quodcūq; belli caſus afferret:iſup metuebant etiā:ne ab ioab:& eius paucis militibus tanta multitudo ſubiūgaret.Inter hæc uicit Dauid exercitus robore magnitudinis & exercitatiōe belloq;:fugiēteſq; p ſiluas & colles pſecuti ſunt:& alios qdē cœperūt:alios aūt iterfecerūt:ita ut plurimi caderent fugiētes:q̄ in acie repugnātes.Et illa quidē die q̄ſi uigīti milia uiroq; ceciderūt.Exercitus aūt Dauid acceſſit ad abſolō:erat enī cūctis proceritate & pulchritudie manifeſtus. Qui metuens ne eū cōpræhenderēt hoſtes aſcēdēs in mula regia fugiebat.Cū uelociter ueheret:& ipſe in toto leuis exiſteret arbori maxie & ramis extēſe eius reflexa ceſarie inopinabiliter ē appēſus:& iumentū quidem uelocitate ſua q̄ſi dominū adhuc portaret abſceſſit : ille uero ramis comaq; alligatione retinebat aſtrictus.Quē cū uidiſſet quidē militū Dauid ioab īdicauit . Quo dicēte:quinq̄ginta ſiclos ſe ei dediſſe ſi p̄emiſſet abſolō:nec ſi mille ſiclos ei ,pmitteret:occidere ille ſe filium domini ſui dixit:dum oībus audiētibus pater eius ei parci rogauerit.At ille oſtēdi ſibi p̄cipiēs:ubi eū uidiſſet appēſū:& locum īueniēs:in corde eū iaculās īteremit. Armigeri uero ioab circunſtantes arborem cadauer eius depoſuerunt:eūq; in foueā ualde profūdā ,piicientes:aceruū ſuper eū lapidū poſuerūt:ita ut figura ſepulchri fieret:& ingentem tumulū locus ille ſeruaret.Ioab aūt ſigno dato:a pſecutione reuocauit exercitū:pcēs cōtribulibus ſuis.Igitur abſolō cōſtituerat ſibi ſtatuā marmoreā in ualle regia:q̄ duobus ſtadiis ab hieroſolymis aberat:q̄ appellauit ſuā manū dicēs:qa etiā filiis eius morientibus:nomē eius in ſtatua pmaneret.Erāt enī ei maſculi filii quidē tres: fœmīa uero una thamar.Quæ cōiūcta ſalomonis filio roboā:pepit filium abia:q patri ſucceſſit in regnū.Et de his qdē poſtea declarabimus.Igitur poſt morte abſolon:populus quidē ad propria loca diſperſus eſt.Achimaas aūt ſadoch ſacerdotis filius:rogabat ioab:ut p̄ueniens ipſe Dauid uictoriam nunciaret:& quia dei ſolatium & prouidentiam ipſius habuiſſet.Cui non conceſſit hoc ioab:dicēs:quia cū ſemper boni nūcii homo fuiſſet:modo non deberet regi mortem filii nunciare . Vocans ergo chuſi:ei opus hoc iniunxit:ut quod ipſe uidiſſet:regi etiam nunciaret.Cūq; iterum achimaas rogaret:ut eum nūciare permitteret dicens:quia rex circa ſolam uictoriam attentus:nequaq̄ de abſolon cauſaretur:conceſſit ei:ut pgeret ad Dauid:tenenſq; compēdioſam uiam quā ipſe ſolus nouerat:præuenit chuſi.Cūq; ſederet Dauid inter portas : expectans quando ei aliquis geſta bellica nunciaret:quidam exploratorum uidens achimaam currentē:& quis eēt nō agnoſcens:ait ad Dauid:uidere ſe aliquem uēiētē. Qui cū dixiſſet bonū fore nunciū:poſt paululū aliū quendam ſequi pronunciauit.Cūq; & ipſum bonū nunciū aſſereret:uidens explorator præcurrere:iāq; uicinū eē achimaā ſadoch filiū ſacerdotis indicauit.Qui gauiſus eū bonoq; nunciū eē dixit:& aliquid optabile de prælio portatuq;:Cūq; hæc dicerentur a rege:ueniens achimaas adorauit:& īterrogatus de pugna:regi uictoriā nūciauit. Quo requirente de filio eius qd cognouiſſet:ait quia mox ut uidiſſet hoſtes fugatos:rogatus ipſe ad eū pgere feſtinaſſet & audiſſe ſe magnas uoces pſequentiū abſolon:& nihil amplius potuiſſe cognoſcere:eo q̄ cogerē nimis miſſus a ioab uictoriam nunciare. Veniēti aūt chuſi:& adorāte regē & uictoriā nunciante:de filio eū Dauid cōtinuo requiſiuit.Tunc chuſi hæc īquit ,pueniāt tuis inimicis:quæ recepit abſolō.Quod uerbū uictoriæ gaudi ū nec apud ipſū manere: nec habere exercitū pmiſit.Aſcēdēs enī Dauid in locum ciuitatis excellentiſſimū:flebat filiū:tūdēs crebro pectora & capillos capitis ſui dilacerās:& omī ſe afflictiōe caſtigās clamabat dicens.Vtinā mihi & non tibi o filii aduenīſſet īteritus.Nam cum eum diligeret per naturā huiuſmōi mortis eius euētu potius cōdolebat.Exercitus aūt & ioab audientes:quia rex :filiū ita lugeret reuerſi ſunt nō triūphali

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS USALES

ſcemate q̃rentes ingredi ciuitatẽ:ſed dolẽtes & flentes & quaſi deuicti potius intrauerunt.Cũq; rex capite uelato reſideret:& filii interitũ ingemiſceret:introiuit ad eũ ioab:& conſolatus eſt eũ dicens. O domine rex apte demẽſtras ex his quæ agis:qa diligẽtes te & p te picula ſuſtinẽtes : nec non & te tuãq; generationẽ ꝓſus abhorres:& diligis inimicos:& illos cõcupiſcis potius qui iuſte pœnas ſoluentes obierũt.Ná ſi abſolon uiciſſet:& iperium firmiſſimũ tenuiſſet & nullius noſtrũ cadauer remaneret:ſed oẽs a teipſo & a tuis filiis icipiẽtes:fuiſſemus ſine dubitatiõe ꝓſtrati:nullo noſtrũq; hoſtiũ flente:ſed cunctis potius congaudentibus:inſup etiã puniẽtibus eos:ſiqs forte noſtrũq; miſerati fuiſſent.Tu uero hæc agere ſup maxio non cõfũderis inimico:qui cũ tuus filius eẽt:nequaq; in te impia committere formidauit.Igitur recedẽs ab hac iniuſta triſticia ꝓcede:& militibus oſtẽde ſemetipſum:eiſq; pro uictoria & labore certaminis gratias age.Ego náq; optime noui:quia ſi in hoc actu permanſeris:hodie a te populus uniuerſus abſcedet:& alteri regnum tradet:& tunc amariſſimum ac ueꝝ habebis.Hæc dicẽs ioab:regem a triſtitia reuocauit:& ad cauſas reipublicæ utilitatis adduxit.Trãſformatus enĩ a fletu Dauid:& opportũe cõpoſitus pro aſpectu populi ſedit ad portas:ita ut audiens populus uniuerſus concurreret:omneſq; eum libentiſſime ſalutarent. Hæc itaq; talia hoc modo ſunt geſta.

De expiatiõe ſceleris:qđ cõmiſit Saul in gabaonitas:cuius cã facta ẽ fames in ꝓuincia:& de ꝑiis aduerſus paleſtĩos fœliciter geſtis:ſeu de fortibus Dauid. CAPI. .XI.

PRorro qui cũ abſolon fuerant:& de prælio fugerant:reuertentes ad ſemetipſos : ſinguli mittebãt p ciuitates cunctas:Dauid beneficia commemorantes:& libertatem quam eis reſiſtendo cunctis hoſtibus præbuerat edicentes : culpanteſq; ſemetipſos quia eum expuliſſent a regno:& alium ordinaſſent:quo tunc defuncto principe qui ab eis fuerat cõſtitutus:rogare deberent Dauid ut ab indignatione quieſceret eiſq; faueret:& recepit regno ſuam eis prouidentiã nõ negaret.Hæc itaq; Dauid crebro nunciabantur.Sed etiam ille nihilominus miſit ad ſadoch & abiathar ſacerdotes:ut principibus loquerentur tribus iudæ:quia turpe fuerit:ut alie tribus ante illam Dauid conſtituerent regem:cum illi & cognati eſſent & ſãguinis comparticipatione gauderent.Hæc eadem & ad amaſam principem militiæ eius præcepit edicere : qa cum filius ſororis ſuæ eẽt:nõ ſuaderet populo ut Dauid reſtitueret iperiũ:pro qua re nõ ſolũ regi recõciliari poſſet:ſed totius militiæ pricipatũ ſicut abſolõ ei ꝓbuerat obtineret.Et ſacerdotes quidem ad pricipes tribus iuda locuti ſũt:& amaſam deflexerunt:ꝓmiſſiones regias edicẽtes:ut in eius ꝑcibus cõſiſteret.Hoc itaq; facto:tribus iuda miſit ad regẽ legatos: rogãtes ut ad proprium remearet imperium.Hoc aũt & oẽs iſrahelite fecerũt adhortãte eos amaſa.Igitur accedentibus legatis ad eũ ut ueniret in hieroſolymã:oẽs ꝑuenit tribus iuda ut regi ad iordanis flumen occurreret : & gera filius ſemei cũ mille uiris quos de tribu beniamin ducebat : & ſyba libertus ſaul:& filii eius quindecim & uiginti ſerui.Iſti nanq; cum tribu iuda pontem fluminis effecerunt:ut facile rex eũ tranſiret cũ ſuo exercitu.Cũq; ueniſſet ad iordanem:iuda eũ libẽtiſſime ſalutauit . Qui dũ põtẽ aſcenderẽt ꝓſtratus ẽ ãte eũ ſemei:& detinẽs pedes eius:ueniã poſtulabat in his q̃ peccauerat:rogans:ut nõ circa eũ eẽt acerbus:nec ptãte recepta:eũ iuberet dari ſupplicio:ſed potius conſideraret:qa geſta pnia in his q̃ prius deliqſſet:primus ei occurrere feſtinaſſet.Cũq; in his ſupplicaret atq; deposceret:abyſai frater ioab ait.Nunquid propterea non morieris qui conſtituto a deo rege nequaq; blaſphemare metuiſti.Tunc Dauid conuerſus ad eum ait . Non ceſſas ſaruie filii has commouere denuo nobis ſuperiores turbas:& ſeditiones inſtantes.An ignoras quia initium mei regni eſt hodie. Qua propter omnibus impie in me agentibus:iuro dimitti eius ſupplicia : & nulli ſua delicta ſeruari.Tu inquito ſemei ſecurus eſto:& nullum mortis habeto metum . Qui mox adorans:cum cæteris præcedebat.Inter hæc autem occurrit & mẽphiboſeth de cognatione ſaul ſordida ueſte circũamictus:comãq; gerens profuſam & hiſpidam barbam. Nam poſt fugam Dauid neq; tonſus fuerat præ triſticia:nec ueſtem depoſuerat ſuã:ſeq; in hac afflictione deuouerat permanere:donec regiam uideret conuerti calamitatẽ.Hunc autem accuſauerat ſyba ſeruus apud Dauid iniuſte.Qui dum ſalutaſſet:eiq; proſtratus eſſet:cœpit interrogare Dauid:cur nõ fuiſſet egreſſus:& eius fugæ participatus:ille a ſyba fuiſſe dicebat ſe contẽptum:cui dum iuſſiſſet:ut ei itineris neceſſaria præpararet:curare neglexerit:ſed uelut cuiuſdam ſeruulũ contẽpſiſſet:qui ſi greſſus habuiſſet incolomes:non ab eo aliquo mõ receſſiſſet:cum poſſet etiã pedibus uti fuga:adiiciebat pariter non ſolũ in his inquit domine nocuit mihi:ſed etiã apud tuã circa me pietatem derogare : & mentiri maligna uoluntate præſumpſit.Sed noui:quia nihil hoꝝ tuã mens recepit : cum ſit iuſta & ueritatem diligat:quã uult ubiq; ſemper prævalere diuinitas . Nam cũ a meo auo paſſus fuiſſes magna pericula:& omnis mea generatio pro illius debuiſſet ſceleribus deperire : tu humilis & benignus exiſtens:& quod præcipuũ eſt illoꝝ maloꝝ obliuionẽ agens : quando poteſtate ſumpta priora uindicare poteras:amicum me tuũ eſſe iudicaſti:& in menſa quotidie regia poſuiſti:nihilq; mihi deſuit quod honorato parenti debuit exhiberi.Cunq; hæc dixiſſet ille:neq; memphibos rex uoluit caſtigare:nec ſybã tanq̃ fallacem abiicere:ſed cum omnia iam donaſſet ſybæ:cum memphibos occurriſſet:& ueniam mẽphibos dedit:& medietatẽ ſubſtantiæ reddi præcepit . Cui memphibos cuncta

inquit ſyba habeat o rex:mihi uero iperium te recepiſſe ſufficiat.Beregel autem galaditen:uirũ ꝑcipuum atq; bonum:& qui multa in caſtris ei præbuerat:& regẽ uſq; ad iordanem deduxerat :rogabat Dauid ut cum eo ueniret ad hieroſolymã:promittens eius ſenectutem oĩno decorandam:& eius tanq̃ patris habere prouidentiam. Qui deſiderio ſuoꝝ cũ eo ſe poſſe degere refutabat:dicens ſenectutem ſibi ſic iminere::ut etiam in rebus ſuauibus delectari nõ poſſit:cum utiq; octogita eẽt annorum:& de ſepulchri termino cogitaret.Qui magis e diuerſo rogabat:ut ſi ei præſtare uellet cõ cederet eum ad propria remeare:quando temporis longeuitate:nec conuiuiorum epulas diſcerneret:& auditus iam obduratos haberet:nec ſonum calamorum:aut modulationum aut talium inſtrumentorum quæ reges ſolent inter cõuiuia mulcere ſentiret.Quo nimium ſupplicante: Dauid ait.Te equidem dimitto:tuum uero filium achimã mihi concede : ut ei omnium rerum bonarum debeam munus impendere.Tunc beregel dimiſſo filio adorans regem:& optans ei utilia prouenire ſicut deſiderabat domi ẽ reuerſus.Dauid itaq; uenit in galgala habens ſecum iam mediam partem populi:& pariter tribum iuda ueneruntq; ad eum in galgala primi prouinciæ cum grandi pariter multitudĩe:& tribum iuda culpabãt eo ꝙ ei latenter occurreret : cum omnes ad eum debuiſſent una uoluntate concurrere.Principes autem tribus iuda hoc modo ſatisfaciebant:dicentes:ne ferrent grauiter:eo ꝙ illi preceſſiſſent : qui tanq̃ eius cognati:& propterea eum potius diligentes præuenirent:& quia non quaſi munera percepturi hoc fecerant:ne illi qui uenerant poſtea mouerentur.Hæc autem dicentibus tribus iudæ principibus:nequaq; aliarum tribuum principes ceſſauerunt:ſed dixerunt:admiramur nos equidem fratres ꝙ uos ſoli regem cognatum ueſtrum eſſe dicitis.Nam qui omnium noſtrorum poteſtatem a deo præcepit:omnium noſtrorum iudicatur eſſe cognatus. Quapropter populus equidem noſter undecim partes habet:uos autem unam:& ſeniores nos ſumus.Non ergo benefeciſtis occulte & latenter uenientes ad regem.Cum hæc igitur iter ſe tribuum principes loquerentur:uir quidam iniquus & ſeditione præcipuus:cui nomẽ erat ſeba: filius bochri de tribu beniamin:ſtans in medio populi cum magno clamore dixit.Non habet aliquis noſtrum partem apud Dauid:nec ſortem apud filium ieſſe . Et poſt hæc uerba tuba canens bellum ſignificauit fieri cõtra regẽ:oẽſq; ſecuti ſunt eũ:relinquentes Dauid:ſola tantũ tribus iuda cum eo remãſit:eũq; i hieroſolymis regẽ eẽ cõſtituerũt.Qui cõcubinas quidẽ ſuas ad q̃s filius eius abſolõ igreſſus fuerat:in domũ aliã trãſmigrauit:eiſq; oĩa ꝑcepit neceſſaria miniſtrari:ipſe uero ne quaq̃ copulatus eſt illis.Conſtituit quoq; & amaſam principem militiæ:& locũ ei in quo ioab fuerat dedit:iuſſitq; ut congregaretur quãtũ colligi poſſit exercitus ex tribu iuda:& poſt tres ueniret: quatenus ei militiã daret uniuerſam eũq; pugnaturꝝ cõtra ſeba bochri filiũ deſtinaret.Egrediente uero amaſa & circa cõgregationem exercitus remoratẽ:dũ die tertia nõ rediret:dixit rex ad ioab. Nõ eſt utile dilationẽ dare ſeba:ne lõgo tpe poſſit exercitũ congregare:& deterioris cladis exiſtat auctor q̃ abſolõ.Noli inqt tardare:ſed ꝑſentẽ ſumẽs exercitũ ꝑiter & ſexcẽtos uiros cũ abyſai germano tuo hoſtes ꝑſequi feſtinato:& ubicũq; reperis ei cõgredere:& feſtina eũ cõpræhẽdere:ne capiẽs munitiſſimas ciuitates certamina nobis:& multos poſſit ſudores inferre.Ioab aũt nullomodo moratus:ſed ſumẽs fratrẽ pariter ac ſexcẽtos uiros:& omnẽ exercitũ q erat in hieroſolymis:ꝑſecutus ẽ eũ omni feſtinatiõe ſeba.Cũq; lucabao uicũ ꝓcul ab hieroſolymis ſtadiis q̃draginta ueniſſet: occurrit ei amaſa cũ nõ multo adhuc exercitu cõgregato.Ioab uero accictus gladio & lorica ueſtitus:ueniẽtẽ ad ſe amaſã ut ſalutaret eũ arte quadã q̃ſi cadere gladiũ de uagia finxit:eũq; ſe de terra colligere:& altera manu ueniẽtẽ ꝓxime amaſa q̃ſi ei oſculũ daturus a barba cõprãhẽſũ:in quo gladiũ uixit in utero:eũq; peremit impiũ nimis & ſceleſtiſſimũ opus efficiẽs:in bono iuuenculo pariter & cognato:& qui nihil ei nocuerat:habẽs ꝓ principatu militiæ :& equalitate honoris inuidiã.Pro hac enĩ cã & abner iteremit:ſed in illo ſcelere occaſiõe dictãte q̃ſi pro uindicta fratris aſahel ueniã habere uidebaẽ:perẽpto aũt amaſa:nullũ fomitẽ excuſatiõis potuit inuenire.Ioab tãto igiẽ perempto duce:triduo ꝑſequebaẽ ſeba:derelíquẽs unũ ad eius corpus q clamaret exercitui quõ amaſa iuſte peréptus eẽt:q uero regi fauerẽt ſequerẽtur ducem ioab:& abyſai eius fratrẽ.Cũq; cadauer illius caderet in uia:& oĩs populus ſup eũ cõflueret:& eũ quadã defũcti miſericordia morarẽtur:& ioab ſequi tardarent:tollens inde cadauer illius cuſtos eius portauit in quendã locũ ab itinere ſegregatum:& illic eum poſitum ueſte cooperuit.Quo facto ioab uniuerſus populus eſt ſecutus . Cũq; perſequeretur ſeba per omnem iſrahelitarum prouinciam quidam indicauit eum in ciuitate munitiſſima abelmacha reſidere . Quo dum ueniſſet ioab obſidebat urbem:uallis undiq; circunductis:militibuſq; iuſſit:ut eius muros omni uirture deponerent.Nam dum eum ciues loci illius ſuſcipere noluiſſent:& ſuper eum crudeliter inſiſterent : tunc quædam mulier caſta ſimul & ſapiens uidens patriam in nouiſſimo periculo conſtitutam:aſcendens in murum:uocauit inter armatos ioab.Quo ueniente:cœpit ad eum huiuſmodi uerba proferre.Quia cum reges & principes deus conſtituiſſet:ut hæbreorum hoſtibus reſiſteretur : & iſrahelitis pacis iura præberentur:tu inquit feſtinas metropolim iſrahelitarum quæ nihil deliquit euertere atq; uaſtare . Tunc ioab orauit alias iurauit ſibi propicium deum fore:& quia non haberet huiuſmodi uoluntatem : nec ullũ de populo uelle occidere:quantomagis tantam perdere ciuitatem:ſed ſi acciperet ab eis rebellem

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS URALES

regis ad pœnā ideſt ſeba filiū Bochri:ab obſeſſiōe exercitū cōtinuo reuocaret. Quod dū audiſſet mulier:ad ioab puulas idutias poſtulabat:ut hoſtis caput de muro repēte ꝓiceret.Quo facto deſcēdit ad ciues eiſq; locuta eſt dicēs:cur uellent peſſime cū filiis & uxoribus deperire propter mā lignum hoiem nec cognitum unde eſſet:quē regem uellent habere pro Dauid:qui eis tanta beneficia cōtuliſſet:& una ciuitas ſtuderet tanto exercitui reſultare? Hoc dicto ſuaſit eis:ut ſebæ caput abſciſum in ioab ꝓiceretur exercitum.Quo facto ioab miſſa tuba:obſeſſionem repente diſſoluit & reuerſus in hieroſolymam:tuis populi princeps militiæ conſtitutus ē. Ordinauit autem rex etiā banaiā ſuper corporis cuſtodes:& ſuper ſexcentos armatos. Adorā aūt fecit ſup tributa:& ſibacha & bachillā ſuper geſtoꝝ cōſcriptores:ſuſam uero ſcribā: ſadoch aūt & abiathar ſacerdotes iſtituit.

Quomodo rex Dauid iuſſit dinumerare populum contra mandatum domini:& de plaga:quæ ſecuta eſt tranſgreſſionem. CAPI. .XII.

IGitur poſt hæc cum fames prouinciam inuaderet:rogauit dominum Dauid:ut populi miſereret:& cauſam ei pariter:& medelam peſtis illius indicaret.Cui prophetæ dicebāt uelle deum ut gabaonite uindicarentur:quos rex ſaul impie interfecerat:& conculcauerat iuſiurandum quod eis ieſus princeps militiæ præbuerat ſenioreſq; firmauerant:& iuſtō quā gabaonite expēterent pro defunctis exhiberetur eis:poſſet propitiari deus: & populus a peſte liberari.Dauid aūtem audiens a prophetis hæc uelle deum:euocatis gabaonitis:eos quid uellent fieri requiſiuit.Illis autem ſeptem de genere ſaul filios ad ſupplicium poſtulantibus: requirit rex dedit eis:parcens tantummodo mēphibos:filio ionathæ. Sumentes gabaonite uiros quos uoluerunt:punierunt eos. Quo facto:cœpit deus repente pluere:& terræ germina ad fructum reuocare:liberauitq; a priore peſte:& ad ubertatem hæbreorum prouinciam hoc facto reſtituit.Igitur non multo poſt tempore:rex Dauid caſtrametatus eſt contra paleſtinos & commiſſo prælio:cum eos uertiſſet in fugam:ſolus perſequendo repertus eſt. Cūq; eſſet fatigatus:quidam hoſtium noīe achimon:filius aſaphat:qui erat de prole ꝓgantum:habebatq; haſtam cuius pondus erat trecentorum ſiclorum:& loricam cōcatenatam & gladium:fecit impetum quaſi regem ſuorum hoſtiū peremptūrus.Erat enī iam labore diſſolutus.Tunc ſubito ſexorſus abyſai frater ioab:& regē a repēntina morte protexit:& hoſtē ꝓiter trucidauit. Quo facto:periculū regis & pene morte grauiter tulit exercitus:eūq; principes cōiurauerūt:ut nequaq; cū eis exiret ad bellū ne ꝓpter fortitudinē atq; fiduciā ſuā aliquid mali paſſus:& bonis quæ ꝓp eū fuerāt ſæpius ꝓbita priuarent:& q̄ eo uiuente adhuc poterant adipiſci. Conuenientibus itaq; paleſtinis in gazam ciuitatem: audiens hoc rex ſuper eos miſit exercitum. Inter quos tunc bellator optimus extitit: & probatiſſime dimicauit. Saboch & heus: qui erat unus fortiſſimorum Dauid. Hic enim multos hoſtium interclusos interemit ex prole alias & prolem gigantum nimis in audacia ſuæ fortitudinis exultantium: alias exultātem: fuitq; uictoriæ huius auctor apud hæbreos.Poſt hanc uero compreſſionem:paleſtini denuo pugnauerunt ſup quos exercitū mittente Dauid:fortis apparuit ephan cognatus eius. Nam contra ſingulos fortiſſimos paleſtinorū ſolus pugnando pemit eos:& alios cōuertit in fugā: quorū etiā multi in prælio ceciderunt.Paruo itaq; tēpore paleſtini quieſcētes:denuo caſtra poſuerunt circa ciuitatē quæ erat nō longe a finibus hæbreorum:eratq; uir iter eos quidā:ꝓceritate ſex cubitoꝝ:habēs etiam digitos in utroq; pede necnō & manu:uno pluſq; ſolet natura cōcedere:hoc eſt ſenos.Contra quē de exercitu Dauid ionathas filius ſammaa pugnans deuicit:pulſiſq; hoſtibus de ciuitate:totius uictoriæ auctor effectus:maximæ gloriæ culmē accepit. Nam & ille paleſtinus gloriabatur ſe de prole gigantū exiſtere.Poſtq̄ pugnā nequaq̄ contra iſrahelitas habuere certamia. Expeditus itaq; Dauid a præliis & piculis:cū pace iā altiſſima fruereť:cātica in deū:hymnoſq; uario metro cōpoſuit:alios quidē trimetros:alios quidē quinq; metros:diuerſaq; faciens organa:docuit:ut leuite ſecundū eā deo hymnos ediceret per ſabbatoꝝ diē aliaſq; feſtiuitates.Organorum aūt ſpecies huiuſmodi ē.Canora cithara quidē decē chordis coaptata:& hæc cū plectro ꝓcutiť:nabla uero duodecim ſonos habēs digitis tangiť.Erant & cimbala erea:& grādia & lata.Et de his q̄ dicta ſunt ſufficiant:ne oīno horum organoꝝ natura neſciat. Circa regē igiť erant oēs ualde fortiſſimi quoꝝ inſigniores & actiōibus clari:octo & uiginti fuerunt.Horum enī quiq; tantū opera narrabo:ꝑ quos etiā uirtutes alioꝝ poterunt indicari. Erant ſic enī ualidi:ut prouinciā regerēt:& gētibus præualerēt.Primus itaq; euſebius filius achame qui aciē hoſtiū frequēter irrūpēs:nequaq̄ pugnando ceſſauit:donec ex eis nongentos occideret. Poſt hunc erat eleazar filius dodi:qui cum rege fuerat in ſarpha.Hic aliquando iſrahelitis formidātibus paleſtinoꝝ exercitū:& ab hoc fugiētibus ſolus reſtitit:irruēſq; ſup hoſtes:occidit eorum multos:ita ut ſanguine occiſoꝝ:gladius eius hereret dextræ.Et cū paleſtinos tūc iſrahelite uiderent in fugā eē cōuerſos:deſcendētes de montibus ꝓſecuti ſunt eos:& mirabilis ac famoſiſſima uictoria tunc ꝓuenit:cū eleazar tantos interfeciſſet hoſtes:eoſq; iſrahelite perſequerentur:& ſumerent ſpolia iteremptoꝝ.Tertius autem filiis heli: noie ſemeias. Et enī in paleſtinoꝝ certamibus:dū in locū qui diciť maxilla acie poſuiſſēt:& rurſus hæbrei metuētes eoꝝ exercitū refugerēt:ſolus eoꝝ acie exercitūq; portauit:quorum alios quidem ꝓſtrauit:alios aūt nō ferētes eius uim & fortitudinē ꝓſecutus eſt conuerſos in fugā.Hæc igiť

opera manuū ac prælioru tres iſti demōſtrauerunt.Quo tēpore rex cū eſſet in hieroſolymis:paleſtinoꝝ ad bellandū ſupuenit exercitus. Tunc Dauid quidē in arcē ciuitatis aſcendit ſicut prædiximus:ut de bello cōſuleret deū: caſtra uero inimicoꝝ erāt in ualle fixa uſq; ad ciuitatē bethleem: quæ ab hieroſolymis procul eſt ſtadiis uiginti.Dauid itaq; ſotiis ait.Bonā aquā habemus in regiōe mea.Et præcipue laudabat eā:quæ erat in puteo iuxta portā:mirabaturq; ſi eſſet qui ex eo poculū ei præberet qđ magis optaret:quā ſiquis ei magnā pecuniā ad tempus præſens offerret.Et hæc cū audiſſent iſti tres uiri:mox occurrentes:& per medium hoſtium iter facientes:uenerūt ad bethleē: & haurientes aquā:denuo ad regē ꝑ eoꝝ caſtra reuerſi ſunt: ita ut paleſtini eoꝝ fiduciam & magnanimitatem obſtupeſcentes:quia ſic pauci eos conténerent:a dimicatione ceſſarent.Delatā itaq; aquā noluit bibere rex:quaſi de periculo & ſanguine hominū ſibi fuiſſet aduecta:& propterea non eēt bibēda:libauitq; eā deo & de ſalute gratias egit uiroꝝ. Poſt iſtos aūt fuit frater ioab abyſai. Is enī una die hoſtiū nōgētos occidit.Quitus fuit banaias genere ſacerdos q̄ ꝓuocatus a uiris iſignibus in moabitide regiōe ſua eos uirtute iterfecit.Rurſus aūt cū uir ægyptius genere:ꝓceritate mirabilis eū ꝓuocaſſet:nudus armatū ipſius iaculo ꝓſtrauit ac ꝑdidit:nā auferēs eius iaculū:& uinū adhuc pugnātēq; ſpoliās:armis eū ꝓpriis iteremit. Annumereť aūt & hoc ꝑdictis eius actionibus aut tanq̄ primum magnanimorum eius operum:aut quaſi non diſpar. Quadam tempeſtate cū nigeret in puteū lapſus icidit leo.Et cū os putei eſſet anguſtum:latebat abſcōſus ne appareret:erat eī ipſū orificū niue dānatū.Nullum ergo egreſſum leo uidēs:nec ſalutis exitū rugiebat. Banaias aūt audiēs beſtiā ꝓclamantē:dum iter tunc ageret:accedens ad puteum in eo deſcendit:& baculo quē portabat in manu beſtiā repēte ꝓſtrauit.Tales igitur uirtute fuerūt:& reliqui numero trigitatres.

Rex Dauid fœliciter uiuens in regno ſalomoni filio mandauit de edificatione templi & quantam materiā ei auri & argenti lapidumq; prætioſorū ꝑparauerit ad templi edificiū. CAPI. .XIII.

REx aūt Dauid uolens agnoſcere:quot eēnt milia populi totius: eſt oblitus moniti moſaici:quo prædictum fuerat:ut ſi dinumeraretur populus: pro uniuſcuiuſq; capite deo ſiclus præberetur.Præcepit ergo ioab principi militiæ:ut pergens uniuerſum dinumeraret exercitū.Quo dicente:non eē neceſſe hoc:nō qeuit:ſed iuſſit numerum hæbreoꝝ inſigniter adipleri.Ioab uero ſumens tribunos & ſcribas:& pagrās iſrahelitaꝝ prouiciam:cōſiderataq; multitudine ēnta eēt hieroſolymā remeauit ad regem:poſt menſes nouem & uiginti dies obtuliteq; numerum regi:abſq; tribu beniamin:hanc enim dinumerare nō poterat:neq; tribum leui. Pœnituit aūt Dauid q̄ dinumeraſſet populum:eo q̄ deliquiſſet ī deum.Fuit ergo aliorū iſrahelitarum numerus nongenta milia uiroꝝ arma ferentiū:& militiam exercere ualentiū: iudæ uero tribus per ſe ſolam habuit.xl.milia.Prophetis itaq; declarātibus Dauid:quia deus ei iraſceret:ſupplicare cœpit eūq; rogare:ut propicius eēt:& uenīā peccato concederet. Tunc gad prophetā miſit ad eum deus: tres ſupplicii conditiones portantē:ut eaꝝ quam probaret eligeret:utrum uellet famē in prouincia generari annis ſeptem:an tribus menſibus pugnādo uinceretur ab hoſtibus:an certe morbus & lāgor accederet tribus diebus hæbreis:ille uero in anxietatē huius electiōis oīum rerū peſſimaꝝ incurrens tribulabatur:& uehementer animo uidebatur eſſe cōfuſus. Cūq; propheta diceret:hoc oī modis īminere:& reſponſum uelociter exigeret: ut electā ab eo conditionem deo renunciaret:cogitans rex:quia ſi famā eligeret:cōtra alios hoc facere uideret:quando ipſe quidē habens multa frumenta non pateretur inopiā: reliquis uero eēt anguſtia:item ſi eligeret triū menſiū uictoriam hoſtium:ipſe quidē habens circa ſe uiros fortiſſimos: & cuſtodes:nihil oīno metueret: neci uero eius exercitus ſubiaceret:inter hæc aūt cōem potius paſſionē: & regum & ſubiectorum elegit:in qua timor oībus eſt equalis:dicens quia multo melius eſt in dei magiſq; in hoſtium manus incidere.Hæc audiens propheta:renūciauit domino.Qui morbū & interitum miſit in exercitum hæbreoꝝ.Moriebantur enī non uno modo: ut facile languor potuiſſet agnoſci:ſed mors qdem inerat multis languoꝝ occiſionibus:& quia nō poſſent cognoſci:facile peribant. Alius ergo ſuper aliū moriebať:& latenter īminens malū uelociter ferebat interitū. Alii ſiquidem repēte cum uehemētibus doloribus:& amaro gemitu aīam relinquebant:alii uero ipſis paſſionibus marciſcebant:ita ut neq; curā exhibere corporibus ꝑualerēt:ſed præ labore deficerēt:alii aūt repētinis e tenebris eoꝝ conatus abripiētibus ſuffocati:ꝓtinus expirabāt:alii ſuper mortuos quos ſepeliebant ipſi quoq; moriebantur:imperfectas relinquentes pariter ſepulturas Incipiente itaq; peſtifero languore eos ab hora matutina perimere:uſq; ad horam prandii conſumpta ſunt milia ſeptuaginta. Extenditq; angelus manum ad hieroſolymam:ut etiā illic peſtem languoris inferret. Rex autem ſacco amictus ſedebat in terra:rogans deum & ſupplicans:ut morientium leuigaretur interitus. Tunc reſpiciens interea:& uidens angelum euaginato gladio in hieroſolymam properantem: clamauit ad dominum dicens: iuſtum eſſe ut ipſe puniretur: qui paſtor erat:& greges quæ nihil deliquerant ſeruarentur:& ipſe poſcebat iram dei conuerti in ſe:& in generationē ꝓpriā potius prouenire ſupplicium:ut innoxio populo parceretur. Exaudiens uero deus eius preces: ceſſare fecit interitum: & mittens gad prophetam: præcepit ut ad aream iebuſei orna repente conſcenderet: edificans illic altare:ut hoſtias immolaret.Audiens hoc Dauid nō ſiluit:ſed mox in locū ubi præ-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS VALES

ceptum fuerat properauit.Orna uero terebat frumentum.Cũq; uidisset regem & omnes eius pueros uenientes:occurrit ad eum:& adorauit:erat enim genere quidem iebuseus: Dauid autem præcipuus amicus:& propterea ei nihil mali fecit: quãdo ciuitatem sicut prædiximus deuastauit.Cũq; orna interrogaret cur dominus uenisset ad famulum suum:dixit:ut aream compararet ab eo:quatenus altare in ea constituens domino hostias immolaret. Qui & aream dixit & aratri boues ad holocausta se præbiturum & deum oraturum:ut sacrificium grate susciperet.Rex autem eius qui dem simplicitatem & magnanimitatem diligere se professus est:munusq; susciperе:præcium uero eum rerum omnium accipere postulabat:dicens non esse iustum:gratis sacrificia celebrare.Dicente autem orna:ut cum uellet efficeret:quinquaginta aream syclis ab eo comparauit:& edificato altari sacrificia fecit:& holocausta celebrauit:& hostias pacificas immolabat:quibus placatus dominus:& denuo propitius est effectus.In illo siquidem loco aliquando contigerat offerre Abraam suum filium Ysaac:quando cum iam paratus esset occidere filium::& in holocaustum exhibere:ex improuiso aries apparuit & altare circunstetit:quẽ Abraã pro filio sicut prædiximus imolauit.Videns aũt rex Dauid orationem suam exauditam a deo:& sacrificium grate susceptum:decreuit ut ille locus area potius populi uocaretur:quam uocem nimirum oportune iam tunc pro templo illic deo edificando præmisit.Deus enim misit ad eum prophetam dicens:templum illic eius filium esse facturum:qui esset ei successurus in regnum.

Quõ rex Dauid senex factus & frigidus:p adolescẽtulã uirginẽ noie abisag calefactus est & de adonia filio Dauid q usurpauit sibi iperiũ:& quoniã salomõ unctus ẽ in regẽ iubẽte Dauid patre eius:cui rursus mãdauit edificationẽ tẽpli:dãs ei descriptionẽ & cõstitutionẽ edificii.CAPI. XIIII.

POst hanc itaq; prophetiã iussit rex numerari colonos:& inuenti sunt:centũ & octoginta milia.Ex his istituit lapidũ cesores octoginta milia.Aliã uero multitudinẽ ut lapides ueherẽt deputauit:ex q̃bus tria milia quigẽtos laborãtibus p̃posuit.Præpauit aũt ferrũ & es ad opa:& ligna cedria ualde ꝓcera:hæc mittẽtibus sydõiis : q̃bus mãdauerat:ut ei hãc materiã ministrarẽt.Amicis uero suis dicebat:hæc se tũc gerere ut regnaturo post se filio p̃parata materiã ad opus fabricæ dereliqueret:& nõ tũc cũ eẽt nouus & iexptus p̃ ætatẽ circa talia laboraret:sed hẽns hæc p̃parata:citius opus ipleret.Vocãs aũt filiũ salomonẽ p̃cepit ei ut succedens in regnũ:tẽplũ edificaret deo dicẽs:qa eũ uolentẽ hoc facere ꝓhibuisset deus bellis & hũano sanguine sordidatũ:& prædixisset:quia salomon iunior filius eius ædificaret templum:& quia ut hoc nomine uocaretur:non ipse tanq̃ pater prospexisset sed deus : & promisisset prouinciam hæbreorum eius tempore fore fœlicem:& nõ solũ in aliis bonis & pacẽ qđ ẽ oĩum ualde præcipuũ:sed & bellorũ atq; seditionũ intestinarũ:futurã maxiam libertatem.Tu igitur inquit quõ & ante natiuitatem a deo rex fore monstratus es:nitere etiã in aliis eius prouidentiæ dignus esse : & pius existere: simul & iustus & fortis:mandata quoq; eius & leges quas nobis per moysen tradidit:& tu serua & alios nequaq̃ præuaricare permittas.Templum aũt qđ te regnãte sibi præcepit fieri:deo reddere festinato:nõ pauescas magnitudinem operis nec labore terrearis: cuncta nãq; tibi ante meum obitũ præparabo.Scito siquidem auri talenta iam collecti decẽ milia:argenti uero cẽtum milia talẽtorũ: ferri uero & eris pondus quod & numerũ posset excedere præparaui:lignorũ & lapidũ maxiam copiam.Habes autem super hæc & qui lapides possint cedere:& fabricas instruere milia multa uirorum:& siquid his defuerit:adiicere non morieris.Esto igitur optimus gubernator:deũ habendo patronum.Præcepit autem principibus populi quos fabricare præceperat filium adiuuare:& bonis omnibus abundantes:circa dei uacare religionem dicens pro his fruituros pace simul & equitate quæ deus iustis:& piis omnibus consuetus est repensare.Edificato siquidem templo arcam eũ præcepit illic & sancta uasa recondere dicens:eo q̃ ante multum tempus hoc templum habere deberent:nisi patres nostri deo inobedientes fuissent:cum deus utiq; sibi templum postq̃ hanc terram obtinuerunt edificare præcepit.Hæc itaq; ad principes suos Dauid & ad filiũ suũ est locutus.

Rex Dauid sciẽs se morituꝝ:& uocãs filiũ suũ salomonẽ:plenius instruxit eum de obseruatiõe mãdatorũ dei:& de his quos nouerat pœna dignos:post hoc mortuus ẽ & sepultus a filio suo salomõe:& multæ diuitiæ cũ eo sunt reconditæ.

CAPI .XV.

licitate prædixerat:ſed crederēt hæc ſplenda ex his quæ fuerant iā trāſacta.Cūq; hæc dixiſſet ad populū expanſis manibus ait.Operibus quidē impoſſibile eſt:ut ualeāt homines pro his q̄ meruerūt deo munera debita cōpenſare:diuinitas enī nullius eget:& oīum rerum compenſatione ſuperior ē. In quo enim aliis animalibus per te domine meliores ſumus effecti : in eo tuam benedicimus maieſtatem:& pro his quæ ſtirpi noſtræ præbuiſti pius:neceſſārium eſt gratias agere populū hæbreorum.Nullum enī alī ū magis optamus habere propiciū:& in eo tuā circa nos deuotionē cognoſcimus per munera:quia per te eſt nobis uox quā ex aere habemus : & per eum iteꝝ nouimus aſcendentem.Per hanc ergo gratias tibi referimus primitus de hōc templo:quod ex inuiſibili ad tantā gloriā prouexiſti:deinde pro meipſo cui omnia uſq; ad præſentem diē ſicut a te prædicta ſunt cōdonaſti.Supplico ergo de cætero : ut mihi miniſtres:quæcūq; deum hominibus honoratis præbere poſſibile eſt:& noſtram domum omnibus bouis adauges:ſicut Dauid meo patri & uiuenti:& circa obitum promiſiſti:& quomodo apud nos manebit regnum genus illius infinitis regnum ſucceſſionibus adhonorabis.Hæc ergo nobis largire ſufficienter:meiſq; filius uirtutē quæ tibi ſit grata concede.Super hæc aūt & oro:ut pars aliqua tui ſpiritus hoc templū inhabitet : quatenus & in terra circa nos eſſe uideris.Tibi ſiquidem habitatio peruula eſt etiam omne cælum & alpheus qui ſub eo eſt omnium exiſtentiū:non dicā hoc peruiſſimū templum : q̄ precor ut cuſtodias ab omni uaſtatione bellorū:& tanq̄ proprie poſſeſſiōi feras auxiliū . Supplico p̄terea:ut ſi peccauerit populus aliquādo:deſide plaga quædam peſſima peccatis digna a te terris illata;aut ſterilitas:aut corruptio: aut fames:aut huiuſmodi paſſio quam iuſte tranſgreſſoribus ſoles iferre prouenerit:& cōgregatus ad hoc cōfugerit tēplum rogādo te:ut a peſte ſaluetur:exaudibilis eis effectus uelut intus habitās miſericordiam præbeas : & a malo ſuæ calamitatis euellas.Hoc auxilium non hæbreis ſolummodo a te rogo cōferri peccantibus:ſed etiam totius terræ finibus : qui dum aduenerint:aut de quolibet loco & pro aliquo bono preces effuderint:exaudi clemens & poſtulata concede . Sic enī oēs agnoſcent:q; tu quidem ipſe a nobis tibi domum fieri uoluiſti.Nos autem non inhumani naturaliter ſumus quādo non eos qui contribuli non ſunt extraneos iudicamus:ſed communiter omnibus tuum adiutorium & bonorum effectum adeſſe ſuppliciter exoramus . Hæc dicens proſtratus in terra:& deuotius adorans deum:poſt iſta ſurrexit:& in templo obtulit hoſtias : & replens illud ſacrificiis:manifeſte deum uidit ſacrificium grate ſuſcipientem:ignis enim ex aere deſcendens omnibus uidentibus ad altare:hoſtias totas abripuit & abſūmpſit. Hac igitur apparitione monſtrata: populus quidem manifeſtationem hanc eſſe diuinæ habitatiōis in tēplo coniitiēs:procidens adorauit in terra.Rex aūt cœpit benedicere deū:cunctoſq; ut hoc facerent adhortari:habētes iam circa ſe diuini fauoris inditium:utq; orarent ſemper ſibi ab illo talia prouenire : & ut mentem ſuam puram ab omni malicia conſeruarent ad iuſticiam diuinam q̄ culturam:ad ſeruāda mandata quæ per moyſen eis clementia diuina cōtulerat:quia ſic foret fœlix gens hæbreorum:& totius generis humani beatior:roga batq; pariter:ut memoriam haberent:quemadmodū bona præſentia conquiſſent:eaq; firmiter obtinerent:& maiora & ampliora decætero ſuſtinerent:non enī percepta hæc ſolūmodo propter pietatem atq; iuſticiam:ſed etiā obtinenda per hæc præmia curarēt:q; eēt apud homines præcipuum non tantū aliquid conquirere:quantū acq̄ſita ſeruare:& nihil pro eoꝝ amiſſione delinquere.Hæc ergo locutus ad populū dimiſit eccleſiam:cum ſacrificia celebraſſet pro ſe: & uniuerſis hæbreis ideſt uitulos quidem.xxii.milia:oues cētum.xx.milia.Tunc enim primum in templo ſacrificia celebrata ſunt:& in eo epulati ſunt omnes hæbrei cum uxoribus ſuis & filiis inſuper etiam & feſtiuitatem quæ uocatur ſcenophegia faciens ante templum clare nimis & magnifice diebus quatuordecim rex cum omni populo pariter epu'atus eſt.Cūq; hæc fuiſſent ſufficienter exhibita:nihilq; deeſſet circa pietatis diuinæ culturam:dimittente rege : ſinguli ad propria remearunt:agentes gratias regi propter prouidentiam quam habuiſſet:& opera quæ feciſſet:& orātes deū:ut eis regē præberet lōgeuo tēpore ſalomonē.Agebāt reuertentes cū gaudio ſuū iter & cū delectatiōe hymnos decātātes:ita:ut cū ea iocūditate ſine labore ad p̄pria remearent.Sic itaq; dū arcā deduxiſſēt in tēplū:eiuſq; magnitudinem pulchritudinēq; uidiſſent ſacrificiis maximis & feſtiuitatibus impertitam : ad ſuas ciuitates ſinguli ſunt regreſſi . Apparuit igitur regi per ſomnium deus: ſignificans q̄ eius exaudiſſet orationes : & quia conſeruaret templum:& in eo ſemper habitaret:nepotibus ſcilicet eius:& omni multitudine faciente iuſticiam : ipſumq; primum ſi in patris ſui monitis permaneret: ad excellentiam & fœlicitatis infinitum cum plurima ſecuritate aſſeruit uehendum:& regnaturos ſemper in ea prouincia ex eius genere principes:& de tribu iuda:ſi uero mandata contemneret :obliuioniq; mandaret : & peregrinos imitatus coleret deos eſſet radicitus abſcidendus:& neq; reliquias ex eius genere remanſuras:ſed neq; in iſrahel ulterius nominandas: populumq; terram quam patribus eorum dederat multis iuſtificationibus eſſe priuandum:multiſq; bellis & malis exterminandum:& a terra quam eorum patribus præbuit eiiciendos:incolaſq; alienæ terræ eſſe futuros : templum quoq; edificatum incendendum diripiendum ab inimicis ſed & ciuitatem hoſtium manibus ſubuertendam :& eorum erumnas ſe facturum fabularum relatione digniſſimas:propter multitudinem nimiæ infœlicitatis : & incredulitatis:ita ut uicini eo-

rum audientes mirarentur calamitates:sed & causas inquirentes pro quibus ita hæbrei odio haberentur a deo:qui primitus ab eo fuerant ad tantæ gloriæ atq; diuitiarum culmẽ euecti:ab his a quibus requirebant:audirẽt:quia pro peccatis & præuaricationibus legum paternaꝝ talia pertulissẽt. Hæc enim ei per somnium deum dixisse cõscriptum est. Post tẽpli uero fabricam:quã septem annis prædiximus fuisse perfectam:edificium domum regalium construere cœpit:quod tredeci annis uix impleuit.Non enim huiusmodi ei erat feruens studium sicut in templo. Sed illud quidem licet esset grande & operatione mirabile:& cũctis simul inopinabile:cooperante deo cui fiebat:terminum prædictis annis accepit:regiæ uero domus multum templi dignitate minores erant:cum neq; materia tanto tempore aut largitatis fuisset opulentia præparata:& eo ꝙ regum habitatio & non esset dei futura:tardius est effecta.Hæc quidem secundum fœlicitatẽ hæbraicæ religionis & merito regis edificata sunt:quorum totam expositionem & ordinem dicere necessarium est:ut et hoc omẽs cõitiant magnitudinem:ut cum legentes uiderit huius rei descriptionem.Erat magna basilica nimis & pulchra:hæcq; innumera columnarum multitudine portabatur.Quam ad iudicia rerumq; cognitiones distribuit:ut posset capere populi magnitudinem ad iudicia uenientem: Cuius longitudinis magnitudo erat cubitoꝝ centũ:latitudinis quinquaginta:altitudinis triginta: colũnas quoq; q̃drãgulatas oẽs habebat:tegebaturq; cedro ope corithio:phyalis eq̃libus:& sculis arte mira celatis:eratq; robusta:& uariis decoribus exornata.Item alia erat basilica in medio totius amplitudis cõstituta:habẽs latitudinẽ cubitoꝝ.xxx.& cõtra tẽplũ ualidis colũnis extẽsũ:eratq; in ea soliũ ualde decoꝝ:in quo sedẽs rex iudicia proferebat.Huic erat uicta alia quoq; regione basilica & reliqua habitacula & sedilia:ubi post causas explicitas residebat:strata omnia tabulis cedrinis.Et alia q̃de edificauit ex marmoribus.x.cubitorum:alia uero tabulis uestita sectilibus & preciosissimis exornauit secũdum de cuius templorum:& miraculũ habitationũ regalium:cuius pulchritudo tribus ordinibus opere intexta assyrio. Quarta pars celaturis ornata : miraculum ambi uidentibus offerebat:erãtq; illic sculptæ arbores & uniuersa poma quasi ramis & ex eis pendentibus foliis obumbrata:ita ut propter miraculũ subtilitatis agitari quodammodo putarent:alia uero pars dealbata erat:& uariis picta coloribus. Edificauit aũt sup hæc domus alias epulaꝝ & porticus ualde protensas in domo regali positas:inter quas unã fecit oĩno præclaram ad regum conuiuia necessariam:& undiq; deauratam:necnon & alia uasa quæcũq; sunt epulis oportuna : omnia fecit ex auro.Difficile itaq; est numerare magnitudinem & uarietatem domum aulariq; regalium: quanta erant maxima : & quanta horum inferiora : & quanta sub terra quæ uideri non poterant: necnõ & pulchritudinẽ solarioꝝ & uiridarioꝝ q̃ erãt facta delectabiliter ad aspectum:quo exusta corpora possẽt ab estus ardore refugere. Et ut breuiter dicã:totã regiã domũ ex albo lapide & cedro: & auro:& argento splendide nimis & opulentissime istruxit:cameras & parietes uestiẽs auro:quõ dei tẽplũ resplẽdẽtes exhibuit.Fecit etiã ex ebore soliũ magnitudine nimis eximiũ : atq; celatũ scemate tribunalis:habebatq; sex gradus:& in singulis eorum ex utraq; pte duo leones stabãt:& in superioribus gradibus alii totidẽ in reclinatiõe uero manus erãt portãtes regẽ:eratq; ipsa reclinatio in uitulo respiciente posttergũ:& ex omni pte tribunal auro circũdatũ.Hæc salomõ uiginti annis edificauit.Cui multũ auꝝ & agentum rex yram ad edificiũ contulit:insuper & ligna cedrina & cypressina:quẽ salomon magnis quoq; cõpẽsatiõibus redonauit:mittẽs ei per annos singulos triticũ:uinũ & oleũ:quibus maxime rebus eo ꝙ habitaret in insula sicut diximus indigebat.Ad hæc aũt & ciuitates galileæ regiõis uiginti nũero ei nõ ꝑcul a tyro positas condonauit.Quas dũ circuisset atq; cõsiderasset dispicuissetq; ei donũ:mittẽs ad salomonẽ dixit se ciuitatibus nõ egere:& ex tunc hæ appellatæ sunt terra gabalon:& enim interpretatum linguã phœnica:displicere significat.Misit itaq; prædictus rex yram ad regem salomonem rogans eum : ut quædam sosphismata & uerba perabolarum quæ ei dixerat aperiret:& questionum difficultates absolueret . Qui cum esset astutior & intelligens:nihil hoꝝ ignorans:sed in omnibus ratione præualens:& eorum causas agnoscens:omnes obscuritates eoꝝ perduxit ad lumen.Meminit autem hoꝝ duoꝝ & menãder qui et phœnica lingua antiquitates sydoniorum in uocem conuertit belladicam ita dicens.Moriente autem abybalo successit in eius regnum filius eius yram:qui dum uixisset annis quinquaginta tribus regnauit trigintaquatuor.Hic effodit amplum terræ spacium:& auream columnam quæ in iouis templo dicauit:insuper & lignorum materiam a monte sybano incidit ad tecta templorum & destruẽs antiqua sacraria:templum edificauit herculi & astarte:& primum herculis hoc erexit mense pyrtio:& contra eucheos tributa non reddentes egit exercitum: eisq; sibi subditis denuo remeauit.

Huius temporibus erat abdemonis filius iuuenculus qui semper propositionis quas imperasset rex hierosolymorum regi yram soluebat. Meminit illius etiam dyon historiographus ita dicens. Ab ybalo moriente filius eius yram regnauit. Hic partem ciuitatis positam ad orientem diruit & maiorem urbem effecit:& olimpii iouis templum destruens:medium locum ciuitati coniunxit & aureis anethimatibus exornauit:ascendensq; in montem lybanum siluam maximam ad sacros secuit edificia. Et adiecit hæc:regem hierosolymorum salomonem misisse ad iram tyri regem : figuras quasdam:& petisse ab eo solutionem ita:ut si non posset discernere:soluenti pecunias daret

Cũq; fateretur yram non posse se illa dissoluere:foretq; multa pecuniaꝝ detrimẽta passurus:per abdimũ quendã tyrium quæ proposita fuerant soluta sunt : & alia ab eo proposita quæ si salomon non solueret:yrã regi pecunias multas daret. Et hæc qui dem dyon sic dixit. Cũq; rex salomon uideret muros pro munimine turribus indigere aliaq; tutione:nam secundũ ciuitatis meritũ oportebat etiã copiosam firmitatem esse murorum:hæc efficit: & turribus ciuitatem præcipuis ualde circũdedit.Construxit aũt ciuitates: inter præcipuas urbes annumerandas:asor:& magedon:& tertiam zazarum.Quæ cũ fuisset in regione palestinoꝝ:pharao rex ægypti castrametatus:& obsidẽs eam cœpit:& omnes eius habitatores occidit eamq; subuertit:deditq; eam postea dono suæ filiæ salomõis uxori.Quapropter edificauit eã rex:cũ eẽt natura munita : & ad bella temporũq; motus utiliter oportuna.Non ꝓcul ab hac duas alias edificauit urbes:quaꝝ altera bitchora:altera uocabatur balech.Vltra has aũt fecit & ad alias ad uoluptatẽ & epulas oportunas:& reꝝ tẽperamẽtis:pomorumq; fertilitate:& aquaꝝ frigidissimaꝝ poculis abundãtes.Pergens uero & in desertũ supioris syriæ:eãq; capiẽs:cõstituit ibi maximã ciuitatẽ duoꝝ dieꝝ itinere a syria supiore distãtẽ:ab euphrate uero unius:& a maxia babylõe sex mãsiõibus ꝓcul extãtẽ. Vt aũt hæc ciuitas a ptibus hitabilibus syriæ ita distaret:hæc cã est:eo ꝙ in iseriori terra aq̃ nusq̃ iuenitur:in illo aũt loco solũmõ fõtes & putei nimis abũdẽt.Hãc itaq; edificãs ciuitatẽ:& muris eminẽtibus eã circũtegẽs thadamur appellauit:& hactenus apud syros ita dicebatur:quã græci palmirã uocãt.Hæc itaq; salomõ illo tẽpore rex agebat.Propter eos aũt q̃ quærũt:quõ omẽs ægyptioꝝ reges a mineo q̃ mẽphis edificauit : & ante multos annos fuit quã noster ꝓgenitor Abraã : dum inter hæc usq; ad salomonẽ mille & triginta anni transierunt pharaones uocati sũt a quodam rege pharaone:qui post priores his tẽporibus imperauit:pharaonũ uocabulum assumentes explanare hoc necessarium iudicaui:ut & caliginem eoꝝ ignorationis auferam:& causam huius nominis declarare contendam.Pharaonis nomen secũdum ægyptios significat regem.Reor autem eos ab infãtia quidẽ aliis nominibus appellatos:uenientes uero ad regnum hoc ꝙ lingua patria significaret imperium eos fuisse participatos. Nam & alexandriæ reges cum primitus aliis nominibus uocarentur:uenientes ad regnum uocati sũt ptolæmei:& romanoꝝ imperatores a natiuitate aliis uocati nominibus cæsares appellantur:cũ potestas & principatus eis nomen imponat:& non hisdem ꝑmaneant appellationibus : quas a genitoribus susceperunt. Puto siquidem & herodotum alicarnaseum propterea : post mineum qui memphim edificauit dixisse tricentos triginta fuisse reges ægyptiorum : nequaq̃ eorum nomina declarasse : quia pharao omnes communiter uocabantur . Nam post horum obitum regnantis mulieris uocabulum posuit nomine nicaulam eam uocitatem fuisse declarans : quia masculi quidem reges pharao appellationem habere poterant:fœminæ uero nequaq̃ & propterea naturale huius nomen dixit.Ego autem & in libris nostræ prouinciæ alias legis repperi : quia post pharao socerum salomonis nullus rex ægyptiorum hoc uocabulo nuncupatus est:& quia postea uenit ad salomonem mulier quam prædixi ægypti ethiopiæq; regina:de qua non post multa denuo referemus. Horum ideo nunc memini:ut ostenderem:quia nostri libri & ægyptiorum de multis rebus cõcordare noscuntur.Rex itaq; salomon chananeos qui in monte libano morabantur usq; ad ciuitatem amathi non obedientes subdidit: & tributa eis imposuit : ut ei ministrarent ac seruile opus efficerent : & agriculturam exhiberent.Ex his quosdam annis singulis eligebat : quia nullus tunc seruiebat hæbreorum. Non enim erat rationabile:ut cum deus eis multa milia gentium subdidisset : & ex his oporteret eos habere seruitia : ipsi in hoc scemate permanerent : quando omnes armati equis & curribus militabant potius quam seruitia peragebant.Chananeis autem quos ad sua ministeria tulerat:constituit principes quingentos & quinquaginta:qui super eos omnem a rege potestatem ꝑceperant:ut eos docerent opera seu negocia:in quibus necessarii esse uiderentur . Fecit autem rex etiam:multas naues in sinu ægyptiaco maris rubri:in quodam loco qui asyon gaber appellatur:non procul a ciuitate hellena:quæ nunc beronica uocatur. Hæc enim regio fuit primitus iudæorum . Habuit uero ad edificandas naues beneficia regis yram.Ipse nanq; multos uiros gubernatores : & in marinis rebus edoctos misit:quos iussit nauigare cum dispensatoribus suis ad locum qui olim ophyra:nunc terra aurea nuncupatur:est autem in india : ut aurum deferrent:& colligentes quadringenta talenta:ad regem denuo sunt reuersi.Igitur reginam ægypti & ethiopiæ sapientia plenã: & aliis ualde mirandam audientem crebro salomonis uirtutem atq; prudentiam:& habentem desiderium eius multum:& eorum quæ illi de rege quotidie dicebantur:ad semetipsum adduxit : ut experimento & non auditu potius satisfacere potuisset:quando opinio mendax sæpius inuenitur: & proferentis narratione suscipitur.Cum ergo ad eum uenire uoluisset:ut in præsenti sapiẽtiæ eius experimenta perciperet:studuit etiam quæstiones proferre:& earum solutione exigere. Venit ergo hierosolymam cum magnã gloria:& apparatu multo diuitiarum:cum auro & aromatibus & lapidibus preciosis:eamq; rex grate suscepit:& circa eam in omnibus extitit ualde largissimus:& propositiones sophismatum intellectu suo cito concipiens:uelocius quam seperari poterat exoluebat. Cuius illa sapientiam ita se transcendentem & potiorem quam audiebat agnoscens : uehementer obstupescebat:& maxime culmina regalia mirabatur:eorumq; pulchritudine mira:& magnitudi-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

delectabatur egregia: nihilominus & disposítione uaria fabricarum:in qua multam regis prudentiam astutiamq; cernebat: plus tamen eam obstupescere faciebat domus:quæ silua lybani uocabat: & quotidianæ opulétia cœnæ:& apparatus eius & ministeriũ & uestes mistrantiũ:eorumq; decens circa suũ officiũ disciplina:pcipue tamẽ sacrificia quæ quotidie deo celebrabantur : & sacerdotum circa hæc necnon maxima diligentia leuitarum.Hæc uidens diebus omnibus nimis admirabatur . Et cum non posset tacere miracula quæ uidebat uerbis uoluntaté sui cordis aperuit dicens ad regẽ qbus suã mentẽ uictã esse monstrabat.Cuncta inqt o rex quæ p auditũ ueniũt ad notitiã:cũ q̃dã icredulitate seu dubitatiõe suscipiunt:tuæ uero bonæ q̃ & ipse in te possides: hoc est sapientiã & prudentiã:& q̃ tibi pstant ex regno:non ẽ médax fama:sed uera:licet multo mior q̃ in præsenti cõspicio.Nã opinio auribus qdẽ aliqd suadere nitit:dignitas uero regæ nõlita fieri nota:sicut aspectu & ipsa præsentia cõprobatur. Ego siquidẽ neq; his q̃ núciabátur pp multitudiné & magnitudinem credés:multo potiora cõspexi:& beatú dico populũ hæbreoræ seruosq; tuos piter & amicos:q quotidie tuo uultu fruunt:& sapientiã audire ꝓmerent . Qui etiã nõ benedicat deũ: sic hãc diligenté ꝓuiciã & eius habitatores:ut te ad regni culmẽ eueheret. Ostédés ãt post uerba hæc quẽ admodũ eius regis habuisset effectum:etiam muneribus aperuit suæ mentis iudicium alias indicium . Viginti nanq; auri talenta regi dedit:& aromatum innumeram multitudinem:& lapides præciosos.Dicunt autem:quia & radicem balsami quã hactenus fert nostra prouincia:ipsa dederit regi.Cui etiam e diuerso salomon bona multa donauit:& maxime quæ ipsa desideranter eligeret: nihilq; fuit quod postulanti nõ præberet:pronius dabat quæ illa petierat:quã quæ ipse magis offerret:eamq; suæ largitatis munere præcurrebat.Regina itaq; ægyptiorum & ethiopiæ dãs:& rursum dona recipiens quæ prædiximus:ad propria remeauit.Eodem tempore dilati sunt regi a terra quæ uocatur aurea lapides præciosi:& ligna pinea quibus ũsus est ad fortitudiné templi:domúq; regalem:& ad instrumenta musicorum:fecitq; ex eis cytharas & nablas:ut dicerent deo hymnum leuite . Omnium uero rerum quæ fuerant quocũq; tempore regi delata : ea quæ illo die deuecta sunt magnitudinem & pulchritudinem præcellebant . Nullus igitur arbitretur q̃ ligna pinea quæ nunc propter præcia uendentium sic appellantur illis uicina sint:illa siquidem uisione rotunda q̃si pinea sunt:sed multa candidiora:& ualde fulgentia.Hoc autem dixi ut nullus naturã uere pinus ignorer.Quia uero propter utilitatem regis eius memoriam fecimus oportunũ etiam:iudicamus significare allati auri illo tempore quantitatem:quæ fuit pondere talentorum sexcentorum sexagintasex:non reputatis eis:quæ negociatores emerãt:neq; q̃ dono arabie coparchie:regesq; mittebant.Conflauit ergo aurum:ut ducentas lanceas faceret:quæ siclos sexcentos haberent.Fecitq; & scuta trecenta uno quoq; habente auri minas tres:posuitq; eas in domum quæ silua libani uocat: necnõ & coopcula ex auro & lapidibus præciosis ad cõuiuia necessaria ꝓparauit.Dũq; uno ꝓpuo artifice hæc fecisset:etiam alia uasæ opa largitate auri ut faceret exqsiuit.Nõ enĩ auæ aut argẽti uendebatur aut emebat:sed multæ fuere naues q̃s rex in mari tharsico constituerat : ut interiora gentiũ penetrarent:& oia cõpararét:& cõparatũ auæ argẽtũq; regi deferrent:necnon & elephates: & pauos:& simias.Nauigio uero eũtes & redeuntes tribus annis iplebant . Tunc enĩ regis illustris opinio oẽs in circuitu ꝓuincias circuibat:uirtuté eius sapiẽtiáq; ubiq; diuulgans:ita ut omnes undiq; reges desiderarent eius aspectũ:ꝓpter incredulitatẽ reæ quæ de eo referebant :magnisq; muneribus suũ circa eũ studiú demõstrabant. Mittebãt itaq; ei uasa aurea & argentea:uestesq; purpureas:& aromatum genera multa & currus & equos:& onagros:mulasq; quæ uirtute & pulchritudine regi placerét:ita ut curribus & equis pristinis ex his qui dirigebant acrescerent curruũ numerus q̃dringẽtoæ:erãt enim primitus mille:& iter equoæ duo milia:cũ primitus fuissent.xx. milia. Nutriebantur aũt ut eẽnt pulchri piter & curaces:& cõparatiõe facta:nec decẽtiores alii nec uelociores iuenirentur.Exornabantur aũt & ascẽsores eoæ:primũ decora iuuẽtute florẽtes : habẽtesq; magnã ꝓceritatẽ:& satis alios excedẽtes:longáq; diffundẽtes in equoæ sessiõe cesariẽ: ex purpura tyria ueste circũamicti: auriq; tincturam quotidie in suis comis adiicientes:ut equoæ capita percussio sole auro radiante fulgerent.His circa eum armatis existentibus:arcusq; ferentibus:rex uectus in curru:& alia ueste circũamictus:solitus erat exire ad quendam locum:qui ab hierosolymis duobus funiculis abest uocaturq; hortus:aquæ rigationibus gratus & locuples . Huc ergo causa delectationis egrediebatur circa res omnes maxima ꝓuidentia & studio semper utens:& ubiq; cultus ac decorus existens:neq; uiæ desidiam habuit:sed regias uias quæ ad hierosolymam ducerent:lapide nigro strauit:ut etiã ambulantibus non possent eẽ difficiles:& ostenderent diuitiæ & impii dignitatem.Diuidés autem currus:& disponens ut singulis ciuitatibus certus eoæ numerus esset:paucos quidem circa se retinuit:urbes autem ubi dispersi sunt ciuitates curruum nominauit. Argenti uero tantam multitudinem fecit rex in hierosolymis abundare:quanti erãt & lapides:sed & lignis cedrinis quæ primo non fuerant:sicut arboribus mori campos iudeæ ita compleuit.Iussit autem & negociatoribus commerita ex ægypto deferentibus:ut uenderent ei currum unú cũ duobus equis dragmis argenti sexcentis : quos ipse regibus syriæ & trans euphraten habitãtibus destinabat . Qui dum fuisset omnium rerum gloriosissimus atq; religiosissimus :& prudentia &

diuitiis excelleret uniuersos:qui ante eum hæbreorum tenuerunt principatum:non in his usq; ad terminum uitæ suæ permansit : quando relinquens solẽnitatum custodiam paternarum:non fine simili rerum quas de Dauid prædiximus conuersatus est:sed circa mulieres & ueneriam intemperantiam turpiter exardescens non prouincialiũ solummodo delectationẽ habuit fœiæ:sed etiam multas ex alienigenis gẽtibus duxit uxores:sydonias:& tyrias:etiã ammanitidas : & idumeas & leges é præuaricatus mosaicas:qbus ille cõtradixit alieniginis mulieribus hæbreas debere misceri:& deos illarú cœpit colere:ut mulieribus earũq; amori placuisset:cum legislator prædixisset:ne hæbreus alienæ regionis uxores duceret:ne forte illæ solẽnitatibus mixtus : & deos earum coleret : & a ueneratione proprii dei piter se abstineret.Sed hæc quidé despexit salomon : irrõnabili amori constrictus:& ducens uxores principũ insigniũ uiroæ filias numero.lxx.alias septingentas:& trecentas concubinas:super has aũt & filiã regis ægyptioæ:repente captus ab eis est:ita ut eæ sectaretur quoq; culturas.Et iõ cogebatur fauoris sui præbere & dilectionis inditia:ut more earú patriæ uiueret:& quæ illis eẽnt grata compleret. Aetate siquidem procedente:& ratione pp tempus pariter infirmante:cum iam non posset studia patria retinere:deũ quidé propriũ nõ solum illicitis uxoribus iugiter inhonorabat:sed etiã ante hæc peccauerat:& circa legum custodiam iã deceptus fuerat:quãdo boum eneoæ similitudines fecit:quos mari subiecit:& leonum quos in suo solio regali decoris causa disposuit.Non enĩ hæc facere fas erat:dũ optimum & familiare paternæ gloriæ & uirtutis habuisset exemplũ:quod ei propter dei pietaté fuerat relictum.Hoc ergo non imitatus cum secundo eũ deus per somniũ patrem monuisset sequi:in gloria huius rei expers effectus est . Venit ergo propheta missus a deo dicens.Quia neq; iniquitas eius lateret eum:neq; diu in his eẽt letaturus:incriminatus simul:quia ei quidé non auferret imperiũ:quõ Dauid patri eius fuerat ꝓmissum:moriente uero eo:citius filiũ hoc amittere:nõ tamẽ oẽm ab eo populum recessurum:sed decé quidé tribus eius traderet seruo:duas autem nepoti Dauid huius filio reseruaret :& pp illũ q̃ dilexit deũ:& ꝓpter hierosolymoæ urbem:in qua templũ habere decreuit.Hæc audiens salomon contremuit:& ualde turbatus:ex oĩbus pene bonis in quibus erat repente est mutatus:non multo tpe transeunte:ex quo hæc enĩ ipsa ꝓuenere:quæ p̃dicta fuerũt a propheta.Mox susciauit sup eũ deus inimicum adat noie:quæ inimiciciarũ causa fuit huiusmodi. Hic adat puer erat genere idumeus de semine regio natus.Qui dũ ioab princeps militiæ Dauid uastasset idumeã:& oẽs qui armis uti poterãt sex mẽsibus pemisset:fugiens uenit ad pharaonẽ ægyptioæ regẽ qui eũ magna largitate susciens:dedit ei domũ & ꝓuinciã ad habitandũ.Et cũ creuisset dilexit eũ:ita ut ei uxoris suæ sororem noie talphim daret uxorẽ:ex qua natus é ei filius:& iter filios regis est nutritus . Audiens ergo in ægypto Dauid mortẽ piter & ioab:accedés ad pharaonem rogauit ut eũ ad ꝓpria remeare ꝑmitteret. Cũq; requireret rex cur hoc petereret:aut quid passus est relinquere destinaret:cũ sæpius ei inoportune & nimis insisteret atq; rogaret:tũc quidé dimissus nõ est:sed tpe quo iã salomon in malis erat pp ꝓuaricationes prædictas & dei pariter iram:dimissus adat a pharaone uẽit in idumeã.Et cũ eã non potuisset a salomõe exercitu retollere: qa multis præsidiis seruabat: nec eẽt facilis eius inuasio:surgens inde uenit syriã.Iunctis aũt illic cuidã raam noie:qui regem sophoneadrazaæ dominũ suũ fugerat:& ꝓuinciã latrociniis deuastabat:eiq; amiciciis copulatus:cũ haberet ille circa se latronũ maximã multitudinẽ ascẽdés & tendés syriã:rex eius effectus é.Tũc quoq; discurrés israhelitaæ prouinciã affligebat & adhuc uiuẽte salomõe uastabat. Et hæc qdé hæbreis prouenerũt per adat.Inter hæc aũt hieroboã filius nabath surrexit contra salomoné & quosdã cõtribules suos secundũ prouinciã olim sibimet dictam.Is cũ esset puer a patre derelictus & erudiretur a matre:uidés salomõ robustũ & nimis strenuũ eũ super edificiũ murorũ eẽ constituit:quando munitionẽ ꝓpugnaculoæ in hierosolymis fecit . Qui ita in hoc opere laborauit:ut rex eũ approbaret:eiq; principatum militiæ super tribũ ioseph conferret.Illo itaq; tempore cũ hieroboã ueniret hierosolymis:occurrit ei ꝓpheta de ciuitate sylo noie achia . Quem dum salutaret:deflexit eum paululum ex itinere ad quendã locũ ubi nullus alius itereset:& diuidens suũ palliũ quo erat indutus in duodecim partes:iussit ut hieroboã decem ex his sumeret p̃dicens q̃ deus hæc uellet: ut scisso principatu salomonis:filio quidẽ eius ꝓpter ꝓmissionem Dauid duas relinqret tribus:& illi decem.quõ salomon in eo peccasset:& mulieribus earũq; diis se improuide subdidisset : sciens inquit cãm pro qua deus suã dilectionem a salomone subtraxit:esto iustus & eius custodi pcepta: propositam habés palmã de pietate & honore dei præcipuã. Talis utiq; futurus : qualẽ nosti fuisse Dauid.Elatus itaq; hieroboam ex ꝓphetæ sermonibus cũ esset natura feruentibus iuuenis:& regæ grandiũ appetitu imensus nõ quiescebat:sed cũ uenisset ad exercitũ:habens memoriam eoæ quæ ei dixerat achias:repente nisus est populo suadere:ut a salomone recederet:& regnũ ei cõtraderet . Cognoscens uero salomon eius uoluntatem & dolum quærebat ut eum comprehẽdens:uelociter interimeret. Quod dum cognouisset hieroboam:fugit ad sesach ægyptiorũ regem:& usq; ad salomonis obitũ ibi moratus est:& ne quid pateretur lucratus & futuro seruandus imperio.Mortuus est itaq; salomon:ualde longeuus:qui regnauit quidé annis.xl.uixit autem quattuor & nonaginta : & sepultus est in hyerosolymis : cunctos fœlicitate & prudentia & diuitiis reges excellens :

præter illā in quibus circa ſenectutem deceptus mulierū ardore preuaricatus eſt:de quibus & de malis quæ propterea prouenerunt hæbreis:oportunius explanabo.

Quō ſubiectoꝝ quēdā hieroboā fecerūt ſibi regē decē tribus recedentes a domo Dauid:& in duabus tribubus regnauit filius ſalomonis roboam. CAPI. .IIII.

POſt mortem ſalomonis:in eius regno filio ſuccedente roboam:ex muliere ammanitide naama noīe procreato:repente miſerūt in ægyptū principes populi : & reuocauerūt hieroboā.Qui dum ueniſſet ad eos in ciuitatē ſycimorum:etiam roboam uenit in eā. Placuerat enim ut illic cōuenientes iſrahelite:eū cōſtituerent regē.Adeūtes ergo eū principes populi ſimul & hieroboam: rogabant dicentes ut aliquid de ſeruitio relaxaret:& melior eēt patre:cuius fuerant prægrauati iugo:ut & ipſi deuotiores eſſent : & propter manſuetudinem potius q̄ timorem ei ſeruirent ac diligerēt.Qui dum poſt tres dies reſponſurum ſe eoꝝ petitionibus dixiſſet:mox quidē eos ſuſpectus fecit:cur nō repente quæ petebatur annueret. Nam rem bonam & humanā eſſe iudicabant:& magis in iuuene:attamē & in eo q̄ cogitare ſe dixerat:& nō repente negauerat: ſpem aliquā faciebat.Qui cōuocatis paternis amicis:tractabat cū eis quale deberet populo præbere reſponſum.Illi uero quæ deuoti facerent naturam uulgi utiq̄ ſcientes:monebant ut manſuete loqueret ad populū:& cōmunius quā regibus exigeret faſtus:ut ita fauoré ſibimet obligaret:dum naturaliter diligant ſubiecti potius māſuetudinem regum:quā cōminationē.Tunc ille optimū conſiliū forſitan deo uolente deſpiciens:uocās adoleſcētulos ſecum nutritos:eiſq̄ pādens ſenioꝝ conſilium : quod oporteret fieri iuuenes exquiſiuit.Illi uero cum neq̄ iuuentus:neq̄ deus meliora eos tractare pmitteret:monuerunt ut aſperius reſponderet ad populum:& inferiorem ſuū digitū:lumbis paternis diceret uaſtiorem.Et ſeueritatē quā fuerant in illo cōperti:in ſe multo potiorem agnoſcerent:& ſi ab illo flagellis caſtigati ſunt:cedi a ſe ſcorpiis expectarent.In his delectatus rex:& credēs dignitati regiæ cōuenire reſponſum:cum die tertia plebs auditura ueniſſet:& oīs populus uideretur ſuſpenſus eſſe : ut uerba regis audiret : credens aliquid fore clementius : relinquens ille conſilium ſenioꝝ reſpondit adoleſcentium.Hæc aūt dei uoluntate gerebantur:ut quæ prædixerat achias perducerentur ad terminum. Tunc ergo cuncti ei ſermonibus uelut opere iam percuſſi:& dolentes q̄ſi iam experimento ipſaꝝ rerū quæ dicerentur afficerentur:indignati ſunt & omnes pariter uoce magna clamauerunt:nihil ſibi poſt illum diem eſſe cōmunē ad genus Dauid uel qui erant ex eo progeniti:ſed ſolum templū ei cedere quod pater eius edificaſſet : eumq̄ interminat:ſunt ſe relicturos:& ſic amare iracundiam ſeruauerunt:ut dum miſiſſet rex roboam quendam nomine adoram ſuper tributa conſtitutum:qui eos aliquomodo mitigaret:& poſt ſermones qui petulanter ab ætate iuuenili prolati fuerant:ad concordiam reuocaret:paſſi non ſunt:ſed eum lapidantes interemerunt.Quod dum uidiſſet roboam:credens quoq̄ ſe lapidandum:metuens ne & ipſe tale aliquid ſuſtineret:aſcendens in currum fugiens mox uenit in hieroſolymam. Et tribus quidem iuda ſimul & beniamin eum cōſtituere regem:reliqua uero plebs ab illa die recedens a filiis Dauid:dominum rerum hieroboam eſſe conſtituit.Roboam uero ſalomonis filius conuentu facto duarum tribuum in quibus regnabat:ſumens ex eis electos milites centum octoginta milia uirorum : contra hieroboam & contra populum dimicare cogitabat:quatenus eum ſubderet ſibi bello ſeruiturum . Prohibitus uero eſt a deo per prophetam Rameum : ut bellum inferret : eiſq̄ dicebat non eſſe iuſtum ut aduerſus contribules dimicarent:cum ab eo dei uoluntate populus receſſiſſet . Quo facto:nequaq̄ egreſſus eſt ad prælium . Diuiſo itaq̄ regno prius narrabo quæcūq̄ hieroboam iſrahelitarum rex egit . Deinde quæ aroboam duarum tribuum rege geſta ſunt explanabo.Sic enim totius ordo hiſtoriæ ſeruabitur.Igitur hieroboam inſtitutus in ſycimorum ciuitate regalibus;ibidem morabatur:quod etiam in phanuel ciuitate fecit.Dumq̄ non multo poſt ſcenophegie feſtiuitas immineret : cogitans hieroboam quia ſi permitteret populo ut deum in hieroſolymis adoraret : pergens & feſtiuitatem illic ſolēniter agens pœnitentia ducereretur:& propter templū:& propter dei religionem forſitan metuens ne eum quidē relinqueret:ad regē uero priſtinū remearet.Et ob hoc mortis pericula ſibimet īminerent:opus hoc malignū ſua cogitatiōe molitus eſt.Fecit duas uitulas aureas & totidem tēpla cōſtruxit:unā quidē in ciuitate bethel:aliud circa dan:quæ ad fontes iordanis minoris uidetur exiſtere:poſuitq̄ has uitulas in templis quas prædiximus ciuitatum: & ex inuocans decem tribus quibus ipſe regnabat : his uerbis contionem fecit ad populum . Viri contribuli noſſe uos puto:q̄ omnis locus habeat deum : & non oſtenditur locus in quo proprie præſens eſt ſed ubiq̄ ſemper exaudit:& cultores ſuos intendit . Vnde mihi non uidetur neceſſitatem uos patiad hieroſolymam properandi ad hoſtium utiq̄ ciuitatem : ut adoretis deum longo itinere fatigati . Homo enim illic edificauit templum : & ego feci duas uitulas aureas deo equiuocans.quarum unā quidem in bethel ciuitate dedicaui : aliam uero in dan urbe conſtitui:quatenus quicunq̄ ueſtrum eis urbibus ſunt uicini : adorent in eis deum . Conſtituā ergo ex uobiſipſis ſacerdotes earumq̄ leuitas:ut tribu leui nequaq̄ : neq̄ aaron filiis egeatis : ſed qui uoluerit eſſe ſacerdos:offerat uitulum deo & arietem unum:quod & primum pontificem aaron feciſſe dicunt.Quod dum dixiſſet:ſe duxit populum ut a patria religione recedens præuaricaretur leges. Hoc itaq̄ hæbreis malorum fuit initium:& qui cuncta deuicerant præliis in alienarum ſunt gentiū ditiōe ſubiecti.Sed hæc quidē opportune narrabimus . Igit dū iſtaret.vii.mēſe feſtiuitas uolens & ipſe eā ita in bethel agere ſecuti duæ tribus in hieroſolymis celebrabant:ante uitulam quidem edificauit altare & ipſe pōtifex factus cū ſacerdotibus ad altare conſcendit . Cūq̄ eſſet hoſtias & holocauſta corā populis oībus oblaturus:uenit ad eū hieroſolymis propheta noīe iadan:miſſus a deo.Qui ſtans in media multitudie:ſtāte etiā rege:faciens ad altare ſermones:deus inquit futurū quendā eē prædixit ex genere Dauid noīe ioſiam:qui nō tantū temporis illius ſupra te & altare falſos pimat ſacerdotes:ſed etiam oſſa hoīz populoꝝ ſeducētiū & errorū eorū & ipiorum ſup te tunc ſimul exurat.Vt aūt credāt hoc futuꝝ:ſignū eis nunc prædico faciendū : ſubito eni rumpetur hoc altare:& oīs pinguedo ſacrificioꝝ ſuper illud poſita fūdet in terrā. Hæc dicēte propheta:indignatus hieroboā:manū extendit:præcipiens eū continuo cōprehendi.Cuius manus mox eſt arefacta:nec ualuit eam denuo reuocare:ſed habuit eam marcidam & ſolutā.Ruptū ergo eſt repēte ſacrariū:& ſicut ꝓpheta prædixerat cūcta diffuſa ſunt. Cūq̄ uideret feracem hominē:& præſentiā diuinā habere cognoſceret:rogauit ut ſupplicaret deo:q̄tenus eius dextera curareť. Quo rogante deū:manū ſibi naturaliter reſtitutam gaudebat:;pphetāq̄ rogabat enixe:ut eius conuiuiis intereſſet.Iadan uero dixit:nō ſe pati ut ingrediret ad eum:nec panē aut aquā in ciuitate guſtaret: hoc ſibi præceptū a deo dicens:ut etiā & alio quā unde uenerat itinere remearet.Huius igitur abſtinentiā rex miratus:erat in timore poſitus:& per mutationē regē ex his quæ dicta fuerāt:nō ꝓſpera ſibimet imminere credebat.Erat aūt quidā in ciuitate ſenior:malignus homo:falſuſq̄ propheta quē hieroboā magnis ſtudiis honorabat:cū eo dicente quæ illi grata forent crebro decipetur . Iſte itaq̄ tunc erat in lectulo ꝓp ſenectutis infirmitatem.Filiis aūt indicantibus ei ꝓphetā q̄ de hieroſolymis uenerat:& de ſigni effectu:& quō arefacta manus dextera hieroboam:illo orante fuerat reſtituta:metuens ne pegrinis eſſet melior apud regē:& potiori honore frueret:præcepit filiis:ut ei repente ad iter aſinum ſtratū præparārét. Quibus præceptū feſtināter iplentibus : aſcendens ꝓſecutus eſt prophetā:& inueniens eū ſub alta & umbroſa ilicis arbore quieſcentem:ſalutauit primū deinde culpauit:cur apud eū non intraſſet:& eēt eius hoſpitalitate pticipatus. Quo dicēte:ſe a deo prohibitū:ut apud quēquā in illla ciuitate guſtaret:nō inqt ꝓhibuit diuinitas ut meā mēſulā deuitares.Nam & ego ꝓpheta ſum & in ea tecū religione cōis:& aſſum nunc miſſus a deo:quatenus te tomeſſurū ad me deducā.Ille uero credens mētienti:reuerſus eſt. Quibus adhuc prandentibus & pariter epulantibus:deus apparuit iadan:eiuſq̄ mandata preuaricantem dixit ſupplicia ſuſtinere: alias ſupplicio ſubiacere:& qualitatē pœnæ continuo declarauit:leonē ei occurſū in itinere quo laceraretur:& q̄ ſepultura patria priuaretur dixit. Hæc aūt facta reor uoluntate diuina:ut hieroboā nequaq̄ uerba iadan metueret : quaſi fallacis & ita defuncti . Remeante ſiquidem iadan rurſus in hieroſolymam:occurrit leo : & deiiciens eum de aſino peremit:& aſinum quidem in nullo nocuit:ſed cum eo ſedens & illū & corpus prophetæ magna tuitione ſeruabat:donec aliqui iter agentium uidentes hoc : & uenientes in ciuitatem falſo prophetæ denunciarent . Qui miſſus filiis : eius corpus deuexit in ciuitatem;ac ſplendida pompa eius celebrauit exequias:præcipiens filiis ut ipſum mortuum cum illo ſepelirent : dicens q̄ omnia quidem uera eſſent quæcunq̄ ille prophetaſſet aduerſus illam urbem : & altare & ſacerdotes : necnon & contra falſos prophetas:& q̄ ipſe poſt mortem non pateretur iniuriam:ſi cum eo ſepultus:& eius oſſibus copulatus : propter ſocietatem oſſium prophetæ non poſſet agnoſci . Sepeliens ergo prophetam : & filiis iſta præcipiens : cum eſſet malignus & impius : acceſſit ad hieroboam eiq̄ dixit . Quare turbatus es uerbis fatui uiri? Cūq̄ illi rex de ſacrario & manu ſua narraret : ſanctum uere & prophetam egregium eum uocans : cœpit deſtruere eius opinionem : & uerſimilibus utens : rerum geſtarum creditam imminuere ueritatem.Nitebatur enim ſuadere:quia pro labore portandi multa ſacrificia:eius manus obſtupuiſſet:& deinde cum requieuiſſet:ad naturam propriam denuo remeaſſet.Altare autem cū prius fuiſſet uacuum : ſuſceptis multis hoſtiis & ingentibus : propter onus impoſitorum fuiſſe ruptum & cecidiſſe dicebat : ſignificauitq̄ ei ſimul ita mortē eius qui hæc ſigna prædixerat: eo q̄ fuiſſet a leone diſcerptus : & nihil eſſet quod propheta locutus eſt . Hæc ergo dicens;regi ſatisfecit : eiuſq̄ mentem pœnitus auertit a deo:& a ſanctis operibus:& ad actus ipios euocauit . Qui rex tantam deinceps contumeliam diuinitati fecit : & ita contra leges atrociter inſiluit : ut nihil aliud quotidie quereret : quam ut aliquid noui ſuper ea quæ iam perpetrauerat ſcelera cumularet.Igitur de hieroboam hæc in præſenti dixiſſe ſufficiat.Filius autem ſalomonis roboā : qui ſicut prædiximus ſuper duas regnauit tribus:edificauit munitiſſimas ciuitates & magnas ; bethleem & icam & thecoes & bethſura & ſocho & odollā:& hipam:& mereſam:& ziphā:& adoram:lachis : & zetherā:& hellum:& ebron.Has quidē in ſorte iuda primas edificauit:fecitq̄ & alias ꝑcipuas in ſorte beniamin:muriſq̄ circundans : cuſtodes inſtituit uniuerſis : & principes militumq̄ frumentum ſimul & uinum & oleum: & alia quæ ſingulis ciuitatibus pro cibariis eſſent neceſſaria:largiſſima ubertate recondidit:inſuper autem & ſcuta & iacula nimis īnumera.Conuenerūt aūtē ex oībus iſrahelitis ſacerdotes ad eū in hieroſolymam pariter & leuite:& qcūq̄ alii de populo erāt bo-

ni uel iuſti:relinquentes proprias ciuitates:ut culturá dei in hieroſolymis exhiberent : minimeq; libenter audiebant dum compellerentur uitulas adorare:quas fecit hieroboam:& auxerunt imperium roboam per tres annos.Qui dum cognatam quandam duxiſſet uxorem & tres ex ea filios ſuſcepiſſet:poſtea quoq; duxit nomie machá natam de thamar:filiam abſolonis:quæ & ipſa uidebať eſſe eius cognata:de qua natus eſt ei filius maſculus:qué abiam appellauit : habuitq; filios ex aliis coniugibus:ſed ſuper omnes potius diligebat machá . Habuit autem lege ſibi coniunctas uxores decem & octo:concubinas uero triginta.Et filii quidem ei nati ſunt octo & uigiti:filiæ uero ſexaginta.Succeſſorem ſui regni conſtituit abiam ex macha procreatum:cui & theſaurum & munitiſſimas credidit ciuitates.Reor enim quia ſæpius cá malorum & iniquitatis:exiſtat hominibus magnitudo rerum:earumq; ad potiora conuerſio . Videns náq; roboam regnum ſuum his crementis augeri:ad impias & iniuſtas conuerſus eſt actiones:& ſpreuit dei religionem:ita ut & populus eius imitaretur iniquitatem cum maioribus.Nam cum præcipuum moribus corrumpitur cõuerſatio:leditur deuotio ſubiectorum:& cum uiderint illorum luxurias:ſuæ caſtitatis merita reſpuentes q. ſi uirtutem eorum imitari nituntur illecebras.Non enim opera principum approbare uiderentur: niſi etiam ſimilia agerent.Hoc igitur accidit ſubiectis roboam. Nam cum ille ageret ipie & iniq; ſtudebant & illi non eſſe iuſti: ne rex uideretur offendi.

Quia ſeſach ægyptiorum rex caſtrametatus eſt contra hieroſolymam:& ciuitate deuicta:diuitias eius tranſmigrauit in ægyptum . CAPI. .V.

QVapropter uindicem ſuper hæbreos miſit deus regem ægytiorum noie ſeſach : de quo narrans erodotus : actus proſtremo eius adiunxit . Hic enim ſeſach quinto anno regni roboam cum multis milibus exercituũ caſtrametatus eſt . Sequebanť enim illum currus mille ducenti:equitum uero ſexaginta milia & q̃dragita milia peditũ:quorum plurimos habebat libias:& ethiopes.Inuadés itaq; regioné hæbreorum:munitiſſimas roboam ciuitates ſine dimicatione detinuit:& nouiſſime armatus ad hieroſolymam uenit : ubi roboam & eius exercitus propter militiá ſeſach tenebatur incluſus:deũq; rogabant ut eis uictoriá ſalutéq; conferret.Quos tamen non exaudiuit deus:nec eis pugnaturus ſpem uictoriæ promiſit.Propheta quoq; ſameas ait deum eis interminari : eoſq; relicturum:ſicut ipſi eius uidebantur deſeruiſſe culturam. Hæc audientes:animo ſunt ſoluti:& dum nullam uiderent in ſe ſalutem:confitebantur omnes q eos deus iuſte deſpexerit cum ipſi circa eum impie crudeliterq; geſſiſſent:& eius legitima ſpreuiſſent.Quos uidens deus ita deiectos & ad pníam fuiſſe pductos:nõ ſe perditurum eos propheta dixit:ſed ægyptiis tantum fore ſubdendos:ut agnoſcerent:utrum hoibus ſeruire eſſet infatigabilius an certe deo.Capiens ergo ſeſach non lege bellica ciuitatem:ſed pactis præcedentibus roboam ei ſuſcipiente propter timorem:ingreſſus fœdera non ſeruauit:ſed & templum expoliauit & theſauros dominicos & regios exhauſit:auri & argenti multa milia & innumerabilia ſecum deuehens ornamenta:& nihil omnino illic derelinquens.Abſtulit aũt & aureas lanceas:& ſcuta quæ rex fecerat ſalomon:ſed neq; pharetras aureas dimiſit : quas Dauid ſumptas a rege ſephone deo dicauerat. Quod cum idem ſeſach feciſſet:ad propria rémeauit.Meminit autem huius prælii & erodotus alicarnas:qui ſolummodo circa regis nomen errauit.Sed quia & gentes alias multas inuaſit & paleſtinam & ſyriam ſubiugauit:capiens ſine prælio cunctos in ea regione degentes.unde palam eſt:quia noſtrá gentem ſubditá ægyptiis iudicare uult.Ait ergo:quõ & ſtatuas eorum qui ſine prælio ſe tradiderunt reliquerit:& mulierum genitalia in eis celauerit. Roboam & enim rex noſter ei tradidit ſine prælio ciuitatem. Dixit aũt ethiopas ab ægyptiis didiciſſe genitalium circuncisionem phœnices aũt & ſyri in paleſtina fatentur hoc ſe ab ægyptiis didiciſſe & palam eſt:quõ alii nulli circunciduntur ſyrorum in paleſtina habitantium præter noſtros . Sed de his ſentiat quis quod uoluerit. Igitur diſcedente ſeſach : roboam rex pro aureis lanceis & clippeis:erea eiuſdem numeri fecit : cuſtodibus regalibus ſeruanda tradidit:& qui cum ſplendenti principatu & claritate rerum debuerat imperare:& ſub multo ſilentio & timore regnauit:fuitq; hieroboam regi cunctis temporibus inimicus. Mortuus eſt aũt cum uixiſſet quinquaginta & ſeptem annis : in quibus regnauit decem & ſeptem uir ſuperbus:& fatuus:& nolens paternis amicis credere:perdiderat principatũ:ſepultuſq; eſt in hieroſolymis in tumulis regum . Roboam itaq; ſucceſſit in regnum filius abia : cum hieroboam octauũdecimum annum haberet in regno.Et quidem huiuſmodi fine conſumpta ſunt. Cõſequens eſt nunc:ut de hieroboam dicamus:quemadmodum & ipſe fuerat conuerſatus.Is eni non quieuit iniquitates facere corá deo:ſed quotidie in excelſis montibus erigebat aras : & ſacerdotes de populo eligebat . Contra quas impietates ſupplicia non poſt longum tempus in eius caput & totius generationis ipſius erat relatura diuinitas . Illa ſiquidem tempeſtate cum eius filius nomine abimen egrotaret: dixit uxori ſuæ ut mutata ueſte priuatũ ſcema ſuſcipiens:iret ad achiá pphetá: aſſerens eũ uirꝝ eſſe mirabilem:& futura predicere:q etiá de regno ei ſignificaſſet : & ab eo quaſi peregrina requireret:ſi puer láguoré poſſet euadere. Quæ mutata ueſte ſicut maritus ei preceperat uenit in ſylo ciuitaté:ubi morabatur achias.Cũq; foret domũ illius ingreſſura:cum eſſet iá pphetæ uiſus ſenectute grauatus:apparuit deus ei:utrũq; denúciás:& qa hieroboá regis ad eum ueniret

uxor:& quid deberet pro quibus aderat reſpondere . Qua in eius domum ueniente:uelut priuata ſimul & peregrina:Ille clamauit.Ingredere uxor hieroboam.Quid te celas.Deum latere non potes qui mihi & te uenturam eſſe denunciauit:& imparauit quæ tibi dicam. Reuertere igitur ad maritum:& dic ei hæc dixiſſe deum.Quomodo te magnum ex paruulo & nihil exiſtente conſtitui regem: & ſcindens regnum a genere Dauid tibi contradidi:tuq; horum non recordatus:meamq; religionem deſerens:ſuſileſq; deos efficiens illos potius honoraſti:deiiciam te denuo:& omne tuum genus exterminabo & canum uoracitati uolatiliumq; præbebo : & quidam a me ſuſcitabitur rex totius populi:qui de genere hieroboam nullum penitus remanere permittat . Participabatur auté iſto ſupplicio etiá populus:& copioſá terra hac priuabitur:& trans eufraten ulterius diſpergetur : quomodo cuncti regis impietates ſecuti:deos ab eo factos adorauerunt:& meam religioné uenerabilem reliquerunt.Tu uero mulier hæc marito feſtina renunciare:filium uero tuũ inuenies eſſe defunctum.Te náq; ingrediente ciuitatem:ſpiritũ mox amittet : ſepelieturq; planctu populi cõiter honoratus.Hic náq; ſolus ex genere hieroboam bonus fuiſſe uidebatur.Hæc itaq; ppheta dicéte: exiliens turbata mulier de morte filii lamentás:p uiá feſtinanter ibat lugens & ingemiſcens:filium utiq; quem in ſpe reliquerat uiuũ ulterius non uiſura:qué continuo moriturũ eſſe crederet.Quæ dum ueniſſet in ciuitaté:filiũ qdé ſicut propheta dixerat inuenit extictũ:regi uero cũcta narrauit.

Bellum hieroboam regis iſrahel contra filium roboam abiam:& triumphus abiæ.CAPI. .VI.

HIeroboam itaq; nihil horꝝ cogitans:multo exercitu congregato cõtra abiá filiũ roboá : qui in duabus tribubus patri ſucceſſerat:caſtrametatus eſt : deſpiciebat enim illũ ppter ætatem.Qui dũ hieroboá inuaſioné audiſſet:obſtupefactus eſt:ueruntamen ultra prudentiam iuuẽtutis ad ſpé bellandi roboratus:electo ex tribus duabus exercitu:occurrit hieroboam ad quendam locum qui uocatur mons amorreorꝝ:& caſtra circũfigés:bello neceſſaria præparabat.Erat eni eius exercitus quadragita milia uirorꝝ:hieroboam uero manus duplex erat . Cũq; exercitus ex utroq; ad opus bellicũ & certamina committenda eſſet iam in acie conſtitutus ſtans in loco excelſiore rex abia manu ſilentium impauit:& hieroboá petit ut cum quiete prius ſe audiret:factoq; ſilentio cœpit hæc dicere. Nec uos equidé ignoratis : q deus principatũ Dauid & eius ſoboli in tempore uniuerſo conceſſerit:miror auté quõ recedentes a meo patre:ſeruo ſuo hieroboam idecenter adheſeritis:& cum eo pugnaturi cõtra eos qui a deo regnare decreti ſunt nunc adueniſtis:ut eorꝝ regnũ his præliis auferatis.Hactenus itaq; regnũ hieroboá iniuſte detinuit : qđ non reor maiori eũ tempore poſſeſſurꝝ:qui ideo pœnas etiá de præterito nunc ſoluens:ab iniquitatibus & iniuriis nõ ceſſabit:quas ei hactenus inferre præſumpſit : ſed & uos talia perpetrare coegit:qui nullá a meo patre paſſi contumeliá:& tamen quia non quæ uobis placerent in cetu locutus eſt malignis hominibus credens:illũ quidé ut putatis ira faciéte reliquiſtis:qđ autem uerius é: a deo uos & eius legibus abſtraxiſtis:cum potius ignoſcendũ fuerat non uerbis ſolũmodo durioribus uiro iuuenculo & contẽtionis ignaro:ſed etiá ſi ad aliquá difficultaté operis per iuuentutem fuiſſet experitiáq; pductus:eſſet pferendus ppter ſalomonem patrem illius:& beneficia uobis ſæpe collata:quæ danda ſunt utiq; peccatis filiorꝝ:pro beneficiis & affectu parentũ. Vos auté nihil eorꝝ cogitaſtis:neq; tunc:neq; mõ:ſed ſup nos tantus uenit exercitus. Vel in quo de uictoria cõfiditis? An in uitulis aureis & aris in montibus conſtitutis? quæ ueſtræ ſunt impietatis & non religionis indicia? An certe ſpem uobis multitudo præbuit? quia noſtra caſtra tranſcendit.Sed nulla uirtus illic eſt:ubi licet cũ multis milibus aliquis pugnat iiuſte : ſolummodo ei iuſticia & pietate diuina ſpes uictoriæ conſtat imota:quæ ſcilicet & apud nos eſt:ſeruantes a principio leges:& deum ppriũ uenerantes:qué nõ manus de putreſcibili ſilua fecerunt:nec excogitatio mali regis p populi ſeductione conſtruxit:ſed cuius eſt opus principiũ finiſq; cũctorꝝ.Vnde ſua deo ét nũc uobis:pœnitétiam pteritorꝝ ut habeatis & meliora cogitãtes:dimicare ceſſetis.paternaſq; leges recolatis:& qcquid ad magnitudiné uos tãtæ fœlicitatis euexit.Hæc equidem abias é locutus ad populũ.Adhuc aũt eo loquente:quoſdá militũ hieroboá latẽter imiſit:ut abiá ex aliquibus ptibus circũdarét:qua exercitus nõ uideret.Qui cũ inter hoſtes apparuiſſent:exercitus quidé eius conturbatus expauit . Abias aũt cõfortauit eos:& in domino ſpé habere poſcebat. Tũc illi piter iuocãtes dei ſolatiũ : ſacerdotibus tubis clágẽtibus:cũ clamore hoſtes aggreſſi ſũt. Et illorꝝ qdé audaciá ac iuuẽtuté diſſoluit deus:exercitũ ãt abiæ fecit excelſioré:Ná quáta i illo bello referť cædes fuiſſe cõmiſſa:neq; græcorꝝ:neq; barbarorꝝ referũt hiſtoriæ.Abia aũt & filii iuda & beniami de exercitu hieroboam mirabilem & famoſiſſimá pceperunt deo conferrente uictoriam.Quinquagita milia ení hoſtium bello pſtrata ſunt:eorũq; munitiſſimas ciuitates dirupuerũt:inſup bethuliá eiuſq; regionem forti dimicatione tenuerũt.Hieroboam itaq; hac dimicatione fatigatus : nequaq̃ uires habuit: quantocunq; tépore poſt hæc abia uixit.Qui tamen poſt hanc uictoriá puo tépore ſupueniens:obiit cum regnaſſet annis tribus & ſepultus eſt in hieroſolymis:in monumentis paternis.Reliquit auté filios quidé duos & uiginti filias aũt decé & ſex:quos oés de uxoribus uigintiſepté pcreauit . Huic ſucceſſit in regno filius aſa:cuius iuuenculi fuit mater noie maacha. Hoc ergo mõ abiæ filii roboam nobis geſta ſunt tradita.Mortuus eſt aũt & hieroboam rex decé tribuũ:cũ uiginti & duobus ánis

I iiii

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tenuisset imperium:successitq; ei filius nadab:secundo iam'anno regis asa trasacto:regnauitq; hieroboam filius annis duobus:patris ipietati malitæq; cordas.

Quia generatione oem hieroboa qda noie baasa perimés:ipse tenuit pricipatum. CAPI. .VII.

IN his autem duobus annis:castrametatus est contra gebethon ciuitatem palestinorum. Cuq; eam foret obsessione capturus:dolum passus a quodam amico nomine baasa meheli filio mortuus est. Qui post eius obitum potius imperio:omne genus hieroboam interemit & euenit:ut secundum prophetiam dei:alii quidem cognatorum hieroboam in ciuitate mortui lacerarentur a canibus atq; consumerentur:alii uero in agris a uolatilibus deuorarétur.Et domus qdé hieroboa pro eius ipietate atq; iniquitate pertulit ultioné hac uice dignaj.

Bellum ethiopu cotra hierosolymitas:regnante super eos asa:& cædes ethiopum CAPI. .VIII.

REx aut hierosolymoz asa du moribus esset egregius:semperq; ad diuitaté respexerit nihilq; gereret neq; cogitaret:qd no esset pietati coueniens:aut ad legu custodia ptineret suu coposuit regnu:abscidés cuctá ab eo nequicia:& ab omni macula emundás.Habuit autem exercitu electoz uiroz arma gerentiu scuta & lanceas:de tribu quidem iuda trecenta milia:de beniamí aut scuta arcusq; portantiu:ducenta quinquaginta milia. Cuq; iam decem regnasset annis:castra cotra eu mouit cu maximo nimis exercitu zara rex ethiopiæ:ducés pedestriu qdé ducéta milia:eqstriu uero decé milia:& currus trecétos.Qui dum usq; ad ciuitaté morisa quæ é in tribu iuda cu exercitu suo ueniret:occurrit ei asa:& castris cotra eu positis:in qda coualle noie sabatatha:non pcul a ciuitate:cu uidisset ethiopu multitudiné:poscebat a deo cu clamore uictoria:& ut multa milia hostiu ipse pimeret.Neq; eni & in alio confidédu esse dicebat:qua in eo qui posset etiá paucos multoz potiores ostédere:& facere ifirmos fortissimis pualere. Hæc orante asa signu victoriæ deus ostédit:& cu gaudio:diuinitatisq; auxilio bello cogressus:multos ethiopu pculit:& couersos in fuga psecutus est usq; ad geraritidé regioné. Relinquétes autem occisioné hostiu:ad direptioné gentiu ciuitatis geraretine conuersi sunt qua cepant:eorúq; ad castra ptinus accesserút:ita ut tollerét multu aur:multúq; nimis argentu:prædáq; deueherét ualde mirabilem camelosq; & subiugalia:& pecudu greges inumeros.Asa igit & eius exercitus sumpta hmoi a deo uictoria atq; præda:in hierosolymis remeauit.Quibus uenientibus occurrit in uia azarias nomie propheta:& pcipiés ut paululu a gressu itineris abstinerét:cœpit ad eos dicere: ꝙ illa victoria fuisset eis a deo cocessa:eo ꝙ iustos se sanctosq; seruassent:& oia dei uoluntate fecissent.Quos in eius mandatis pmanentes dixit sup hostibus prævalere:& habituros diuina uirtute fœlicitatem:relinquétes aut eius religioné in cotraria deuenire:futurúq; tpus:in quo nullus inuéiretur uerax ppheta in eo populo:neq; sacerdos:qui iuste aliquid responderet:ob quá rem ita ciuitates subuertédas & genté in oi terra disseminádá:& uitá miserabilé & inopé habituros : suasitq; eis:ut dú hoc alias hæc haberent bene agerét:& neqquá a diuina deuotiõe recederét.Hæc audiens rex:& populus gauisi sunt:multú studiu & oés in coe:& singuli circa iusticia exhibebát : missitq; rex in oem pincia præcipiés ut legitima diligenter ubiq; seruarét.Sic igit asa duaz tribuum regis actio gerebat.Reuertar aut ad regé baasa qui israhelitícu populu possidebat:occideratq; nadab filium hieroboa:& eius tenuerat principatú. Hic eni inter saulí ciuitatem degens:& hitaculu ibi cotitués.Regnauit quidé annis uiginti & qttuor sed fuit malignus & ipius ultra hieroboa & filiu eius:& populú multis malis afflixit:& deo fecit iniuriá.Qui mittés ad eu gimo ppheta dixit & se & omne genus eius extermiaturu:& hisdé malis quibus domu hieroboa pdiderat pdituz ꝙ rex ab eo cotitutus: beneficiu no repésauit: ut iuste & pie populo præsideret:cu hæc primitus ipsis pdesset: deide gratissima deo semp forét:sed magis imitatus é pessimú hieroboam:cuius du deperisset anima uiueret tamé eius in isto malignitas:dicebatq; suppliciu maloz illius hunc habiturú qui ei similis extitisse uidebat.Baasa aut quis p ppheta audisset futura sibi su oq; generi p cmissis sceleribus ultioné:tamé de reliquo no qeuit:neq; respexit ꝙ male agédo depiret ig oriose:si no pitédo pro malis præteritis a deo ueniá mereret:sed tanq; illi quibus pmium pponitur laborare no cessat: doec ad proposita dona ueniant.Sic & baasa propheta prædicente sibi futura tanquá si ad magna bona concurreret:in perniciem sui generis: & totius domus interitum peior fieri quotidie non cessabat. Nanq; uelut adletha nequicie in his agebatur malis.Nouissime uero exercitu sumpto:rursus non ignorabilé quandá ramath ciuitaté obsederat:quæ quadraginta stadiis ab hierosolymis aberat:cáq; capiés:cogitauit ut in ea exercitu derelinqret:quatenus & ide pcedens:terrá asa regis iuaderet.Metuens etiá asa conamé hostis qa possit exercitus qui ramath ceperat eius uiolare prouicia:misit ad regé damascenoz legatos:simul & auz & argentum : petens ab eo solacium:& cmemorans quia amicicia antiquitus habuissent.Ille uero & pecuniaz opulentiam grate susceptit:& solatia prebuit: solués amiciciam qua habuerat cum baasa:missitq; ad ciuitates quæ baasan uidebant impio subiacere: ut eas affligeret.Qui alias qdé icéderút:alias populati sút.Idest eleo:& abella:& alias multas. Hæc audiés rex israhelitaz:edificare quidé ramath atq; munire cessauit:reuerti uero cu studio festinauit:ut propriis ferret auxilium.Igitur asa ex apparatu edificioz qué baasa congregauerat construxit in eo loco duas fortissimas ciuitates : quarum altera gabaa:altera uero maspha uocabatur.

Quia generatõe baasa pépta:regnauit sup israhelitas amari:& post eu filius eius achab. CA.IX.

IT post hoc tps no habuit ia baasa pugnádi aduersus asa.Peréptus é enim a creone:& sepultus i ciuitate thersa:cui successit filius helan.Hic cu regnasset duobus ánis defúctus é:qué occidit zamarias equoz ordinis dimidii princeps.Ná dum epularetur apud dispensatoré suu noie osa:suasit quibusdá equitibus ut subito deserétibus eu armigeris & principibus:desolatu reperiétes occiderét.Illi náq; cúcti circa obsessioné gabathenæ ciuitatis i palestina positæ occupati uidebátur.Perimés itaq; helá regé princeps equoz zamarias:ipse regnauit: & omne basan genus secúdum ꝓphetiam gimon iteremit.Eodem náq; modo eius domus propter impietatem radicitus est euulsa:sicut genus hieroboa pisse descripsimus.Exercitus q gabathon obsidebat audiens qd de rege contigerat:& ꝙ zamarias occidés eu inuasisset imperium & ipsi pricipé suum amari cotituere regé.Qui a gabathena urbe moués exercitu:uenit:in thersa:& accedens ad ciuitaté:manu bellica ea cœpit.Zamarias aut uidés ciuitaté fuisse detéta:fugit ad locu aulæ regiæ secretioré:& succedés ea semetipsu pariter cocremauit:cu regnasset diebus septé. Moxq; israhelitaz diusus é populus:& alii quidé themá regnare uolebát:alii aut amari.Cuq; uicisset ps amarii:interéptus é themá:& i toto exercitu regnauit amari.Tricesimo aut anno regis asa:amari suscepit imperiu:& tenuit ánis duodecim.Quoz quidem sex ánis inthersa fecit:reliquos aut in ciuitate ea q mareo appellatur a græcis uero samaria.Hic aut noiauit eam somareo a somaro quodá: qui ei monté uenundauerat:in quo ciuitaté constituerat.In nullo át differebat a studiis prioz regum:nisi ꝙ peior erat:oés enim quærebant modu:quatenus suis ipietatibus quotidie populu facerét a deo recedere:& propterea inscripsit alias extinxit eos:& nullu permisit ex eoz genere supesse.Et is ergo defunctus é i samaria successitq; ei filius ahab.Ex his náq; cognoscitur:quátá prouidentiá humanaz rerú probatur habere diuinitas:& quo bonos quidé diligat:malos auté abhorret:& a radice disperdet.Israhelitarum deniq; reges ꝓpter suá iniquitaté & iniustitiá alter sup alterum irruentes multi paruo tempore petierunt:& eorum genus exterminatu est.

Quo regnáte achab ꝓphetauit helyas:& de signis q fecit:& qa discipu u elegit eliz eu. CA. X.

ZA aut rex hierosolymorú qui duabus tribubus psidebat:& ppter pietaté atq; iustitiá ad longa fœlicéq; a deo pductus é senectuté:& cu regnasset quadraginta duobus annis: bona morte defunctus é.Quo moriente successit ei filius iosaphat:de abida matre procreatus.Huc aut imitatoré p aui sui Dauid pietate atq; fortitudine cúcti ipsis operibus decreuerút.Sed de hoc rege nõ é modo referédi necessitas.Igit ahab israhelitaz rex habitabat i samaria:tenuitq; pricipatú ánis uigiti:& mésibus duobus:nihil áplius renouás:q prisci fecerát reges; nisi ꝙ ꝓmali magnitudine tederet ad peiora:supans oem eorú neqtiá:& qd ad diuiná ptineret iniuriá uiuaciter imitatus:& pcipue cotructas adorauit uitulas:& sup hec alia peiora molitus é.Duxit uero uxoré filiá ionabal regis tiri & sydonis noie iezabel:p quá didicit eius adorare deos.Erat eni mulier nimis acerrima simul & audax.Quæ ad tátá uéit luxuriá atq; uexaniá:ut etiá deo tiri & sydonis què baal appellabát téplu edificaret:& plátaret olum arboz lucos.Constituit auté & sacerdotes:falsosq; ꝓphetas huic deo seruituros.Sed & ipse rex multos huiusmõi circa se fouebat : stultitia atq; nequitia omnes priores suos excellés.Quidá igitur ꝓpheta summi dei de ciuitate thesbites galaditidis regiones ueniés ad ahab:dixit ei,Quia dixerit deus:neq; ymbrem:neq; ros illis ánis in ea pincia se missuz:nisi ipse rursus apparuisset.Et i his dictis cu iurasset accessit ad partes australes:& habitabat circa torrentem quédá:unde poculi habebat auxiliu:ná corui cibum ei quotidie deferebát,Cuq; fluuius siccitate nimia defecisset:in ciuitaté sareptá nõ procul a sydone tiroq; deuenit:q ciuitas in haz medio cotituta est.Deus eni pcepat euidá illic mulieri uiduæ:ut cibu ei preberet.Cuq; nõ ꝓcul eét a porta:uidit mulieré uiduá sibimet colligenté ligna.Cui cu deus significasset hanc esse q ei cibu ministratura foret:accedés salutauit eá :& ad bibendu aquá sibi tribui postulabat.Quæ cu procederet:denuo uocans eam:etiam pané sibi possit afferri.Illa cum iurasset nihil se intus in domo habere:nisi modicu farinæ & paululu olei:& ꝓpterea prexisse ad colligéda ligna:ut cospersa farina:sibi suoq; filio panes faceret : quibus expensis cum aliud nihil supesset ut fame morerétur:ait ꝓpheta.Cofidés pge:& spe meliori cosiste:faciés primitus mihi paululu defer. Prædico náq; ꝙ nõ tibi deficiet hidria farinæ:neq; uas olei:donec dei gratia ymbré fúdat in terras. Hæc ei dicente ꝓpheta:ueniens ea quæ dixerat fecit . Et ipsa habuit paululú:& ex hoc filio ministrauit piter & ꝓphetæ:nihilq; hoz defuit eis:donec siccitas defecerat . Meminit etiá siccitatis & menáder in gestis ualithioz regis ita dicens . Et siccitas sup eos facta est a mense hipuerithe usq; ad aliu annu hipuerithei.Qui dú deo supplicaret multa flumía sunt emissa.Isq; ciuitaté botrá edificauit in phenice & aazon in bliphsa . Et hoc quidé ait:sub ahab factam significás siccitaté. Hoc eni tpe ithabalus cuius menáder fecit métioné:regnauit in tiro.Mulier itaq; quá pauloante diximus pabulu prophetæ prebuisse:cum cecidisset eius filius in languorem:ita ut aiam dimitteret & mortuus esse uideretur:deflens & manibus semetipsam ualde deserpens:uoceq; quas dictabat luctus emittens:accusabat apud se ꝓpheta præsente factá iuriá:quasi ipse peccata eius argueret:& ideo puer fuisset extinctus.Ille uero eá equo aio eé pcipiés sibi filiu cotradi dicés:uiuu se eu resti-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOSOSALES

tuere ꝓmisit.Qua tradente:portans eũ ad locũ in quo ipſe degebat & in lectulo collocás:clama
bat ad deũ dicens:ꝙ nõ fuiſſet bene mulieri repéſatũ q̃ illũ ſuſcepat & nutrierat:cũ eius filius eét
ablatus:rogabatq; ut denuo aíam puer recipet atq; uiuédi copia præberetur . Cũq; deus & matris
habuiſſet miſericordiá : & uellet precibus ꝓphetæ rogátis annuere:ne uidereť ad eá ꝑ leſione ue
niſſe:continuo ultra oém opinioné reuixit puer.Illa uero gratias ꝓphetæ referés:tunc apte ſe co
gnouiſſe dicebat ꝙ loqueretur ei uere diuinitas. Tráſacto itaq; ꝑuo tpe:ex uolútate dei ꝑgebat ad
regé ahab futuꝝ ei núciaturus ymbré.Erúna ení & neceſſarioꝝ inopia prouíciá nimis iuaſerat:ita
ut nõ ſolũ hoíes propter ſiccitaté:ſed etiá cætera aíalia fames afficeret. Rex igitur reuocans quen
dam abdiá:qui erat ſuꝑ eius iumenta:dixit ei:ut ad fontes aquaꝝ & torrentes pergeret:quatenus
paſcua aíalibus inueniret.Qui dũ iam miſiſſet in cũctũ orbem terraꝝ:ad querendũ ꝓphetá helyá:
nec íueniſſet:præcepit ut eũ etiá ipſe reqreret. Quod dũ fieri placuiſſet:& rex & abdias ꝑ ſingula
itinera ꝑrexerunt.Cõtigerat itaq; tpe quo iezabel regía ꝓphetas domini occiderat : ut cétũ ꝓphe
tas iſte in ſpeluncis abſconderet:eoſq; ſolummõ pane & aqua nutriret. Cũ igitur abdias receſſiſſet
a rege:ꝓpheta eí helyas occurrit . A quo requiſitus quis eſſet:& agnoſcés eſſe ꝓphetá ꝓtinus ado
rauit.Cui propheta:ꝑge íquit ad regé:& dic quõ aſſum.Cui ille reſpondit. Quid mali paſſus a me:
illic me dirigis:quo poſſim indubitanter occidi . An ignoras:quõ nullũ reliquit locũ rex:quo non
direxit:ut te reptũ ad caſum necis adducat.Præcauebat ení:ne dum regi núciaret:helya alibi diſce
dente:mentiri uidereť:ac morte ſuccũberet:cõmemorabatq; ei quéadmodũ cũ iezabel prophetas
occideret:centũ ipſe abſcõſos:& multos alios in ſpeleo liberaſſet. Cui ꝓpheta:nihil metués inquit
ad regé feſtinus accede:præbuitq; ei iuriſiurádi religioné : quõ illa die ad ahab ipſe quoq; ueniret.
Dũq; regi núciaſſet:ꝙ uidiſſet helyá:& mox occurrit ahab:requirens cũ ira grandi:ſi ipſe eſſet qui
in populo hæbreoꝝ ípietatis auctor exiſteret. Túc propheta in nullo formidás ait:eũ potius mala
oía ꝑpetraſſe:eiuſq; genus qui in illá ꝓuinciá deos alienos ítroduxiſſet:ac deũ q̃ ſolus eſt reliqſſet.
Sed núc íquit oém populũ ad mõté carmelũ precipe cõgregari:necnon ꝓphetas tuos ꝑiter & uxo
ris tuæ quocũq; ſunt numero:ꝓphetaſq; lucoꝝ q̃ſi quadringétos. Qui dũ oés ad peccatũ montem
ahab euocáte ueniſſent:ſtás in medio eoꝝ helyas ait.Quo uſq; diuiſam mété & uolútates habentes
in hac cõuerſatiõe cõſiſtitis.Siquidé putatis noſtræ prouíciæ deũ ueꝝ & ſolũ:eũ ſequimini eiuſq;
mandata ſeruate:ſi uero hoc nõ exiſtimatis : ſed ꝑegrinos creditis & illis exhibéda etiá putatis eſſe
culturam:eis nihilominus obedite.Cũq; nihil populus ad talia reſponderet:petit helyas pro experi
mento fortitudinis alienoꝝ deoꝝ: & ſui:cuius remanſerat ſolus ipſe propheta cum illorum eſſet
numero quadringenti:ut ſumeret bouem:& eum occiſum ſuper altare poneret:nequaq̃ igne ſup
poſito : ſimiliter etiam illos facientes proprios deos inuocare : quatenus eorum hoſtias concre
marent : hoc inquit facto cognoſcetis ueram dei præualere naturam . Quod dum placuiſſet : ait
helyas:ut eligentes bouem illi prius occiderent:& deos proprios inuocarent . Quorum dum non
audiretur oratio : deridens helyas magna eos uoce ad deos ſuos clamare monebat : quia aut pro
fecti aliquo fuiſſent : aut forte dormirent.Illis autem a matutino uſq; ad diem mediam hoc facié
tibus : & ſemetipſos more primo cultris & gladiis incidentibus : & nihil agentibus cum ipſe eſſet
iam hoſtias oblaturus:illos quidem abire præcepit : populum uero in proximo iuſſit accedere:
ut uiderent & cuſtodirent eum : ne lignis ignem latenter immitteret . Cũq; populus acceſſiſſet:
ſumens.xii.lapides.ſecundum tribus hæbraici populi:conſtituit ex eis altare : & circam illud fecit
foueam ualde profundam : & impoſuit ligna ſuper altare : & eis ſuperpoſuit hoſtias : præcepitq;
ut quattuor ydriæ de fonte complete deferentur ſuper altare : donec fouea quæ aquam ſparſam
exaltari ſuſcipiebat:impleta maneret. Quo facto:cœpit orare deum:atq; clamare:ut errãti populo
multo iam tempore : ſuam manifeſtam faceret poteſtatem .Cumq; hoc dixiſſet : repente ignis de
cælo uidente populo cecidit ſuper aram : & conſumpſit hoſtias uniuerſas : ita ut etiam aqua ipſa
concremarentur & locus ad cinerem uſq; perduceretur : & hactenus ita perdurat . Hoc uidentes
iſrahelite ceciderunt in terram & adorauerunt unum deum : ſolum:maximum:uerumq; claman
tes : alios uero fallaciter ſe & uana opinione coluiſſe . Tunc compræhendentes prophetas ſuos:
cunctos hælya præcipiente peremerunt . Dixitq; propheta regi . Perge ad conuiuium tuum:nihil
decetero cogitans : poſt paululum nanq; a deo ymbrem largiſſimum uidebis effundi . Igitur ahab
poſt hæc uerba diſceſſit:helyas autem in culmen carmeli montis aſcendens : poſitis in terra geni
bus:eiuſq; coniũgens caput orauit . Quo facto iuſſit ut eius miniſter pergens in quendam ſcopu
lum ad mare reſpiceret:& ſi aliunde nubem ſuſcitari uideret:& referret.Túc etenim erat aer ualde
puriſſimus & ſerenitate perſpicuus. Quo aſcendente ſæpius:nihilq; uidere ſe dicente:dum ſepties
hoc feciſſet : ait ſe uidere aerem aliquo modo non tamen amplius quam unius hominis ueſtigio
nigreſcentem.Quod dum audiſſet helyas:miſit ad ahab iubens :ut ad ciuitatem citius abiret : an
teq̃ ymbrem prorumperet . Qui mox in urbem iezrahel feſtinus aduenit . Tunc repente ſiquidé
aere obducto caligine & nubibus adoperto ſpecie uehemens ortus eſt & uberrimus hymber
effuſus.Propheta uero diuinitus inſpiratus : ante currum regis ad ciuitatem iezrael uſq; perrexit.
Audiens itaq; uxor ahab iezabel:& ſigna quæ fuerant ab helya celebrata:& ꝙ prophetas eius íteri

meret: indignata miſit ad eum nuncios : & per eos interminata eſt ſe eum ita interfecturum:ſicut
perdiderat ille eius prophetas.Tunc formidans helyas:fugit in ciuitatem nomine berſabeæ : hæc
eſt aũt in ultimo ſortis iudæ:in terra idumeoꝝ:quo relinqués ſuũ miniſtrũ:abſceſſit in heremũ:&
orauit ut moreretť:nõ eni ſe melioré eſſe patrũ dicens:ut illis perditis ipſe uiuere aliquatenus exo
ptaret.Quo facto:circa quandam arborem obdormiuit.Et cum eum aliquis excitaſſet:ſurgens in
uenit cibum & aquá.Comedens autá & percipiens ex illius cibi refectione uirtutem:uenit ad mõ
tem ſyna:ubi moyſes leges a deo dicitur accepiſſe:inueniensq; in eo ſpeluncam quandam: igreſſus
in eam commorabatur. Cũq; eum uox quendam ex incerto facta requireret:ut quid illic adeét:&
cur relinq̃ret ciuitatem:ait:eo ꝙ occidiſſet prophetas alienigenoꝝ deoꝝ : & populo cõprobaſſet:
quia unus ſit deus qué ab initio coluiſſét:& ob hoc ad ſuppliciũ q̃rereť a regis uxore. Rurſus aũt
audiés:ut ſub diuũ ꝓcederet:& q̃d oporteret fieri altera die cognoſceret:ex ſpelũca digreſſus é:&
facto ſubito terremotu:ſplédoré fulgétis ignis inſpexit:factoq; ſilétio uox diuina nequaq̃ eum ti
mere præcepit:qué nullus detinere poſſet inimicus:iuſſitq; ut domi reuertés:ungeret populo re
gé hieu:nam ſi filium in damaſco uero ſyriæ azabel:pro ſe auté prophetam cõſtitueret helyſeum
de ciuitate abela:ut totius impios populi perimeret:alios quidem azahel : alios autem hieu.Hæc
audiens helyas ad regionem reuerſus eſt hæbreorum:& inueniens helyſeum filium ſaphat aran
tem:& cum eodem alios uſq; ad iuga duodecim accedens:proiecit ſuper eum pallium ſuum.Hely
ſeus autem cœpit prophetare:& relictis bobus ſecutus eſt eum:rogans eum ut permitteret:quate
nus parentes proprios ſalutaret . Quo iubente ut faceret:ualedicens eis ſecutus eſt: & fuit helyæ
cuncto tempore eius uitæ diſcipulus & miniſter . De hoc itaq; propheta hæc dixiſſe ſufficiat .

De morte naboth & agri eius poſſeſſiõe íiuſta:& q̃a adath damaſci & ſyriæ rex ſecũdo zahab
pugnauit & uictus eſt:& de religione ſeu gloria ioſaphat regis hieroſolymorum. CAPI. .XI .

QVidam igitur naboth de azari ciuitate regio agro uicinus : rogante rege ut ei uicinum
agrum quolibet precio uenundaret : quatenus eo coniuncto poſſeſſionem faceret po
tiorem qui ſi nollet pecunias:acciperet ex eius agris quem uellet eligere:naboth dicen
te:hoc ſe facere nolle:ſed paternam ſorté eligere ac poſſidere contriſtatus rex:q̃ alias ꝙ
alienum prædium non poſſet accipere:neq; lauacris uſus eſt:neq; cibis.Iezabel autem uxor ſua re
quiſiuit:cur ita tribularetur:cum neq; balnea : neq; prandium appeteret : neq; cœnam narrauit ei
naboth ſuperbiam:& quia dum præ manſuetis ſermonibus & inferioribus a regia dignitate locu
tus ei fuiſſet:non impetrando quæ popoſcerat : pertuliſſet iniuriam . Illa uero rogabat:ut puſilla
nimitate triſticiaq; recederet:ſuo corpori ſolemniter prouideret:ſe dicens de naboth ſupplicio co
gitare.Quæ miſit litteras ad iudicem iſrahelitarum ex nomine ahab:iubens ut ieiunarent omnes:
& habito conuentu:naboth facerent præſidere : cum utiq; inſignis eſſet genere & inſtruerent tres
quoſdam uiros audaces:qui contra eum teſtimonium quaſi deum blaſphemaſſet & regem:& hoc
modo perimeretur . Naboth itaq; ſecundum ſcripta reginæ & teſtimonio contra ſe perhibito q̃ſi
deum blaſphemaſſet & regem:lapidatus & mortuus eſt Audiens autem hæc iezabel:ad regem in
greſſa mox eſt:eiq; dixit:ut uineam naboth gratis acciperet . Ahab autem lætatus in his quæ acta
ſunt:exiliens e lecto:pergebat uineam naboth inſpecturus.In hoc indignatus deus : miſit prophe
tam helyam ad agrum naboth:quatenus ad ahab accederet : eiq; de his quæ fuerant geſta loque
retur:& ꝙ occidens uerum dominum agri:ipſe illius hereditatem poſſideret iniuſte.Cũq; ueniſſet
ad eum : dicente rege quid uellet : ait:quia peccato pollutum eum inueniſſet : in illo loco in quo
naboth mortuus a canibus uidebatur fuiſſe deuoratus : eius ſanguinem & uxoris fundendum :
& omne genus eius eſſe periturũ:eo ꝙ huiuſmodi impietates effecerit:& contra leges patrias ciué
iniuſte peremerint.Contriſtatus autem ahab:& pœnitentiam agens:ingreſſus eſt: & indutus ſacco
nudis pedibus ambulabat:non appetens penitus cibum:& peccata ſua confités:& deũ hoc modo
placare contédens.Tunc deus prophetæ dixit:ahab quidem uiuente:eius generis differendum eſſe
ſupplicium:ſed eius filii temporibus inferendum . Et hæc quidem helyas regi dixit:& abſceſſit .
His itaq; temporibus adadus filius adadi regis ſyriæ & damaſci:collecto prouinciæ totius exerci
tu & triginta duorum regum ſolatiis habitantium trans eufraten : contra ahab caſtrametatus eſt.
Ille uero cum par non eſſet exercitu ad dimicandum non præſumpſit accedere : ſed oía neceſſaria
in ciuitatibus munitis includens:ipſe manſit in ſamaria . Habebat enim hæc muros ualde fortiſ
ſimos:& erat inexpugnabilis obſidétibus.Rex uero ſyrorum exercitu ſumpto uenit ad ſamariá:&
obediens eá:preconé miſit ad ahab:petens:ut eius legatos ſuſciperet : & quid uellent agnoſceret .
Quod dum rex iſrahelitarum fieri permiſiſſet:uenientes legati ante regem dixerũt:diuitias filios
& uxores ahab adado regi dandas: & ſi promitteret hæc ita facienda : ut tolleret horum quæcũq;
uellet:caſtra ſolueret:& ab obſeſſione ceſſaret . Ahab autem legatis dixit : ut euntes ſuo dicerent
regi:quia & ipſe & omnes eius poſſeſſio forent . Hæc illis renunciantibus:miſit denuo dicens : al
tera die miſſurum ſe famulos:qui eius regalia perſcrutarentur:& amicorũ & cognatorum domos:
& quicquid in eis optimũ reperirent auferrent:& quæ diſplicerent:ſola relinquerent . Ahab itaq;
ſecunda legatione ſyroꝝ regis uehementer affectus:collecto populo in eccleſiam dixit : quia ipſe

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quidem paratus fuerit pro ſalute & pace cunctorũ & uxores ſuas : & filios & omnem dare poſſeſſionem : & quia hæc ſyrorum prima legatione queſiſſet nũc inquit denuo miſſa legatione petit perſcrutandas domos:ut quicquid in eis optimum inuenire poſſit auferat:& occaſionem hanc machinans ad pugnam:& ſciens quia meis rebus nõ pepercisſet:ad ueſtras acceſſit:ego uero quod uobis placuerit exhibeo.Populus autem reſpondit:ei non obediendum:ſed potius conténédũ eſſe:& ad pugnandum ſe præparatos exiſtere.Legatis itaq; rex reſpondit:ut abeútes dicerét:qa primæ qdem petitiõi eſſet paratus obedire manere aũt pro ciuium ſecuritate ſe ſollicitũ dicés:nec ſecũdã petitionẽ poſſe iplere:dimiſit eos.Adadus aũt audiens hæc potius indignatus:tertiã legationem miſit ad ahab iterminãdo atq; dicédo:q; altioré terræ cõgerié muris de qbus ille pſumebat erigeret:ſingulos tetræ pugillos de exercitu eius unuſquiſq; portaret: & his eum iterminationibus deterrebat. Ahab aũt reſpondente quia non deberet gloriari qui eſſet accintus:ſed qui bello ſuperior demonſtratus:legati uenientes:& regem cũ triginta duobus regibus qui in eius ſolatio uenerant inuenientes in epulis:ei renunciauerunt reſponſum.At ille repéte pcepit circũdari ciuitatẽ:& aggeres circa eam extolli:& nullo modo obſeſſionem relinqui.Ahab autem his geſtis:erat cum omni populo in anguſtia conſtitutus. Tunc tamẽ ſecurior factus eſt:a formidineq; releuatus:cum ad eum quidam propheta ueniret atq; dixiſſet:promiſiſſe deum:ut tanta hoſtiũ milia eius ditioni cõtraderet.Quo requirente per quos hæc uictoria proueniret:per filios inquit principum:te ſcilicẽt eorum impetum precedente.Conuocans autem filios principum rex:inuenit quaſi centum triginta duos:agnoſcensq; ſyrum ad conuiuium fuiſſe conuerſum:aperiens portas:filios principum mox emiſit.Explo ratoribus autem renunciantibus adado quid gereretur:deſtinauit qui eis occurrerent percipiés ut ſi quidem ad prælium uenirent:eos ad ſe legatos adducerent:ſi uero pacifici eſſent:idem efficerét. Ahab autem exercitum habuit alium intra murum in ſubſidiis. Porro filii principum cõgreſſi ſyrorum cuſtodibus:multos eoꝝ interemerũt:& alios uſq; ad caſtra ſecuti ſunt . Videns autem eos rex iſrahelitarum.uincentes:etiam alium exercitum dimiſit exire.Qui repente in ſyros irruentes: prævaluerunt eis.Non enim ſyri ſuperabant eos ſuper ſe ſic inopinabiliter fuiſſe uenturos . Quos propterea inuenientes nudos & ebrios:ita pſecuti ſũt:ut illi etiam relinquerent fugientes:& uix in equo rex potuiſſet euadere.Ahab autem multos in itinere perſecutos interfecit ſyrorum:& eorũ caſtra diripuit:& inueniens in eis diuitias auri & argenti nõ peruas & currum adadi:& equos quz ſumens in ciuitatem denuo remeauit.Dicéte uero ꝓpheta:ut præpararet exercitũ : qa futuro anno denuo ſuper eum ſyri reuerterentur : ahab in ciuitate hæc agebat . Adad autem cum quanto potuit exercitu de prælio liberatus : cum amicis propriis cogitabat:quemadmodum cum iſrahelitis denuo dimicaret . Qui in montibus equidem non pugnandum eſſe dixerunt : quaſi deus eorum in locis talibus preualeret:& propterea tunc ab eis eſſent uicti : ſed ſi in campo gererent bella deuincerent . Super hoc conſilium dabant : ut reges qui uenerunt in ſolatium : ad propria remeare dimitteret:& eorum exercitum ad prælii retinens:ſatrapas ordinaret:& in loco occiſoꝝ exercitũ de prouincia eorum eligeret : & equos : curruſq; ſuppleret. Credens hæc ſibi bene fuiſſe dicta rex ſyrorum:diſponebat exercitum:ueriſq; tempore caſtra mouens:accedebat ſuper hæbreos:uenitq; in ciuitatem apheca:in magno campo caſtra conſtituit.Ahab uero occurrens ei cum ſua uirtute e diuerſo tabernacula ſua fixit.Erat autem quantum ad ſyrum puus ualde eius exercitus.Tũc rurſus acceſſit ad eum propheta:& uictoriam deum dare promiſit:ſuamq; uirtutem oſtendere : qui non ſolum in montibus:ſed etiam in campis uictor exiſteret:quod apud ſyros non ita conſtaret.Igitur diebus ſeptem caſtris poſitis quieſcebant ſeptima uero diluculo præcedentibus hoſtibus aciemq; conſtituentibus:ad pugnandum e diuerſo & ahab ſuum egit exercitum . Tunc congreſſi robuſtiſſima dimicatione commiſſa:hoſtes conuertit in fugam & ad eorum interitum proſequens immanebat.Illi uero ſuis curribus impediti ab inuicem ſunt extincti:pauciq; diffugere ualuerunt in ciuitatem aphecath . Sed & ipſi ſunt mortui:muris enim cadentibus ſuper eos uigintiſeptem milia defecerunt.In ꝑlio autem centum milia ſunt occiſa.Rex autem ſyrorum adadus fugiens cum quibuſdam fideliſſimis ſeruulorum ſub terraneo loco eſt celatus.Cui dum dixiſſent ſerui:quia clemẽtes eſſent & miſericordes iſrahelite:& poſſent modo conſueto roganti ſalutem ei conferre:ſi euntes rogarent ahab:dimiſit eos hoc agere . Tunc illi induti ſaccis & reſtibus capita ſua alligãtes:hic enim olim captiui rogabant ſyri:ad ahab uenerunt petentes eũ:ut adadus rex mereretur ſalutem: quæ gratia eius proprius foret ſeruus.Ille uero dicens : ſe libenter eum ſuſcipere ſi uiueret : nec in prælio defeciſſet:honorem quoq; atq; deuotionem exhibiturꝝ ſe ei ut fratri debitã promiſit. Tũc illi accipientes iuſiurandum:ut nihil pateretur aduerſum:eduxerunt eum de loco:in quo uidebat eſſe celatus:& ſedenti in curru ahab obtulerunt . Qui cum adoraſſet eum:dans ei ahab dexteram lauauit eum in currum:& oſculatus eſt eum:iuſſitq; eſſe ſecuꝝ:dicens:ut nihil mali deberet deceterо formidare.Adad autem gratias egit:& nullo tẽpore ſe obliuiſci hæc beneficia compromiſit : ſed etiam ciuitates iſrahelitarꝝ quas abſtulerant reges ante eum redditurꝝ ſe dixit & damaſcum:ut ita rex hæbreoꝝ egrederetur ad ſua:ſicut maiores eorum in ſamariam. Celebratis itaq; federibus inter eos ahab multis muneribus donatum adadum:ad proprium dimiſit imperium. Igitur bellũ

adadi regis ſyrorꝝ quod habuit aduerſus ahab:& iſrahelitas: hoc mõ terminatũ é.Interea quidã ꝓpheta nomine micheas:accedens ad unũ iſrahelitarꝝ:petit ut eũ in capite pro uoluntate dei pcuteret. Quo nolẽte:pdixit ei:quia eo q; inobediés eẽt deo:eiuſq; pcepto:leone occurrẽte perimeret . Quod dũ illi hõi cõtigiſſet:acceſſit ꝓpheta rurſus ad aliũ:& idẽ ut faceret impauit.Qui dũ pcuſſiſſet eũ & eius uerticẽ crucitaſſet:alligato capite acceſſit ad regẽ dicés:qa dũ eẽt in exercitu cõſtitutus:accepiſſet a quodã tribuno ſeruãdũ captiuũ:ſibiq; ab eo dictũ:ut ſi captiuus fugeret:ipſe moreretur:quo fugiente is qui eũ tradiderat morté ei minaret inferre.Tũc reſpondéte ahab morté ei imminere iuſtiſſimã:ſoluẽs caput agnitus é micheas eẽ ꝓpheta. Hac eni parabola utebat : pp ſermões quos erat ei dicturus.Ait nãq; qa cũ deus ei cõceſſiſſet ut ſuppliciũ hoſtis euaderet:ipſe inimicum eius adadum qui deum blaſphemauerat dimiſiſſet:propterea deus decreuiſſet ipſũ quidẽ ab illo perimi: populum uero ab eius exercitus inuaſione conſumi.Iratus ergo ahab prophetæ:illum quidem clauſum ſeruari iuſſit.Confuſus autem micheæ ſermonibus:ad ſuam domum remeauit.Igitur de ahab hæc dixiſſe ſufficiat . Reuertar autem ad regem hieroſolymorum ioſaphat : is enim agens ſuum imperium & exercitum in ciuitatibus : & ſubiectorum prouinciam uniuerſam conſtituens:non minores quã auus eius abias tempore quo hieroboam ſuper decem tribus regnauerat munitiones ubiq; collocauit.Habuit enim propiciam & cooperatricem ſibi diuinitatem:cũ eſſet iuſtus & pius:& quod boni coram deo faceret:ſingulis diebus inquireret.Honorabant autem eum reges in circuitu conſtituti conferentes pecunias:ita ut diuinitas haberet ampliſſimas:& gloriam ualde preclaram.Anno ſiquidem tertio regni ſui:conuocans prouinciæ principes & ſacerdotes iuſſit ut peragrantes ubiq; omnem populum ſub eo conſtitutum:docerent per ſingulas ciuitates moſaicas leges:ut eas ſine prævaricatione ſeruarent:& circa eius religionẽ deuoti ſuper exiſterent.In his etenim cuncta multitudo ita gauiſa eſt : ut nec amplecteretur potius: neq; diligeret q ſeruare leges. Sed etiam confines nimis amabant ioſaphat . Cũq; etiam pacis fœdera celebrarent: eiq; paleſtini ſolita tributa redderent:& arabes annis ſingulis miniſtrarent:agnas duo milia & totidem arietes:muniuit maximas ciuitates atq; fortiſſimas : & exercitus i eis contra hoſtes & arma præparauit.Tunc enim erat ei ex tribu qdem iuda armatorum exercitus trecenta milia uirorum: quoꝝ principatum hẽbat edorus:ioannes autem ducentoꝝ miliũ priceps erat:hos ipſe duxi.Tribũ bẽiami habuit archarius: ducẽta milia.Alter aũt priceps militiæ noie gozonat:armatoꝝ habebat cẽtũ milia:& poſt hos alia cẽtũ milia q regi famulabanẽ:quos direxit ad muniſſimas ciuitates ſi filio ſuo iorã accepit uxoré filiam ahab:qui decẽ tribuous impabat:noie gotholiam. Cũq; poſtea ad ſamariã prexiſſet:opuléter eum ahab ſuſcepit : & populo q eũ ſecutus fuerat : clarã ualde largitatẽ hoſpitalitatis exhibuit:ideſt tritici & uini & pecudũ ubertatẽ:rogauitq; ut cõtra regẽ ſyroꝝ ei ſolatia nõ negaret:q tenus ramoth ciuitatẽ in galaad cõſtitutũ auferret:q eius patris primo fuerat:& a patre tũc regis ſyriæ uideret ablata.Promittẽs uero ioſaphat ſolatia ſe datuꝝ:quamuis nõ ab illius minor erat eius exercitus:& euocãte ex hieroſolymis ad ſamariã ſuũ populũ:egreſſi foris ciuitatẽ ambo reges & in ꝑriis ſolis utriq; reſidẽtes:ſuũ exercitũ diſponebãt.Ioſaphat aũt iter hæc iuſſit:ut ſi ꝓphetarũ quidã adeſſent:euocati cõſulerẽtur:ſi eſſet eo tẽpore prælium contra ſyrum agendũ.Fuerat nãq; tunc pax ahab una cum ſyro permanens annis tribus : exquo eum poſt captiuitatẽ dimiſerat ad propria remeare uſq; ad illũ diem.Vocans ergo ahab ꝓphetas ſuos quaſi numero quadrigẽtos:iuſſit conſulere deũ:ſi ei uictoriam contra adadum pugnandi concederet:& captionem ciuitatis propter quã bellum præpararet inferre.Prophetis autem dicentibus pugnare ſimul & uincere:& ſyrum eſſe captiuandum ſicut & prius : intelligens in eorũ ſermõibus ioſaphat quia ſũt falſi prophetæ:requirebat ahab regem: ſi alter aliquis eſſet ꝓpheta dei ut certius de futuris agnoſcerent.Ahab autem eſſe quendã dixit:ſed inuiſum ſibimet hoiem:eo q; mala ꝓphetaret: & prædixiſſet eũ moritурꝝ a ſyroꝝ rege deuictum:quapropter tũc in cuſtodia teneretur:cuius nomen erat micheas filius obedi . Cũq; petiſſet ioſaphat eũ uocari:miſit eunuchum & eduxit eum. Et dum eunuchus iſſet:idicauit ei omnes alios prophetas regi uictoriã prædixiſſe. Ille uero dicẽs nihil ſe aliud de rege fore dicturꝝ:niſi quod deus in ore eius potuiſſet : cum ueniſſet ad ahab eũq; coniuraſſet:ut id quod uerum eſſet ediceret:ait oſtendiſſe ſibi deum fugientes iſrahelitas:& eẽ in perſecutione ſyrorum : & ab eis cunctos diſpergi per montes ſicut greges paſtoribus deſolatos dicebatq; ſignificatum ſibi eo q; alii quidem reuerterentur ad propria : ipſum uero ſolummodo in prælio perimi.Cũq; micheas hæc dixiſſet.ad ioſaphat. Ahab ait . Nonne pauloante ſignificaui tibi:qualis ſit circa me hominis huius affectus : & q; peſſima prophetaret . Et cum micheas diceret q; eum oporteret omnia quæ a deo predicebantur audire : & q; falſi quidem prophetæ eum exacuerent:ut ſpe uictoriæ egrediretur ad bellum:immineret autem caſus eius in ꝑlio erat ahab triſticia remiſſus.Interea ſedechias quidam falſus propheta accedens ad regem ait:non eſſe reſpiciendum micheam qui nihil diceret ueritatis : & inditio ſimul utebatur : helyam prophetaſſe in iezrael ciuitate in agro nathei ſanguinem eius a canibus lambendum:ſicut & nabuthei : qui ꝑ eum a populo fuiſſet occiſus . Quibus ab illo ſic prophetatis : micheam dicebat eſſe mendacem: quãdo meliori ꝓphetæ dicere uidebat cõtraria:& q; rex tertia die moreret.Cognoſcetis inquit re

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS.USAL.ES

pẽte:ſi uera ſũt q̃ dicit iſte:aut ſi poteſt ſpiritus ſácti habere uirtutẽ.Ceſus a me palmis nõ nocebit
meæ manui:ſicuti ladã dextrã regis Hieroboã aridã fecit:dũ eũ cõpræhẽdere uoluiſſet. Hoc enim
oĩbus notũ ẽ.Cũq; ꝑcuſſiſſet micheã & nihil fuiſſet paſſus cõfortatus ahab in ſemetipſo:cõtra ſy-
roꝝ mouit exercitũ.Vicebat arbitror illud qđ iminebat:& falſi prophetæ uerba plus q̃ erat ueri-
tas credibiliora faciebat:ut ex occaſiõe ꝑueniret ad finẽ.Tũc ſtãs ſedechias & faciẽs cornua ferrea
dixit ad ahab:unũ ei manifeſtaſſet deus:in illis oẽm ſyriã ſubuertẽdã.Michea uero dicẽte:quia ſe-
dechias poſt nõ multos dies in cubiculo ſe celaret & q̃reret pœnã declinari ſui mẽdacii:iuſſit rex
micheam in cuſtodiam duci amon & ioas:principum ciuitatis:& nihil aliud amplius ei præter pa
nem & aquã miniſtrari.

Quõ achab cõtra ſyros pugnãdo deuictus eſt:& ipſe diſperiit. CAPI. .XII.

IGit ahab & ioſaphat hieroſolymoꝝ rex ſumẽtes exercitũ:uenerũt in ramoth galaditis
ciuitatẽ.Rex uero ſyroꝝ audiẽs eoꝝ aduẽtũ:ſuũ eis obiecit exercitũ:& non ꝓcul a ra-
moth caſtra fixit.Cõſtituerũt ãt iter ſe ahab & ioſaphat:ut ahan regiũ ſcema deponeret
hieroſolymoꝝ rex ꝓpria ſtola ueſtitus aſtaret in acie.Et illi q̃ micheæ dicta cõtẽpſerat:
p̄ter habitũ regiũ & qđ debebat euenit.Adad nãq; ſyriæ exercitui p̄cepat uniuerſo poſt principes
ſuos:ut nullũ aliũ ꝑimerẽt:niſi tãtũmõ iſrahelitaꝝ regẽ.Syri uero ſcã cõgreſſiõe uidẽtes ante aciẽ
regẽ ioſaphat aſtẽtẽ:& eũ credẽtes eẽ regẽ ahab:ĩpetũ fecerũt:eũq; circũdederũt . Dũq; appropin-
quãtes ipſũ nõ eẽ cognoſcerẽt:receſſere poſt tergũ.Ab ortu nãq; diei uſq; ad ueſperã pugnãtes:&
p̄ualẽte mãdato regis : neminẽ occiderũt:q̃rẽtes ahab ĩterficere ſolũ:& ĩuẽire nequerũt.Quidã ue
ro aſtadi regis puer noĩe adã:cũ ſagitaſſet iter hoſtes:regẽ ahab ꝑ loricã in pulmone ꝑcuſſit.At ille
caſũ ſuũ exercitui mãifeſtare noluit:ne timore cõuerteret in fugã:ſed aurige p̄cepit:ut cõuerſo cur
ru a p̄lio declinaret.Grauiter ei & mortaliter fuerat ſagittatus:& uſq; ad occaſũ ſolis factus ex ſan-
guis ĩterĩit.Igit ſyroꝝ exercitus nocte ſupuẽiẽte ſignũ dãte p̄cone diſceſſit a caſtris : & agnoſcẽtes
cũcti mortuũ ahab:ad ꝓpria ſũt reuerſi.Corpus ãt ahab ſui ad ſamariã referẽtes ſepelierũt:currũq;
eius abluerũt ĩ iazara fõte ſamariæ regis ſanguĩe cruẽtatũ:& tũc cognouerũt helyæ ꝓphetiã fuiſſe
uerã . Canes nãq; eius lixerũt ſãguinẽ:& meretrices ad fõtẽ qđ erat reliquũ diluerũt . Mortuus eſt
nãq; in ramoth:michea hũc p̄dicẽte caſũ.Dũ ergo hæc ahab regi a duobus ꝓphetis p̄dicta uideãt:
oportet magnã iudicari diuinitatem: & honorari ſemꝑ & coli: & q̃ uera ſũt recipi:quã ea q̃ ꝓ co
iuſq̃ libidĩe dicũt cõpleti & arbitrãdũ:ꝙ nihil utilius ẽ q̃ uirorum taliũ p̄ſẽtia:p̄bẽte ſecũdũ deos qd
unuſq̃ſq; debeat obſeruare:& cogitãdũ ex his q̃ regi ꝓuenerũt : q̃a qđ debet neq; dũ p̄ſcitũ fuerit
euitat:ſed repit in aĩas hoĩum ĩutili ſpe blãdiẽdo:& hoc mõ ſeducendo:donec a deo debita paſſio
cõpleat.Hoc ergo mõ uidet etiã ahab deceptus:ut p̄dicẽtibus qdẽ ꝑditionẽ ſuã nõ crederet:ꝓphe
tantibus autem ea quæ delectabat de ſe credẽdo moreretur.Cui ochozias ſucceſſit filius in regnũ.

Continet hic liber tẽpus annoꝝ centũ quinq̃ginta:& mẽſiũ.vi.

Incipit liber .viiii.antiquitatis iudaicæ .

Quemadmodum caſtrametatus eſt ioſaphat cõtra moabitas:& domino pugnante mirabiliter
ſine prælio uicerit eos. CAPI. .I.

IOſaphat itaq; rege ad hieroſolymam remeante:poſt bellum quo ſolatium p̄buerat
achab contra adadũ regẽ ſyroꝝ:ſicut prædiximus:occurrẽs hieu ꝓpheta culpauit
eũ:cur achab ſolatia p̄buiſſet:hoĩ impio pariter & maligno : deum dicens moleſte
quidẽ hoc ꝑtuliſſe:ſed licet peccaſſet ualde:tamẽ ꝑꝑ naturã eius optimam:ab icur
ſu hoſtiũ peperciſſe . Et tũc quidem ad gratiarum actionem rex & ad ſacrificia dei
cõuerſus ẽ.Poſt hæc ãt cœpit oẽm ſuã ꝓuĩciã circuire : & populũ edocere ut leges
per moyſen a deo datas oĩno ſeruarent:& pietatẽ circa deũ nihilominus exhiberẽt. Cõſtituẽſq; iu-
dices in unaquaq; ſui ĩperii ciuitate:p̄cepit ut ꝓ nulla re ita cogitarent:quã ut iuſticiã populis ex-
hiberent:& neq; munera:nec cuiuſpiã dignitatẽ ꝑꝑ iudiciale factũ aut diuitias aut genus conſide-
rarent:ſed oĩbus equa iura tribuerẽt:ſcientes quia etiã quæ occulte geruntur : a deo nõ ignorant.
Hæc cum docuiſſet in unaquaq; ciuitate duaꝝ tribuum:in hieroſolymam denuo remeauit:cõſti-
tuitq; ẽt ibi iudices a ſacerdotibus:& leuitis:atq; primatibus:monẽs:ut diligenter & iuſta iuſticia
cũcta diſponerẽt:ſin aũt de rebus maioribus qdã cõtribuliũ ex aliis ciuitatibus eos cõſulerẽt:cum
maxĩo ſtudio eis & iuſtiſſime reſpõderent:quando rectũ deberet eẽ iudiciũ in ea ciuitate conſtitu
tum:ubi & templũ dei & habitaculum erat ĩperatoris.Hoꝝ aũt principes cõſtituit amaſiã ſacerdo
tem:& ſabadiã qui erat de tribu iuda.Rex igitur hoc mõ cuncta diſpoſuit.Eo nãq; tp̄e caſtrameta
ti ſunt aduerſus eũ ammanite alias ammonite & moabite:ſumentes ſecũ arabum maximã legionẽ
& caſtra poſuerunt apud gaddi ciuitatẽ quæ eſt circa paludẽ aſſaltidẽ trecentis ſtadiis ꝓcul ab hie
roſolymis:in qua naſcitur palma præcipua ſimul & opobalſamum.Audiens autẽ ioſaphat:quõ ho
ſtes tranſeuntes paludẽ:in eius prouinciã deueniſſent:& metuens:cõuocauit in cetu populum hie
roſolymorum in diuino ſacrario:& ſtans contra faciẽ templi orabat : & inuocabat deũ ut ſibi ſui
auxilium p̄beret & robur:quatenus hoſtibus præualeret:dum & is qui templum ipſum edificaue

rat hoc rogaſſet:ut ipſe contra hoſtes dimicaret:& præſumentes contra eos manus inferre cõpri-
meret q̃ utiq; ob hoc uenerũt:ut terram quã eis ipſe præbuerat:molirẽtur auferre.Hæc ãt orauit
deflens:ſimul & populus uniuerſis cum uxoribus atq; filiis ſupplicauerũt . Quo facto:quidam ie-
zel propheta progreſſus in medium cetum:clamauit ad populum dicens & regem.q̃a deus eoꝝ
preces audiſſet:& contra hoſtes ſine dubio debuiſſet dimicare:præcepitq; ut altero die electo ex-
ercitu occurrerent hoſtibus:eoſq; inuenirent ab hieroſolyma in aſcẽſu gaddi:qui lucis dicitur cul-
mẽ:& cõtra eos quidem non dimicarent:ſed tantummodo ſtarent:uidentes quõ diuinitas eos ex
pugnaret.Hæc uero dicente propheta:rex equidem & populus in terra proſtratus:deo gratias re-
tulerunt: leuite autem in organis ſolẽnibus inceſſanter dicebãt hymnos.Die itaq; facto:procedẽs
rex in deſertũ ſub ciuitate thecua : dixit ad populũ quia oporteret prophetæ audire uerbũ : & ad
bellum die illa non congredi:ſed proponi debere ſacerdotes cũ tubis & leuitas ut hymnũ dicẽtes:
ſic deo gratias agerent:quaſi alias quõ hæbreoꝝ ꝓuĩciam ab hoſtibus liberaſſet . Placuit ſentẽtia
regis:& q̃ p̄ceperat agebãtur.Deus ãt terrorẽ maximũ & tumultũ ſuꝑ ammanitas ĩmiſit:& credẽ-
tes inter ſe hoſtes ſuos:mutuis ſe uulneribus occiderunt:ita ut ex tãta militia nullus pœnitus eua
ſiſſet.Ioſaphat aũt reſpiciens in cõuallẽ: ubi hoſtiũ erat exercitus:& uidens eã plenam corporibus
mortuorum: lætatus eſt ĩ dei ſolacio ſic inopinabiliter euidẽterq; allato:ut nõ laborãtibus illis ipe
uictoriã cõtuliſſet:iuſſitq; ut exercitus hoſtiũ caſtra diriperet : & mortuos expoliaret:diebuſq; tri-
bus exuentes eos pene defecerũt: tanta erat multitudo utiq; peremptoꝝ.Quarto uero die omnis
populus congregatus in quadã cõualle:de uirtute & ſolaciis benedixit deũ:pro qua re etiam locus
ipſe uocatus eſt cõuallis benedictiõis.Exinde ducẽs exercitũ ad hieroſolymam rex : multis diebus
ad hoſtias eſt conuerſus & epiſtolas . Igitur poſtq̃ hanc eius uaſtationem alienigene gentes audie-
bant:omnes ualde ſunt territe:deum eius auxiliatorem eſſe aperte uidentes . Ioſaphat itaq; ex illo
tempore cũ magna gloria & iuſticia:diuinæq; pietatis amore degebat . Fuit autẽ amicus & achab
filio iſrahelitarum regi.Cum quo communione facta in conſtructione nauium quæ a portu naui-
garent in ophir traciarum:nequaq̃ anniſum ſuum implere præualuit:naues enim præ magnitudĩe
parierunt:& propterea naues ulterius non inſtruxit.Circa ioſaphat igitur hæc ſunt geſta.

De ochozia rege iſrahelitarum:ſeu demirãbilibus heliæ prophetæ:& ꝙ ſublatus eſt ab homi-
nibus:relinquens diſcipulum helizeum . CAPI. .II.

AChab uero filius regnauit in iſrahel in ſamaria degens malignus homo:& per omnia ſi-
milis utroq; parenti:& hieroboam:qui prius iniquitatem fecerat:& populũ decipere in
choauerat.Cũq; iã in regno ſecũdũ haberet annũ:rex moabitaꝝ rebellauit ei:& tributa
quæ achab alias ahab eius pater reddebat:miniſtrare ceſſabat . Contigit ãt ut ochozias
cũ deſcẽderet de ſuꝑioribus domus ſuæ caderet:& cũ lãgueret:miſit ad deũ acharo muſcã:hoc ei
erat nomẽ illi deo:& conſuluit de ſalute ſua.Apparauitq; deus heliiæ ꝓpheræ præcipiens ut miſſis
a rege nũciis occurreret:eoſq; requireret ſi deũ ꝓpriũ iſrahelitaꝝ populus non haberet:& ideo mi
ſiſſet rex eoꝝ ad alienũ deũ:ut de ſalute ſua cõſuleret : ſimul & ut faceret eos ad regẽ reuerti : eiq;
dicerẽt:ꝙ non euaderet hunc languorẽ.Heliia uero dei faciẽte p̄cepta:audientes nũtii ad regẽ ſũt
continuo regreſſi:admirãtiq; reuerſionis uelocitatẽ:& req̃renti cãm:dixerunt occurriſſe ſibi q̃ndã
hoiem:& ꝓhibuiſſe quidẽ eos ulterius ꝓcedere:reuertẽtes autẽ nos tibi dicere ex mãdato iſraheli-
tarum dei mandauit:ꝙ non poſſis ab hac egritudĩne liberari.Rege præcipiente:ut ei hoĩem q̃ ta-
lia dixerat indicarent dixerunt eſſe uirũ hyrſutum:& pellicia zona circundatũ. Ille uero per hæc
agnoſcens heliiam eſſe quem nuntii deſignabant:miſit ad eum tribunum & quinquaginta arma-
tos:ut eũ adducerent.Tribunus aũt qui miſſus fuerat inueniẽs heliiã in montis uertice reſidentẽ:
petebat ut deſcendẽs ueniret ad regẽ quõ ille iuſſiſſet:qui ſi nollet:duceretur inuitus.Cui heliias:
ut agnoſcas inquit me prophetã uerum exiſtere:deſcẽdẽs ignis e cælo conſumat & milites tuos &
te.Continuo ueniens flamma:conſũpſit & tribunũ:& qui cũ illo pariter erant. Hac ꝑditiõe regi
denunciata:nimis iratus ad heliiã tribunũ alium cum totidem miſit armatis.Qui cum ueniſſet ad
prophetã:credẽs ſe eũ uiolenter adducere:ſi noluiſſet ſponte uenire:orans iterum ꝓpheta & eũ ſi-
cut priorẽ fecit igne conſumi.Agnoſcens hoc rex:etiã tertiũ deſtinabat . Ille uero cum eẽt ſapiens
& more ualde mitiſſimus:ueniens ad locum ubi erat heliias:ei nimis blande locutus eſt:dicens ꝙ
inuitus regiæ iuſſioni parens ueniret ad eũ:& priores non uoluntarie ſed coacti neceſſitate ueniſ-
ſent:rogabatq; ut illius & qui cum eo uenerant armatoꝝ haberet miſericordiã:& deſcendẽs ueni
ret ad regẽ.Heliias aũt ſuſcipiens manſuetudinem:& uerboꝝ eius urbanitatem:deſcendens ſecutus
eſt eum..Cũq; ueniſſet ad regẽ:ꝓphetauit ei dicens:hæc ſibi indicaſſe deũ eo ꝙ rex eum ſpreuiſſet
quaſi non eſſet deus:& non uere de eius languore prædicere ualuiſſet:ac miſiſſet ad deum acharõ
ut conſuleret qualis ei terminus languoris accederet ob quã rem inquit cognoſce te moriturum .
Et ille itaq; paruo tempore tranſacto:ſicut prædixerat heliias extinctus eſt. Cui ſucceſſit in regno
frater eius ioram:nã ſine filio mortuus eſt: hic uero ioram par fuit achab malignitate:regnauitq;
annis.xii.homo iniquitate circa deũ & impietate plenus . Nam relinquens culturam ſui dei deos
uenerabatur extraneos:erat enim in aliis nimis acerbus & peſſimus. Illo ſiquidem tempore heliias

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ab hominibus est ablatus:& usq; ad hodiernum diem nullus finem eius cognouit. Discipulum uero sicut prædiximus reliquit helizeum. De helia tamen & enoch qui fuit ante diluuium in libris scriptum est:quia sublati sunt quorum mortem nemo cognouit.

Rex iorã:rex iosaphat: & rex idumeæ castra mouẽtes cõtra moabitas:depopulati sũt terrã eorũ: & de morte iosaphat:seu de mirabilibus helysei pphetæ. CAPI. III.

SVscipiens itaq; regnũ iorã:cõtra regẽ moabitarũ mouit exercitũ:q sicut supradiximus ab eius fratre recesserat:dum pater eorum achab tributa solueret : ouium cũ lanis suis ducenta milia. Congregans ergo ioram exercitum:misit etiam ad iosaphat:rogãs eũ cũ esset olim eius patris amicus:ut ei solatium cõtra ammanitas alias ammonitas pugnaturo præberet:qui ab eius recessisset imperio . Tunc ille non solum se adiutorem esse compromisit:sed etiam regem idumeæ qui sub eo erat compulsurum:ut ei quoq; ad pugnam occurreret. Ioram autem talibus promissionibus solatiorum ab iosaphat rege perceptis:sumpto exercitu uenit in hierosolymam:& clare nimis ab hierosolymorum rege susceptus est:placuitq; eis ut itinera ab hostes per deserta facerent idumeæ:non credentibus inimicis : quia exinde eis fieri potuisset inuasio. Tres ergo reges ab hierosolymis properabãt:hoc est rex hierosolymorum:& israhelitarum & idumeæ:& dum septem diebus peragrassent iter:ad inopiam aquæ exercitus & iumenta uenerunt:cum duces eorum ignorantia itineris oberrassent . Et omnes hi quidem erant in angustia constituti:præcipue tamẽ iorã:qui nimia tristitia faciẽte clamauit ad dominũ. Quid mali faciẽtes deduxisti tres reges:ut sine bello tradantur regi moabitarũ. Quem iosaphat cõfortabat cum esset iustus. Qui mittens in oẽm exercitum:requirere præcepit : siquis in eo esset dei propheta ut per eũ audiret uoluntatem dei:& cognosceret quid faciendũ eẽt. Et dum quidam famulus iorã dixisset se illic heliiæ discipulum helizeum filium sapha:monẽte iosaphat:ad eum pariter reges tres aduenerunt. Dumq; ad pphetæ castra uenissent:habebat autem habitaculum suũ extra tabernacula constitutũ:consulebant eũ de futura militia præcipue tamẽ ioram. Qui dum diceret:ut illi molestus nõ esset:sed potius ad pphetas patris sui matrisq; pperaret : quos illi uenerarẽt quasi uere essent:rex rogabat:& supplicabat:ut pphetaret:& a periculo eos liberaret:illo uero iurante p deũ quia non responderet:nisi propter iosaphat sanctum & iustum:deducto ad medium quodam hoĩe sciente psallere:diuinitus inspiratus:præcepit regibus:ut in torrente multos lacus effoderent:dicens. Neq; nube neq; spiritu aliquo flante.neq; ymbre diffuso; uidebitis fluuiũ aqua plenũ:ita ut hoĩes & iumẽta ubertatis poculo satientur:& id uobis nõ solũ deus donabit:sed etiã hostes superabitis:& urbes moabitarum munitissimas capietis:& arbores qdẽ icidentis pomiferas:& uastabitis prouĩciã:fontes aũt fluuiosq; dãnabitis . Hæc propheta dicente:altera die priusq; sol orietur:torrẽs uehementer ĩfluxit. Contigerat autem ut tribus diebus idumea uehemẽs ymber effunderetur ita ut exercitus & iumenta abundantia nimia irrigarentur. Cũq; audissent ammonite tres reges p desertum contra se uenientes collecto exercitu rex eorum iussit:ut montana exercitus eius aggrederetur:ne latenter hostes prouinciã inuaderent. Et cum nõ eẽt hæbreorum moabitis procul exercitus:respicientes moabite orto sole aquam in torrente sanguine similem:suspicati sunt:ut tres reges se inuicem peremissent:& fluuius eorum sanguine redundaret. Quod cum arbitrati fuissent: petierunt a rege suo:ut eos ad spolia hostium destinaret. Et impetu facto quasi ad diuitias præparatas ad inimicorũ castra uenerunt:& spe sua decepti sunt. Nam circundãtes eos israhelitæ:alii qdẽ eorũ perempti:alii p uniuersam puinciam sunt dispersi . Tres ergo reges ingrediẽtes moabitarum ciuitates:& eas subuerterũt:& agros eorũ depopulati sunt:& uehementer exterminauerunt:replẽtes eos ex lapidibus torrẽtis:& arbores optimas absciderũt:& fontẽ aquarum piter obstruxerũt:& muros usq; ad fundamenta deposuerũt. Rex aũt moabitarũ dũ psecutionẽ & obsessionẽ nimiã pateretur & uideret ciuitatem capi posse:ipetũ fecit cũ septingẽtis uiris:ut iter hostiũ castra quoquo posset mõ effugeret:qđ tamen iplere nõ potuit. Nam ad quendã locũ ueniẽs ualde munitũ dũ fugere nõ ualuisset:reuersus in ciuitatẽ:opus desperationis:& crudelis necessitatis impleuit. Filiũ enim seniorẽ q erat ei successurus in regnũ:eleuãs sup murũ:ita ut a cũctis hostibus uideret̃:deo immolauit holocaustũ. Reges aũt uidẽtes hoc factũ:eius necessitatis habuerũt misericordiã:& hũana cõpassione detẽti:obsessionẽ soluerũt:& singuli ad ppria remearũt. Iosaphat aũt reuersus in hierosolymam in pace degebat:& cũ paucũ tpis post illud prælium uixisset:defunctus est. Qui uixit annis quidẽ sexaginta:iperauit quiq; & uiginti magnificãq meruit in hierosolymis habere sepulturã:similisq; fuit magnorũ operũ Dauid . Reliquit autẽ filios multos:successorẽ uero habuit seniorẽ filium iorã. Is enim nomẽ hẽbat fratris matris suæ regis israhelitarũ filii achab:alias ahab. Veniẽs ãt de regione moabitide rex israhelitarũ in samariã.habebat helizeũ sicut pphetam cuius actus uolo narrare. Sunt enĩ ualde præcipui & historia digni:sicut ex libris sacris dat̃ agnosci. Ad hunc enĩ cũ accessisset uxor abdie dispensatoris achab:alias ahab:ei quæ dixisset qa nõ ignoraret : quõ uir eius liberasset a morte pphetas dũ requisiuit achab:alias ahab uxor iezabel eos occidere:& contracto ex debito:centũ ex eis occulte pauisset:& post eius mortẽ a creditoribus urgeret̃ : atq; eius filii ad seruitiũ deducerent̃:ob quã cãm rogabat ut eius meritis misereretur operibus . & aliqđ solatium ad

necessitatem præberet. Qui dũ req̃sisset si quid hẽret in domo:aliud nihil esse sibi respõdit:nisi paruũ uas olei. Tũc pphetа præcepit:ut multa uasa uacua sibimet a uicinis accõmodaret:& clausis ianuis domus suæ:ex illo oleo in oĩa uasa diffunderet:qa deus ea cũcta ĩpleret. Quod dũ mulier fecisset:& eius filii unũquodq; obtulissent:cũ ĩpleta fuissent oĩa:& nullũ uacuũ remãsisset: ueniens ad pphetã:nunciauit hoc ei. Ille uero consiliũ dedit:ut oleũ uẽderet:& precũ creditoribus daret:& ex ipso olei precio qđ remaneret:ad alimẽtũ filiorũ eius efficeret. hoc ergo mõ helyzeus mulierẽ a debito & a creditorũ iniuria liberauit. Inter hæc aũt misit helizeus ad iorã ãmonens:ut custodiret locũ quendã in quo esse syrorũ uolentiũ eũ occidere dicebat ĩsidias. Tũc rex ad uenationẽ præparatã nequaq; egressus est:obediẽs pphetæ. Adadus aũt rex syrorũ:dum se uidisset fuisse deceptũ:quasi aliquis hoĩum eius:iorã regi sua cõsilia pdidisset ĩdignatus ueluti pditores secretorũ regis occidere minabat̃:cũ utiq; hoc nulli alii nisi illis tantũmõ credidisset. Et dum ei quidã præsentiũ dixisset:ne falsa opinione tenerentur:nec crederet quõ aliqui inimico eius consiliũ pdidissent:sed helyseũ pphetam oẽs regi factas insidias indicasse:misit requirẽs:in qua ciuitate habitaret helizeus: Illi uero qui missi fuerant reuertentes:ĩdicauerunt eũ in dothaĩ ciuitate cõmorari. Tũc adezer qui & adadus misit ad ciuitatẽ multũ nimis exercitũ equestrium simul & curruũ:ut caperẽt helizeũ. Qui tota nocte circũeũtes urbẽ:nihil egerũt. Die itaq; facta: cognoscens hoc pphetæ minister quia hostes helizeũ cõpræhendere niterent̃: prophetæ quod agebat̃ asseruit. Ille uero securus de auxilio dei contẽnebat hostes:ministrũq; metuentẽ crebro fiduciã habere præcipiebat:sperãs quõ ostẽderit deus uirtutis & ptãtis suæ psentiã. Tũc deus pphetæ orationes exaudiens:multitudinẽ curruũ & armatorũ helizeũ circũstantiũ ut minister uideret ostendit. ita ut ille remoto timore illa uisione cõfortatus assisteret. Post hæc aũt helizeus rogabat deũ:ut etiam hostiũ aspectus obcecaret:& nebulã eis immitteret:per quã eũ inspicere non ualerent. Quo facto:ueniens inter medios hostes requisiuit:quẽ quærerent. Illis aũt pphetã se querere respõdentibus helizeũ: pmisit se eum traditurũ:si ad ciuitatẽ in qua eẽt illũ sequerẽt. Qui præcedẽte ppheta deo. l eorũ mente obcecãte:cum festinatiõe sequebant̃. Tunc helizeus deducẽs eos in samariã ad iorã regẽ:præcipue ut clauderent̃ portæ:& regis exercitus circa syros astare. Quo facto:rursus orauit deum:ut hostiũ oculos aperiret:& caliginẽ ab eis auferret. Tum repente ab illa cecitate reuocati:inuenerunt se iter medios inimicos existere. Et obstupescentes syri:in nimia sunt angustia constituti:& cogitabãt qualis utiq; liberatio potuisset eis sic inopinabili & diuino opere prouenire. Tunc rege ioram consulente prophetam:si eos iaculari præciperet:hoc fieri prohibuit helizeus: dicens iniustum esse:qui lege bellica non capiuntur occidi:illos autẽ nihil mali fecisse ĩ eius puincia: sed nescientes ad eum uenisse uirtute diuina. Dedit uero consilium:ut & hospitalitatem eis præberet & mensã eius absq; lesione fruerentur. Ioram ergo obediens prophetæ:dum conuiuia præbuisset opulentissima syris:dimisit eos ad proprium remeare regem. Capitulum. IIII.

HIs uero redeuntibus:& quæ puenerãt indicantibus:admiratus adezer ĩopinabilẽ israelitarũ dei præsẽntiã atq; uirtutẽ:piter & pphetã:cui sic adesset apte diuinitas: latẽter iã nequaq; uoluit cõtra regẽ israelitarũ aliqđ attẽtare:metuẽs helizeũ: iorã uero palã impugnare disposuit: multitudine militiæ & exercitus sui magnitudiẽ se credẽs hostibus pualere. Castra itaq; metatus ẽ cũ magna uirtute cõtra iorã:qui credẽs nõ se sufficere ad resistendũ syris:semetipm ĩ samaria clausit de murorũ munitiõe confidens. Adezer autẽ cogitãs qa si nõ posset machinationibus capere ciuitatẽ:tamẽ inopia ciborũ samaritas obstrigeret: ad obsidionẽ ciuitatis accessit:& tanta fuit apud iorã necessitatis ĩopia:ut pp magnitudinẽ famis in samaria octoginta argenteis nũmismatibus caput asini uenderet̃:quinq; uero argẽteis nũmismatibus sextariũ fimi colũbarũ p salute cõperabãt hebrei. Inter hæc timebat iorã:ne pp famẽ traderet̃ ciuitas inimicis:& muros quottidie circuibat atq; custodes:ne quis ab eis intus occultaret̃ & actus ciuitatis hostibus ĩdicaret. Quod dum faceret:quadã clamãte aliq̃ muliere: domine miserere:putãs eã aliquid cibi petiturã:iratus maledixit ei:p deum dicens nec areã sibi esse nec torcular:unde aliqđ posset ei præbere. Cunq; illa nihil horũ se diceret postulare:nec pro cibo deposcere:sed ut eius cãm dignaret̃ audire. iussit ut loqueret̃ atq; diceret quæcunq; uelet. Tunc illa fecisse se dixit cũ altera muliere uicina & amica sua hãc pactiõnẽ:ut quõ famis ĩopia talis eẽt:ĩterficerẽt filios suos utrũq; masculos:& singulis diebus comederẽt eos. Et ego inqt meũ occidi: & pterito die meum ãbe comedimus hæc autẽ nõ uult hoc facere:sed pacta trãscẽdit: & filium suũ ne comedat abscõdit. Hæc cũ audisset iorã:uehemẽter afflictus ẽ:& scissa ueste:crudeli uoce clamauit. Deĩde iratus:helizeum pphetã ĩterficere uoluit:qa nõ supplicaret deo: cũ potuissent oẽs hoc mõ a malis psẽntibus liberari:& repẽte misit:q eius caput auferret. Ille itaq; ad necem pphete pgebat:helyzeum uero regis ira nõ latebat. Sedens autẽ ĩ domo sua cum discipulis suis ĩdicauit eisquia iorã homicide filius misisset q caput eius auferret sed uos inqt dum uenerit q missus est & intrauerit:obseruãtes ianuas claudite:eumq; paulum retinete:secuturus est naq; ueniens ad me rex eo q eum peniteuerit sui pcepti. Tunc illi helizei dicta fecerunt. Ioram uero

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

penitentia ductus: ob iram ſuã circa ꝓphetã & metuens ne eũ qui miſſus fuerat occideret: feſtinauit ut necé ꝓhiberet: & ꝓphetã a morte reduceret: uenienſq culpabat eũ: cur a deo abſolutionẽ malorũ præſentiũ minime poſtularet: ſed ſic eos iterire deſpiceret. Helyzeus aũt altera die eadem hora qua uenerat rex ad eũ ꝓmiſit multã ciborũ copiã affuturã: ita ut uenderet ſi publico duobus ſyclis ſatũ ordei: & uno ſyclo ſimile ſatũ. Hoc aũt dictũ & iorã & qui cũ eo erãt cõuertit in gaudia: ꝓphetæ náq nõ poterãt diſcredere ueritatẽ: ꝓpter rex ꝓcedẽtiũ cõfirmationẽ. inopiáq illius diei atq miſeriã: ſpes iã futuræ abundãtiæ leuigauit. Príceps aũté ptis tertiæ cũ regi amicus eẽt: ſupra qué tunc ipſe rex icũbebat: icredibile eſt inqt o ꝓpheta qđ dicis: & ſicut ipoſſibile eſt: ut de cataractis cæli ordeũ pluat deus aut ſimilã: ita nõ põt credi qđ a te nunc dicit adimpleri. Ad quẽ ꝓpheta hæc inqt uidebis hoc mõ fieri: ſed nõ guſtabis ex eis. Quæ ſcilicet ſicut ab helyzeo fuerãt prædicta cõpleta ſunt. Lex igit erat i ſamaria: ut habentes leprã: a tali paſſiõe mundi nõ eſſent corpore: ſed extra ciuitaté manerẽt. Quattuor ergo uiri ꝓp hác cãm manẽtes ante portam: cũ nullus eis ꝓ famis nimietate aliqd deferret: & in ciuitaté igredi ꝓp legis mãdata nõ poſſent: qbus uel ſi liceret igredi ꝓ fame ibi necarenť: cogitauerũt iter ſe dicẽtes: quia ſi illic manerent: ꝓp inopiã deperirẽt: & ꝓpterea tradere ſe hoſtibus magis eligerẽt: qui aut parcẽdo aut necãdo famis eos neceſſitatibus liberarẽt. Hoc apud ſe cõſiliũ confirmantes: nocte ad caſtra hoſtiũ deuenerunt. Incipiebat aũt deus iam terrere & cõturbare ſyros: & ſonũ curruũ & armorũ eis inferre: tanq exercitus ſup eos grandis accederet: & paulatim tubarũ fragor eorũ auribus ĩcrepitaret: qui ita repente turbati ſunt: ut relinquentes caſtra propria: cõcurrentes ad regẽ dicerent: qa ioram rex iſrahelitarũ cõducto ſolatio regis ægyptiorũ & inſularũ ſup eos accederet: quibus uenientibus ſonũ tubæ uehemẽtis audirent. Hæc eis dicentibus: etiam adezer cũ ad eius aures ſonus ſimilis aduenirẽt populo credidit: & cũ multa turba atq cõfuſione relinquentes i caſtris equos atq iumenta: innumeraſq diuitias: repente cõuertunť ad fugã: Leproſi aũt qui diſceſſerant a ſamaria: ad caſtra ſyrorũ uenientes: & in eorũ tabernaculis multũ ſilentiũ taciturnitatéq repperientes: ingreſſi ſunt in unum tabernaculum: dumq nullũ prorſus inſpicerent comedẽtes & bibentes: portanteſq multas ueſtes & aurũ: & extra caſtra celantes: deinde in aliud tabernaculũ accedentes: ſimiliter res exinde ſibi placitas tolẽtes: dum hoc quater feciſſent: & nullus eorũ omnino uideret: arbitrati hoſtes abſceſſiſſe: culpabãt ſemetipſos: cur hæc ioram regi & ciuibus minime nunciarent. Tunc illi uenientes ante ciuitatis muros & cuſtodibus clamantes: indicauerunt eis quæ de hoſtibus cõtigiſſent. Illi auté hæc regis cuſtodibus indicarunt: a quibus audiẽs rex hæc ioram: uocauit amicos ſuos & príncipes: quibus ait pro inſidiis arte calidiſſima ſyrorũ diſceſſiſſe regem: eo q deſperaret fame capi poſſe ciuitatem: ut quaſi fugientibus illis: & egreſſis ad caſtrorũ direptionẽ nobis: latenter irruerent & interficerent: & ciuitatẽ pariter deuaſtarent. Vnde uos moneo inquit: ut cuſtodiatis urbem: & nuſq abire tentetis: hoſtes abiſſe credentes. Tunc dicente quodã optime arbitratũ regẽ: & conſiliũ dante: ut duos equites uſq iordanẽ fluuium mitteret: qui cuncta perquirerent. ut ſiquidẽ illi capti ab inſidiis hoſtiũ deperirent: ſecuritas exercitui fieret: ne cuncti aliquid ſuſtinerent. pereuntes autem paucos annumeraret illis quos uaſtauerat fames. Hoc dictũ cũ placuiſſet: rex exploratores miſit. Qui iter quidẽ hoſtibus inuenerunt: uacuũ: plenũ uero cibis armiſq quæ reliquerant: ut leues eſſent ad fugã. Hæc cũ audiſſet rex: ad direptionẽ caſtrorũ miſit exercitũ. Qui nihil tulerunt ule: nec paruulũ: ſed aurum multũ pariter & argentũ gregeſq diuerſos iumentorũ: & ordei multa milia: quantũ nec in ſomnio ſe uidere credebant. Quo facto: a malis priſtinis liberati: maximã copiã habuerunt: ita ut emerent duo ſata ordei ſyclo uno: & ſatum ſimile duobus ſyclis: ſecundũ ꝓphetiã hominis dei helyſei. Satũ itaq fert modium unũ & ſemis italicũ. Horã itaq bonorũ ſolus ille princeps tertiæ partis qué ꝓdiximus potitus nõ eſt. Ná cõſtitutus a rege ut ſtaret ad portã: quatenus turbam moderate ab ingreſſu ciuitatis emitteret: ne alterutros comprimentes ad pericula peruenirent: quod alios pati prohibebat: ipſe ſuſtinuit: & oppreſſus hoc modo: ne guſtaret ex illis quæ fuerãt propheta defuncto eſt: helyzeo prædicente eius mortẽ: dum ea quæ ubertate ciborũ ille prophetauerat: ſolus ille nõ crederet. Adezer auté ſyrorũ rex cũ perueniſſet ad damaſcum: & agnouiſſet quia diuinitas ei & eius exercitui timorem imiſiſſet & fugam: & inuaſione hoſtium non fuiſſet hoc factum: nimis afflictus: eo q ita deũ haberet iratũ: corruit in languorem. Illo itaq tẽpore dum propheta helyzeus ueniſſet in damaſcũ cognoſcens hoc adezer fideliſſimũ ſeruulorum azahel nomine miſit: ut ei occurreret: & dona portaret: præcipiens ab eo requiri: ſi egritudinis eius periculum poſſet euitare. Azahel itaq cum quadraginta camelis quæq forent optima ac preciosa in damaſcena prouincia & domo regia dona portabat: & ueniens ad helyzeum: & decenter ſalutans: ait miſſum ſe a rege adezer ad eum ut dona portaret: & de languore conſuleret ſi poſſet euadere. Propheta uero azahel quidem iuſſit ut nihil ei mali denunciaret: dixit autẽ regem eſſe moriturum. Et famulus quidem hæc audiens: triſtabatur. Helyzeus autem flebat: & multas lachrymas effundebat: præuidens mala quæ populus paſſurus eſſet poſt mortẽ adezer. Dumq azahel cauſam eius confuſionis inquireret: deflẽo inquit iſraelitarum populum dolens

in his malis quæ paſſurus abs te eſt. Interficies enim optimates eorũ: & munitiſſimas ciuitates incendes: & paruulos lapidibus alliſos crudeliter trucidabis: & mulieres habentes in utero: ſeua morte diſrũpes: Azahel aũt dicente: quæ mihi uirtus eſt: ut ꝓ me poſſint talia prouenire: ait deum ſibi idicaſſe hæc: quia eſſet regnaturus in ſyria. Azahel itaq ueniẽs ad regẽ: illi quidẽ bona renunciauit: altera uero die infuſo laqueo uinciens eũ ſtrangulauit: ipſeq apicẽ regie poteſtatis obtinuit. Erat enĩ uir efficax: multaq ſyrorũ & populi damaſcenorum deuotione florebat: ita ut hactenus & ipſe adezer & azahel qui poſt eũ regnauit quaſi dii colerenť: propter beneficia & tẽplorũ edificia: quibus damaſcenorũ exornauere ciuitatẽ. Iſti náq ſoli in pompa quottidie quaſi ꝓ honore regio deferunť & ſyri de eorum antiquitate glorianture: ignorantes quia ſunt nouelli: & non habent iſti reges ultra mille & centum annos. Ioram uero rex iſraelitarum audiens adezer eſſe defunctum: a timore & formidine quam propter eum habebat: aliquomodo reſpirauit: & pacem gratanter accepit.

Capitulum. V.

AGitur iorã hieroſolymorũ rex: q & ipſe idẽ ſicut ꝑdiximus nomẽ hẽbat: regẽ apice potitus: mox ad necẽ fratrũ ſuorũ: & paternorũ ꝓiter amicorũ & príncipum é cõuerſus: & malitiæ ſuæ hoc fecit initiũ: ſi qbus malis differés a regibus q ante eũ iniqtaté ferãt ſolénitatibus hebreorũ: & i religiõe diuina docuit quoq uulgus & i aliis eé malũ & extraneos adorare deos ꝓ athaliã alias ꝓ otholiã. Ahab filiã uxoré ſuã. Et deus qdé ꝓp dauid regis ꝓmiſſionẽ genus eius noluit extermiare: iorã uero nihil ꝑtermittebat quo minus aliqd quotidie nouæ ipietatis efficeret: & qđ nõ ad uaſtationẽ paternæ traditiõis attẽderet. Illo itaq tpe abeunte recedẽtibus idumeis: & prio qdẽ iterficientibus regẽ: q erat eius patri ſubiectus: & cõſtituẽtibus qué ipſi uoluerãt: iorã cũ eqtibus & curribus noctãter i idumeã uenit: & eos qdem q uicini eius regno eé uidebanť occidit. Lõgius aũt nõ abiit: nihil tamé dum hoc feciſſet utilitatis exhibuit. Ná omnes ab eo receſſerunt: ſimul & qui prouinciã labennã habitabãt. Erat autem ita ueſanus: ut etiã populũ cogeret in excellentiſſimos mõtes aſcendere: & deos alienos adorare. Cunq hæc ageret: & omnino leges patrias a mente ſua repelleret: delata é ab helia ꝓpheta ad eum epiſtola in qua pandebať magnã pœnã eũ fore paſſurũ: quoniã patrũ ſuorũ non eſſet imitator: ſed iſraelitarum regum impietatem ſequeretur: inſup & cogeret tribũ iuda & ciues hieroſolymitas relinquere ſancta patrii dei culturã: & ad ydola cõuenire: quæ ahab rex iſraelitarũ in ſuo regno feciſſet: & quia fratres interemiſſet: & bonos uiros & iuſtos pariter occidiſſet: ſuppliciũq qđ pro his ſuſcepturus erat: ꝓpheta in litteris indicabat: ideſt cladẽ populi: & corruptionẽ uxorũ regis & filiorũ & qa ipſe quoq morereť egritudine lõga nimis afflictus: uiſceribus ꝓp nimietatẽ iternæ corruptiõis effuſis: ita ut uideret ſuã calamitatẽ: nec ſibi poſſet ullatenus ſubuenire. Et hæc quidẽ epiſtola ſignificabat heliæ. Poſt breue itaq tẽpus: exercitus arabũ iuxta æthiopiã habitantium & alienigenarũ: iorã regnũ aggreſſi ſunt: & ꝓuinciã uaſtauerunt: & regis domũ: inſuper & eius filios occiderunt pariter & uxores: & unus qdẽ ſolũmõ filiorũ eius noíe ochozias: hoſtes effugiens derelictus eſt. Qui poſt hanc calamitatẽ prædictã ſibi a ꝓpheta: languorem incurrens: multo tẽpore fatigatus diuino nutu: eius uiſceribus iminente miſerabiliter ſuperna indignatiõe defunctus eſt cũ uiſcera ſua diffuſa uidiſſet. Quẽ etiã populus mortuũ contumeliis multis affecit: ut reor credentes ita mortuũ ira fuiſſe diuina pemptũ: nec exequiis regalibus eum fecere dignum: nec in paternis ſepeliri monumentis: nec aliũ ei exhibuerũt honorẽ: ſed ueluti priuatum tumulo tradiderunt. Qui iuxta annis quadraginta: regnauit octo: tradiditq principatũ eius hieroſolymorũ populus filio eius ochoziæ.

Capitulum. VI.

AGitur iorã rex iſraelitarũ poſt mortẽ adezer ſperãs ramoth capere ciuitatẽ: & eam ſyris auferre: cũ magno apparatu caſtrametatus é ſup eos: In qua obſeſſione a quodam: ſyro nõ mortifere ſagittatus abiit i ciuitaté iezraelẽ: ut uulnus ſuum poſitus in ea curaret: derelicto in ramoth omni exercitu ſimul & duce noíe Hieu: qui filius erat náſi: ut poſt curã reuerteretť ad pugnã. Helyzeus uero ꝓphetã unũ diſcipulorũ ſuorũ dato ei oleo ſancto miſit i ramoth: ungeret hieu: eiq diceret: quõ eum regẽ diuinitas elegiſſet: cui & alia pariter idicaret præcipiẽs ei: ut ſub modo fugæ faceret iter: q̃tenus cunctos illic ꝓficiſcendo lateret. Qui dum ueniſſet in ciuitatẽ: hieu quidẽ iuenit cũ principibus militũ reſidentẽ in medio ſicut ei prædixerat helyzeus: & accedens ad eũ: ait: quædã ſe ei fore dictuꝝ. Qui dum ſurrexiſſet & in cubiculũ ſecutus eũ fuiſſet: ſeorſum ſumẽs eum iuuenis oleo eius caput iſudit dicens eum unctũ a deo rege ad Ahab generis peréptionẽ: & ad uindicãdũ ſanguiné ꝓphetarũ: qui ab iezabel nequiter fuiſſet effuſus: ut domus eorũ ſicut naboth naburthei & baaſa ꝓpter impietatẽ propriã radicitus deperiret: & nullũ ſemen de ahab genere remaneret. Et ille quidẽ cũ dixiſſet hæc de cubiculo ꝓtinus exiliuit: ne ab aliquo i exercitu uideretť. Ieſu aũt uenit ad locũ unde ſurrexerat: & cũ aliis principibus reſidebat. Quibus requirentibus ut eis diceret: cur ad eum iuuenculus adueniſſet iſup & ueſanum eũ eſſe dicentibus: recte inqt iudicaſtis: ná uerba ueſanie locutus eſt. Quibus feſtinantibus. ut ea audirent: atq rogantibus: ait eũ dixiſſe: qa ipſe fuerit electus a deo rex. Hæc itaq cum dixiſſet unuſq ſcq exiens ſe qđ habuerat: ueſtes ei proprias ſubſternebant: &

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

mittentes tubas.hieu regem esse clamabant.Illo uero exercitu congregato: pergebat ad ioram in
ciuitate iezrael : in qua sicut prediximus pro uulnere curandus abierat : quam ceperat cum ob-
sideret ramoth.Contigit auté:ut eo tempore hierosolymitarum rex ochozias uenisset ad ioram:
erat enim filius sororis eius sicut dudum diximus:ut uisitaret eũ propter uulnus quod in obses
sione acceperat:Hieu ergo subito uolens super iorá irruere: rogauit ut nullus militũ discedens:
regi ioram quæ gesta fuerant nunciaret dicens:hanc esse maximá eoꝝ circa se deuotioné: si eũ
regem hoc ordine demonstrarent.Illi uero in his quæ fuerant dicta gratanter itinera conserua-
bant:ne quis latenter pgens:quod gestũ fuerat indicaret. Et hieu quidé sumptis equitibus ele-
ctis:sedens in curru ibat in iezrael Cunq; ꝓximus fuisset ciuitati:explorator qué rex constitue-
rat ioram ut ad ciuitaté uenientes inspiceret:uidens cum multitudine uenientem hieu nuncia-
uit ioram regi uidere se equites uenientes.Ille uero repente aliqué mitti iussit equestriũ qui ei
occurreret:& quis esset agnosceret.Qui dum uenisset ad hieu:de exercitu requisiuit:dicens a rege
se missum.At ille nihil de his respondens requirenti:sequi se iussit.Quod dum explorator uidis
set:indicauit ioram:ꝗ qui missus fuerat equestris:mixtus multitudini ueniret una cum eis.Itẽq;
rege mittente & alium:etiam is multitudini admixtus est:hoc enim eum facere hieu imperauit.
Quod dum explorator ioram indicasset:nouissime in curru ipse conscendens:cum ochozia hie
rosolymorum rege in eius occursum egressus est.Hieu:autem cum multa moderatione & disci-
plina agebat iter.Cũq; ioram uenisset in agrum naboth requirebat:si in exercitu recte omnia ge
rerentur.Et cum ei hieu amarissime malediceret: matremq; eius ueneficam ac meretricem cla-
maret:metuens rex:& nihil eum cogitare quod esset salubre credens:conuerso curru suo ut po-
terat fugiebat:dicens ad ochoziam eo ꝗ insidiis & dolo fuisset captus.Hieu uero sagittam post
eum mittens:eius cor suo iaculo penetrauit:& ioram quidem repente cadens:flexo publice ani-
mam dereliquit. Hieu autem continuo iussit uadacro principi tertiæ partis ut corpus ioram in
agro proiiceret naboth:recordans prophetiam heliæ:quam patri eius qui fuit iterfector naboth
prædixerat:quomodo & ipse & eius genus in illius agro perirent:Hec enim cũ sederet tunc post
tergum currus achab:uidisse se propheta narrante dicebat:quod etiam secundum illius proue-
nit eloquium.Igitur cadente ioram:metués ochozias de sua salute:currum in aliam itineris par
tem conuertit credens ꝗ taliter effugeret hieu.Ille uero persecutus est eum ad quendam ascen-
sum:compræhendensq; sagitta emissa eum percussit. Qui derelicto curru:ascendens in equo:fu
git hieu in magedon:ibiq; curandus:post pacum uulneris illius tempus & ipse defunctus est:por
tatusq; i hierosolymoꝝ ciuitatem:illic sepultus est:cum regnasset anno uno. Fuit autem mali-
gnus & plus ualde quam pater eius . Cum autem hieu intrasset in iezrahelem urbem:iezabel
ornata stans supra turrim:bonus inquit seruus qui occidit dominum suum. Ille uero respiciens
ad eam:quæ esset interrogauit.& descẽdentem ad se uenire præcepit. Nouissime uero eunuchis
imperauit:ut eam de turre deiicerent.Quæ dum præcipitata fuisset: murum. sanguine suo asper
sit:& conculcata equorum pedibus expirauit.His ita gestis:hieu igressus palatium cum suis ami
cis:& semetipsum reficiebat:& illos cõuiuiis aliisq; rebus præcepitq; famulis qui iezabel pereme
rant:ut eam propter decus generis sepelirent:erat enim ex regibus.Sed nihil de eius corpore qui
bus hoc imperatum fuerat inuenerunt:nisi tantũmodo summitates manuũ: aliud uero corpus
a canibus est absumptum.Hæc audiens hieu:heliæ prophetiam obstipuit:is enim in iezrael præ
dixerat:hoc eam interitu fore perituram.Interea dum ahab filii septuaginta in samaria nutriren
tũr:misit hieu duas epistolas:aliam pedagogis eorum:aliam principibus samaritanorum: dicens:
ut fortissimum filium ahab constituerent regem cum & currus haberent multos & equos: &
arma ad militiam: & ciuitates munitas:quod dum facerent:domino suo repensarent. Hæc auté
scripsit:uolens samaritanorum mentes agnoscere.Relegentes ergo litteras principes ac pedago-
gi.timuerunt excogitantes:ꝗ nihil possent contra eum facere qui magnis duobus præualuisset
imperatoribus: scripseruntq; profitentes:se eum habere dominum:& facere quæcunq; præcipe-
ret.Ille uero ad hæc rescripsit:præcipiens:ut si obedirent filiorum achab abscidentes capita de
stinarent.Tunc principes euocantes nutritores infantum iusserunt ut occidentes eos: capita eo
rum absciderent:& mitterent ad hieu.Hæc illi nihil resistentes egerunt: & componentes in qui
bus uasculis de uimine factis eorum capita destinauerunt.His autem allatis ad hieu cum ami-
cis cœnanti:nunciatum est:ꝗ capita filiorum ahab uiderentur esse allata qui iussit ante portam
ex utraq; parte ex eis capitibus ageres fieri.Factoq; die:ad ea uidenda.processit & inspiciens: di-
cere cœpit ad populum:quia ipse quidem contra suum dominum militasset:& illum peremisset
eosq; cognoscere deposcebat de generatione ahab:quia omnia secundum dei prouidentiam fue
rant gesta & domus eius sicut helias prædixerat deperisset.Cunq; necasset eos qui apud iezraeli-
tas ex ahab genere sunt inuenti:cum equis ad samariam properabat: per iter autem inueniens
aliquos fratres ochoziæ hierosolymitarum regis:interrogabat eos quo properarent . Illis uero
dicentibus:quia uenerint ut ioram salutarent:& regem suum ochoziam : nescientes ꝗ ambo ab
eo occisi fuissent:hieu eos compræhensos præcepit occidi.Erant enim numero quadraginta &

[Marginal manuscript note:] achab filij septua- ginta occiduntur

duo.Post hæc occurrit ei uir quidam bonus & iustus:ionadab olim amicus eius . Qui cum sa-
lutasset eum:cœpit laudare eum ꝗ omnia cum dei uoluntate fecisset:& ahab genus exterminas
set.Hieu auté rogabat ut ascendens in currum ad samariam cum eo ueniret:ei se demonstratu-
rum dicens ꝗ nulli parceret malignantium:sed & falsos prophetas & falsos sacerdotes & suaden
tes plebi:ut magni quidem dei religionem desererent:& extraneos adorarent ipse puniret:cum
esset utiq; optima nimis hæc inspectio:atq; gratissima:ut bonus & iustus uir uideret malos tor
mentis affligi . His consentiens ionadab:ascendens in currum:uenit pariter in samariam:Hieu
autem requirens omnes cognatos ahab:interfecit:uolensq; nullum de falsis prophetis: neq; sa-
cerdotibus ydolorum ahab supplicium declinare : deceptione quadam & dolo compræhendit
uniuersos. Congregato siquidem populo dixit:uelle se duplices deos introductos quam ahab
colebat adorare:rogans ut eorum sacerdotes:& prophetæ:& serui pariter aduenirent:quatenus
copiosa sacrificia:& præcipuas diis ahab hostias immolarent:& esset morte multandus sacerdos
qui tunc non fuerit inuentus.Deus ahab baal appellatur.Constituit itaq; diem:quo uellet sacri
ficia celebrare missis in omnem israelitarum regionem nuntiis:qui ad illum baal sacerdotes ad
ducerent.Quibus pariter congregatis iussit hieu pontificibus ut darent omnibus uestes : eisq;
sumentibus ingressus in domum cum amico suo ionadab:præcepit:ut cum diligentia querere-
tur ne quis inter eos alienigena aut peregrinus inueniretur:cum nollet:ut sacerdotibus ydolo-
rum:alius interesset fidelium:illis uero dicentibus:nullum interesse peregrinum: & inchoanti-
bus sacrificia celebrare: constituit a foris octoginta numero milites armatos:quos nouerat fide
lissimos:iussitq; eis ut falsos prophetas occiderent:& ipsi in paterna solemnitate permanerent:a
qua multo iam tempore destitissent:& simul interminatus est:ut si qui effugerent pro illis ani-
mas eorum auferret:Illi ergo & omnes uiros interemerunt: & domum baal igne concremaue-
runt:& hoc modo a peregrinis solemnitatibus samariam liberauerunt . Hic itaque baal tyrio
rum fuerat deus:achab autem uolens pere socero iobal:qui rex tyriorum tunc erat: & sydonis
templum ei fecerat in samaria:sacerdotesq; instituit & omnes eos cultura religionis honorauit
cum hic igitur deus fuisset exterminatus:aureos tamen uitulos israelitas hieu adorare permisit.
hæc uero dum fecisset & pro impiorum castigationibus cogitasset deus ei per prophetam predi
xitq; in quattuor generationibus super israel essent eius filii regnaturi.Igitur circa hieu talia
gerebantur.

Capitulum. VII.

A Thalia alias otholia uero achab alias ahab filia:audiens ioram fratris sui mortem &
ochoziæ filii: & totius generis regum unam perditionem: studuit alias statuit:ut nul
lum de dauid domo relinqueret:sed omne genus exterminaret:ut nullus ex eis ad re
gnum ulterius perueniret:& hoc quidem sicut potuit fecit.Euasit autem unus filius
ozochiæ morte hoc modo diffugiens.Ozochias ex uno patre habuit sororem nomine iosaphat
cui copulatus erat pontifex ioiada. Hæc ingressa regiam domũ:ubi erant interfecti filii regum
nomine ioas infantulum anniculum celatum inueniens cum nutrice: & portans in cubiculum
clausit:& latenter aluit ipsa & uir eius ioiada in templo sex annis:quibus in hierosolymis super
duas tribus athalia.alias othalia regnauit.Septimo uero anno ioiada hunc sermonem pandidit
quinq; uiris centurionibus:eisq; suasit ut ei consentirent contra ea:quæ ab athalia: alias otholia
fuerant perpetrata:& regnum infanti traderent:percepturus ab eis iusiurandum:ꝗ securitas ta-
lia gerentibus ppararetur:prodidit eis quæ gerenda forent atq; complenda.Tunc uiri quibus sa-
cerdos ioiada suum consilium commiserat:circumeuntes omnem prouinciam sacerdotes & le-
uitas congregantes ex ea simul & principes tribuum:omnes hierosolymis ad pontificem dedu-
xerunt .Qui mox fidem ab eis cum iureiurando petit:ut quod ab eo cognoscerent cum tacitur
nitate seruarent:donec nisus eius intentionis potuisset impleri.Quibus iurantibus securus effe-
ctus deducens eum quem de genere dauid nutrierat:iste inquit uobis rex ex illa domo erit quã
nostis deum prophetasse super nos omni tempore regnaturam. Moneo itaq; ut tertiam partem
uestri eum custodire faciatis in templo:quartamq; in omnibus templi ianuis statuatis reliqua
uero pars teneat portam quæ ducit ad tecta regalia:alia maximis multitudo consistat in tem-
plo:nullumq; armatum permittatis intrare:nisi tantummodo sacerdotes. Eis quoq; præcepit:
ut pars aliqua sacerdotum & leuitarum circa ipsum regem assisteret cum euaginatis gladiis cir-
cumdantes: ut si quis armatus in templum intrare præsumeret:repente perimeretur:& nihil me
tuentes regem tam fortiter obseruaretur:Illi uero consilio pontificis obedientes:suam uolunta
tem opere declararunt: Interea ioiada aperiens armanitarium quod erat in templo a dauid con-
stitutum diuisit centurionibus & sacerdotibus:pariter & leuitis arma quæcunq; illic inuenit:lã-
ceas & pharetras & quodcũq; aliud appræhendit genus armorum:armatosq; circa templum sta-
tuit:ut manu sua totum constipare uiderentur ingressum:& quasi murum habita testudine mo-
lirentur: percipientesq; in medio puerum:ei regium diadema imposuerunt : & ungens eum ioia-
da : regem solenniter ordinauit.Populus itaq; gaudens clamauit. Viuat rex. Porro athalia alias
otholia tumultum & laudes inopinabiles repente cognoscens uehementer perturbata cum suo

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

exercitu de regalibus exiliuit.Et cum ueniſſet ad templum:ſacerdotes quidem eam protinus ex ceperunt:armatos uero qui ſequebantur introire prohibuerunt.Erát enim a pontifice prepoſiti ſicut dictum eſt ut templi aditus obſeruarent.Tunc athalia alias otholia uidens puerũ ſtantem ſupra tribunal regium eiq; diadema regale ſuperimpoſitum:ſciſſa ueſte ſua uehementer exclamans iuſſit occidi qui ei fecerat inſidias & principatum auferre tentauerat.Ioiada uero uocans centuriones:iuſſit ut educentes athaliam in conualle cedron:eam ibi perimerent:ne templum occidentes illic ueneficam uiolarent:unum præcipiens:ut ſi quis ei ferre uellet auxilium: pari ſorte pimeret:Tunc quidá cui fuerat eius iniúcta peréptio: ſumens athaliá deduxit eam ad portá mulaq; regis:& illic interfecit.Cunq; hæc circa athaliá fuiſſent geſta:cõuocans populũ & armatos ioiadas in téplũ:cõiurauit oés:ut regi faueret:& eius ſaluti ꝓſpicerét quádo i deuotiõe regia deũ potius honoraret:& ne tráſcenderét moſeas leges:iuſiurandú quoque cõpulit exhibere.Poſt hæc cõcurrentes ad domũ baal:quã athalia & iorá uir eius inſtruxerant ad iniuriam paterni dei & honorem achab alias ahab:eam funditus euerterunt:& ſacerdotem eius matá nomine peremerunt:diligentiam uero atq; templi cuſtodiam ſacerdotes & leuitas ioiada habere permiſit: & ſecundum regis dauid præceptum iuſſit eos ſecundo ideſt bis in die holocauſta & ſacrificia ſoliciter immolare:ut ſecundum legem incenſum offerrent.Fecit autem & quoſdam leuitarum portarios ad templi munimen: ne illic ſordidum aliquod latenter intraret.Hæc itaq; uniuerſa diſponens cum centurionibus & omni populo:ſumens puerum de templo ioiadas eum cum uniuerſis ad regalia uſq; perduxit.Quo in regio ſolio reſidente:cunctus populus cum fauore ſoléniter acclamauit:& ad epulas cõuerſi ſimul feſtiuitaté multis diebus egerunt.Ciuitas ergo equidem habebat pacẽ:Athalia de rebus humanis ablata.Ioas itaq; adeptus regnũ erat ánoq; ſeptem cuius mater fuit noie Ioſabeth ex regiõe Barſabe multáq; habuit cuſtodiam legum:& culturam diuinæ religionis exhibuit omni tempore quo uixit ioiada.Aetate congrua duxit uxores duas dante ſibi pontifice:ex quibus & maſculi ei & fœminæ natæ ſunt.Igitur de rege Ioas:& quemadmodum inſidias athaliæ diffugerit, regnumq; percepit:his indicaſſe ſufficiat.

Capitulum. VIII.

AZahel autem ſyrorum rex: dum pugnaret contra iſraelitas: & contra regem eorum hieu:uaſtauit prouinciam trans iordanem:quæ erat ad orientem tribus ruben:& gad & manaſſe:& galaath:& batchaneam percurrens ubiq;:& cuncta diripiens:& uim reſiſtentibus inferens uniuerſis.In quo non potuit quidem ulciſci hieu:dum cunctam prouinciam deuaſtaret:ſi circa diuinitatem ſuperbus & contemptor exiſtens: & legitima ſancta deſpiciens:mortuus eſt:cum regnaſſet ſuper iſraelitas annis ſeptem &.xx.ſepultus eſt autem in ſamaria:ſucceſſorem principatus ioacham filium derelinquens.Regem uero hieroſolymorum ioas quoddam deſiderium apprehenderat.ut templum innouaret . Quidam ergo die euocans pontificem ioiadam:iuſſit ut in omnem mitteret regionem:& leuitas & ſacerdotes exigeret pro uniuſcuiuſq; capite dimidium ſicli argenti ad fabricam & renouationem templi:quod ad ioram & athalia:& eorum filiis uidebatur eſſe deſtructum.Pontifex autem hoc equidem non fecit:ſciens q; nullus conferret argentum.Tertio uero & uicesimo anno regni ſui ioas euocans: & ioiadam ipſum & leuitas:& quaſi iobedientes ſui præcepti culpans:iuſſit ut pro hac re in futuro anno pro renouatione templi proſpicerent. Quo facto conſilio pontifex uſus eſt pro congregatione pecuniarum:quod populus libenter habuit:& gratanter impleuit.Fecit náq; ligneam arcam & undiq; muniens eam: unum foramen aperuit quam ponens in templo iuxta ſacrarium: iuſſit ſingulos quantum uellent in eam mittere per foramen pro templi reparatione. Ad hoc igitur opus omnis populus libenter acceſſit:& multum argenti:multumq; auri largitus eſt.Quo facto euacuantes arcam rege præſente:ſcribe ſimul & ſacerdotes gazophilatiorum dinumerantes: quod fuerat congregatum:deinde eandem archam in ipſo loco repoſuerunt:& hoc diebus ſingulis faciebant.Cunq; populus quod ei uiſum fuerat obtuliſſet.miſerunt pontifex ioiada & rex ioas:ut ceſores lapidum inſtructoreſq; conducerent & ligna maxima de optima ſilua deponerent.Templo itaq; reparato:aurum quod remanſerat:& argentum non paruum ad pateras:& uini fuſoria & coopercula:& uaſa reliqua deputarunt:ſacrificiiſq;.quottidie adolendis altare tegebant.Et hæc quidem tempore quoad uixit ioiadas competenti ſtudio gerebantur. Cum uero is mortuus fuiſſet qui uixerat annis centum triginta iuſtus & per omnia uenerandus:& ſepultus fuiſſet in hieroſolymis in regiis monumentis:quomodo generis dauid reparat imperium: rex ioas curam perdidit diuinæ religionis:cum quo etiam primates plebis pariter incitati ſunt: ut circa ſolemnitates & legittima iura delinquerent.Deus autem dure ferens tranſgreſſionem regis & aliorum miſit prophetas qui conteſtarentur eos ut ab huiuſmodi geſtorum malignitate recederent.Illi uero in tali malorum more & deſiderio permanſerunt ut nec alios qui ante ſe propter legitimorum iniurias fuerant caſtigati :neq; ꝓphetas qui prædicabant alias prædicabãt ut penitentiam agerent:& conuerterentur ab iniquitate reſpicerent.Nam & Zachariam filium pontificis ioiadæ lapidibus in templo rex iuſſit occidi beneficiorum patris eius oblitus. Quem

cum deus prophetam conſtituiſſet:ſtans in media multitudine ſuadebat eis ſimul & regi:ut iuſticiam facerent:& quia magna ſupplicia ſuſciperent:ſi nollent dei præceptionibus obedire.Qui tamen cum moreretur:ſuarum paſſionum teſtem deum & iudicem proclamauit:quia pro bono conſilio:& pro his quæ pater eius præſtiterat regi;ioas:ille amare & uiolenter occumberet.Rex autem non poſt multum temporis ſpatium iuſtiſſimas pœnas horum in quibus præuaricatus eſt exoluit. Veniente náq; Azahel ſyrorum rege in eius prouinciam:& Geth deuaſtante atq; depopulante:cum eſſet iam ad hieroſolymam deducturus exercitum: metuens Ioas obſeſſionem: euacuatis omnibus dei theſauris atq; regalibus & miniſteriis templi:miſit ſyrorum regi:his redimens eum:ne ciuitas pateretur oppreſſionem:aut periculum rerum omnium ſuſtineret. Cui dum ſatiſfactum fuiſſet ingenti multitudine pecuniarum nequaquam ad hieroſolymam caſtrametatus eſt. Ioas tamen cum peſſimum languorem incurriſſet:inſtantes amici qui mortem Zachariæ Ioiadæ filii defendebant:ei inſidias facientes interemerunt eum: & ſepultus eſt quidem in hieroſolymis:non autem in monumentis patrum:quia fuerat inimicus diuinæ religionis.Vixit autem annos quidem.vii.&.xl.in eius uero imperio ſucceſſit filius eius amaſias.Viceſimo autem & primo anno regni Ioas iſraelitarum principatu potius eſt Ioacham filius Hieu in ſamaria quem & habuit annis ſeptem & decem:patris quidem ſui:nec ipſe imitator exiſtens:impie uero gerens:ſicut & primi reges qui deum ſpreuiſſe uidebantur.Hunc autem humiliauit Azahel: & eum extenta poteſtate contriuit:dum aduerſus eum decem milibus armatis : & quinquaginta milibus equitum caſtra mouiſſet.Nam & ciuitates ei plurimas & maximas abſtulit:& eius milites trucidauit.Hæc itaq; paſſus eſt iſraelitarum populus ſecundum Helyzei prophetiam: quando Azahel qui occidit dominum ſuum regnaturum eſſe prædixerat ſuper Syros & Damaſcenos Cunq; Iochã in his anxietatibus teneretur:ad preces dei:ſupplicationeſq; cõfugit:rogans:ut eum de Azahel manibus liberaret:nec pateretur:ut ſub illius eum ditione uideret. Deus autem penitentiam pro uirtute ſuſcipiens:& corripere magis q̃ perdere hominem huiuſmodi uolens: conceſſit ei quatenus belli pericula declinaret.Pace itaq; prouincia rurſus ad ſtatum priſtinum copiamq; regreſſa eſt.Poſt mortem uero Ioacham filius eius Ioas ſuſcepit regnum. Cum ſeptem iam &.xxx.annos haberet in regno Ioas ſuper tribum iuda : tenuit principatum iſte Ioas in Samaria ſuper populum iſrael.Nam & ipſe idem habebat nomen:quod hieroſolymorum rex:tenuitq; regnum annis ſedecim:fuitq; bonus:& in nullo paternæ naturæ conſimilis.Illo quidem tempore dum Helyzeus propheta iam in ſenectute conſiſteret:& egritudinem incurriſſet:uenit iſraelitarum rex uiſitaturus eum.Et dum eum in nouiſſimis inueniſſet:flere cœpit eo uidente: & ingemiſcere patrẽ eum uocans:& ſcutum ſui regni: propter eum dicens nunq; contra eum hoſtes armis egiſſe:ſed ſe proſpere ſine dimicatione uiciſſe:qui dum a uita diſcederet:hæbreos ſyris relinqueret:& aliis inimicis captiuandos.Quapropter nec ipſam uitam ſecuram ulterius fore dicebat:ſed gratum ſibi eſſe:ut cum eo a præſenti luce recederet.Hæc dicente atq; gemente rege:Helizeus conſolabatur eum:iuſſitq; allatum ſibimet arcum extendere. Qui cum præparaſſet arcú contingens manus eius propheta iuſſit ut ſagittaret.Cunq; tres ſagittas dimiſiſſet:atq; ceſſaſſet ait.Si plures dimiſiſſes:eradicaſſes ſyrorum regnum.Quia uero in tribus ſolũmodo quieuiſti:totiens congreſſus ſyris pugnando prævalebis:& regionem : quam abſtulerunt a tuo patre rurſus obtinebis . Et rex quidem dum hæc audiſſet abſceſſit.Poſt non multum uero temporis & propheta defunctus eſt uir iuſticia famoſiſſimus:& in dei ſtudiis ualde præclarus.Miracula náq; & inopinabilia opera per ſuas prophetias oſtendit:& apud hæbreos memoriam claram & magnificam ſepulturam habere promeruit:& qualem uiro ita religioſo decebat impendi.Illo ſiquidem tempore contigit:ut quidam latrones in helyzei ſepulchrum mortuum: quem ipſi uidebantur interfeciſſe proiicerent.Cuius cadauer dum eius fuiſſet çorpori ſociatum:continuo ſuſcitatum eſt.Et de Helyzeo quidem propheta:& quæcũq; prædixit: & quomodo poſt mortem uirtutem diuinam habuit:hec declarata ſufficiant. Defuncto itaq; rege Syrorum: Azahel ad filiũ eius adam imperium peruenit:contra quem ioas iſraelitarum rex cum dimicaret:& tribus congreſſionibus eum uincens:omnem prouinciam ab eo retraxit:& quaſcunq; ciuitates & uicos eius pater Azahel de iſraelitarum regno ſubtraxerat liberauit.Hoc itaq; ſecundum prophetiam Helyzei ꝓuenit.Cũq; contigiſſet ut etiam ioas moreretur:ille quidem ſepultus eſt in ſamaria:regnum uero ſuo filio Hieroboam nomine dereliquit.

Capitulum. IX.

ANno ſecundo Ioas regis iſraelitarũ:regnauit ſuper tribũ iuda i Hieroſolymis Amaſias Cuius mater erat nomine Iodam.Genere uero ciuis & iuſticiæ prouiſione mirabilis qui cum iuuenis eſſet:ueniens ad regnum:cogitauit ut inimicos qui patrem eius occiderãt:puniret:& comprehenſos omnes occidit:filiis autem eorum pepercit ſequés moſeas leges qui non ſanciuit propter peccata parentum filios occidendos.Deinde eligens exercitum de tribu iuda & Beniamin:qui in flore iuuentutis & circa triginta annos exiſterent: & ex his congregans quaſi trecenta milia:conſtituit ſuper eos centuriones:mittenſq; ad regem iſraeli tarum:coduxit argenti talentis centum milia armatorum.Deliberauerat enim ut amalechitaq;

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
CIDOS USAL.ES

gentibus:& idumeis:& Gabaonitis inferret bellum.Cunq; præpararetur ad prælium: & iam uideretur positus in procinctu:suasit ei propheta:ut dimitteret israelitarum exercitum: quia esset impius : & deus eum uinci p̃diceret:utq; suorum solũmodo solatio uteretur:& hostibus præualeret cum paucis contra eos uolente deo pugnandum.Cum ergo grauiter hoc ferret rex:q; mercedes israelitis iam præbuisset ingentes:monebat propheta ut ageret quod deo placeret: cũ possent pecuniæ ex ipsius muneribus abundare.Et illos quidem dimisit:cedens etiam quas dederat rex mercedes:ipe uero cum suo exercitu ad prædictas gentes accessit:Et prælio gesto uincens.x. quidem milia occidit:& totidem uiuos cœpit:eosq; deducens ad magnam petrã quæ est in Arabia constituta:prædam autem & diuitias ex his gentibus abstulit infinitas.Dum itaq; in his amasias consisteret:israelite quos cum mercede data remiserat indignati sunt:& credentes iniuriam q; quasi pro uituperatione fuissent ab eo remissi:eius regni terras aggressi sunt:& usq; Bethoron procedentes dirupuere prouinciam:& multa quidem abstulere iumenta & tria milia hominum occiderunt.Amasias in uictoria ex his quæ gesta fuerant eleuatus : deum quidem qui ei horum omnium auctor extiterat cœpit spernere:ac deos illos quos de amalechitarum prouincia uexerat adorare.Tunc accedens propheta mirari se dixit:cum eos deos rex arbitraretur adorandos: qui suos:& a quibus honorabantur iuuare nõ potuissent:nec ab huius manibus liberassent: sed peuntes defendere contempsissent:& ipsi quoq; in hierosolymam ad instar hostium captiuorum uicti deducti fuissent. Hæc itaq; regi mouerunt iram:& præcepit ut deberent dicere ad prophetam interminãtes eum se puniturum si amplius loqueretur.Et propheta quidem tacere se dixit: prædicens non esse præbiturum deum ea quæ rex facere moliretur.

Capitulum. X.

AMasias uero dum se abstinere non posset in rebus fœlicibus constitutus: quas a deo perceperat:eiq; faceret iniurias: scripsit ad regem israelitarum Ioas: ut obediret ei & ipse & populus uniuersus: sicut & prius obaudiebant parentibus eius: dauid & salomoni.Qui parere nollent:scirent:q; bellum terminum causæ perciperet.Cui ioas rex ita rescripsit.Rex Ioas regi amasiæ.Erat in libano monte cipressus omnino potens : & carduus exinde misit ad cipressum:petens ut filiam eius filio suo daret uxorem.Et dum hæc agerentur bestia quædam transiens carduum conculcauit Hoc ergo erit tibi exemplum:ut maiora non appetas:nec quomodo amalechitas uicisti:in hoc exultans tibi & tuo regno uidearis inferre periculum.Hæc legens amasias:ad bellum potius incitatus est:ideo ut arbitror ad hoc eum impellente:ut pro his quæ fuerant ab eo cõmissa pœnas exolueret.Cunq; produxisset exercitum contra Ioas essetq; iam prælium cõmissurus:milites amasiæ repentinus terror & stupor inuasit:qualem non propicius deus immittit:& antequam uenirẽt ad manus in fugam animi pauore cõuersi sunt. Illis igitur terroribus dispersis:contigit ut amasias desolatus ab hostibus caperetur:eiq; Ioas mortem interminatus est.si hierosolymitis non suaderet.ut aperientes portas: eum cum exercitu in ciuitatem susciperent. Et amasias quidem mortis terrore compulsus suscipi fecit hostem. Qui destruens partem muri quasi quadringentorum cubitorum: curru ingressus est hierosolymam amasiamq; captiuum ducens : & dominus hoc modo hierosolymitatem ciuitatis effectus: & dei thesaurum abstulit : & aurum argentumq; quod in amasiæ erat regalibus exhausit : & ita eum a captiuitate resoluens:regressus est ad Samariam . Hæc itaq; gesta sunt circa hierosolymitas anno quartodecimo regis amasiæ. Qui post hæc passus insidias amicorum: fugit quidem in ciuitatem lachis: interfectus est autem ab eis mittentibus:qui eum illic interimerent.Cuius corpus referentes.in hierosolymam regaliter tumulauerunt. Igitur amasias hoc modo finiuit uitam propter superbiam & contemptum quem habuit circa deum:qui uixit annos quidem quattuor & quinquaginta:regnauit autem uigintinouem:Huic successit filius suus noe Ozias.

Capitulum. XI.

ANno quintodecimo regni amasiæ regnauit in israel filius Ioas Hieroboam in samaria annis undecim . Hic autem rex circa deum quidem iniuriosus: & iniquus extitit uehementer: ydola colendo: & multa incongrua: & opera extranea faciendo: populo uero israelitarum multorum bonorum operum occasio fuit.Huic quidem Ionas prophetauit:q; oporteret eum syros uincere dimicantem: &. regnum proprium dilatare in partibus aquilonis:usq; ad Emath ciuitatem a meridie uero usq; ad aspaltiden paludem. Antiquitus enim termini chananei isti fuerunt:sicut princeps iesus ea loca determinauit: Igitur Hieroboam castrametatus contra syros:omnem eorum prouinciam sicut Ionas prophetauerat deuastauit.Necessarium uero iudicaui integritatem rerum contradere: studens quæcunq; & de isto propheta in sacris libris inueni conscripta omnia declarare.Hinc enim iussus a deo ut iret ad Niniue regnum:& ibidem prædicaret:q; esset amissura ciuitas principatum:metuens nõ perrexit:sed fugit deum in ioppe: & inuenta naue ingressus in tharsu ciuitatẽ ciciliæ nauigabat.Cunq; tempestas imineret aspime:& nauis submersionis picula sustineret:nautæ quidẽ & gubernator : & ipse nauclerus fundebant orationes:quatenus piculũ maris euaderent.Ionas aũt operiens semetipm

iacebat:& nihil metuebat horũ quæ uidebat eos afficere. Cum ergo tempestas potius augeretur: & uiolentibus uentorum nimietate mare attolleretur in cumulum:cogitantes simul: quia aliqs nauigantium huius tempestatis auctor existeret:constituerunt ut quicunq; is esset sorte prodereturQuibus hoc facientibus sors cecidit in prophetam.Interrogãtibus autem illis unde esset: & quid ageret:genere se quidem dixit hæbreum:prophetam uero summi dei : eisq; suasit : ut si uellent præsens periculum declinare:eum in pelagus proiicerẽt:quia tempestatis eorum auctor existeret.Et illi quidem prius non hoc facere præsumpserunt impium indicantes : si peregrinũ hominem:& qui eis suam commiserat salutem:ad hæc mala compellerent : cum utiq; nondum nauis submersio proueniisset:a propheta uero post hæc compulsi: & timore suæ salutis astricti eum in pelagus proiecerunt:& tempestas quidem remota est.Ille uero ut sermo est: q; a ceto deuoratus post tres dies totidemq; noctes in Euxino ponto uiuus euomitus est in nulla parte corporis maculatus:qui supplicans deo:ut ei ueniam concederet pro delicto:ad niniue profectus ẽ ciuitatem:& astans in medio prædicauit:q; post breuissimum tempus asyæ perderent principatum.Hæc ergo eis indicans est reuersus.Hanc itaq; narratiõem explicui: sicut scriptã inueni.Igit hieroboam rex cum omni fœlicitate uitam degens:& regnans:annos.xl.defunctus est : & sepultus in Samaria:cui successit in regnum eius filius Zacharias.Eodem modo & Ozias amasiæ filius quarto & decimo iam anno regni hieroboam duabus tribubus in hierosolymis impauit: cuius mater fuit Athelamas nomine:genere uero ciuis.Erat aũt hic bonus & naturaliter iustus atq; magnanimus:& ad regẽ prouidentiã nimis industrius.Castrametatus cõtra palestinos:eosq; bello deuincens:ciuitates eorẽ cœpit post Geth:& lániã:sed & muros eaꝝ destruxit.Post hãc militiam aggressus est Arabas uicinos ægyptiis:& edificans ciuitatem circa mare rubrum:cõstituit in ea custodiam.Deinde ammanitas:alias ammonitas subdẽs:& tributa eis imponẽs : & oĩa usq; ad terminos ægyptiorẽ:suæ ditioni subiiciẽs cœpit decætero hierosolymitanꝝ hére curã: nã quicũq; muri fuerãt lõgo tempore:aut regũ priorẽ desidia iam destructi:eos rursus edificauit:& reparauit:necnõ & quoscũq; destruxerat israelitarum rex quãdo patrẽ eius amasiam captiuum tenens ingressus fuerat ciuitatem.Edificauit aũt & turres multas:singulis quibusq; cẽtum & quinquaginta cubitos habentibus altitudinis.Fecitq; & in desertis magnas ualde munitiões:& multos aquæductus instituens. Habebat aũt iumentorẽ & aliorẽ animaliũ innumeram multitudinẽ quando & prouincia fertilis erat ad pascua:eratq; præcipue terræ cultor: & curã habebat circa plantationes:& semina fructuũ diuersorum . Exercitũ circa se habuit electorẽ trecẽta octoginta milia uirorẽ:quorẽ duces & tribuni:& millenarii erant ualde fortissimi:& q; suo robore possent ferri numero duo milia.Cõstituit autem per cohortes totum exercitum:& omnes armauit: dãs unicuiq; iaculaturam & scutum & loricas ereas:& arcus & splendonas.Super hæc autem & machinamenta multa ad oppressiones instituit:quibus petræ dimitterentur & iacula & arpagiões: & his similia præparauit.Dumq; hæc ita constituisset mentis elatione corruptus : & substantia mortali ditatus:contra immortalem omni tempore agere nitebatur . Est autem imortalis; substantia:pietas circa deum:& custodia mandatorum.Lapsus est itaq; fœlicitatis euentu: & ad paterna peccata descendit:quæ etiam illum postq̃ claritatem bonorum & rerum magnitudinem dereliquit apprehenderunt.Hic enim instante insigni die & generali festiuitate indutus stola sacerdotali intrauit in templum:oblaturus incensum in aureo altari deo . Pontifice uero Azaria cum aliis octoginta sacerdotibus eum prohibente ne faceret : quomodo hæc solummodo his adiacerent:qui ex genere aaron erant:& clamantibus ei ut exiret:& non ageret contra dei leges: iratus interminatus est eis mortem:nisi tacerent. Inter hæc autem terremotus factus ẽ magnus: & stupescente populo claritas solis nimis effulsit:& incidit in faciem regis : & illi quidem lepra continuo prouenit.Ante ciuitatem uero in loco qui dicitur Eroge scissa est media pars montis ad occidentem:& sua uolubilitate per quattuor stadia procedens:ad orientalem resistit montẽ: ita ut ei uias clauderet & regios ortos opprimeret.Cunq; sacerdotes regis faciem lepram appræhendisse conspiciunt:pandebant ei calamitatem suam:hortantes ut tanq̃ pollutus exiret a ciuitate.Ille uero confusione huius euentus affectus:& dum illi iam nulla esset fiducia tremefactus quod iubebatur impleuit.Qui licet fuisset ultra humanas mentes elatus: & propter hæc impie gessisset in deo miserabilem:tamẽ hanc & uilem pertulit passionem:& tempus quidem aliquod extra ciuitatem commoratus in uita priuata degens:filio eius licet suscipiente regnum: deinde mestitia faciente defunctus est.Qui uixit quidem annos octo & sexagĩta:quibus regnauit quinquaginta & duobus: sepultus est autem in hortis solus. Zacharias autem filius Hieroboam dum mensibus septem regnasset in israel dolum passus occisus est a quodam amico nomine Sellum:filio Iotauis:qui post eum regno percepto non amplius q̃ diebus triginta tenuit regnum. Princeps enim militiæ Manaen illo tempore:cum esset in ciuitate tharso: & audiret qd̃ de Zacharia fuerat gestum:surgens inde cum omni militia uenit in samariam & commisso p̃lio Sellum peremit:& semetipsum constituit regem:surgensq; exinde in Thabrain ciuitatem ueni:cuius ciues obseruantes portas eius : regem suscipere noluerunt. Ille uero ulciscens in eis: &

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quæ foris erant depopulatus est:& ciuitatem obsessione fortissima accepit:& grauiter ferés: qd fecerunt eius ciues:omnes simul occidit:neq; paruulis parcens:& quicquid ad culmen pertinebat ferocitatis & seuiciæ non reliquit.Nã quod neq; alienigene capiétes eos facere potuissent, hoc iste de suis contribulibus operatus est.Itaq; Manaen hoc modo regnauit annis.x.fuitq; peruersus & rerum omnium ualde seuissimus. Cap.XII.

GVnq; aduersus eum castra mouisset Phoialus alias Phoiaphul assyrioꝝ rex: ad certamina quidé pugnæ contra assyrios non accessit:sed mittens ei mille argenti talenta: egit ut bello discederet.Ad hanc itaq; causam profuit populus regi Manaé. Nã unusquisq; pro capite suo qnquaginta præbuit dragmas:post hæc defunctus é: & sepultus in Samaria:Phaceiá uero suum filium successorem regni proprii dereliquit. Qui sequens paternam crudelitatem duobus tantũmodo regnauit annis:deinde in cõuiuio dolo cum amicis propriis pemptus é.Phaceias enī millenarius filius Romeliæ ei fecit insidias:qui & ipse Phaceia tenuit annis principatum.xx.Fuit aũt impius & iniquus.Rex uero:assyrioꝝ Teglat Phalasser noie castrametatus aduersus israelitas:& cunctam Galaditē regionem uastans:& transiordané:& quæ gabbani nuncupanť:& Trasa & Asaran habitatores una captiuos ducens:eos in regnum suũ migrauit.Igitur & de assyriorum rege hæc nos declarasse sufficiat.Ioathã itaq; filius regnauit i hierosolymis super tribum iuda cuius mater fuit ciuis illius ciuitatis quæ uocatur Itrasis:is rex nulla uirtute minor fuit:sed & rebus quidem diuinis pius.apud homines aũt extabat iustus: húiusq; curá rerum ciuitatis:& quæcunq; reparatione & ornatu pariter indigebát:hæc largissime procurabat:fecitq; porticus in templo:& eius ingressus ornauit:muros quoq; qui ceciderút rursus erexit:turresq; proceres & inuincibiles in eis edificauit.& in reliquis oibus quæ in regno neglecta uidebantur:opus fabricationis exhibuit.Qui dum ammanitis alias ammonitis intulisset bellú atq; uicisset:eos annis singulis tributa præcepit exoluere talenta auri centũ:& tritici decé milia choros:tantũdé & ordei.Sic aũt proprium auxit regnum:ut hostibus quidé esset ualde terribilis:familiaribus uero præcipue fœlix.Eo itaq; tempore fuit propheta quidam nomine Naumq; de assyrioꝝ subuersiõe & Niniue urbe prophetãs hoc dicebat.Niniue quasi piscina aquæ cõmota:sic & populus omnis turbatus:& fluctuans cõmouebitur fugiens cunctis dicentibus: ad alterutros state & manete:aurúq; uobis & argentum diripite:& nullus hanc uoluntatem agendi habebit:cum animas suas omnes magis q̄ facultates salutare festinent. Crudelis enī alterutros decertatio habebit: & luctus & solutio magna membrorum : & uultus eorum terrore pallescunt, Vbi tunc erit habitaculum leonum:& mater catulorum leonum:Dicit autem tibi deus niniue: quomodo exterminabo te:ut nequaq̄ leones progredientes ex te imperent mũdo . Sup hæc aũt & multa alia prædixit iste propheta de Niniue:quæ dicere necessarium non put aui : ne legentibus uiderer importunus ostendi.Hæc aũt omnia prouenerunt in niniue post annos centum & xv.De his ergo nunc a nobis sufficienter expositum est.Porro Ioathan mutauit uitam : cum uixisset annos unum & quadraginta:ex quibus regnauit sedecim:sepultusq; est in regiis monumentis:uenitq; regnum ad eius filium Acham:qui impius circa deum existens:& paternæ preuaricator legis:reges israelitaꝝ imitatus:in hierosolymis ydoloꝝ aras instituit:& super eas sacrificauit: in quibus etiam suum in holocaustum obtulit filium more chananeorum: & super hæc multa alia scelera perpetrauit. Capitulum. XIII.

GVnq; circa hæc ita uesanus existeret:castrametatus est aduersus eũ syroꝝ & damascenorum rex Rasin:& Phaceias israelitarum:erant enim amici & recludentes eũ in hierosolymis:multis eam tẽporibus obsidebant:ppter muroꝝ munitionẽ eam capere nõ ualentes.Syrorum uero rex capiens ciuitatem Ailach ad mare rubrum positam & habitatores eius occidens in ea uiros statuit:& aliis in circuitu ciuitatibus ita fecit:perimens ubiq; iudeos:qui multam deuehens p̄dã:in damascũ cum suo réauit exercitu.Rex aũt hierosolymoꝝ cognoscés syros ad ppria réasse:& credés p̄ualere se cõtra israelitaꝝ regẽ:exercitú suũ aduersus eũ armauit:& congressus bello faciente ira dei deuictus est:propter ipietates suas multas & maximas:Ea nãq; die centum &.xxx.milia eius militum ab israelitis occisi sunt: & amasias princeps militiæ Zachariam filium regis Acha in bello peremit:& tutorẽ totius regni Ericam constituit:& principem militiæ tribus iudæ nomine Elicam captiuum tulit:& ex tribu Beniamin mulieres & infantes:multamq; simul diripiens prædam:in Samariam sunt reuersi.Quidá uero Odidas illius temporis propheta cum esset in Samaria exercitui ante muros occurrés magna uoce clamauit dicens uictoriam eis nõ ppria uirtute collatã:sed propter irã dei q̄ hũit sup Achá regẽ culpauitq; eos cur eis non sufficeret sua fœlicitas:sed ét p̄sumpserint ex tribu iuda & Beniamin cognatos suos captiuos abducere:suasitq; illis ut eos continuo sinerét ad ppria remeare:q; si nõ obedirẽt deo subderenť repetiti prælio.Populus igiť israelitaꝝ i cetu cõueniés:quid de his faceret cogitabat.Tũc quidá Barachias noie cũ esset in republica pbatissimus:surgés i medio: & cũ eo tres alii dixerunt.Non est permittendum ut captiui in urbem introducant: ne oés a deo pariter pereamus. Sufficiant prima peccata sicut prophetæ domini:& non nouas ipietates adiicia-

mus.Hæc ergo milites audientes:permiserunt eis ut facerent quodcunq; crederent expedire.Sumentes ergo prædicti uiri captiuos lauanteśq;:& diligentiam exhibẽtes:& itineris dantes expensas innoxios ad propria remiserunt.Nihilominus quattuor uiri uenere cum eis: & usq; ad hiericho deducentes eos non procul ab hierosolymis in samariam sunt reuersi. Rex aũt Acham hæc passus ab israelitis mittés ad regem assyrioꝝ thadaphasarum:poposcit ab eo belli solatium aduersus israelitas:& syros:& damascenos:multas pecunias se ei daturum esse promittétes misitq; ei & munera ualde præclara.Ille uero legatis ad se uenientibus:uenit in auxilium regis Achá: & castrametatus aduersus syros:& regionem eoꝝ depopulatus est: & damascum bellico iure cepit:insuper & regem Rasin occidit.Damascenos aũt in superiorem mediam destinauit : & quosdam assyriorum in ciuitate damascena constituit:israelitarum uero terram nimis affligens multos ex ea captiuos abduxit:dum hæc contra syros egisset rex hierosolymorum auferens aurum quodcúq; erat in regalibus thesauris pariter & argentum:& quod erat i templo dei:& quicquid fuit optimum ornamentum in templo: deuehens hæc uenit in damascum:& secundum promissiones dedit hæc assyriorum regi:& gratias ei pro omnibus referens:in hierosolymã remeauit. Hic aũt rex fuit stultus:& circa modum suæ utilitatis a ratione alienus:quia neq; dum bello cõprimeretur ab assyriis deos eorum adorare cessauit:sed in eorum ueneratione permansit: qua si posset ei cõferre uictoriam:& deuictus assyrioꝝ denuo cœpit colere deos: & oés potius uidebatur honorare:q̄ paternum uerumq; deum cuius ira fuerat eius perditionis cã.Qui ad tantã insaniam:cõtemptumq; dei peruenit:ut oino clauderet tẽplũ:& solemnes offerri hostias prohiberet & ornamenta eius auferret.His igitur rebus iniuriam faciens deo.mortuus est cum uixisset annis sex & triginta ex quibus regnauit sedecim .Cui filius Ezechias mox successit i regno: Eodé tempore mortuus est etiam rex israelitarum phaceia:dolo cuiusdam amici nomine Ozias: q tenuit regnum annis nouem:fuitq; malignus dei contemptor. Cap. XIIII.

GOntra hunc aũt castrametatus é assyrioꝝ rex Salmanasar:eũq; cum utiq; Ozias deũ nõ haberet propicium nec adiutorem fecit sibimet subditum:& tributa definita cœpit exoluere. Anno itaq; quarto Oziæ regis:regnauit i hierosolymis Ezechias filius Achá:& Abiæ qui fuit ex genere ciuis.Erat aũt huic uiro natura benigna iusta & ualde religiosa.Nihil enim ob aliud se credidit uenisse ad regnũ:neq; aliquid necessarium: nec utilius sibimet eiq; subiectis arbitratus est esse q̄ ut coleret dei religionem.Et conuocans omnẽ populum pariter sacerdotes & leuitas:cõtioné habuit apud eos dicens.Non ignoraris: quomõ patris mei peccato qui transgressus est dei sanctam honorabilemq; culturã:multa & maxima mala ultis experti:& ab eo uestra mens corrupta est:& quomõ suasit:quos ipse colebat uos deos suos pariter adorare.Hortor itaq; uos postq̄ opere cognouistis:quomodo pessimum est agere impie: ut illoꝝ obliuionem habentes:purgetis uos a priore pollutione:& cũ sacerdotibus atq; leuitis conuenientes aperiatis templũ:& purgãtes illud cum solénibus sacrificiis:ad honorem antiquũ & patrium reuocetis.Sic enim deus uobis propicius erit:& irasci super uestra peccata cessabit. Hæc dicente rege sacerdotes apuerunt templum:& eiicientes pollutiones:uasa dei & solénia sacrificia super altare imposuerunt.Mittens aũt rex in prouinciam sibi subiectam populũ ad hierosolymam cõuocauit:ut festiuitatẽ celebrarent azimorum:multum náq; præterierat tempus propter iniquitatem prædictoꝝ regum: quod non fuerat actum.Misit uero pariter ad israelitas: inuitãs eos:ut relinquentes malam conuersationem & consuetudinem reuerterentur ad pristinam dei culturam : dicens concedere se uenientibus in hierosolymam : ut azimorum festiuitatem agerent : & cum eis pariter epulas exercerent . Hæc dicebat: monens tantum non sibi eos subiectos facere studens:si tamen nollent:quod si quidé uoluissent:utiq; beati fuissent. Israelite uero uenientibus legatis:& eis regis ppria mandata nunciantibus:nõ solũ non acqeuerũt sed etiam legatos tanq̄ fatuos irriserunt. Pariter etiam prophetas hæc monentes & prædicátes quæ paterentur:si ad pietatem dei conuerti nollent:spreuerunt:& ad nouissimum eos cõprehendentes interemerũt . Et neq; in his solis iniquitatibus perstiterunt:sed horum quoq; peiora faciebát nec prius quieuerunt donec deus uindicans in eis:hostium eos subderet ditioni. Et de istis quidem postea declarabimus.Multi tamen de tribu Manasse:& Zabulon:& Isachar obedientes monitionibus prophetarum:ad pietatis iura conuersi sunt.Et isti omnes ad Ezechiam in hierosolymam concurrerunt:ut adorarent deum.His autem uenientibus rex Ezechias ascẽdens i templum cum principibus & omni populo:sacrificauit pro se thauros septem & totidem arietes : & agnas septem: & totidem hircos:imponenteśq; manum super capita pecudũ ipse rex & principes sacerdotibus solemnia sacrificia facere permiserunt. Et illi quidem sacrificabant & holocausta faciebant:leuitæ uero circũstantes cum musicis organis cantabat hymnos in deũ atq; psalebát: sicut docti fuerant a dauid: reliqui sacerdotes tenentes tubas cum hymnis dicentibus concrepabant.His itaq; factis prostratus in faciem:& ipse rex & populus uniuersos adorauerũt deum: deinde scrificauerunt boues septuaginta thauros centum:agnas ducentas.Populis uero ad epulas condonauit: boues quidem sexcentos:reliquaq; pecora tria milia:& omnia quidé sacerdotes

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſecundum legis conſuetudinẽ cõplebant.In his itaq; rex delectatus epulabaſ cũ populo gratias agens deo.Inſtantem uero azimoꝝ feſtiuitatem celebrantes ideſt paſchalia decætero ſacrificia diebus ſeptem exhibuerunt.Populo uero præter illa quæ imolata ſunt:donauit rex thauros quidem tria milia:pecudum diuerſorum ſeptem milia.Idem autẽ fecerunt & principes : mille náq; thauros dederunt ei:& pecora mille & quadraginta. Et dũ hoc modo a ſalomonis regis tempore celebratio non fuiſſet affecta:tunc primũ ſplendide & largiſſime probaſ exhibita.Cunq; feſtiuitas fuiſſet impleta:egreſſi in prouinciá purgauerunt eam:ſed & ciuitatem ab ydoloꝝ omniũ pollutione múdauerunt.Conſtituitq; rex ut quottidiana ſacrificia ex eius propriis celebrarẽtur impenſis ſecundum legẽ:& ſacerdotibus atq; leuitis dicatas dari a plebe decreuit primitias frugum:ut ſemper circa religionẽ obſeruarent:& a dei cultura ſeparari nequirent:& populus quidẽ offerebat omnis fructus,ut moris erat.Domus eni & cubicula rex edificãs: ſinguli ſacerdotibus diſtribuit:& leuitis:eorũq; filiis & uxoribus:& ita ad antiquã dei culturam denuo ſunt reuerſi. Hæc itaq; prædicto modo rex ſtatuens:bellum egit aduerſus paleſtinos:eiſq; deuictis tenuit oẽs ciuitates hoſtium a gaza uſq; in geth.Rex autem aſſyrioꝝ mittens interminatus eſt: omnem ſe eius ſubuertere principatum:niſi tributa quæ pater eius dabat prius exoluerẽt. Ezechias autẽ de interminationibus non curabat:ſecurus de pietate dei & prophetia Eſayæ a quo futura oĩa certiſſime cognoſcebat.Et de hoc quidem rege hæc,in præſenti dicta ſufficiant .

Capitulum. XV.

SAlmanaſar autem aſſyriorum rex:dum ei nunciatum fuiſſet : quia iſraelitarum rex Oſias latenter miſiſſet ad Suſam ægyptiorum regem:petens contra eum ab eo ſolatia iratus caſtrametatus eſt in Samariam anno ſeptimo regis Oſiæ. Et dum eum rex ſuſcipere noluiſſet:annis tribus obſidens Samariam:cœpit eam nono quidem anno regni Oſiæ ſeptimo Ezechiæ regis hieroſolymorum:& iſraelitarum regnum uehementer exterminauit:& omnem populum tranſmigrauit in mediam & perſidam. Inter quos & regem Oſiam uiuum cœpit atq; migrauit:aliaſq; gentes & quodam loco nomine Authi : qui et flumine perſico ita uocatur:in Samaria & iſraelitica regione conſtituit. Migrauerunt ergo decẽ tribus iſraelitarum de iudea poſt annos numero nongentos quadraginta & ſeptem: a quo tempore egredientes ex ægypto maiores eorum hanc tenuere prouinciam ſub principe ieſu: ex quo autem recedentes a Roboã qui fuit ex genere dauid:regnũ hieroboam tradiderũt: ſicut & prius a me ſignificatum eſt:anni tunc erant ducenti & quadraginta:& menſes ſeptem & dies ſeptem. Hic ergo finis appræhendit iſraelitas tranſgredientes leges:& prophetis non obedientes: qui eis hanc prædixere calamitatem:nec ab impietatibus recedentes.Cœpit autem malorũ eorum cauſa fabricari:ex quo ſeditione facta circa Roboam nepotem Dauid Hieroboam eius ſeruum ſecerunt regem:qui in deum peccando fecit eum uniuerſis populis inimicum ,imitantibus ſuum malum.Et ille quidem quam dignus erat exoluit pœnam. Rex autem aſſyriorum inuaſit pugnãdo cunctam Syriam:& phœnicem uniuerſam.Nomẽ uero huius regis in Archiuis Tyri conſcriptum eſt.Pugnauit is aduerſus Tyrum:cum in ea regnauit Hylyſeus. De quibus teſtatur & Menander qui temporum facta conſcripſit:& tyriorum antiquitatem in græcam linguam conuertens ſic ait:Hylyſeus nomine regnauit annis triginta & ſeptem:hic recedentibus Cetheis nauigans reduxit eos contra quos denuo Salmanaſar aſſyriorum rex inſurgens cunctam phœnicẽ bellis inuaſit.Qui facta pace cum omnibus poſt terga ſua reuerſus eſt.Receſſit autem a Tyro ciuitas Sydon:& arce & antiqua Tyrus:& multæ aliæ ſimul urbes:quæ ſemetipſas aſſyriorum regi tradiderunt.Quapropter tyris non ſubiectis:denuo rex aduerſus eos egreſſus é phœnicibus exhibentibus ei naues ſeptuaginta:& remiges octoginta . Cõtra quos tyri nauigantes cum duodecim nauibus:diſperſis hoſtium nauibus cœpere captiuos uiros quingentos. Vnde honor tyriorum propter hæc creuit eximie.Reuertens autem aſſyriorum rex diſpoſuit cuſtodiam ſuper fluuium:& aquæ ductus ciuium:ut tyrios haurire pocula prohiberent. Et dum hæc quinq; annis fuiſſet factum:tulerunt de effoſſis puteis bibentes aquã. Hæc itaq; in archiuis tyriis de ſalmanaſar aſſyriorum rege conſcripta ſunt.Igitur dum fuiſſent in ſamaria tranſmigrati chuthei, hoc enim uocabulo hactenus utebantur:eo q; a prouincia Perſida:& a quodã flumine qd'chuta uocatur migrati uiderentur.ſinguli eorum ſecundum gentem propriam deos in ſamariam portauerunt:erant autẽ quinq;. Et cum eos more proprio colerent:ad iracundiam & furorem deũ maximum prouocarunt:uenitq; peſtilẽtia ſuper eos:per quam corrupti:cum nullã malorũ medicinam inuenire poſſent:deum maximum colere pro ſalute cœperunt. Mittentes itaq; ad regẽ aſſyriorum legatos: ſupplicauerunt:ut ſacerdotes eis ex captiuis iſraelitarum : quos pugnando tenuerat deſtinaret.Quo mittente ſacerdotes:leges & dei culturam eos edocuerunt.Et cum ceſſiſſent eum in ſumma deuotione uenerari:peſtilentia repente ceſſauit: & hactenus ipſas ſolẽnitates celebrare noſcuntur.Hi ſiquidem ſecundum eloquium hæbreorum chuthei ſecundum genus:græce autẽ ſamaritæ uocantur:& propter rerum motum ſeperati ſunt:& quando uident iudeos eſſe fœlices cognatos appellant:& quaſi de ioſeph nati uideantur : & ex illo cum eis habe-

ant ſocietatis initium:quando uero detectos uident:nequaquam eis deuotione aut genere communicare uolunt:ſed & tranſmigratos & alienigenas ſemetipſos dicunt. Sed & de his quidem oportunius edicemus.

HAec inſunt in decimo libro ioſephi hiſtoriæ iudaicæ antiquitatis. Cap. i.
Bellum regis aſſyriorum Sennacherib contra hieroſolymam : & Ezechiæ regis oppreſſio. Cap. ii.
Quemadmodum deperiit aſſyriorum exercitus una nocte:& rex eorum domi reuerſus,filiorum inſidiis interemptus eſt. Cap.iii.
Quomodo Ezechias infirmatus uſq; ad mortem quindecim annis adiectis ſibi a domino ſuperuixit cum pace degens poſtea defunctus reliquit ſucceſſorem regni manaſſen. Cap. iiii.
Qui a caſtrametati contra eum chaldei & babylonii reges:& captum agentes duxerunt in babyloniam:& multo tempore ibidem retinentes:miſerunt rurſum eum in regnum & de Ioſia rege: quem religioſus & iuſtus fuerit. Cap.v.
Quomodo ægyptiorum regem nechaon agentem exercitum contra babylonios:& per iudeam iter facientem prohibuit rex Ioſias:pugnaq; cõmiſſa uulneratus reductus in hieroſolymam defunctus eſt:cuius filium Ioacham regem hieroſolymite fecerunt. Cap.vi.
Quemadmodum congreſſus eſt Nechaon contra babyloniæ regem circa Eufratem fluuium:& reuertens in ægyptum:uocatum ad ſe Ioacham regem hieroſolymorum filium . Ioſiæ uinctum duxit in ægyptum,fratrem uero eius Helyachim in hieroſolymis conſtituit regem:mutãs ei nomen Ioachim. Cap. vii.
Bellum Nabuchodonoſor regis babyloniorum contra Nechao regẽ ægypti:quo deuicto:& omni ſyria ſibi ſubiugata:quæ ante ſub rege ægypti erat:uenit hieroſolymã: & regem eius Ioachim fecit ſibi tributarium. Cap.viii.
Quomodo tertio anno poſt diſceſſum regis babylonis:ioachim denuo ægyptios eſt ſecutus: cui prophetauit Hieremias de perditiõe ſua & ciuitatis futura per regem babylonis: quæ & euenit: nam non poſt multum tempus Nabuchodonoſor caſtrametatus contra eum : & ſuſceptus intra ciuitatem:Ioachim quidem peremit:filium uero eius ioachim conſtituit regem:& multos captiuos duxit in babylonem:inter quos erat Ezechiel propheta. Cap. ix.
Quomodo penitẽtia ductus rex babylonis:eo q; ioachim feciſſet regem:miſſo exercitu: eum in hieroſolymis obſedit:qui accepto iureiurando:ut nihil pateretur mali:nec ipſe: nec ciuitas matrem & amicos tradidit obſides:ſed rex babylonis rupit iuſiurandum: nam regem cum matre & amicis:ſimul etiam cum omni iuuentute ciuitatis uinctum præcepit ad ſe adduci: patruum uero eius ſedechiam regem conſtituit in hieruſalem. Cap. x.
Quomodo etiam hunc audiens ægyptiis præbere ſolatia:& amicitias cum eis habere caſtrametatus contra hieroſolymam:forti eam obſeſſione cœpit:& incenſo templo ſedechiam & populũ migrauit in babyloniam:in qua tranſmigratione fuerunt:Daniel: Ananias:Azarias: Miſael: uaſa quoq; ſancta:quæ erant in miniſterio templi aſportata ſunt. Cap.xi.
Quomodo godoliam præfecit prouinciæ rex babylonis:quo percuſſo a quodam iſmaele:timentes reliquie iſrael regem babylonis:intrauerunt ægyptum quod non ceſſit eis in proſperum : nã rex babylonis poſt tempus intrauit ægyptum cum manu ualida:& ſubuertit eam:iudeos uero q illo fugerant:captiuos duxit in babyloniam. Cap. xii.
Viſio ſomniorum Nabuchodonoſor: & interpretatio eorum per danielem:trium quoq; puerorum in fornacem immiſſio:ſed nulla leſio. Cap. xiii.
Regem babylõicorum inuicem ſucceſſio:& per mortem ablatõ regni babylonici ſub balthazare per Cyrum & Darium ſubuerſio. Cap. xiiii.
Daniel ſub Dario i lacum leonũ imiſſio:ſed nulla leſio honor & claritas Daniel & ,pphetiæ eius.
Continet hic liber tempus annorum centum:& octoginta duorum menſium ſex dieꝝ.

¶Incipit liber decimus antiquitatum.

VM Ezechias duarum tribuum rex quartumdecimum annum haberet in regno aſſyrioꝝ rex nomine Sennacherib cum maxima manu aduerſus eum caſtrametatus:forti brachio oẽs tenuit ciuitates tribuũ iuda & Beniamĩ.Cũq; hieroſolymã tenderet:ꝑuenit eũ miſſis legatis Ezechias ,pmittés & obedire ſe ei:& tributa q̃ imperet exolue re.Sẽnacherib uero cognoſcés q̃ legati ferebãt dignũ indicauit bello deſinere:& precantiũ ſuſcipere dignitatem tũc ,pmiſit.Qui accipiés trecẽta argẽti talenta:& auri.xxx.aícus diſcedit:dãs legatis iuriſiurãdi fidẽ:qa ei nihil diſcedẽdo noceret. Ezechias ãt credés & eunctis theſauros: miſit ei pecũias ſpans ſe a piculo belli & regni amiſſione

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
CSIC.USAL.ES

liberari. Assyrius aũt hæc sumens:ex his quæ promiserat nihil cogitauit: sed ipse profectus ad ægyptios & æthiopas:principem militiæ rapsaché cum multo exercitus robore & duobus aliis ad uastandam hierosolymã dereliquit:quoꝝ nomina erant tharatha & arachiris. Tunc itaq; uenientes ante muros castra fixerunt:miseruntq; ad ezechiam petentes:ut cum ipso possent habere colloquiũ. Ille uero per se quidem propter metũ non abiit:tres aũt necessarios sibi misit amicos:hoc est helyachi tutorem regni: & Sobaneã & Ioan:q̃ supra scribas erat. Isti ꝓcedentes e diuerso principũ militiæ assyrioꝝ steterunt. Quos dum uidisset Rapsaches prīceps militiæ petit ut euntes dicerẽt ezechiæ. Rex magnus Sennacherib requirit ab eo de quo præsumens atq; cõfidens refugit dominum suum:& obedire nõ uult:neq; suscipe exercitum eius. An certe ꝓpter ægyptios sperans exercitum suum illoꝝ solatio subleuari. Si hoc expectat fatuus ẽ:& similis homini incũbẽti calamo fracto: qui cum ceciderit super eum:manu uexata sentiet plagã. Sciat aũt quia etiam uoluntate dei cõtra eũ castrametatus est:qui concessit ei israelitarum uastare regnũ ut eodem modo subiectum ei disperderet regnum. Dũ hæc Rapsaches hæbraica lingua diceret hébat eni linguæ huius experimẽ tum:helyachi metuens ne populus audiẽs metu corrueret:rogo poscit ut syro magis loquereꝰ e oqo. Ille uero intelligẽs suspitioné eius: & metum maiore uoce amplius clamans respondit hæbraice dicens. Audiant oẽs præcepta regis: & q̃ utile est eligant: & se nobis tradãt. Palã eni ẽ quia rex & uos populum spe uana decipitis: & repugnare suadetis. Si uero præsumitis & exercitũ nostrũ uos repellere dicitis dãte me duo milia equos de exercitu mihi cõmisso:totidẽq; ascẽsores præbentes:uestrũ exercitũ nobis ostendite:sed non hẽtis tot homines. Quid igit̃ tardatis tradere uosmetipsos maioribus:qui uos capturi sunt & inuitos: dum spontanea traditio securior uobis sit:inuita uero ualde periculosa: ut causã calamitatis exhibeãt. Hæc audientes & populus & legati:dicente assyrioꝝ principe:ezechiæ renunciauerũt. Ille ergo hæc audiens indutus uestẽ regali & indutus sacco & habitu miserando lege patria:prostratus in facie rogabat deũ:ut se adiuuaret:nullã aliã habentẽ spem salutis:mittẽsq; & aĩcos quosdã & sacerdotes ad Esaiã ꝓphetã: poposcit ut oraret:& factis sacrificiis ꝓ salute cõmuni rogaret deum quatenus spem hostiũ frangeret:& populo suo misericordiã condonaret. Propheta hæc faciente monitus a deo cõfortauit regẽ:& eius amicos prædicẽs: q̃a sine bello deuicti hostes turpiter ab urbe recederẽt:& non cũ fortitudine illa:quã se hẽre credebãt:deũq; ꝓuisuꝝ ut fortiter uastarent. Sed & ipm regẽ assyrioꝝ Sennacherib nõ ꝓualẽté aduersus ægyptios cũ ad ꝓpria remearet ferrũ periturũ eẽ ꝓdixit. Ipso siquidẽ tpe scripserat Ezechiæ assyrius epistolas: in quibus fortuum eũ esse dicebat:credentẽ q̃ eius seruitiũ posset euadere:qui multas gẽtes & maxias subdidisset:& interminabaꝰ funditus se eũ disperdere dũ capet urbem:nisi portas aperiẽs spõte i hierosolymis exercitũ eius excipet. Quæ dum relegisset ezechias:spreuit propter spem quã habebat in deo ,epistolam uero replicans in tẽplo reposuit. Rursus aũt cũ deo uota & oratiões effunderet pro ciuitate & pro salute cũctoꝝ. Esaias propheta eũ asseruit exauditũ: & nec in præsenti tempore esse ab assyriis obsidendum:& in futuro omnes qui ab illo iam capti fuerant esse reuersuros:& tertio anno cum pace opus suum facturos:& propriarum possessionum sine timore diligentiam habituros. Interea paruo tempore transeunte:assyrioꝝ ex bello quod ægyptiis intulerat frustratus ab huiusmodi causa sine effectu remeauit ad propria. Is enim cum multo iam tempore fuisset cõmoratus in obsessione pelusii:& dum aggeres contra muros eleuati fuissent: quibus ciuitati nitebantur insistere:audiuit æthiopum regem tharachem cum multo exercitu ad ægyptiorum uenire solatium:& per desertum iter facere:ut subito in assyriorum castra irrueret. Turbatus ergo est rex Sennacherib ad sacerdotem qui uulcani castrametati quasi rex iste ad eum regem ægyptiorum uenisset:qui esset uulcani sacerdos: & obsessionem pelusii huiusmodi causa dissoluit.

Capitulum. II.

RAnte itaq; rege hierosolymoꝝ ad deum: & deus exaudiens maximã plagã misit in eum:& multi perempti sunt. Herodotus aũt errorem ideo facit:quia nõ assyriorum dicit regem:sed arabum:adiiciens quia suricum multitudo una nocte arcus & arma reliqua comedit assyrioꝝ:& propterea cum non habuerit rex arcus:exercitum expulsio reuocauit. Et hæc quidẽ herodotus. Verosus aũt qui chaldaicã conscripsit historiam meminit regis sennacherib:& quia regnauit super assyrios:& castrametatus est in omnem syriam & ægyptum:ita dicens:Reuersus aũt sennacherib a prælis ægyptiacis ad hierosolymam: cum inuenisset exercitum quem rapsaci dimiserat in periculo pestilentiæ cõstitutum:deus eni morbũ populo eius immiserat. ita ut prima nocte eorum qui obsidebant deperirent centum octoginta quinq; milia uiri cum iudicibus & tribunis propter calamitatem hãc in nimio timore & angustia constitutis:de cũcta iam militia metuens effugit cum sua manu ad propriũ regnũ in ciuitatem quæ appellatur Niniue. Et dum modicũ tempus ibidem commoratus fuisset:dolo a senioribus filiis adramelech & seleustro est peremptus in proprio templo quod dicitur Arasci. Et illi quidem pro cede patris effugati ad armeniã discesserunt:successit aũt i regno eius asaracoddas.

Terminus obsessionis assyrioꝝ cõtra hierosolymitas tali occasiõe ꝓuenit. Cap. III.

EZechias aũt inopinabiliter a terroribus liberatus gratificas hostias eũ oĩ populo celebrauit deo:& cognoscẽs:q̃a nulla alia cã hostes alios q̃dẽ peremisset: alios uero timore mortis simul effugasset ab hierosolymis:nisi diuino solatio oĩ studio & largitate usus est circa dei cultũ. Non post multũ uero graui languore detentus a medicis quidẽ desperatus est:nihilq; nec ipse de se:nec eius amici spei ulterius sustinebãt. Adiiciebatur aũt & alia angustia magna regi:eo q̃ filios nõ haberet: & q̃ moriturus eẽt desolatã relinquens domum:nec successorẽ sui generis habiturus. Dũq; nimis in hac parte fatigareꝰ:rogauit deum ut ei partio tpe uitã cõcederet:dõec filios habere posset:& nõ prius aĩa priuareꝰ anteq̃ fieret pater. Cui misertus deus petitionẽq; suscipiẽs:quia nõ dolebat:eo q̃ priuãdus esset bonis imperii: sed ut filios haberet:qui in eius principatũ succederẽt. mittẽs Ysaiã iussit ei dicere quia post tertiã diẽ euaderet casum lãguoris:post hæc annis q̃ndecim supuiueret:& filios generaret. Et dum hæc mãdata dei ꝓpheta dixisset ꝓpter nimietatẽ lãguoris:& ea q̃ inopinabiliter ꝓmittebantur non credẽs ſgnũ aliquod & indicium petit ut faceret Ysaias:q̃tenus hæc dicẽti sibi crederet: & a deo eum missum uere cognosceret. Nã ea quæ ultra rationẽ sunt: & spe fortiora uidenẽ huiusmodi rebus creduné esse ueracia. Et dum ꝓpheta interrogasset eum:qd uellet fieri ſgnum: umbrã solis petiit decẽ gradibus ad ea loca unde uenerat remeare. Et dum ꝓpheta rogasset deum ut fieret:audiẽs rex ipletum eẽ qd' uoluit:repẽte dissolutus a lãguore cõscẽdit i tẽplum: & adorãs deum uota debita celebrauit. Eo siqdẽ tpe cõtigit assyrioꝝ regnum a medis solui: qd tamen in aliis indicabo. Rex itaq; babylonioꝝ Baladas misit legatos ad ezechiã portãtes munera:& ab eo poposcit ut ei eẽt socius & amicus. Ille uero legatos libenter excipiẽs: & thesauros eis ostendens:& armoꝝ instructionẽ & aliã copiã quã i auro & gemmis habebat:simul etiã munera præbens regi balado deferenda dimisit eos. Tunc Ysaias ꝓpheta uenit ad regẽ:& reqsiuit unde fuissent qui uenerãt. Q̃ui dixit de babylonia eos a suo rege uenisse:& ostẽdisse se eis uniuersa: ut uidẽtes diuitias & uirtutẽ regni cognoscerẽt:& regi suo renunciarent. Cui ꝓpheta respondens. Scito ingt nõ post multũ tẽpus ad babyloniã filios tuos:& diuitias trãsmigrãdas:insup & nepotes tuos eunuchos esse faciẽdos:& amissuros uirile nomen:& regi babyloniæ seruituros. Hæc eni prædixit deus. Ezechias cõtristatus in his q̃ dicta fuerãt ait:nõ se qdẽ uelle suã gentẽ in talibus erũnis icurrere:sed q̃a ipossibile est quæ apud deũ deliberata sunt posse mutari:rogabat ut usq; ad uitã ipsius pax ꝓmaneret. Meminit aũt baladi regis babyloniꝝ berosus. Cũ itaq; propheta Ysaias indubitanter & mirabiliter de ueritate cõfideret:& nihil falsi penitus loqueretur: oĩa quæcũq; ꝓphetauit:scribẽs dereliq̃t in libris ut ex effectu postea oĩbus appareret. Et nõ solus iste ꝓpheta:sed & alii numero duodecim idẽ fecerũt:& oẽ siue bonũ siue aduersarium alias contrariũ quod apud nos fit:secũdũ illoꝝ dictũ ꝓuenire dinoscit̃. Sed hoꝝ singula denuo declarabimus. Ezechias aũt rex dũ super uixisset tempus quod ꝓdiximus:& oẽ illud spaciũ in pace deguisset:mortuus est anno uitæ suæ q̃nquagesimo & q̃rto:in quibus regnauit uigĩti & nouem. Cui successit in regno filius proprius nomine manasses:de matre quidẽ noie abhisida: q a paternis uoluntatibus abscissus:& ad diuersa cõuersus:oẽ genus malignitatis ostendit: & nihil impiũ dereliquit:sed iniquitates israelitarum imitatus est:quibus in deũ delinquẽtes affligebãtur. Præsumpsit etiã tẽplũ dei polluere simul:& ciuitatẽ oẽmq; pariter regionẽ. Nam spernendo deum ad hoc usq; peruenit:ut omnes hæbreoꝝ iustos occideret:neq; prophetis parceret:quoꝝ quottidie singulos ꝓmebat:& eoꝝ sanguie hierosolymoꝝ:plateas irrigabat. In his iratus deus misit prophetas ad regẽ & populũ ꝓ quos interminatus ẽ easdem ei futuræ calamitates:in q̃bus incurrerant fratres eorum israelite:cum ei iniurias intulissent. Illi uero nõ credidere eorum uerbis:quibus lucrari potuerunt ut nihil mali paterentur. operibus autem cognouerunt fuisse uera quæ a prophetis prædicta sunt. Capitulum. IIII.

ITur dum in eis perseuerarent:bellũ super eos intulit rex babyloniꝝ & chaldeoꝝ. Is eni misso exercitu in iudeã & regionẽ eoꝝ depopulatus est:& regem Manassen dolo captũ & ad se deductum:habuit ad ea q̃ uoluit torquẽta subiectũ. Manasses autem tunc intelligens in quibus malis esset:& hoꝝ omniũ se arbitratus auctorem: supplicabat deo ut ei hostem suum clemẽtem faceret atq; misericordem:cuius orationem deus exaudiens:hoc ei concessit:& remissus a rege babyloniorum ad sua regna reuersus est. Cũq; uenisset ad hierosolymam:priorum quidem delictorum quæ circa deum gesserat penitens: studebat etiam memoriam si esset possibile ab animo suo repellere:& ad seruitium eius & omnem cultum diuinæ religionis accedere:templumq; purgare & ciuitatem:& ad hoc solum erat decæteto constitutus:ut gratias deo pro dono salutis exolueret: quatenus in omni uita eius ei propicius ꝓmaneret. Hæc aũt ipe & populũ agere docuit:agnoscẽs i q̃bus calamitatibus icidisset ꝓ retum q̃ sanctæ cõuersatiõi erat aduersus: & edificãs rursus altare solẽnes hostias imolabat: sicut moyses diuinã exponendo culturã. Eodẽ itaq; mõ & ꝓ hierosolymoꝝ cautela cogitauit: ita ut etiã muros antiquos cũ multo studio reparet:& alios ultra eos erigeret:& turres eminẽtissimas exaltaret:custodias uero q̃ ante ciuitatem fuit multa munitiõe firmauit:& sic in oĩbus a priori

cõuersatiõe mutatus ẽ:& post hæc húit beatissimã uitã:ut multi imitatores eius essent: ex quo cœpit dei colere pietatẽ. Q ui cũ uixisset annis.lx.& septẽ:& regnasset quinquaginta & quinq; defunctus est & sepultus in ortis suis. Cuius regnũ peruenit ad eius filiũ ammõ: & nomen eius matris fuit Masselmis de ciuitate lechabath. Q ui dũ imitaretur opera patris eius quæ ille i iuuentute sua p̃sumpserat:dolũ passus a suis i domo sua pemptus est:cũ uixisset ânos q̃ttuor & uiginti:& in regno fecisset tres.Populus aũt eius pemit interfectores:eúq; cũ patre sepelierunt: regnumq; Iosiæ eius filio tradiderũt cũ eẽt annoꝝ octo.Cuius mater quidem de ciuitate fuit uocheti noie ezi. Erat uero ille natura benignus:& ad uirtutẽ uiriliter p̃paratus : & i studiis dauid regis:& itẽtiõe & regula totius dispositiõis eius intentus. Cúq; ad duodecimũ ætatis uenisset annum:pietatẽ & iusticiã i se mirabilẽ esse monstrauit.Cúctúq; náq; populũ correxit & monuit: ut de relicta ydoloꝝ secta:quasi nõ eẽnt:dii colerent patriũ deũ: & opera simul maioꝝ patrũ i qb' deliquerant uelut senior emẽdabat:quæ uero bene & oportune facta cognouerat : obseruabat & hoꝝ imitator erat.& per suã sapiẽtiam & intellectũ naturalẽ similia celebrabat: cõsiliis utiq; bonis & traditionibus tradens sensum.Sequẽs enĩ leges uelut ordiné ciuitatis: & pietatem circa deũ gerens:oía p̃spere gubernabat:& maxie q̃ a prioꝝ regũ iniqtate recedebat.Qui & oém ciuitatẽ & p̃uinciá purgauit:& lucos extraneos q̃ facti fuerãt abstulit:& ornaméta q̃ in eis a prioribus fuerãt ad iniuriã đi oblata depulit:& tali mõ populũ ab huiusmodi secta retractũ ad religionis diuinæ iura cõuertit. Q ui & legitimas obtulit:& holocaustoꝝ sacrificia altari soléniter rursus exhibuit:& in unaq̃q; cã iusticiã nõ minus q̃ aíæ suæ coluit medicinã:misitq; in totã p̃uinciã iubens ut qui uellẽt aurũ & argentũ deferrent ad reparationẽ tẽpli pro sua uoluntate atq; uirute. Dũ itaq; pecuniæ allatæ fuissent ad sollicitudinẽ tẽpli & eius expẽsas:p̃posuit amasiã q erat & supra ciuitatẽ scriptorem & saphan:& scribã monumentoꝝ ioan:& põtificẽ helyachim. Qui dilationẽ nulla segnicie facientes:sed instructores:& oía quæ erant necessaria p̃parabãt:& hoc mõ reparatiõe tẽpli celebrata pietas regis ostensa est. Q ui dũ octauũdecimũ impii haberet annum misit ad helyachim sacerdotẽ:iubẽs ut pecũiæ q̃ remãserãt cõflarẽtur:& fierẽt exinde crateres & libatoria & phialæ ad ministeriũ dei:& sup: & q̃tũcũq; aurũ & argentũ esset in thesauris: etiam hoc proferret ad crateras & ad uasa huiusmodi facienda. Proferens aũt helyachim pontifex aurum:inuenit librũ sacrũ moyseos i tẽplo positũ quẽ simul eiiciens dedit scribæ saphæ. Q ui dũ relegisset uenit ad regẽ:& dũ oía q̃ iusserat fieri:terminũ habere significasset:relegit ei & librum illũ. Túc ille cum uerba libri eius audisset:scissa uestẽ sua uocauit põtificẽ helyachĩ & ipsum sacerdotes:& necessarios simul & aícos:misitq; eos ad quãdã mulierem p̃phetissam noie Holdã uxorem Salomi cuiusdã insignis uiri & nobilitate p̃clari:iussitq; ut eũtes cõsulerẽt eã:si p̃pitius fieret deus:cũ metueret ne p̃uaricãdo moyseos leges & mãdata maioꝝ piculũ trãsmigratiõis incurrerent:& ad extraneas terras uenientes ui am agerent miserabilẽ. Audiens aũt p̃phetissa q̃ fuerant a rege mãdata:iussit ut remeãtes dicerent regi:quia diuinitas quidẽ decretũ quod iã cõtra eos p̃tulerat precibus infirmari nõ posset.i.ut populus non piret:aut nõ de prouincia pelleret: aut bonis tunc p̃sentibus mime priuarent : dũ trãsgressi fuissent leges:& tanto tpe penitentiam non egissent: prophetis utiq; monentibus ut sobrie uiuerẽt:& ipietatis supplicia deuitarẽt: quæ facienda dicebat ut crederẽt:quia deus est:& nequaq̃ métitus in uerbis q̃ per p̃phetas suos pmiserat; ppter iusticiã tamẽ regis retinendas istas erũnas:& post eius obitum definita supplicia:populus inferenda. Igit' illi q missi fuerant muliere p̃phetante: remeantes nunciauerũt regi. Tunc ille mittens ubiq; iussit populũ ad hierosolymã cõuenire:& sacerdotes atq; leuitas: & oém ætatem simul adesse p̃cepit. Q uibus cõgregatis:primũ quidẽ eis sacros legit libros: & stans in tribunali in multitudine media: coegit cunctos fidẽ & iuramenta præbere:ut apud deũ flerent: & moyseos leges per oía custodirẽt. Illi uero p̃mptissime & iurauerũt: & p̃cepta regis iplere p̃miserunt. Mox itaq; sacrificia celebrãtes: deũ sibi poscebãt esse propiciũ. Rex aũt sacerdoti præcepit ut si qđ aliud uas a pentibus eius oblatũ ydolis aut diis extraneis inueniret ut tẽplo p̃ferret. Et dũ fuissent multa collecta:cõburens ea cineres eoꝝ dispersit i fluuiũ:& sacerdotes ydoꝝ qui ex genere nõ erant aaron interfecit. Dum hæc ergo fecisset in hierosolymis: processit i uniuersam p̃uinciã:& lucos qui ab hieroboã rege ad honorem deoꝝ extraneoꝝ facti uidebant' exterminauit:& ossa falsoꝝ p̃phetarꝝ sup altare qđ prius hieroboã cõstruxerat cõcremauit. Ea igit' quæ ueniẽs p̃pheta ad hieroboã:cũ ille sacrificaret:& populus audiret quæ futura eé p̃dixerat: modo terminũ perceperunt:quãdo ex genere dauid iosias noie fecit ea quæ prædicta sunt ante annos trecentos sexaginta & unum. Post rex iosias p̃fectus est ad cunctos israelitas qui captiuitatem & seruitiũ assyrioꝝ effugierũt: eisq; suasit:ut impios actus : & honores deorum extraneoꝝ relinquerent:& patriũ maximũq; colerẽt deũ:eiq; dicarent & domos & uicos. Perscrutatus est aũt & ciuitatẽ:ne quod forte ydolũ habentes intra sua tecta celarent:necnon & currus qui ædificati fuerant a prioribus regibus:& quæq; alia huiusmodi erãt quæ uelut deos adorabant: pariter cuncta amputauit:& hoc modo purgata oí prouincia ad hierosolymã oém populũ conuocauit:& ad azimoꝝ festiuitatẽ quæ pasca dicit':eos adduxit: donauitq; populo in pasca nouellos

edos & agnos triginta milia:boues aũt ad holocausta tria milia. Præbuerunt aũt & primi iudeorum propter pasca sacerdotibus agnos quinq; milia & leuitis agnos duo milia: sexcentosq; eorũ p̃sules obtulerunt:boues uero quingentos. Et dum esset hæc abundantia quadrupedũ sacrificia faciebant moyseos legibus hostias singulas enarrantibus ac ministrantibus:nec fuit alia similis festiuitas apud hæbreos a samuelis p̃phetæ tẽporibus. Causa uero eius festiuitatis hæc erat: ut oía secundũ legis antiquã traditionẽ paternæ solénitatis efficerent'. Cap. V.

POst hæc autem dum Iosias in pace atq; diuitiis & gloria super omnes excelleret: Nechao rex ægyptiorũ castra posuit ad Eufratẽ fluuiũ ut contra medos & babylonios dimicaret: qui assyriorum soluerunt principatum. Habebat enim desideriũ ut regnaret in asia. Et dum uenisset ad ciuitatem Medin:quæ erat de regno Iosiæ: p̃hibebat eum rex Iosias per suam prouinciam contra medos iter efficere. Tunc mittens legatos ad eũ Nechao:significauit non se contra exercitum ducere:sed ad Eufraten fluuium properare:adiiciens q̃ eum non deberet prouocare ad sua bella:prohibendo ne aliena iret ad prælia quo tendebat. Iosias uero non aquiescebat uerbis Nechao:sed instabat ne iter suum per eius faceret regionem reor urgebat eum:ut quod imminebat accideret. Nam dum aciem exercitus sui componeret: & in curru uectus a cornu transiret a cornu:quidam iaculatus eum ægyptiorum a belli festinatione suspendit. Mox enim uulnere nimis affectus:iussit exercitum reuocari ad Hierosolymáq; remeauit. Qua plaga defunctus est:sepultusq; magnifice in patriis monumentis. Qui uixit annis triginta & octo:regnauit autem ex eis unum & triginta. omnisq; populus eũ multis diebus magno luctu gemituq; defleuit:sed & Hieremias propheta mortis eius carmen lamentabili modulatione composuit:quod hactenus noscitur permanere. Hic uero propheta etiam futuram ciuitatis cladem prædixit:scripto reliquit simul & captiuitatem nunc apud nos habitam:& babyloniorum una migrationem. Et non solum iste prædixit hæc populo esse uentura:sed & propheta Ezechiel primus de his duos libros conscribens:plebi reliquit. Erant autẽ ambo genere sacerdotes:sed hieremias quidẽ in hierosolymis est cõmoratus a tertiodecimo anno regis Iosiæ usq; dũ ciuitas uastaretur & templum. Quæ uero de hoc propheta p̃uenerunt loco proprio declarabimus. Mortuo siquidem Iosia scut prædiximus ei successit in regnum filius Iochã cum trium & uiginti etiam annorũ. Et hic quidem regnauit in hierosolymis:matrem uero habuit Amital de ciuitate Abana:fuitq; impius & sceleſtus. Capitulum. VI.

EX igitur ægyptiorũ dum fuisset a pugna reuersus euocauit Ioachã ad semetipm de ciuitate syriæ quæ dicitur Emath. Qui dum uenisset eum repente uinxit: & seniori fratri eius ex eodem patre p̃genito nomine Eliachim:tradidit regnũ mutans ei nomẽ Ioachim. Prouinciæ uero tributũ posuit centum argenti talẽta:& unũ auri. Ioachim ergo has pecunias exoluebat. Ioachi ãt deduxit i ægyptũ:q etiã mortuus est in ea dum regnasset tres mẽses: & dies.x. Ioachi uero mater uocabat' Zabud de ciuitate abunia. Hic uir erat natura iniustus & ualde neq̃ssimus: & neq; circa deũ sanctus:neq; circa hoies mãsuetus. Cap. VII.

DVmq; quartum regni haberet annum:babyloniæ principatum quidam nomine Nabuchodonosor accepit eodemq; tempore cum magno apparatu ad Circamin ciuitatem uenit:quæ est iuxta Eufraten:pugnaturus cõtra regem ægyptiorum nechao sub hoc enim syria erat uniuersa. Dũq; cognouisset regis Babyloniæ uoluntatem:nechao pœnit nõ expauit:sed cũ magno brachio sup nabuchodonosor ad eufratẽ uẽit. Qui facta congressione deuictus est:& multa milia uariis rebus belli amisit. Transiens autem eufraten babyloniæ rex omnem Syriam usque ad pelusiũ cœpit præter iudeam. Quarto igitur anno Nabuchodonosor:qui erat octauus ioachim regis hæbreorum contra iudeos cum magno exercitu castrametatus est rex babyloniæ tributa exacturus ab ioachim:aut certe dimicaturus. Ille uero metuens eius minas:& pacem habere desiderans: præbuit ei tributa quæ præceperat annis tribus. Capitulum. VIII.

ANertio anno audiens ægyptios denuo contra Babyloniam pugnaturos tributa non redidit:sed spe ægyptiaci belli deceptus est. Nam pugnare contra eum ægyptii minime præsumpserunt. Propheta itaque hieremias quottidie prædicabat: quia frustra ægyptiorum spe tenerentur:& quia imineret ciuitati ut a rege babylonio uastaretur : & rex Ioachim subderetur ab eo. Sed hæc nulla utilitate dicebat:quando qui crederet nullus erat. Nam & populus & principes audientes hæc negligebant:& indignantes super his quæ dicebantur quasi augurium aduersus regem propheta ferret : accusãbant eum & subiectum iudicio ut ad supplicium quoq; traderetur:contra eum dari sententiam postulabant:quod multi quidem aduersus eum fieri decreuerunt:seniores autem recesserunt. Qui ea uoluntate qua iuste prophetam absoluerant:& ipsa etiam aliis suadebant ne quid mali fieret hieremiæ dicentes : quia non solum iste ciuitati prædiceret futura:sed & Micheas ante eum olim talia prædixisset: & multos scirent huiusmodi uerba dixisse:quorũ nullus a regibus aliquid pertulisset:sed quasi prophetæ dei honorati fuerant. His itaq; uerbis mitigantes turbas: eripuerunt hieremiam a diffinito sup-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

plicio.Qui omnes prophetias ſuas ſcribens:ieiunante populo: & in eccleſiam congregato in templo menſe nono:quinto anno regis ioachim: relegit librū quem de futuris rebus ciuitati & populus & templo conſcripſiſſe uidebatur. Audientes itaq; principes tulerunt ab eo librum: iuſſeruntq; eum & ſcribam baruch de medio tolli:ne quibuſdam forent manifeſtati.Ipſi uero librum portantes regi dederunt.Qui præſentibus amicis iuſſit ſcribam ſuum relegere: & audiens quæ ſcripta noſcebantur in libro:iratus rex diſrupit eum & igne cremauit:& requiſitos hieremiam & baruch iuſſit ad ſe puniendos adduci.Illi ſiquidem eius tunc iram declinauerunt: non poſt multum uero tempus uenientem contra ſe cum magno exercitu regem babyloniorum fœderis iure ſuſcepit propter metū eorũ:quæ dicta fuerant a propheta credens nihil ſe fore paſſurū:neq; p obſeſſionem neq; per pugnam.Dumq; rex babyloniæ intraſſet in ciuitatem:fidem nequaq̄ ſeruauit:ſed & iuuenes fortiſſimos & pulchritudine decoros hieroſolymitanorũ occidit una cū rege Ioachim.Quem etiam ante muros in ſepultum proiici iuſſit:filium uero eius Ioachim cōſtituit regem uniuerſæ prouinciæ. Eos autem qui erant in dignitatibus conſtituti numero tria milia captiuos duxit in babyloniam inter quos erat propheta ezechiel cum eſſet adhuc puer.Hic ergo finis habuit Ioachim regem:qui uixit quidem annis ſex & trigīta:regnauit autem duodecim. Succeſſor uero eius regni Ioachi de matre nomine Onas:regnauit menſibus tribus & diebus.x.

Capitulum. IX.

Primo imperii anno regis perſaꝝ cyri. Qui ſeptuageſimus cõcurrebat:ex die quo noſtrũ populũ cõtigit ex ꝓpriis finibus ad babyloniam migrare:miſeratus ẽ captiuitatis deus:& illius calamitatis iſtius liciũ iudeoꝝ:& ſicut ꝑ Hieremiã ꝓphetam ante ꝑdixerat q̃ ciuitas euertereẽ:poſtq̃ ſeruierũt Nabuchodonor:& nepotibus eius: & hãc ſuſtinuerũt ſeruituté ꝑ annos fere ſeptuagita:rurſus eos ad ꝓpriã reſtituit terrã:& tẽplũ reedificare: & ꝑterita frui fœlicitate decreuit. Cõcitãs igitẽ aĩum cyri:fecit eũ ꝑ oẽm aſiã ſcribere.Cyrus rex hæc dicit.Quõ me maximus orbis terraꝝ deus regẽ cõſtituit:credo húc eẽ quẽ genus iſrael adorat.Is.n.& meũ ꝑdixit nomẽ ꝑ ꝓphetas: quõ tẽplũ eius edificaturus eẽm i hieroſolymis in terra iudea.Hæc aũt cognouerat Cyrus legẽs librũ quẽ iter ſuas ꝑdicationes iſaias reliq̃rat ante ducenteſimũ & decimũ annũ.Sic enĩ in archano ꝑdicauerat dixiſſe deũ. Quo uolo cyrum quẽ multaꝝ & magnaꝝ gentiũ regẽ conſtitui mittere populũ meũ ad ꝓpriã terrã:& tẽplũ mihi cõſtruere.Hæc iſaias ꝑdicauerat:ante ãnos cẽtũ.xl.deſtructiõis tẽpli.Quæ dum legeret Cyrus:& mirareẽ nomẽ dũi ipetus eũ qdã accepit:ut magnificã ſcripturã ipleret. Cõuocãs ãt clariſſimos iudeoꝝ:q babylõe hitabãt:dixit ſe cõcedere ad ꝓpriã iudeos remeare ꝓuinciã: & ciuitatẽ hieroſolymã:& tẽplũ dei recõſtruere ſe eos.ſadiuuãre.Túc ſcripſit ſuis ducibus illius terræ uicinis:ut aurũ cõferrẽt & argẽtũ ad tẽpli renouationẽ:inſup ad ĩmolandũ pecora. Hæc cyrus cũ iſraelitis dixiſſet:egreſſi duaꝝ tribuũ principes:iudæ ac beniamin:una cũ leuitis & ſacerdotibus:ad hieroſolymã puenerũt.Multi uero reſiderunt babyloniæ:minime paſſi poſſeſſiones ſuas relinquere. Quo dum ueniſſent:oẽs amici regis adiuuabant eos:& cõferebãt ad tẽpli renouationẽ:alĩ auꝝ: alii argentũ:quidã aũt & equos:ac iumẽtoꝝ multitudiné:& uota deo reddebant : & conſtituras ſecũdum ueteré cõſuetudinem ĩmolationes celebrabãt:tãq̃ recreatã & antiquã religionis cõſuetudiné rediuiuã . Trãſmiſit ẽt Cyrus uaſa dei:q̃ auferẽs a tẽplo Nabuchodonoſor ad babyloniã uſq; portauerat.Quæ reuehenda tradidit mitridati cuſtodi ſuoꝝ theſauroꝝ præcipiens ea dari ſeruãda abaſſaro: donec tẽplũ redificareẽ:pfecto aũt eo:traderet ſacerdotibus & principibus uulgi reponenda in tẽplo.Direxit etiã epiſtolã rex cyrus aſſyriæ ſatrapis:hæc continẽté. Rex cyrus ſiſinnio:& ſatrabanæ ſaluté.Iudeos terrã meã inhabitãtes q uoluerũt ad ſuã patriã redire: pmiſi: & ciuitatẽ renouare tẽplũq; dei i hieroſolyma rurſus edificare i eodẽ loco i quo prius fuerat cõſtitutũ.Miſi aũt & mitridatem pecuniaꝝ meaꝝ cuſtodẽ:& Zorobabel principẽ iudeoꝝ: ut fundamenta reſtituãt:templũq; recondant.Cuius altitudo ſit cubitoꝝ ſexaginta:eorũdẽ & latitudo & faciant tres parietes lapideos ex lapide polito:& unũ parietẽ ligneũ ex materiis ipius ꝓuinciæ: ſimiliter & altare:ſup quod immolẽt deo.Sũptus uero de meis in his oĩbus uolo fieri.Tranſmiſi etiã uaſa quæ de tẽplo rex Nabuchodonoſor abſtulerat:tradẽs ea mitridati pecuniaꝝ cuſtodi:& Zorobabel principi iudeoꝝ:quatenus ea ad hieroſolymã reportẽt:& tẽplo dei reſtituãt. Quoꝝ numerus eſt tantus.Refrigeratoria aurea.l.argentea.lx.ſitulæ aureæ.l.argẽteæ quingentæ:libatoria aurea triginta:argentea duo milia:patere aureæ quadraginta:argẽteæ q̃dringẽtæ: & uaſa alia maxia mille.Cõcedo etiã eis honorẽ quo potiebanẽ pentes eoꝝ:præterea ꝑ iumẽtis: & uino: & oleo:dragmas ducẽtas:qnq; milia qngẽtas:& ad ſimilã tritici:uigiti qnq; milia:qngẽtas artabas: quæ iubeo ꝑberi de tributis ſamariæ faciãtq; ei ĩmolationes i hieroſolymis ſacerdotes ſecundũ leges moſaycas:& offerẽtes ſupplicẽt deo ꝑ ſalute regis & generis eius: ut regnũ ꝑſaꝝ ꝑmaneat. Eos uero q hæc cõtẽpſerit uel ifirmauerit:iubeo crucifigi:ſ ſtãtiaſq; eoꝝ eẽ regales. Et epiſtola qdẽ hæc húit.Hi aũt q ex captiuitate ad hieroſolymã cõuenerũt: fuerũt milia q̃dragintaduo: q̃dringẽti:ſexaginta. Quõ ꝓhibuerũt eos ꝑſides regis:tẽplũ reedificare ipediẽtes. CAP. II.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

SEd dum mitterent templi fundamenta:& nimis circa edificia feſtinarent : omnes in circuitu gétes:præſertim cuthei quos a medea & perſica terra Salmanaſar rex aſſyriorum migrans: habitare fecit ſamariá:cum exinde populum iſrael tuliſſet.petebát ſatrapas & eos qui edificia curabant:ut impedirent iudeos: ne inſtaurarent ciuitatem templumq; conſtruerent:qui pecuniis corrupti uendiderunt cutheis negligentiam & ſocordiam edificationum.Hæc Cyrus ad bella occupatus ignorabat:qui exercitum ducens contra maſſagetas uita priuatus eſt. Capitulum.III.

CAmbiſe autem filio Cyri principatum ſuſcipienti:qui in aſſyria:& phœnice : & amanitide & moabitide ac ſamaria morabantur : epiſtolam mittunt hæc continentem. Domine ſerui mirabimus omnia accidentia ſcribés:& Semelius ſcriba:& curia ſyriæ iudiceſq; phœnice.Cognoſcere te rex oportet iudeos qui ad babyloniam deducti fuerant ad nos rediſſe & ciuitatem rebellé ac maliuolam ac fora eius:ac muros edificare templúq; reconſtruere.Scito aút his perfectis:neq; tributa eos pati reddere:neq; obaudire: ſed etiam regibus reſiſtere:& magis íparare q̃ obſequi feſtinare.Dum ergo edificatur templum & fieri feſtinatur optimum nobis uiſum eſt:reſcribere tibi quatenus monumenta parétú tuorum inquiras:in quibus inuenies rebelles iudeos & regibus inimicos: ideoq; ciuitatem eorum fuiſſe deſtructá. Propterea uiſum eſt nobis & uobis certum facere qd' fortaſſis neſcitur:quomodo ſi ciuitas renouata:& undiq; muris munita fuerit:uia tibi claudetur ad íferiorem ſyriam & phœnicem. Poſtq̃ uero cambiſes hanc legit epiſtolam:natura maliuolus exiſtens mouetur: & ſcripſit hæc dicens. Rex cambiſes rathimo accidentia ſcribenti:& belle ſemio:& ſemelio ſcribe: & reliquis conſtitutis & habitantibus phœnicem & ſamariam:hæc dicit.Legens miſſos a uobis apices: iuſſi parentum meoꝝ inquiri uolumina:& inuenta eſt ciuitas inimica regibus ſemp exiſtere: & ſeditiões ac bella habitatores eius cõmouiſſe:regeſq; eoꝝ cognouimus potenter & uiolenter tributa inferioris ſyriæ & phœnicis exigiſſe.Igitur præcipio minime concedi iudeos ciuitaté edificare: ne plus creſcat eorum malitia: qua ſemper contra reges uſi ſunt.Cum has litteras legiſſent Rathimus & Semelius ſcriba & qui cum eis erant:ſtatim equis deuecti:propere ad hieroſolymam ducétes ſecum multitudinem aduenerunt:& ciuitatem & templum edificare iudeos uetabant. Quæ qdé opera p annos noué ſunt ípedita:uſq; ad ſecúdú annú darii regis pſaꝝ.Ná cábiſes ſex annis regnauerat.Qui cú ſubiectis ægyptiis reuerteret:defunctus eſt in damaſco. Capitulum.IIII.

POſt magorum uero interitum:qui defuncto cambiſe prícipatum perſarum tribus annis tenuerunt:hi qui ſeptem domini nuncupantur apud perſas: filium Iſtaſpis Dariú regem ordinauerunt.Qui dum priuatus eſſet deum orauit: & ſi fieret rex : omnia dei uaſa quanta babyloniæ inuenirentur:ad templum hieroſolymitarum mittere ſe promiſit. Contigit autem eodé tépore ꝓficiſci Zorobabel ducé captiuoꝝ iudeoꝝ ab hieroſolymis ad darium.qui regi quondam amicus extiterat.Vnde etiam corporis eius cuſtos cum aliis duobus dignus iudicatus:qué ſperauerat honore potitus eſt.Primo uero imperii anno:Darius ſummo apparatu cœnam exhibuit amicis:& uernaculis ſuis:& ſatrapis perſarum: & præfectis indiæ:& ethiopiæ:magiſtratibuſq; centum uiginti ſeptem prouinciarum. Cum autem completis dapibus unuſquiſq; ad dormiendum rediſſet: rex Darius ad cubiculum ueniens : paucum noctis requieſcens:expergefactus quod noctis reſtabat:reliquum inſomne protraxit:ſermonéq; ad tres corporis ſui cuſtodes conuertit:promiſitq; ſummo honore fulciendum:qui eius interrogationi ſapienter & uere reſpondere ualuiſſet: & ueſtimento alias ueſtimentum purpureo alias purpureum indui:& in poculis aureis bibere:& ſuper aurum dormire:curruq; frenis aureis ornato:& cidari biſſina:ac torque aurea uti:& poſt ſeipſum ſedere propter ſapientiam: affinemq; ſuú eſſe uocitandum.Cum igitur hæc illis dona promiſiſſet:primum conſuluit:utrum fortius ſit uinum:ſecundo : utrum rex:tertio utrú mulieres:aut ſi his omnibus magis fortior ſit ueritas.Has cum illis ꝓpoſuiſſet qõnes:requieuit.Luceſcente aút die:cõuocauit oés magiſtratus:& ſatrapas: & præfectos perſarum:& medorum:ſedenſq; in ſolio quo ſolebat:unúquéq; corporis cuſtodé coram oíbus iuſſit pronúciare:quid eis de propoſitis queſtionibus uideret.Túc primus excellentem uini fortitudinem oſtendens ait.Cum uini fortitudinem cõitio: omnia id alias ipſam hoc modo uincens alias uincentem inuenio. Nam mutat & decipit bibentium mentes & animos. Reges etiam pupillo alias pupillis & infanti alias infantibus ſimiles facit:ſeruo quoq; ac libero audaciam cõcitat pauperes diuitibus ſimiles parat.Conuertit enim & reformat animas: & calamitatibus cõpreſſas reficit:meſticiam extinguit:alienæq; debitores pecuniæ ad obliuionem perducit:ita diſponens eos:ut ſe oíbus ditiores putent:nihilq; uile loquantur:ſed memores diuitiarum:fœlicibus utant uocabulis:& reges magiſtratuſq; contemnant. Amicorum quoq; ſolitam expellit memoriam.Nam ſcit homines etiam cõtra amiciſſimos armare: ſocietates diſſoluere.& ad ſobrietatem cum per noctem uino relinquente peruenerint:excitantur nihil penitus de his quæ í ebrietate cõmiſerunt cogitantes. Hæc ergo coſiderans omnibus fortitudinem uini comperio potiorem.& uiolenter omnia uincétem.Poſtq̃ hæc primus quæ dicta ſunt de fortitudine

uini diſſeruit: ſecundus dicere cœpit de regis fortitudine:oſtendens eú ſuperioré ac potentioré his quæ ualida dicuntur.Modum aút probationis hinc aſſumpſit:& dixit. Dum omnia ſub hominum coerceantur poteſtate:qui maria ac terras cogunt competenter ſibi ſeruire:etiá ipſi homines ſub manu regum ac poteſtate degunt.Qui ergo ſuper tam potens & ualidum animal dominantur:cur non inſuperabiles illi uirtute ac fortitudine iudicent.Illi & bella:& pericula ſubiectis imponétes audiunt:& eos contra inimicos dirigétes ꝓpter ſuá fortitudiné habét obediétes: montes quoq; dirui:muros ac turres deponi iubentes:præterea occidi ac interfici faciút: ne regum præcepta tranſcendere uideantur.Vincentes aút p̃dá quá ipſis abſtulerint bellis regi reportát.Hi quoq; q nõ militát:ſed terrá colút arátes:cú plaborauerint:& oém operú miſeriá tolerauerit:meſſem faciétes:ac fructus colligétes:tributa regibus offerút:& qd' uel dixerit uel iuſſerit: ſine dilatiõe cõplet.Qui cú oí luxuria uel libidíe ſaturati dormierit:aliis uigilátibus cuſtodiút: táq̃ ipo timore uicti:minie audiét dormiété relinqre uel diſcedere:ac ſibi ꝓuidere:ſed unú opus hoc exiſtimát neceſſariú:ut pmanétes cuſtodiát regé. Cur itaq; nõ uidet rex cúctos fortitudine ſupare:cui tot populi obſecúdare p̃cipiuntur.Iſto quoq; tacéte de mulieribus & ueritate tertius Zorobabel cœpit docere dicés.Sic eqdé forte uinú & rex fortis é.cui oés obaudiút:ſed his potétior pulchritudo mulieris exiſtit.Ná regé enixa mulier ad uitá edidit:& eos q uites plátauerunt unde ꝓfluit uinú:mulieres creauerút & aluerút.Nihil auté eſt:qd' nõ ab his hémus. Ná & ueſtes nobis ab his texunt:& domus noſtræ p has curant atq; ſeruant:& non poſſumus a mulieribus ſegregari.Sed etiá aurú multú & argentú ſi poſſideamus:& quicqd aliud fuerit p̃cioſum & induſtria dignú:cú uidemus decoram mulieré:oía relinquentes:ſpeciem eius obſtupeſcimus : & patimur omnia concedere quæ poſſidemus ut deſiderata pulchritudine potiamur.patres & altricem terram:ſæpius & amicos obliuiſcimur propter uxores:& animas una cum ipſis perdere non timemus.Sic ergo præcipue conſiderate mulierum fortitudinem.Nõne laborantes & omnem tollerantes miſeriá per mare ac terrá:cum aliquid perlabores acquirimus:totum offerentes uxoribus:táq̃ dominis tradimus.Regem quoq; uidi aliquando tantoꝝ dominú a filia Rabezaci Themaſi nomine Apama cõcubina eius alapis pcuti:& dyadema tollétem capitis eius ſibimet imponenté:& hæc oía tollerátem ridebatq; cú illa riſiſſet:& cú irata fuiſſet meſticia confuſus:blandimétis placauit mulieré:rogans eá & ſe nimis humilians:ſi quando triſtem uidiſſet. Poſt hæc inuicem reſpiciétibus ſatrapis & ducibus. Ité Zorobabel diſputare de ueritate cœpit:euidéter qdé oſtendens:quátum mulieres fortes exiſtút:debiles tamé & iſte:ſimul & rex ad cõparationé ueritatis apparent.Ná ſi terra maxima eſt & cœlú altú & uelox:hæc oía uolútate dei mouent.Verus aút deus & iuſtus eſt:& ex eadé cauſa oportet ueritatem fortiſſimá iudicari q nihil contra eá iniquitas ualet:inſuper & cætera quidem quæ fortia uidentur mortalia & citius deficientia probátur.Veritas aút & ímortalis eſt & ſempiterna:nobiſq; nõ & pulchritudinem tempore tabeſcété accõmodat:neq; ſubſtantiá caſibus auferédá:ſed iuſta & religioſá diſcernens ab his q iniuſta uel iniqua monſtrant.Cum terminaſſet Zorobabel de ueritate ſermoné:laudante multitudine optime eú dixiſſe:quõ ueritas fortitudiné ímutabilé & nõ ſeneſcenté ſola poſſidet íperauit ei & rex petere præter ꝓmiſſa quæ uellet:ná præſtaturú ſe dixit:eo q ſapientior & prudentior aliis apparuiſſet.Iuſſitq; etiá ſecum eum ſedere:& affinem uocari . Tunc Zorobabel ammóuit eú ut uotú quod deuouerat ſi regnum perciperet adimpleret. Votú aút quod ꝓmiſerat hoc erat redificare hieroſolymam:téplúq; cõſtruere: & uaſa reſtituere:quæ auferens Nabuchodonoſor ad Babyloniam portauerat:& dixit hanc eſſe eam petitioné quá núc me iubes poſcere:ꝓpter qd' iudicatus ſú prudés ac ſapiés.Rex aút í hoc lætatus ſurrexit:& eú oſculatus: Toparchis & Satrapis ſcripſit præcipiés ut deducerent zorobabel: necnõ & eos q ad tépli renouationé cú eo ꝓfecturi eſſent. Præterea mádauit ſyriæ ac phœnicis magiſtratibus ligna cedria a lybáo deciſa hieroſolymá tráſmittere:& cú eis recõdere ciuitaté.Scripſit ét liberos eé oés iudeos:qui a captiuitate redierút ad terrá iudeá:ꝓhibuitq; Satrapas & curatores ſuos iudeis opera íperare regalia. Sup hæc præcepit & oém terrá quá colere ualuiſſent:ſine tributis eos poſſidere:iuſſitq; etiá idumeos & ſamaritas: & eos qui humilé ſyriá habitabant:reddere uicos iudeoꝝ quos tenebant inſup ad tépli edificationé qnqginta milia dari taléta mandauit:ſacrificare quoq; eos legitimas ímolationes pmiſit: oém aút ipenſam & ſacrá ueſté q̃ ſeruiút in téplo principes ſacerdotú & reliqui ſacerdotes a leuitis inſtruméta in qbus domino cátent:de ſuo fieri præcepit:cuſtodibus quoq; ciuitatis & tépli: iugera terræ per ſingulos annos:& pecunias ſtatutas ad neceſſaria uitæ dari decreuit. Tráſmiſit etiá uaſa:& oía quæ Cyrus ante ipſum de iudeoꝝ reſtitutione facere uoluit:eadé Darius definiuit íplere.His oíbus a rege donatis:Zorobabel exiés de regia domo:reſpexit ſurſum ad cœlú & cœpit agere deo gratias ſapiæ:p quá uictoriá dario p̃ſente pcepat dicés. Nequaquam his dignus fuiſſet:niſi te domino propicio.Ita deo gratias agens de præſentibus:petebat ut ei in futuris adiutor exiſteret.Peruenit aút ad babyloniá:& cõtribulibus ſuis regis mandata patefecit. Audientes illi deo gratias offerebant:qui eos patriæ ſuæ reſtituebat:& ad potú cõuiuiaq; cõuerſi:p ſepté dies ſumma letitia fruebant:reſtaurationé regreſſionéq; patriæ feſtiua gratulatiõe celebrabant.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

Postea omnes principes tribuum ad hierosolymam ꝓfecturi cum uxoribus & filiis ac subiugalibus elegerunt homines darii:quos cum eis rex usq; ad hierosolymam destinauit:& cū letitia & iocūditate cū cātibus tibiisq; ac sonantibus cimbalis ibant.Præcedebat aūt eos & reliqua multitudo iudeorū cum ludis.At illi ad hierosolymā cōscendebāt:ab unaquaq; patrū tribu certus numero existens.Sed mihi minime uisum é noīa patrū recēsere:ne legētiū aios a rege cōsequentia suspendens:obscurā illis facerē narrationé.Septuaginta cantores & cātatrices ducēte.xlv. cōscendunt: cameli q̄dringenti.xxx.Sūma uero multitudinis euntiū:qui circa duodecimū annū ætatis habebant:ex tribu iuda & beniamī:fuerūt q̄ter mille milia:& sexcenta.xx.& octo milia leuite.iiii.milia.lxx.Mulierū aūt infantūq; cōmixtū corpa fuerunt.xl.milia. septingenti.xlii. Præter hos leuite cātores fuerunt centū.xxviii.ianitores cētū.x.serui tēpli trecēti nonaginta duo: insup & alii sexcenti.lii.dicentes quidē se iſraelitas:nullo mō tamē ualētes suū ostēdere genus. Repulli uero sunt quidē a sacerdotali honore:qui uxores sibi copulauerāt alienigenas.Hi nec suū genus dicere prævalebāt:nec in generatione leuitarū uel sacerdotū:qui inuenti fuerunt q̄si quingenti xxv.Mancipioꝝ uero multitudo sequebatur eos qui ad hierosolymā pergebant:numero septem milia trecenti.xxxv.subiugalia q̄nq; mlia:q̄ngenti.xxv.Dux uero dinūeratæ multitudinis: Zorobabel fuit:filius Salathiel:ex filiis dauid genitus de tribu iuda : & Iesus filius Iosedech:princeps sacerdotum:necnō & Mardocheus:& Isrebreus:qui a populo principes fuerunt constituti & cōtulerunt:auri quidem minas cētum:argenti aūt quinq; milia.Sacerdotes ergo & leuite parsq; totius populi iudeorū q̄ta in babylone fuit ita ad hierosolymoꝝ residens ciuité ibidē habitauit:reliqua uero multitudo ad suas patrias discessit.Cūq; septimus uenisset mensis:ex quo de babylone egressi sunt:mittens iesus princeps sacerdotum:& Zorobabel iudex cunctos ex prouicia hierosolymis congregauit.Qui sine dilatione construxerunt altare in loco quo prius edificatum fuerat:& legitimas super ipsum hostias obtulerunt secundum legem moysi.Dumq; hæc facerēt: gentes offendebantur uicinæ quæ eis odiosæ erant.Celebrauerunt aūt illo tempore dies tabernaculoꝝ:quemadmodum legislator moyses præceperat.Præterea & oblationes domini:& quas dicunt endehelcisimus:& hostias sabbatoꝝ:& omniū sanctoꝝ dieꝝ sacrificabant uota reddētes. A primo die septimi mensis:cœperūt etiā renouare templum: multas præstantes pecunias lapidum cesoribus & edificatoribus:insuper & alimenta operantibus ministrabant.Sydoniis uero leue & suaue uidebatur a libano ligna cedrina deponere:quæ ligātes in modū ratium: ad portum Ioppe transferebant.Nam sic ante præceperat Cyrus:sed tunc iubente Dario fiebant.Quæ secūdo anno profectionis iudeorū ad hierosolymam uecta sunt mense secundo:cū & templi renouatio urgeretur:& fundamētis restitutis supereꝺificareť a prima die sequentis mensis:anni secūdi. Operibus uero præposuerunt leuitas:uicesimū iam annum ætatis agētes:& iesum & filios:& fratres eius & Obdoilum fratrem iudæ:ex Aminadab:& fratres eius.Itaq; templum omni studio fabricantibus eis qui edificationem curabant propere consumatio quā sperabať euenit. Perfecto aūt templo:sacerdotes cum tubis:ornati habitu solēni:& leuite & filii Asaph surgentes laudauerunt dominum laudibus quas Dauid primus eis ostenderat.Cunq; sacerdotes:& leuite: & seniores prouinciarum uetus recordarentur templum:ingenti magnificentia conditū: & nouum uiderent per inopiam nō ita constructū:arbitrati quātum præterita fœlicitate minores existerēt: tristes ac dolorem tenere minime ualentes:ad lachrymas lamentationesq; proruperūt . Populus uero præsentia diligebat:& de templi edificatione letabatur:quia nullam prioris memoriam faciens:nec antiqua comparatione cruciabatur. Vincebant ergo tubarum sonos : & populi lentia sacerdotum & seniorum lamentationes eo q̄ uidebatur minor templi cōstructio instituisse. Cūq; clāgores tubarum audissent samaritæ:odium erga tribū iudæ & Beniamī habētes: concurrerūt causam tubæ uolentes agnoscere:uidentesq; q̄ captiui iudei a babylone redeuntes:templum edificassent:petierunt Zorobabel:& Iesum:& principes tribuum:ut ipsis quoq; permitteretur una cum eis templum renouare:& in commune adorare.Nam non colimus dicebant minus ab illis deum:quomodo & religionis cupidi ex illo tempore sumus:ex quo nos hic Salmanasar rex assyrius a Chutia & Medea migrauit.Postq̄ hæc sunt locuti:Zorobabel & Iesus pricipes sacerdotū & duces tribuū israel responderūt quidem impossibile esse se eis cōicare: quomodo ipsis pmissa esset templi innouatio:prius quidem a Cyro:nunc autem a Dario:adorare uero si uellent liceret & hoc solum illis esse cōmune:& omnibus hominibus uenientibus in templū adorare deū.Cū uero hoc audissent cuthei: nam hac appellatiōe samaritæ uocabātur.indignati persuaserunt gētibus syriæ petere suos satrapas eodem modo quo prius sub Cyro & cābise:ut cum ipsis templi renouationem ꝓhiberent:festinantibus iudeis ne morā afferent ac tarditatem . Per idem tēpus ascenderunt ad hierosolymā Sisinnius syriæ ac phœnice præfectus:& sarobazanes cū aliis:& interrogauerunt iudeoꝝ magistratus:quis eis cōcessisset templū sic edificare:ut magis castrum uideretur eē quā templum:uel cur porticus & ciuitatem tā munito circūdedissent muro. Zorobabel & princeps sacerdotum iesus.seruos quidem se eē maximi dei dixerunt: hoc uero templum ipsi deo quondā a rege suo fœlicissimo:& qui omnes uirtute uicerat fuisse cōstructum:multisq;

temporibus permānsisse:sed cū sui patres iniquitatē coram deo gessissent: Nabuchodonosor rex chaldeoꝝ & babyloniæ sua potentia superans ciuitatē euertit:tēplūq; populatus incendit: & populum captiuum ad Babyloniā migrauit. Cyrus aūt qui post ipm persaꝝ & babyloniæ rex imperiū sumpsit:scripsit ut tēplū redificareť:& oīa quæ exinde Nabuchodonosor extulit ornamēta & uasa:Zorobabel & Mitridati custodi pecuniaꝝ tradidit præcipiens: ut hæc iterū ad hierosolymā reportarēt:& ī ꝓprio renouatio restituerēt tēplo.Hoc enī mādauerat festinārer fieri:iōq; sabassiriū ascendere iussit ad hierosolymā:& operi faciendo omnimodis īminere. Qui postq̄ a Cyro litteras accepit:ueniens studiose fundamēta deposuit:& ex illo tempore hactenus hoc cōstruxit:sed ꝓpter malorū inuidiam imperfectū adhuc remansit.Igitur si uultis ac ꝓbatis:scribite dario:ut inqrat imperatoꝝ monumenta:& inueniet nihil nos penitus fuisse mentitos . Hæc dicente Zorobabel & principe sacerdotū:Sisinnius & qui cū eo erant edificationē uetandā iudicauerunt:donec regi dario surgerent.Statim uero ꝓpter hæc ei cōscripserunt . Tūc iudei timentes & exterriti:ne aliud q̄ prius iusserat regi uidereť de templi cōstructione:fiduciā a duobus ꝓphetis qui per idem tēpus apud eos erāt Aggeo & Zacharia acceperūt.dicētibus nihil penitus asperis durū esse metuendū:cū deus templū ꝑdixerit innouari.Qui cū credidissent ꝓphetaꝝ sententiis edificationem curabant nullū præmittētes diē.Dario uero scribētibus samaritis:& accusantibus ꝑ epistolam iudeos.quia ciuitatē munirent:& templum castello magis simile q̄ tēplo construerent:& dicentibus non ea quæ fiunt ei ꝓdesse:insuper epistolas ostendentibus ꝑ quas cambises templi edificationē fieri uetuisset: cognoscens rempublicam suam non esse tutam hierosolymis restitutis:cum litteras legisset a Sisinnio & qui cū eo erant directas: iussit in monumentis regalibus de his inquiri:& inuentus é in echathanis constructa turre in regiōe medeæ codex: in quo hæc conscripta legunť.Primo imperii sui anno rex Cyrus iussit templum in hierosolymis renouari:cuius altitudo esset cubitoꝝ sexaginta:latitudo eorūdē ex tribus parietibus lapideis lapide polito:& ligneū parietē unū ex materiis ipsius regionis & altare.Sumptus aūt a rege fieri disposuit:& uasa quæ abstulit Nabuchodonosor:& ad Babylōiam portauit reddi hierosolymitis. Quoꝝ cura sua sub Assaro syriæ & phœnice præfecto & magistratibus collegis eius iniunxit:ut ipi quidē a locis illis recederēt: seruis uero dei iudeis & magistratibus eorum templum edificare permitterent.Iussit quoq; ut adiuuarent eos ad opera:& ex tributis prouinciæ quam curabant darent iudeis immolationis causa thauros & arietes:& agnos ac edos & similam:oleumq; & uinum:& alia quæcunq; peterent sacerdotes: ut orarent pro salute regis atq; persarum: eos uero q mandata contemnerent:crucifigi præcepit:& eoꝝ substantias regiæ domui deputari dēcatusq; est orationibus deum:ut si quis auderet edificationem templi fedare:hunc talem percuti:eumq; a sua iniquitate suspendi.Hæc inueniens in commentis Cyri Darius:rescripsit Sisinnio & collegis eius dicens.Rex darius sisinnio equitum ꝑfecto & sarabateno: & collegis eius salutem . Exemplar epistolæ quam in monimentis inuenimus transmisi:& iubeo omnia fieri quæ in ea continentur. Valete.Igitur per epistolam cognoscentes Sisinnius & qui cum eo erant : regis uoluntatem de reliquo cōpetentia faciebant.& instabant sacris operibus adiuuantes seniores & magistratus iudeorum:& procedebat summo studio templi constructio:prædicentibus Aggeo & Zacharia secundum mandata dei.& cum uoluntate Cyri & Darii regum templum edificatum est secundo septem annis.Nono autem imperii anno darii:uicesimatertia die mēsis undecimi quē hæbrei uocant Adar:macedones distrios:sacerdotes & leuite: & reliqua israelitarum multitudo post captiuitatem pro renouatione ueterum bonorum & dedicatione obtulerunt hostias thauros centum:arietes ducentos:agnos quadringentos:& hircos duodecim pro duodecim tribubus.Nam tantæ sunt tribus israel:pro suis unaquæq; peccatis.Sacerdotes uero & leuite secundū legem ordinauerunt ianitores per singulas ianuas.Nam edificauerāt iam iudei templi porticus:in circuitu interioris sacrarii.Veniente autem die festo azimoꝝ primo mense quem macedones xanticum:nos autem nisan nominamus:omnis populus ab agris in ciuitatē confluxit:dieq; festos sanctificati:cum suis uxoribus & filiis secundum patriam legem celebrauerunt. Sacrificiū etiam quod pascha dicitur quartadecima die eiusdem mensis immolauerunt:& per septem dies nullis abstinuere delitiis:Holocaustum quoq; offerentes:deo sacrificabant:agentes ei gratias: q iterum eos terræ patriæ suæ legibusq; restituisset:mentemq; regis persarum propiciam eis præbere dignatus est.Quibus rebus admoniti:deo munifice nimis & locuplebiliter immolabant. Habitabant autem in hierosolymis:& optimatum gubernatione regebantur.Nā sacerdotes tractabant eorum negotium:usq;quo regnare contigit nepotes asamonei. Et enim ante captiuitatem & transmigrationem:a Saul & Dauid qui primi imperium gentis iudaice susceperunt : alia illis erat forma reipublicæ per quingentos triginta duos annos:mēses sex:dies decem. Ante hos aūt reges:ꝑsules eos regebāt:q appellabanť iudices & monarchi Et hac republica usi sūt annis plus quingentis:post mortem moysi & ducis iesu.Hæc quidē reductis a captiuitate iudeis:tēporibus Cyri & Darii oīa cōtigerunt.Samaritæ uero inuidi uel molesti aduersum eos erecti: mala multa in iudeos operati sunt:diuitiis cōfidētes & cognatione ꝓsaꝝ:quo ex his fuerāt ꝓgressi.Nā

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quanta iubebãtur a rege immolationis cã deuectigalibus præberi:nullatenus dare uolebant: & præfectos equitũ fauentes ſibi in hoc & cooperãtes habebãt:aliaq; multa quibus nocere iudeis per ſe:aut p alios potuiſſent:nõ eos pigebat efficere.Placuit igit hieroſolymitis:mittere legationem ad regẽ dariũ:quo accuſarent ſamaritas.Legatus itaq; miſſus ẽ Zorobabel: & alii quattuor de magiſtratibus.Cũ uero crimia & cãs quas cõtra ſamaritas ferebant a legatis rex cognouiſſet dedit eis epiſtolã reportãdã ad eqtũ p̃fectos:& curiã ſamariæ:quæ hmõi erat ſcripta.Rex darius tangane & ſambale p̃fectis equitũ:& ſadrace:& uelueni ſamaritis:& reliqs cõſeruis eoꝝ in ſamaria cõſtitutis.Zorobabel:& Ananias:& Mardocheus legati iudeorum uos accuſant: tanq̃ moleſtos & impediẽtes templi cõſtructionẽ:& nullatenus uelle præſtare ad hoſtias quos nobis præcepimus ſumptus.Volo igitur:ut legentes præſentẽ epiſtolã præbeatis his ex regalibus theſauris: & tributis ſamariæ oĩa quæ illis ad imolationẽ ſunt utilia:quẽadmodũ ſacerdotes uobis indixerint:ut non prætermittant diurnis ſacrificiis:& pro me & p̃ perſis ſupplicare deo. Epiſtola quidem hæc continebat.

Capitulum.V.

DArio aũt defuncto:filius eius Xerxes regnũ ſuſcipiens:uolũtatis paternæ colẽdi & honorandi deũ heres apparuit.Omnia náq; faciebat quæ religionis erãt patrẽq; ſecurus: & iudeis liberaliter urebaẽ:Per illud tẽpus princeps fuit ſacerdotũ filius Ieſu noie iothchí.Erat & in babylõe uir iuſtus:& gloria magna potitus apd̃ multitudinẽ:primus populi ſacerdos nomine Eſdras.Qui cum legũ moyſeos integrã haberet expientiã Xerxi regi amicus eſt factus.Ad hieroſolymã aũt aſcendere deliberãs:& ducere ſecũ quoſdã a babylone iudeos: a rege popoſcit epiſtolam ſibi ad Satrapas ſyriæ dari:per quã noticiæ eoꝝ quis eẽt intimaretur. Rex aũt ad ſatrapas hmõi direxit epiſtolam.Rex regũ xerxes:Eſdre ſacerdoti:& lectori legis dei ſalutem.Opus eſſe meæ clementiæ putans:apud eos qui uolunt ex iudea gẽte uel ſacerdotes uel leuitas ſub noſtro regno conſtitutos pergere ad hieroſolymã præcipio: ſi qui deſiderant ut eãquemadmodũ mihi & ſepté meis conſiliariis uiſum eſt:quatenus uiſirent iudeam: ſecũdũ ritus legum dei:& portẽt dona deo iſrael:quæ deuoui ego & mei amici.Aurum ét & argentũ quantũ inuentũ fuerit in terra babyloniæ deo dicatũ:hoc omne ad hieroſolymã deporteẽ p̃ ſacrificiis dei:necnõ & quodcũq; uolueris uel ex auro & argento cõſtrue:liceat tibi cum tuis fratribus facere.Vaſa quoq; ſacra quæ tibi tradita ſunt depone:& quicqd mente cogitaueris ut fiat:impẽdi in his iuſſimus:ut ex regalibus theſauris efficias.Scripſi etiã cuſtodibus pecuniaꝝ ſyriæ & phœnice:ut diligentiam habeãt circa ea quæ per Eſdram ſacerdotẽ uel lectorem legũ dei mandata noſcunt.Igit ne quã de me aut de nepotibus meis iram deus aſſumat:oĩno præcipio ad uſq; tritici modios centũ:deo ſecundũ legem dari.Et uobis dico ſacerdotibus leuitis:ac ſacris cantoribus & ianitoribus:ſacriſq; ſeruis:& tẽpli ſcribis:ut nullo modo aut tributa ponatis: aut aliquid captioſum:aut oneroſum.Sed ét tu Eſdra ſecũdum dei ſapiẽtiam ceſores ordina:qui oĩ ſyriæ & phœnice tuaq; legẽ ſcientibus indicent:eãq; diſcẽdam ignorantibus trade. Et ſiquis ex gẽte tua dei ſui legẽ uel ſperatoris tranſgreſſus fuerit puniaẽ: ut non tãq̃ ignorans uideaẽ tranſgredi: ſed cognoſcẽs:audacter negligere cõprobeẽ.Ergo huiuſmodi cõtẽtores:aut morte:aut pecuniis cõdẽnent.Valete.Tũc Eſdras hãc epiſtolã accipiens:letatus deũ adorare cœpit:& regiæ beniuolẽtiæ ipſum cõfitebatur auctorẽ.Ideoq; oẽs ipſi gratias dicebat eſſe referendas. Legens aũt epiſtolam:iudeis babyloniæ cõſtitutis:eã deſignauit.Exẽplum quoq; eius ad oẽs iſraelitas & mediam habitantes trãſmiſit.Hi uero cognoſcẽtes regis circa deũ pietatẽ: & fauorẽ quẽ in Eſdrã habere probatur oẽs eũ dilexerũt.Multi itaq; facultates ſuas deportantes:ad babyloniã uenerũt:cupientes ad hieroſolymã deſcẽdere.Totus aũt populus iſrael in illa p̃uincia p̃manſit: ideoq; duæ tãtũ tribus cõſiſtũt per Aſiam & Europã obſequẽtes romanis. Decẽ ãt tribus hactenus transeuphratẽ cõmorari p̃bant:quaꝝ multitudines ineſtimabiles:minie poſſunt numero cõpræhendi. Venerunt etiã ad eſdrã multi ſacerdotes & leuite:& ianitores:cantoreſq; ac ſerui agri:quos cõgregans de captiuitate:trãs eufratẽ tribus diebus moratus:ieiunia eis ſpoſuit:ut deo uota pro ſalute ſoluerent:ne qd in uia paterent aduerſum aut p hoſtes:aut p aliã quãdã difficultatẽ forſitã accidẽtem.Nã Eſdras regi p̃dicẽs:q; deus eos p̃duceret:iã nõ petiit q eos p̃cederẽt eqtes: ſed poſtq̃ uota perfecerũt ab eufrate ſurgentes:die duodecimo primi mẽſis:ſeptimo ſperii ãno Xerxis ad hieroſolymã peruenerũt:qnto mẽſe eiuſdẽ anni.Et ilico eſdras cuſtodibus pecuniaꝝ de ſacerdotali genere exiſtẽtibus reſtituit ſacras pecunias:argẽti taléta ſexcẽta qnquaginta uaſa argẽtea talẽtoꝝ centũ:uaſa aurea talẽtoꝝ uiginti:& uaſa erea auro meliora:habẽtia põdo taléta duodecim. Hæc náq; rex & cõſiliarii eius & oẽs iſraelite babyloniã habitantes donauerũt.Cũq; eſdras tradiſſet ea ſacerdotibus:obtulit deo legitimas hoſtias ĩ holocauſtũ:thauros tredecí:p cõi uero populi ſalute arietes nonaginta:agnos ſeptuagintaduos:edos pro purgatione delictoꝝ duodecim. Regis quoq; diſpẽſatoribus & præfectis oĩbus ſyriæ ac phœnicis:regias litteras obtulit: qui denunciationẽ eius agere cõpellebanẽ:gentẽq; honorabãt:& oẽ opus bonũ cũ eis elaborabãt.Hæc igit quẽadmodũ & ipſe eſdras deliberauerat p̃ceſſerũt:deo eo ut arbitror dignũ in his quæ uoluut iudicante p̃pter iuſticiã ac benignitatẽ eius.Quẽ pauco tpe trãſeũte aliq adierũt:accuſantes

q̃ quidam ſacerdotum & leuitaꝝ tranſgreſſi ſunt patrias leges uxores alienigenas ducentes: & genus ſacerdotale confundentes;peretbantq; ut legibus ſubueniret:ne cõmunis ſuper omnes ueniens ira calamitatibus iterũ eos inuolueret.Quæ cum audiſſet:mox præ merore ueſtẽ diſrupit: & caput barbãq; cõtumelioſe dilacerãs: ſeſe proſtrauit in terrã:q; tale facinus populi primates cõmiſiſſent: exiſtimans:quia ſi p̃ciperet eis uxores cum eaꝝ filiis deſereret:nemo obediret: & iõ permanebat in terra iacens.Concurrebant autem omnes mediocres eorũ ad eum:& dolorũ eius in his quæ facta ſunt participes erant.Cum autem Eſdras a terra ſurrexiſſet:& manus ad cælum tetendiſſet:dicebat.Confundor quidem a deo propter populi delicta uenlam ſuſcipere qui etiã de ſua memoria:parentum noſtrorum iniquitatem remiſit.Rogabat uero deum qui ſemen aliquod & reliquias ab illa eorum calamitate:uel captiuitate ſeruauerat:& rurſus ad hieroſolymam & propriam terram reſtituerat: qui & reges perſarum impendere eis miſericordiam præparabat: uenlam ſolita pietate concedere:ſe uero morte quidem digna cõmiſiſſe:bonitatis autem dei eſſe hos tales a tormentis eripi. Qui poſtq̃ orando conticuit:cunctis lugentibus qui cum uxoribus & filiis ad eum conuenerunt:quidam Achanonius nomine:primus hieroſolymitanus: accedens ad eum dicebat ipſos quidem peccaſſe:cohabitantes cum alienigenis uxoribus:perſuadebatq; ei omnes iurare:quatenus ſuas uxores cum earum filiis amouerent:& eo punirent:qui legi obedire conténerent. Flexus igitur eſdras: fecit principes tribuum ſacerdotum:& leuitarum:& iſraelitarum iurare q̃ uxores ſuas & filios ſecundum achanonii conſilium incunctanter abdicarent. Suſcipiens ergo ſacramenta:ſtatim egreſſus eſt templum:habitaculum uero loannis ingreſſus filii eliab:& nihil pœnitus illo die propter merorem comedens ibidem cõmoratus eſt. Facta aute prædicatione;iubens omnes qui ex captiuitate redierant ad hieroſolymam colligi:& hos qui ante biduum:aut tres dies occurriſſent alienari a multitudine:& ſubſtantias eorum auferri decernens:ſecundum iudicia ſeniorum:conuenerunt intra tertiam diem ex tribu iuda & beniamin:in uiceſimo die noni menſis:qui ſecundum hæbreos caſleu:ſecundum macedones appelleos uocatur.Cunq; in ſuperiori loco templi conſediſſent:præſentibus ſenioribus:& propter zelum uehementer afflictis:ſurgens Eſdras:criminabatur illos qui præter legis conſuetudines alienigenas duxiſſent uxores:nunc uero facturos eos rem deo gratam:& ſibi utilem dicebat:ſi uxores eiicerent.Cum ergo omnes ſe id perfecturos clamarent:ſed abundantem eſſe multitudinẽ: tempuſq; hyemale:& hoc opus non huius aut duorum eſſe dierum:ſed oportere ut duces & alii qui cum alienigenis habitabant uxoribus tempus acciperent dilationis:& ſeniores cohabitantes cum alienigenis uiſitare multitudinem:cum hæc decreuiſſent:cœperunt querere a primo die menſis decimi eos qui cum alienigenis:habitabant uſq; ad primum diem ſecundi menſis: & inuenerunt multos ex nepotibus principis ſacerdotum ieſu:& fratrũ eius ſacerdotum: & leuitarum:& iſraelitarum: qui uxoribus filiiſq; earum dilectionem magis legum ſuarum præponentes : eas ilico refutarent.Quo facto:hoſtiis placantes deum:imolantes arietes obtulerunt. Quorum nomina minime uiſum eſt:nobis dicere neceſſarium.Igitur prædictum nuptiarum peccatum ſic Eſdras purgauit:ut decætero hæc conſuetudo non permaneret.Septimo uero menſe ſcenophegiam celebrantes:& toto tunc populo congregato:aſcendentes ad ſuperiora templi ad orientalem portã eſdram rogabant:ut leges eis moſaycas legeret.Qui ſtans in medio populi:a ſolis ortu legit uſq; ad medium diem.Et cum audiſſent recenſitas leges:iuſticiam quidem ad præſens : & impoſterũ docebantur:de præteritis autem gemebant:lachrymaſq; fundebant & recordati ſunt: q; ſi legem cuſtodiſſent:nihil ex tot ſupradictis malis perpeſſi fuiſſent:Cũq; uideret Eſdras ſic eos afflictos præcepit ad ſua diſcedere:& lachrymis abſtinere propter feſtos dies:in quibus minime liceret affligi :hortabaturq; magis ad epulatiões eos conuerti:& facere quæ ſunt grata & conuenientia celebrationi præſenti:pniam & meſticiam de prioribus peccatis habendam & obſeruandum:ne qd impoſterum eis ſimile proueniret.Poſtq̃ uero eos Eſdras hortatus eſt:cœperunt habere leticiam Cunq; hoc per dies octo in ſuis tabernaculis egiſſent:ad propria diſceſſerunt: laudantes deum: pro emundatione cõmunium peccatorum eſdreq; gratias referebant.Cui contigit poſt gloriam quam habuit deum:in ſenectute ueneranda finire uitam:& in hieroſolymis cum multa ſepeliri liberalitate.Sub idem tempus & loachim defuncto principe ſacerdotum:filius eius Eliaſib ĩ principatum ſacerdotalem ſucceſſit. Quidam autem ex captiuis iudeis:Xerxe regis pincerna nomine Neemias:occurrens quibuſdam peregrinis ante metropolim perſarum ſuſi:ex longo itinere ad ciuitatem intrantibus:& audiens eos adinuicem hæbraice loquentes:conſulebat unde eſſent p̃fecti.Illis autem reſpondentibus:ſe a iudea ueniſſe: rurſus interrogabat:qualiter haberet ſe eorũ multitudo:& metropolis hieroſolyma. Cunq; dixiſſent:male habere ciuitatem:& depoſitis in ſolum muris multa mala gentes in circuitu poſitas inferre iudeis:& die tota percurrere:deuaſtantes prouinciam:& nocte tanta mala conferre:& multos a prouincia uel ab ipſis hieroſolymis captiuos abducere:& omnes uias ſingulis diebus cadaueribus plenas inueniri occiſorum:tũc Neemias propter ſuorum calamitatem fleuit:& extendens palmas ad cælum dixit.Domie : uſq; quo deſpicis quæ noſtra patitur generatio.Sic rapina uel ſpolia ab omnibus ſumus effecti. Remorãti

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

autem eo in porta:& hæc deflenti quidam nunciauit iam regem accumbere præparatum. Qui
ſtatim ſicut erat illotus:adminiſteriũ poculi regis feſtinauit. Vt aũt rex cœnauit:ſuauitate plenus
ad iuuenem reſpexit meſtum:& querebat cur triſtis eſſet:Tunc ille deum deprecatus ut gratiam
ei quandam poſtulanti præſtaret:quõ inquit poſſum tibi rex non talis apparere:qualem memo-
rem in corde teneo:dum audieri patriæ meæ hieroſolymoꝝ in qua & monumenta & ſepulchra
meorum ſunt parentum muros in terra iacentes:& portas eius incenſas.Sed præſta mihi profi-
ciſcenti muros reſtituere:partemq; templi cadentem denuo reconſtruere. Tunc rex annuit dare
ſe donationem ei quamcũq; ſupplicaſſet:& ad ſatrapas litteras deportandas:quatenus eum hono
rarent:& omnia quæ opus haberet præberent ei dicens.Repelle triſticiam:& dereliquo gaudens
nobis miniſtra.Igitur Neemias deum adorans :& regi gratias agens:meſticiam uultus confuſio-
nemq; ſuam pollicitationis hilaritate mutauit:Poſtea autem die conuocans eum præbuit ad ſy-
riæ & phœnicis & ſamariæ præfectum addo epiſtolam deferendam:in qua de honore iuuenis:&
de impenduis edificationis mandauerat exhibendis. Veniens ergo ad babyloniam & multos gen
tis ſuæ ſponte eum ſecutos adducens:ad hieroſolymã peruenit:uiceſimoquinto anno regnante
Xerxe:& demonſtrandas epiſtolas porrexit addo & aliis præfectis equitum:& congregans omnẽ
populum ad hieroſolymam:ſtetit in medio tẽpli:talem ad eos fundens orationẽ. Vos ſcitis uiri
iudei:deum quidem ĩ memoria patrum Abraã & Yſaac & Iacob ꝑmanere:& per illorum iuſticiã
non derelinquere prouidentiã noſtri. Vnde & adiuuit me:ut acciperẽ a rege poteſtatẽ:muros ue
ſtros refabricare:ac reliquã partẽ tẽpli ꝑficere:Volo aũt uos uicinaꝝ gentium certe ſcire inimi-
cicias:& quia ſi cognouerint magnificenter nos edificia reparare reſiſtent: & multa molientur:
ut nos ĩpedire ualeant.Primũ ergo in deum confidere debemus:qui illorum inimiciciis poteſt
reſiſtere:nec die uero nec nocte ſtudiũ edificandi relinquere:dum tempus oportunũ exiſtit.Cũq;
hæc dixiſſet:iuſſit & magiſtratibus muros metiri:& opera eius diuidere populo per uicos & ciui
tates:ſecundum unuſq;ſq; poſſibilitatem:pollicitus & ſemetipſum cũ ſuis ſeruis edificationẽ ad-
iuuare.Solutaq; contione:iudei ſtatim opus aggreſſi ſunt.Iudei uero dicti ſunt ex die qua a baby
lone profecti ſunt ex tribu iuda:quæ prior ad illa loca peruenerat. Vnde & ipſi:& prouincia a ta-
li appellatione uocitantur. Audientes uero murorum edificationem accelerari ãmanite:& moa-
bite:uel ſamarite:& omnes qui inferiorem ſyriam habitabant:moleſte ferebant: & meditabant
inſidias contexere:quatenus uoluntatem eorũ impedirent:multoſq; ĩterficiebant iudeos:ipſum
etiam Neemiam dilacerare querebant quoſdam alienigenas conducentes:qui eum perimerent.
Propterea in timorem & turbam diſperſis rumoribus eos mittebant:tanq̃ multis gentibus para
tis contra eos arma proferre:quibus turbati rumoribus conſtructionem pœne reliquerunt:Nee
mias autem nullo modo his permotus: ſtudium operis dereliquerat:ſed cuſtodie cauſa corporis
ſui armis ſatellitum circumſeptus:ſine uulnere permanebat:operis deſiderio tribulationem non
ſentiens. Ita ſiquidem intentus agebat ac prouidebat ſuæ ſaluti:nõ timore mortis:ſed cognoſcẽs
poſt ſuũ interitũ minime cõcedi ſuis ciuibus muros cõſtruere. Vnde ꝓcepit ĩpoſterum:ut armis
edificatores cincti fabricarent.Igitur edificatores:uel ĩpẽſaꝝ portitores gladios habebant:clype
os aũt iuxta eos poni decreuit.Bucinatores etiã quingentis pedibus ſtatuit:ꝓcipiens:ut ſi hoſtes
appareret:ſignificarent populo:quatenus armati reſiſterent:ne eos nudos inermeſq; oppugnarẽt
Ipſe uero nocte circuiens ciuitatẽ:minime aut operibus:aut ſomno:aut cibo fatigabat:nihil aũt
hoꝝ ſuauiter:ſed ſub neceſſitate utebat. Quos labores ſuſtinuit per annos duodecim:& menſes
quattuor:Nam tanto tẽpore hieroſolymoꝝ ſunt muri perfecti:octauo & uiceſimo anno:& men
ſe nono ĩperii Xerxe.Sed poſtq̃ muri perfectionẽ acceperunt:Neemias & reliq̃ multitudo ſacrifi
cauerunt deo pro eoꝝ edificatione ac ꝑ octo dies ſunt epulati.Gentes igit quæ ſyriã habitabãt
audientes factã cõſtructionẽ muroꝝ:grauiter angebant. Neemias aũt in ciuitate uidens paucos
hoĩes hĩtare:rogauit ſacerdotes & leuitas:ut uicos relinquentes: ad ciuitatem migrarẽt : & in ea
manerent:fabricãs eoꝝ domicilia ꝓpriis expẽſis.Populũ etiã agros colentẽ decimas fructuũ ad
hieroſolymã iuſſit offerre:ut habentes ſacerdotes & leuite alimenta:ꝑpetua religiõis iura nõ de-
relinquerent.Et hi quidem libenter ſequebant decreta Neemiæ.Ciuitatẽ uero exinde cõtigit ho
minum multitudine cõpleri.Multa etiã alia bona laudibus digna cũ ſumma feciſſet magnificen
tia Neemias:ad ſenectutem perueniens:defunctus eſt:uir benignus & natura iuſtus atq; magnifi
centiſſimus erga propriam gentem:qui in memoria eterna ſui muros hieroſolymitanos reliquit
Hæc ergo imperii Xerxe ſunt anno.xxviii.menſe nono.

Quomodo regnante artarxerxe: gens iudaica pene cuncta deleta eſt. CAP. VI.

DEfuncto uero Xerxe:regnum ad eius filiũ Cirum:quem græci Artarxerxen uocant cõ
tigit trãſferri. Quo regente perſaꝝ imperiũ:periclitata eſt tota gens iudeoꝝ ut cum
mulieribus & filiis deperiret. Cauſam uero paulopoſt demonſtrabo.Nam decet pri-
mum de rege diſſerere:quẽadmodum iudeã duxit uxorem:de regio genere:quam no
ſtram dicunt ſeruaſſe gentem.Nam cum regnum Artarxerxes accepiſſet:& ordinaſſet ab india
uſq; ad ethiopiam centum & uigintiſeptem ſatrapas:tertio imperii ſui anno:amicos ſuos & gẽtes

perſis ſubiectas:cum ducibus eaꝝ magnifice pauit:ſicut regem oportuit:qui diuitiarum oſtenta-
tionem per centum & octoginta dies parauera.:Poſtea gentes ac legatos eaꝝ in ſuſis per ſeptem
dies delitiis ſaginauit: quorũ conuiuiũ huiuſmodi erat inſtructũ. Tabernaculum enim fixerat ex
aureis argenteiſq; columnis:uel a purpurea ſu per eas extendens:ut multa milia diſcumbentium
operirent.Miniſtrabatur ergo poculis aureis:& lapidibus precioſis ad delectationem ſimul & ſpe
ctaculũ ꝓparatis.Præcepit itaq; & miſtris:ne cogerent bibere eos: potionẽ eis offerẽtes qđ apud
perſas fieri ſolet:ĩmo cõcederẽt cuiq; diſcũbẽtiũ:ut quẽadmodũ uellet epularet.Miſit aũt ꝑ oẽm
ꝓuinciã:denunciãs:ut oꝑa relinquerẽt:multiſq; diebus ꝓ eius ĩperio letarent.Regia quoq; mulie
rum cõuiuiũ in aula collegit.Quam rex prudentibus uolens oſtendere:ad conuiuiũ iuſſit accede
re:pulchritudine cunctas mulieres præcedentẽ. Quæ ꝓ legum cuſtodia perſaꝝ: prohibentiũ ab
extraneis alienas coniuges uideri:non acceſſit ad regẽ. Cunq; ſæpius eunuchos ad eam mitteret
inuitandam:nihilominus ſuũ denegans permanſit aduentũ. Vnde rex ira cõmotus ſoluit cõu iui
um:& ad ſe conuocans ſeptem perſas:apud quos legũ mandata ſeruantur:accuſabat uxorem: di-
cens qualiter fuiſſet ab ea contentus:cum ſæpius ad cõuiuium uocaretur:& nec ſemel paruiſſet.
Præcepit ergo:ut pronunciarent contra eam quandam legis definitionem. Tunc unus ex his no
mine Nocheus:locutus eſt dicens:non inſi ſoli hanc iniuriã factã fuiſſe:ſed omnibus perſis:peri-
culum uitæ patientibus:ut turpiter a ſuis contẽnantur uxoribus:nullo enim iam pudore tene-
bunt:exemplũ reginæ ſuperbiæ aduerſum te omniũ rectorẽ habentes:& hortat:ut eam quæ ſic
iniuriata fuerat regem:maximis damnis afficeret:& hoc facto:cunctis gentibus denunciaret:quæ
ſunt in regina decreta.Placuit ergo:ut regina uaſthi proiiceretur:& honor eius aliæ mulieri præ
beretur.At ille amore coniugis detentus:grauiter diſiunctionẽ eius ferebat: & conciliari quidẽ
propter legem non poterat:triſtis tamen in ſollicitudinibus permanebat.Quem uidentes amici
nimio merore confectum: perſuadebant: ut memoriam quidem uxoris:& amorẽ nihil pro futu
rum deponeret: & quereret per uniuerſam terram uirgines decoras:ex quibus pulchriorem habe
ret uxorem:extingui enim prioris ſic poſſe cupidinem:alia introducta:& paulatim deſiderium a
muliere proiecta ſubtractũ:ad cohabitantem poſſe conuerti.Hoc flexus conſilio ſtatim quibuſ-
dam iuſſit de palacio:eligere præcellentes uirgines pulchritudine:& ad ſe deducere.Cũ uero con
gregatæ multæ fuiſſent:inuenta eſt quædã puella in babylonia ambobus orbata parẽtib us:quæ
apud auunculũ nomine Mardocheũ nutriebatur.Is enĩ fuerat ex tribu beniamin.Omneſq; pri-
mas iudeoꝝ heſter:hoc enim nomẽ ei erat:pulchritudine ſuperabat:& gratia uultus ſui reſpiciẽ-
tium magis delectabat aſpectũ.Quæ traditæ cuidã eunucho pro diligentia:cuncta regꝝ prouidẽ
tia fruebant:affluentia aromatum:odore & largitate unguentoꝝ quibus corpora utuntur irri-
gabantur:& his fruebant per menſes ſex:numero quadringente.Cunq; putaſſet uirgines per præ
dictum tempus diligentiæ ſatis habuiſſe:& dignas iam regio factas cubiculo:per ſingulos dies
ad concubitũ unam regi mittebat.Qui poſt concubitũ ſtatim eam ad eunuchũ remittebat. Ve-
niẽte uero ad eum heſter delectatus eſt:in amoremq; incidens puellæ:legitime alias legitimã etiã
duxit uxorẽ: & nuptias celebrauit ĩperii ſui anno duodecimo:menſe qui dicitur adar.Deſtinauit
autẽ per omnes gentes eos qui aggarii dicuntur:præcipiens eis pro ſuis nuptiis feſta celebrare.
Ipſe aũt perſas & primos gentium paſcebat per totum menſem pro nuptiis ſuis.Quã cum intro-
duxiſſet ad aulam corona eam induit. Habitauitq; cum eo heſter:minime ei prodens:ex qua eẽt
natione.Tranſiens aũt & auunculus eius a babylone:ad perſicam ſuſin: & habitans illic: ſingulis
diebus in palacio cõmorabatur:requirens qualiter puella conuerſaretur:quã tanq̃ filiã diligebat
cum legem rex poſuiſſet: ut nemo familiarium ad eum non uocatus accederet: cum ſuper ſoliũ
rederet.Sedebat itaq; etiam rex uirgam aureã ferens. Quam cum aliquẽ liberare uoluiſſet: horũ
qui non uocati uenirent:porrigebat ei:& cum tetigiſſet uitabat periculum mortis. De his quidẽ
ſufficienter a nobis dictũ eſt.Interiecto uero tẽpore inſidiantibus regi bagatha:& theodeſto:bar
gani eunuchus ſeruus alterius eunuchi :genere iudeus:cum intellexiſſet ĩſidias:reginæ auunculo
indicauit:Mardocheus aũt per heſter manifeſtans ĩſidiatores prodidit regi.Rex autem turbatus
ueritatẽ ĩueniens:eunuchos qdẽ crucifixit:mardocheo aũt tũc nihil præſtitit:quãuis ſalutis eius
nuncius extitiſſet:nomẽ tamen eius annalibus monumentis inſeri præcepit:& in palacio eum ꝑ-
manere ; ut amicus regi neceſſarius exiſteret.Quo tempore aman amadathi filium genere ama-
lechitam:ad regem introeuntem peregrini & per ſe ſalutabant. Nam hunc ei honorem Xerxes
ab oĩbus iuſſerat exhiberi.Mardocheum uero propter ſapientiam & patrias leges non adorantẽ
Aman:cuſtodiri fecit:& interrogauit eũ ex quo genere eſſet.Audiens autem iudeũ eſſe ĩdignatus
dixit.Omnes liberi per ſe adorant me:hic ſeruus exiſtens:hoc facere dedignat. Et punire uolens
mardocheũ:ipſum quidẽ a rege petere:ad tormenta paruũ putauit:gentẽ autẽ eius decreuit totã
una perimere:Nam iudeos in odio ſatis habebat: quoniam amalechitarum genus e quibus ipſe
fuerat ab ipſis omne perierat.Audiens ergo regẽ accuſabat dicens:gentẽ eſſe malignã diſperſam
per uniuerſum orbẽ:qui eius ſeruiret imperiis:nec mixtã:nec aliis gentibus codunatã:nec eandẽ
cum cæteris religionem colentem:quæ nec legibus inquit ſimilibus utitur:& inimica moribus

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

& professionibus tui populi & hoibus cunctis exiſtit.Sed ſi uis aliquot ſubiectis beneficiū commodare :iube radicitus eam perire:nec eius reliquias aliquas remanere:nec aliquos eoꝝ ad ſeruitutem aut ad captiuitatē ſeruari.Verūtamen:ut nullum patiaris damnū:tributa eoꝝ de propria ſubſtantia ipſe me præbere polliceor:quadraginta milia pecuniaꝝ talenta ubicunq; præceperis. Has aūt pecunias libenter offerro:ſi paccatū ab his malis tuum fuerit imperiū.Poſtq; Aman hæc intimauit: rex ei & pecunias & homines donauit:quicquid de his uellet efficere.Deſiderio autem adepto:Aman ſtati mādat tanq; a rege p oēs gentes præcepta hunc modū cōtinentia. Rex maximus Artarxerxes ab ídia uſq; ad ethiopiá:centū uigintiſeptē ꝓuinciaꝝ pricipibus & iudicibus:q eius īperio ſubiecti ſunt:ſaluté dicit.Cū pluribus gētibus impaſſem:& uniuerſum orbē meæ ditioni ſubiugaſſem uolui:nequaq; abuti potentiæ magnitudine:ſed clemētia & lenitate gubernare ſubiectos:ut abſq; ullo timore uitā ſilentio trāſigentes:optata cūctis mortalibus pace fruerent. Querente aūt me a cōſiliariis meis:quō hoc poſſet īpleri:unus q ſapiētia ac fide cæteros precellebat:& erat poſt regē ſecūdus amō noie:indicauit mihi in toto orbe terraꝝ populū eē diſpſum: q nō noſtris uteret legibus:& cōtraꝛium gētiū faciés cōſuetudinē regū iuſſa conteneret:& uniuerſaꝝ cōcordiā nationū ſua diſſenſiōe uiolaret. Quod cū didiciſſemus: uidētes unā gentē rebellē aduerſum oē genus hoium ꝓuerſis uti legibus:noſtriſq; iuſſiōibus cōtrarie:& turbare ſubiectoꝝ nobis ꝓuinciaꝝ pacē atq; cōcordiā:iuſſimus ut quoſcūq; aman q oibus ꝓuinciis ꝓpoſitus ē: & ſecūdus noſ mei ē pater mōſtrauerit:cū coniugibus ac liberis deleant ab inimicis ſuis: nulluſq; eoꝝ miſereat q̄rtadecima die menſis adar anni p̄ſentis:ut nefarii hoíes uno die ad īferos deſcendentes:reddant pacē impio noſtro qđ turbauerunt.Hoc p ciuitates & ꝓuincias ueniente præcepto:oēs ad īteritū iudeoꝝ cōſtituta die parabant;qđ etiā in ſuſis pabat.Rex uero & Aman epulationibus uacabāt:ciuitates uero turbabant.Quod Mardocheus cognoſcens:ueſté rupit & facto indutus:cinereq; pfuſus:ciuitatē circuibat:clamans īterimi gentē quæ nihil peccauit.Et hoc dicens:ad aulam ꝓuenit:& ante ipſam ſtetit.Nā minime ei licebat ingredi:tali circūamictū habitu. Idē etiā oēs fecerūt iudei p ciuitates q̄bus de hoc litteræ ꝓponebant;lugentes & plangentes nunciatas ſibi calamitates. Cū uero qdā reginæ nunciaſſet mardocheū in tam miſero ante aulā habitu ſtantē:audito ſermone turbata:miſit q eius ueſtimentū mutarent . Quo nolēte ſacco exui: quia nondū erat malū finitū:pro quo ſaccū īduerat:uocās aſſiſtentē eunuchū Acratheonīad mardocheū deſtinauit:īterrogās qd ei triſticiæ contigiſſet:q; hūc habitū nec ea petente deponeret. Tunc Mardocheus indicauit eunucho cām;& litteras cōtra iudeos p oēs prouicias ſub rege conſtitutas tranſmiſſas:& ꝓmiſſionē pecuniaꝝ:p quā a rege ꝓditionē gentis cōparauerat Amā.Hāc etiā exemplū ad heſter tradidit reportandū:quæ ꝓpoſita in ſuſis fuerāt:mandās ei:q̄tenus de his regi ſupplicaret:nec recuſaret p ſalute gentis habitū humilē accipe:p quē regi oſtenderet: iudeis periculū īminere. Aman inquit q ſecundū honorē poſt regē obtinet:accuſando iudeos: regē ad uerſum eos incendit.Hæc cū regina cognouiſſet:rurſum mittit ad Mardocheū:dicens:q; nō eſſet a rege uocata:& ſiquis ad eū nō uocatus intraret moreret:niſi uolēs quendā ſeruare : porrigeret ei uirgā aureā.Nā inuocato & ad eū intrāti:ſi hoc rex fecerit:hic ſolus nō īterimeret;ſed uenia accipiēs liberat.Mardocheus uero ea uerba deportanti ſibi ad heſter eunucho renunciare præcepit:nō ſuæ ſaluti ꝓuidere:ſed totius gentis piculū amouere. Nā ſi nūc ipſa contépſerit: adiutorē qdē gēti deū oibus modis futurū:ipſam uero & paternā eius domū ab illis quos cōtémpſerat piturām.Heſter aūt denūciauit Mardocheo p eundē miniſtrū:ut pgēs ad ſuſis:cōſtitutos illic iudeos ad contionē cōgregaret:& ieiunare cūctos triduo ,p ipſā præcipet:quod & ipſa cū ſuis agens ancillis: ꝓmiſit ſe præter legē adire regē:& ſi mori oporteret nō recuſaret.Mardocheus aūt ſecūdū heſter mādata populū fecit ieiunare:deūq; ſuū petere:ut nec eam:nec genté eius pitura contineret:ſed ut ſeculi ſaluté ꝓuidit:& peccāti ueniā cōceſſit:& nūc a denūciato dudū īteritu liberaret. Non enī pp aliquod peccatū ita cogebat ſine gloria depire:cū & ipſe dominus noſſet cām furoris Aman q; eū nō ſaluabat. Neq; enī inqt honorē quē tibi domine offerebā hūc illi quoq; patiebar offerre:ideoq; iratus cōtra eos q tuas leges nō trāſgrediunt talia machinatus eſt.Ealdē etiā uulgus uoces emittebat:petens deū ꝓuidere ſuæ ſaluti cunctoſq; iſraelitas p oēm liberare terrā a futura calamitate:nā iam præ oculis eā ſpabāt:& ſimul habebant. Rogabat etiā heſter deū pro patria ſe lege ꝓſternés ī terra lugubriq; ueſte circūamicta.Cibū aūt & potū: oiaq; ſuauia renuebat p tres dies deū petens ut adiuuaret eam quatenus regi uideretur ſupplicans ſuauis eloquio: ſpecie uero pulcherrima:ut ex utroq; ſuſtenta:& ipſa piculū euitaret:& gentis ſuæ ſaluté acquireret:in aman quoq; regis odiū cōcitaret.Sic deū p tres dies deprecans:lugubrē ueſtem depoſuit & habitu mutato ornata:ſicut oportebat reginam:ibat cū duabus ancillis:quoꝝ una leuiter eā incūbentē ſuſtētabat:altera uero ſequens longitudinē ueſtis:q̄ uſq; ad terrā profuſa erat: ſumens eam digitis deportabat.Quæ ita facie rubore plena:uerecundum ac modeſtum habens decorē adibat regem etiam cum timore. Cum uero ad faciem eius ſedētis in ſolio deueniſſet:& uidiſſet eum circundatum ornatu:qui ex uaria ueſte:uel auro ac lapidibus præcioſis ualde fulgebat:terribilioremq; magis eum ꝓpter hæc intuens:cūq; & ille aſperius eā:uultuq; iracundo aſpiceret:

membroꝝ eam debilitas cōpræhendit:& ſup ancillas quæ prope latera eius erāt:repente collapſa eſt.Rex aūt uoluntate arbitror dei mentē mutauit:& timens ne quid mali uxor eius timore paterē:ſurrexit a ſella:ſuoq; eam gremio colligens fouebat & oſculabat blandeq; loquebat:confidere petés eam:ne aliqd metueret q; ad eū nō uocata ueniſſet:nā legē iſtā ꝓpter ſubiectos eſſe poſitam:ipſam aūt ſimiliter cū eo regnantē:omnē habere licentiā. Hæc dicens ſceptrumq; in manu eius ponens :uirgam ſup ceruicē tetendit eius;ꝓpter legē:liberans eā a mortis diſcrimine.Illa uero reſpirans:domine inquit:non habeo facultatē explanandi:quæ mihi ſubito cōtigerunt . Nam ut te uidi maximū & pulchrū atq; terribilē:ſtatim ſpiritus meus receſſit:& a mea aīa ſum relicta. Vix illa cū debilitate hæc loquente:etiā regē anxietas habuit:deinde confidere:melioraq; ſperare heſter inuitabat.Nam mediū ei regnū ſe cōcedere ſi hoc peteret ꝓmittebat.Heſter uero ad cōuiuiū eū cū Aman amico ad ſe uenire ſupplicabat:paraſſe ei cœnā ſe dicens. Cunq; annuiſſet: & aduenīſſet:inter poculoꝝ leticiā iuſſit rex heſter aperire quod uellet:nihil enim ſe negaturū eſſe promiſit:etiā ſi mediā partem regni poſcere uoluiſſet.Tum illa in poſterū diē explanaturū ſe ſutum conſiliū promiſit:ſi rurſus ad cōuiuium cum Aman conueniret.Cūq; rex promiſiſſet:Aman egreſſus eſt gaudens:q; ſolus apud heſter cum rege meruit epulari:dū nullus alius talē honorem potuiſſet adipiſci. Videns uero in aula Mardocheū:nimis indignatus eſt:q; nō aliquā ab eo uenerationē ſibimet exhiberi ſenſiſſet.Tunc ingreſſus ad ſemetipſum: uxorem Zaraſam cū amicis uocauit.Quibus præſentibus honorē expoſuit quo frueret:non apud regem tantum:ſed & apud reginā:& qualiter illo die ad eā cum rege ſolus accitus eſſet:& in poſteꝝ diem rurſus īmutaretur. Dicebat aūt:nō ei placuiſſe:q; Mardocheum uiderat in aula iudeum:Cui reſpōdit uxor ſua Zaraſam.Iube lignū ſecari quīquaginta cubitoꝝ:& mane pete Mardocheum a rege crucifigendū.Cuius conſilium laudans:præcepit famulis lignum paratū in atrio conſtituere:quod ad pœnā Mardochei ſeruarent.Deus aūt ſpem malignā Aman deridebat:& accidentia præuidens:de futuris delectabat.Nam regi ſomnum per illā noctem abſtulit.Qui nolens in ocio uigilias perdere; ſed ad gubernationē ſui principatus eas habere:ſcribam iuſſit libros afferre prædeceſſorum ſuorum: & factoꝝ eoꝝ monimenta relegere.Cunq; detuliſſet:& recenſeret:inuenti ſunt quidā:qui pro uirtute ſua præcium agros acciperant:quoꝝ & nomen ſignatū erat:alter uero pro fide donationē impetrauerat.Poſt hæc legendo uenit ad bagathan & theodeſtum eunuchos: inſidiatores regis: quos Mardocheus indicauerat.Et cum hoc tantum ſcriba pronunciaſſet:& ad alterius tranſiſſet actus: rex eū detinuit:conſulens ſiquid ei pro remuneratiōe datum ſcriptū haberet. Scriba reſpōdit.Nihil.Tunc rex iuſſit eum tacere:& interrogabat eos quibus hoc cōmiſſum fuerat: quæ ſit hora noctis.Audiens autē iam diluceſcere:præcepit:ut quā inuenirent amicorum ante aulam præſentem nunciarent.Euenit autē Aman inueniri. Nam præter ſolitā horā maturius ꝓceſſerat morte Mardochei petiturus.Cunq; ſerui renunciaſſent Aman ante edem ſtare:p̄cepit eū uocari Cum ergo intraſſet:amicū inquit te ſciēs ſolū fidelē:peto ut cōſilium mihi præbeas:quēadmodū debeā ſecundum meā magnificentiā honorare quendā ualde chariſſimū. Aman uero putans:cōſilium qđ dediſſet hoc ſibi ꝓfuturoꝝ:nam amari ſe ſolum credebat a rege:quā exiſtimabat optimā eſſe ſententiā:regi declarabat & dixit.Si uis quē dicis hoíem dilectum & gloriæ meritis honorari:fac eum ſup equū ꝓcedere:tua ueſte indutū:& torquē aureā habere:& præcedere unū ex tuis neceſſariis amicis:clamantē p totā ciuitatē:q; tale beneficium merebit;quē rex honorificari uoluerit.Igit Aman huiuſmodi largitatē arbitratus ad ſe uenturā:talia pſuaſit.Rex uero delectatus hac ammonitione:uade ait habēs equū;& ſtolā:& torquē:require Mardocheū iudeū:& his illum induens:antecede equū eius.Nā tu inquit amicus es mihi præ cunctis.Ergo perfice cōſiliū cuius utilis pſuaſor extitiſti:& hæc ei a nobis donent;qui meā aīam liberauit. Poſtq; hæc præter ſpem oēm audiuit:mente confuſus & meſticia pcuſſus exiit: equus ducēs:cum purpura & auro & Mardocheū reperiens:ante aulam ſacco indutū:iuſſit exutū:purpura circūdari.Tum neſciens ille ueritatē:ſed deludi ſe putans:peſſime inquit oium hoíum:ita calamitatē meā derides . At uero certe cognouit:q; ei rex hunc honorem donauerit p ſalute quā illi præbuerat:inſidiatores eunuchos redarguens purpura:induit;quā rex ſæpe ueſtitus gerebat:& torquē ceruice circūdatus; & ſuper equum ſedens:totā circuibat undiq; ciuitatē:præcedente Aman & prædicante:q; huiuſmōi fruit donis:quē rex amauerit:& dignum honore ꝓbauerit.Cunq; totā circuiſſet ciuitatē: Mardocheus ad regē ingredit.Aman aūt ex cōfuſione ad ſe recedens:cum lachrymis uxori & amicis quæ cōtigerant:īdicauit.Illi nequaquā puniri poſſe Mardocheū dicebāt:deum enī eſſe cū ipſo credebāt.Dumq; hæc adinuicē loquerent;uenerunt Heſter Eunuchi:Amā urgentes ad cenā.Sabuchadas uero unus ex eunuchis:uidens crucē fixā in domo Aman quā Mardocheo parauerat: conſuluit aliquē ſeruoꝝ:cuius cauſa eā paraſſet:& audiēs reginæ auunculo:qa Aman a rege eū petiturus erat ad pœnā:tunc quidē tacuit.Cunq; rex una cum Aman epulans īterrogaret reginā:quam uellet ab eo donationē impetrare:cōpletuꝝ enī ſe eius deſiderium ꝓmittebat: tunc regina ,p populi deprecabat periculo:eo q; tradita fuiſſet ad perditionem cū ſua gente:iōq; ſermones ad eū facere decreuiſſet.Neq; enim moleſtum ſibi dicebat:ſi amarā eius ſeruitutē imponeret ; paruum

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA CIDOS USAL ES

enim ei hoc esse malum: sed supplicabat hæc amoueri. Itaq; interrogante rege: a quo hæc sanccita fuissent: accusabat iam manifeste Aman: & maliuolum contra eos existentē: has molitū insidias arguebat. Tunc rex ad hoc turbatus: a conuiuio ad hortos egredit. Hester uero reginā Aman pe tere cœpit: ut ueniā pro peccatis exposceret: nā intellexerat: in quibus iam malis esset. Cunq; sup lectum procidens reginā peteret: superuenit rex: & huiusmodi uisu magis incitatus dixit. Pessime oium uxori meæ iam uiolentiā irrogare conaris. Ad quod Aman obstupuit: & nihil potuit respō dere. Tunc Sabuchadas eunuchus cœpit aman accusare: quēadmodū inuenisset in atrio eius para tā crucem ad mortem Mardochei: nam hoc illi interrogāti seruus idicauerat: cum ad ipsum in uitaturus eū ad cœnam uenisset: crucem autem dicebat esse altitudine cubitoꝝ quinquaginta. Quod rex audiens: in illa eum pœna tradere decreuit: quā contra Mardocheum ipse tractauerat statimq; iussit cruci ſpensum interimi. Vnde mihi contigit mirari nomen dei: & sapientiā: & iu sticiam eius agnoscere: q; nō solum maliuolentiā Amā puniuit: sed q; excogitata contra aliū tor menta i eum conuertit: & cætero hoc sentire pmisit: quō qui contra alium quædā molitus fuerit hæc in se primum pata cognoscat. Itaq; aman honoré qué a rege pceperat supra modum abusus: huiusmodi cruci cōfixus est. Rex auté substantiā eius reginæ donauit: & Mardocheū aduocans: dedit ei anulum qué aman ipse pstiterat. Nam iam hester ad notitiā eius perduxerat cognationē quam ad illū habebat. Donauit uero & regina Mardocheo aman possessionē: & supplicauit regi liberari a mortis metu gentē iudeoꝝ: cito nota ei faciens: quæ per uniuersas prouincias scripsisset aman filius amatdathi. Nam patria gēte sua pempta: nullatenus se uitā posse tolerare dicebat. Cui rex pmisit: nihil eam frustra petere: nec studio eius aliquid contrarium puenire. Vnde pcepit: ut scriberet q; uellet de iudeis noīe regio: signaretq; eius sigillo: & trāsmitteret p omne eius imperiū ut siqs legeret signatas epistolas sigillo regio: minime sanctiōibus obuiaret. Scribas ergo regales uocans: iussit scribere gētibus & primatibus: & magistratibus p iudeis: ab īdia usq; ad ethiopiam centum uiginti & septē puinciaꝝ. Epistolæ auté hunc ordiné continebant. Rex magnus artar xerxes ab india usq; ethiopiā: centum uiginti & septé prouinciaꝝ ducibus ac pricipibus: qui no stræ obediunt ditioni salutē dicit. Multi bonitate principū & honore qui in eos collatus é abusi sunt in superbiā & nō solum subiectos regibus nituntᵉ opprimere: sed datā sibi gloriā nō ferētes in ipsos qui dederunt moliuntur insidias. agitare: nec cōtenti sunt gratias nō agere beneficiis: & humanitatis in se iura uiolare sed dei quoq; cuncta cernentis arbitrantᵉ se fugere posse sniam: & in tantū uesanie prorupere ut eos qui credita sibi officia diligenter obseruant: & ita cuncta agūt ut omniū laude sint digni mendaciorum funiculis conentur subuertere: dum aures principum simplices & ex sua natura alios existimantes calida fraude subuertunt. Quæ rex & ex ueteribus probatur historiis: & ex his q; geruntur quottidie: quō malis quibūsdam suggestionibus regum studia deprauantur. Vnde prouidendum est paci oium prouinciarum: nec putare debetis: si diuer sa iubeamus ex animi nostri uenire leuitate: sed pro qualitate & necessitate temporum: & ut rei publicæ poscit utilitas ferre sniam. Et ut manifestius qđ dicimus itelligatis: Aman filius Amat dathi: & animo & mente macedo: alienusq; a psaꝝ gente: pietaté nostrā sua crudelitate cōmacu lans: pegrinus susceptus est a nobis: & tantā in se expertus est humanitatē: ut pater noster uocare tur: & adoraretur ab oibus post regē secundus. Qui in tantū arrogantiæ tumoré subleuatus est ut regno nos priuare niteretᵉ & spū. Nā Mardocheū cuius fide & beneficiis uiuimus: & consorté nostri regni Hester cū omni gente sua nouis qbusdā atq; inauditis machinis expetiuit ad morté hoc cogitans: ut illis interfectis: insidiaretᵉ nostræ solitudini: & regnū persaꝝ transferret in mace donas: Nos aūt a pessimo mortalium iudeos neci destinatos: i nulla penitus culpa reperimus: sed econtrario iustis utentes legibus: & filios altissimi & maximi semperq; uiuētis dei eē: cuius bene ficio: & patribus nostris: & nobis regnū est traditum: & usq; hodie custodit. Vnde & eas litteras quas sub noīe nostro ille direxerat: sciatis esse irritas. Pro quo scelere ante portas huius urbis. i. susis: & ipse qui est machinatus: & oīs cognatio eius pendet in patibulis: nō nobis sed deo ei red dēte quod meruit. Hoc aūt edictū qđ nūc mittimus: i cūctis urbibus ꝓponat: ut liceat iudeis uti legibus suis. Quibus debetis esse adminiculū alias adminiculo: ut eos q se ad necē eoꝝ para uerant possint iterficere. xiii. die mensis duodecim: q uocat adar. Hanc eni diem oipotens deus meroris & luctus eis uertit in gaudiū. Vnde & uos iter cæteros festos dies hac haberote diem: & celebrate eam cū omni letitia: ut & ipostea cognoscat: oēs qui fideliter persis obediunt: dignam pro fide recipere mercedē: q aūt insidiantᵉ regno eoꝝ: perire p scelere. Omnis aūt puincia & ciui tas: quæ noluerit solēnitates huius eē particeps: gladio & igne depeat: & sic deleat: ut nō solū ho minibus: sed etiā inuia sit bestiis in sempiternum pro exēplo contemptus & inobedientiæ. Igit equites eplās deportantes exierunt: & uiā propositā peragebant. Mardocheus uero regia idutus stola: & corona aurea & torque processit ornatus. Quem uidentes ita honorificatum a rege iu dei in susis habitantes: cōem existimauerunt eoꝝ fœlicitatem. Præterea gaudium & salutare lu men ꝓpositis regalibus sanctionibus per ciuitates & prouincias iudeos circūdedit ita: ut etiam multæ gentes propter timoré iudeoꝝ perterrerentᵉ libertaté ex piculo eoꝝ cōparatā inspiciētes.

Nam duodecimi mensis quartodecimo die: qui apud hæbreos adar: apud macedones distrios uo catur: portitores regalium litterarum nunciabant: quemadmodum deberent die quo ipsis perī culū imminebat inimicos consumere. Tunc persidis satrapæ & tiráni: & regis scribæ summū iu deis reddebant honorē: quoniā timor mardochei eos ad tēperantiā coaceruabat. Postq; edictum regis per omnes prouincias lectum est: in susis iudei inimicorū quingentos interemeret. Cunq; rex pemptoꝝ in ciuitate numeꝝ hester nunciasset: & in ꝓuincia quod factū fuisset ambigeret: si quid amplius uellet iterrogauit eā. Illa uero petiuit eū: ut præciperet iudeis: & ipostea diē ita fa cere i reliquos inimicos suos: & ut. x. Aman filii crucifigerentᵉ. Quod quidé iudeis rex concessit: nequaq; resistere uolēs hester. Iudei uero parati. xiiii. die mensis occiderūt rursus aduersariorū tre centos: nihil penitus possessiōis eoꝝ tangētes. Interfecti sunt etiā ꝓ ꝓuinciā aliasq; ciuitates a iu deis septuagita sex milia inimicoꝝ: quos strauerūt tertiadecia die mēsis: quē festū celebrauerunt. Similiter aūt & iudei in susis collecti: die. xiiii. &. xv. eiusdē mēsis epulati sunt. Vnde hactenus oīs in orbe terraꝝ iudei hos celebrāt dies: pticulas de cōuiuiis iuicē mittētes. Scripsit etiam Mardo cheus oībus sub iperio artarxerxe degētibus iudeis: q̄tenus hos obseruarēt dies semp eos celebrā tes: & nepotibus traderēt p oīa tēpora celebrādos: ne alicui obliuiōi traderentᵉ: q; in his fuerant ab amā piturī: iustūq; esset: cū uitassent piculū: & inimicos punissent: honorare eos: gratias agen tes deo. Vnde p̄dictos dies iudei celebrāt: appellātes eos cōseruatores. Mardocheus aūt magn us erat & clarissimus apud regē pricipatūq; eius regebat: & potiebatᵉ cōi cōuersatiōe cū regina. Tūc iudei sup oēs libertatis licētia fruebantᵉ. Hæc q̄dem sub impio artarxerxe gesta sunt.

Qualiter uagosus dux artarxerxis: iunioris multa in iudeos iniurioſa misit CAP. VII.

DEfuncto aūt Heliasib principe sacerdotū: iudas filius eius pricipatū sacerdotalē susce pit. Defuncto uero & hoc: Ioannes filius eius honoré suscepit. Propter quē uagosus dux alterius artarxerxis téplum uiolauit: & tributa iudeis iposuit: nec prius dimisit quottidianas offerri hostias: quā ꝓ uno quoq; āno uectigal exigeret: dragmas quinq; ginta. Hoc aūt ex hmōi cā cōtigit. Frater erat Ioānis iesus: cui uagosus amicus existēs: pmisit ei sa cerdotii pricipatū dare. Qua cōfidentia iesus altercatus i téplo aduersus Ioānē icitauit fratrē: ut eū iterficeret: & tantū in téplo facinus Ioānes in fratrē cōmitteret: qđ nunq; prius: nec apud græ cos: nec apud hæbreos: alias barbaros ita crudeliter uel scelerate factū é. Vnde nec deus hoc im pune dimisit: sed populū pp hāc cām ad seruitutē redegit: & téplū uiolari a psis dimisit: dicente uagoso. Ausi estis homicidiū in uestro téplo cōmittere: Ego peremptore illo in tēpore mundior sum. Et hæc uerba faciēs: in téplū īgressus est. Hac igit usus occasiōe uagosus: anno septimo Ioan nem pro nece iesu puniuit. Finiente uero uitā Ioāne succesſit pricipatui sacerdotū filius eius Iad dus. Erat aūt etiā & huic frater: manasses noīe. Cui sanaballath missus a dario ad samariā: satrapa genere cutheus: ex quibus samaritæ descenderūt: audiens clarā esse ciuitatē hierosolymā: & reges eius multa assyriis: & habitatoribus humilis syriæ pericula feciſſe: libenter manasse copulauit su am filiā noīe Ysacha: arbitratus p affinitatē obsidē ei futurā ad fidem gentis iudeorum.

Quanta iudeis rex macedonū alexander bona fecit: postq; iudeā obtinuit. CAP. VIII.

PEr idē tēpus & philippus rex macedonū ab egeisia pausania: filio ceraste: genus ab ore ste trahēte: insidias passus ꝑimit. Succedēs uero filius eius alexander iperio: trāsiit hel lespontū: & duces dari deuicit: sup grānicū flumé cōfligés cū eis. Cūq; pcucurrisset li diā & ioniā captiuasset frigiāq; p̄dasset: ad loca páphiliæ puenit: qđ alibi explanatū est Hierosolymoꝝ uero seniores īdignabantᵉ: qđ pricipis sacerdotū laddi frater Manasses: alienigene cohabitās uxori sacerdotii ꝓticeps existebat. Arbitrabantᵉ eni hoc cōnubiū initiū fieri occasiōis p̄standæ uolētibus leges trāsgredi pro uxoꝝ copulationibus: qs ab alienigenis sibi cōiungere fe stinabāt. Nā extitisse etiā priorē captiuitatē p hæc coniugia mala putabant: q; multi i his peccas sent: dū nō uxores ꝓuinciales ducerēt. Iubebāt ergo manasse disiungi ab uxore: aut nō itroire sa crariū. Principes quoq; sacerdotū cū populo hoc īdigne ferebāt. Manasses aūt ꝓhibitus a fratre ad altare accedere: ad socerꝝ sanaballan puenit: amare se dicēs filiā eius Ysacha: sacerdotalē uero honoré maximū esse apud gentē & ciuitatē: & genus iudeoꝝ: nec uelle ꝓpter hmōi coniunctum sacerdotii iure priuari. Itaq; sanaballath nō ei solū sacerdotiū: sed etiā principatū sacerdotii & po tentiā: ac honoré oīum locoꝝ sibi subiectoꝝ dare promisit: uolēs suā apud eū filiā pmanere. Di cebat etiā téplū ei edificare ad īstar hierosolymoꝝ super mōtem garizin: q altior oībus samariæ mōtibus appebat: sed hoc facere cū regis darii snia. His ꝓmissiōibus eleuatus manasses: pmānsit apud sanaballath principatū sacerdotii arbitratus se acceptuꝝ dario cōferente. Nam iam sanabal lath uergebat in seniū. Multis uero sacerdotibus & israelitis huiusmodi sibi subiectis uxoribus: nō pua seditio hierosolymitas habebat: dum plures ad manassen trāsirent. Quibus sanaballath pecunias ministrabat: & terrā collendā: habitationēq; deputabat: oībus modis genero suo cōcor dans. Eodé tēpore Darius audiēs Alexandrū hellespōtū transisse: satrapasq; suos sup granicū flu uium pugna uicisse: & ulterius accessisse: exercitū equitūq; peditūq; colligēs: occurrere statuit ma cedonibus: priusq; oēs pcurrētes asyā deuastarēt. Trāsiens ergo fluuiū eufratē & montem cilitiæ

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

thaurū:hostes ī ipso cilitiæ sustinebat:illic sperās eos expugnare. Tunc Sanaballath ꝓpter descen sum darii gauisus:ilico manasses dicebat:ꝓmissa cōpleri:dario post captiuitatē hostiū reuertēte Nam credebat nō ipse tantū:sed etiā oēs asyam habitātes:nec ad manū belli macedonas cū ꝑsis ꝓp multitudinē esse uenturos. Aliter uero quā sperabat euenit. Nā cōgressus cū macedonibus rex ē uictus:multāq; parte exercitus ꝑdens:& captis matre:pariter & uxore:simul & filiis ad ꝑsas fugiens remeauit. Alexander aūt ad syriā ueniēs damascū cœpit:& subiugata sydenæ:tyrū obside bat. Litteras uero ad principē sacerdotū iudeoꝝ direxit suitans eum auxilia sibi mittere & uenalia exercitui præparare: & quāta prius dario cōsecrabat:ei præberet:eumq; inuitauit amicitiā macedonū eligere:ne imposterū peniteret. Cunq; princeps sacerdotū litteraꝝ portitoribus respōdisset sacramēta dario se dedisse:ne cōtra eū arma portaret:nec posse uiuēte dario cōstituta trāscēdere Alexāder icitatus tyrū quidē relinquere nō decreuit:paulopost capi futurā qua uicta:minabatur cōtra principē sacerdotū gentis iudeoꝝ exercitū mittere:ut oēs ꝑ eū discernēt:qbus deberent cō stituta seruare. Quapropter intētius ī obsydione ꝑseruās:uastauit tyrū. Cūq; eā cœpisset ad ciuitatē gazā peruenit eāq; cū duce suo habimasin obsidebat. Arbitratus aūt Sanaballath oportunū inuenisse tēpus:dario iam desperato:eligēs de suis octo milia: ad alexandrū ꝓficiscī: qué reperit ichoanē tyri obsidionē. Cui etiā ꝓmisit dare loca sub sua potestate cōstituta: magisq; ipsum dominū libēter habere quā darium. Cunq; se intellexisset:grate susceptū:cōfisus iā & de ꝑsentibus fretus:uerba ꝓferebat:dicēs se genez habere manassen:fratrē iaddi principis sacerdotū iudeæ gētis:multosq; alios cū eo ꝑsentes ex eadē gente:quos uelle aiebat sub eo tēplū locis cōstitutis edificare:hoc aūt & ipsi ꝓfutuꝝ dicebat:si diuideret ī duas partes iudeoꝝ potētia. ne eadē concordia gens cōiuncta debellaret:aut ī aliquo regibus obuiaret:quēadmodū prius & assyrioꝝ regibus cōtigebat. Cōcedente uero Alexādro:oī studio annissus sanaballath edificauit tēplū & sacerdotē manassen cōstituit:maximū arbitratus præmiū ex filia nepotibus futuꝝ. Septē aūt mensibus ī obsidiōe tyri trāsactis:& duobus ī gaza:sanaballath defunctus est. Alexander aūt capta gaza:ad ciuitatē hierosolymitaꝝ ascendere festinabat. Quod princeps sacerdotū iaddus audiens:in pauore & timore constitutus:moliebat quēadmodū macedonibus festinus occurreret rege idignāte:& putante timorē esse cōtumaciā:alias ꝓp priorē cōtumaciā. Præcipiens igit populo supplicationē & imolationē offerre deo:ipse deprecabat subuenire gēti:a uēturisq; eā liberare periculis. Obdormiēte uero eo post sacrificiū deus ꝑcepit ut cōfideret:sertisq; ciuitatē ornaret:portasq; ꝓtinus aperiret:& alios qdē cū ueste alba:ipm aūt & reliquos sacerdotes cū legitimis stolis iussit occurrere:nihil seuū sperātes pati:deo ꝓuidente. Cunq; a sopore surrexisset:ualde cōgaudēs: nocturnū oraculū oībus idicauit:& quæ uidit ī somno cūctis facere demandās:regis ꝑsentiā expectabat. Quē audiēs nō lōge esse a ciuitate: ꝓcessit cū sacerdotibus:& ciuili multitudine: sacrā & maiorē aliis gentibus ei ꝓparans occasionē:ad aliquē locū qui saphin appellat:quod nomē latine trāslatū scopulū significat: ex quo loco hierosolymā tēplūq; potuisset uidere. Phœnices uero & chaldei regē secuti :putabāt:qa qcqd potuisset furor impialis ꝓmittere in ciuitatē:ipse cōmitteret:& principē sacerdotū summis afficeret cōtumeliis. Quod e diuerso cōtigit euenire. Nā Alexander ꝑuidens multitudinē uestibus albis indutā:antistites uero cū bissinis stolis: & principē sacerdotū iacinctinā & aureā stolā: super caput habentē cidarim: & sup laminā aureā:in qua scriptum erat dei nomē:adiit eū solus:& nomē Ass numē adorauit:& principē sacerdotū primus ueneratus est. Omnibus uero iudeis una uoce Alexandrū salutātibus:circūastātes syriæ reges:& relig:hoc sciente stupuerunt:corruptāq; regis mentē putauerūt ſ Parmenion uero solus eum iterrogauit dicens:cur omnibus eū nō adorātibus ipse adorasset principē sacerdotū gentis iudeæ Cui ille non hunc inqt adoraui:sed deū cuius pricipatu sacerdotii functus é. Nā per somniū ī huiusmodi habitu cōspexi:adhuc ī odio ciuitate macedoniæ cōstitutus. Dūq; mecū cogitassem : quēadmodū possem asyam uincere:icitabat me nequaq; negligere:sed cō fidenter transire. Nam semper ductuꝝ meū dicebat exercitū & ꝑsaꝝ tradituꝝ potentiā:ideoq; neminē alium in tali stola uidens: cū hunc animaduertissem:habēs uisiōis & ꝓbatiōis nocturnæ memoriā:salutaui. Exide arbitror diuino iuuamine me directū:Dariūq; uicisse:uirtutēq; soluisse ꝑsaꝝ. Propterea simul etiā omnia quæ meo alias quæ in eo corde sperantur: prouentura confido. Postq; hæc parmeoni locutus est principem sacerdotum honorans:occurrentibus:reliquis sacerdotibus ad ciuitatem usq; peruenit:& ad templum ascendens:sacrificauit deo: secūdum sacerdotis ostensionem. Ipse autē sacerdotum principi:& reliquis sacerdotibus munificenter multa donauit. Allato uero ei uolumine Danielis:in quo scriptū erat:quendā græcoꝝ regem perdituꝝ persaꝝ potentiā: arbitratus seipsum esse quem scriptura significabat: gauisus est:& tunc quidē multitudinem dimisit. Postera autem die conuocans eos iussit petere:& quas uellent donationes accipere. Principe ergo petente:ut liceret patris uti legibus:& septimum annum sine tributis esse:mandauit:& oia concessit. Cūq; ab eo postulasset: ut iudeos in babylone alias in babylonia & media gente præciperet suis potiri legibus: promisit libenter facere quæ poscebat. Dicente uero ipso ad multitudinē:siquis elegerit ei militare:permanens in patris legibus:& secundū eas uiuens:paratū se eos ducere; se pugnaturos

cum eo dixerunt. Igitur Alexander ita disponens hierosolymā:duxit ad reliquas exercitum ciuitates:omnibus eum ad quos peruenit amabiliter suscipientibus. Samaritæ uero metropoli tunc sicimam nomine habentes:positā iuxta garizin mōtem:in quo transgressores habitabāt iudei:uidētes ab Alexrandro ita magnifice iudeos honoratos:coacti sunt se fateri iudeos. Nam hmōi sanguinis naturæ sunt:sicut prius alibi demōstrauimus:in calamitatibus mersos iudeos negāt esse cognatos:ueritatem confitētes:& cū uiderint clarum eis aliquod ablatum:tūc socios se iudaici generis profitentur:originē suā a nepotibus ioseph:effraī & manasse recēsentes. Tunc ergo claritatem & multū animi sui affectum ostēdētes:occurrerūt regi:paulominus quā hierosolymitæ. Cūq; laudasset eos Alexāder:sicimite adierūt eū cū militibus:quos ad eū sanaballath trāsmiserat petentes:ut ad ciuitatē perueniret:& tēplum apud eos positū honoraret qui reuertēs:ad ipsos se uenire promisit. Petentes aūt tributoꝝ septimi anni concessionem:nam neq; ipsi seminant in eo cōsuluit:qui essent qui talia postularēt. Cunq; respondissent hæbreos se quidem esse sicimitas autem a sydonio alias sydoniis nuncupari:itez interrogauit eos:utrum iudei essent illis autem dicentibus non esse:at alias & ego inquit hæc iudeis concessi:sed reuersus quidem & a uobis certius edoctus: quæ uisa fuerint agam. Et sicimitis quidem ita postulationē negauit. Similiter uero amicos sanaballath se sequi præcepit ad ægyptū:ibi datuꝝ se eis iugera terræ ꝓmittēs:quod & postea fecit:thebaidā custodire prouinciam eis iniungens. Igitur defuncto alexrandro: & pricipatu a successoribus eius diuiso:templū super Garizin mōtem permansit. Et siquis culpam habuisset apud hierosolymitas:aut de cibo illicito:seu de trāsgressione sabbatoꝝ: aut de hmōi peccato ad sicimi tas recedebat dicens se iniuste culpari. Defunctus est autem illo tempore princeps sacerdotum Iaddus:& Onias filius principatū sacerdotalē suscepit. Et in his cōstituti hierosolymitæ degebāt.

Continet hic liber gesta centum:septuaginta annorum.

Incipit liber duodecimus antiquitatis iudaicæ.

Vt Ptolomeus filius Lagi fraude uel dolis capiens hierosolymam uel iudeam multos migrauit ad ægyptum. CAP. I.

Lexander rex Macedonum ubi regnum persaꝝ disoluit : iudeamq; dispōsuit ut prædictum é a uita discessit . Cunq; multos principatus sui successores reliquisset . Antigonus quidem Asyam appræhendit. Seleucus aūté babylonem : gentesq; uicinas obtinuit. Lisimacho cessit Hellespontus. Macedoniam rexit Cassander. Ptolomeus filius Lagi Aegyptum possedit. Qui dum aduersum se seditiones haberent: suumq; dilatare contenderent principatum: diuturnis bellis ciuitates concussæ: multis ciuibus inter certamina pereuntibus ingemiscebant. Tūc & omnis syria sub Ptolomeo filio Lagi q saluator nūcupatur: contraria sui nominis est perpessa. Nāq; hic etiam Hierosolymam depugnauit: fraudibus & dolis ciuitatem die sabbatorum ingressus sub specie sacrificii nequaquā iudeis resistētibus quō hostile nihil existimarent: & ideo ociosi ueluti nihil suspecti segnes erant. Qui cum sine labore ciuitatem appræhendisset: crudeliter eis dominabatur . Testis est orationi meæ Ouidius Sabatarcides: qui successoꝝ Alexandri acta conscribēs superstitionem nostrā pro qua libertatem amisimus exprobrauit: cum hæc diceret. Est gens quæ iudea dicitur ciuitatem munitam & magnam hierosolymam detinens: quæ contēpsit sub Ptolomeo constituta dum arma capere deuitasset: & propter superfluam superstitionem seuissimum dominum pertulit habere. Sabatarcides quidem hæc de gente nostra conscripsit. Ptolomeus uero multos captiuos a mōtanis iudeæ: uel a uicinis locis Hierosolymoꝝ. i. a Samaria uel a Garisi trahens ad Aegyptū conmigrauit. Sed cum cognouissēt eos quos ab Hierosolymis abstraxerat firmos iurisiurādi uel fidei cultores existere cum Alexandro legationem ad eos mittenti sic respondissent Dario uiuente contra eum arma nequaq; sumere: post Darii expugnationem multos ad castella deputauit: & pares cum Macedonibus Alexandriæ ciues statuit: fidemq; ab ipsis recepit: ut nepotibus suis sanctitatem custodirent: cum & alii non pauci iudei sponte ad Aegyptum peruenissent opulentia locorum. Ptolomeiq; munificentia inuitati: quorum nepotes seditiones contra samaritas dū suæ gentis patriam oblationem seruare festinarent excitabant. Nam Hierosolymitæ defendebant: dicentes suum templum sanctum existere: & immolationes illic trāsmitti oportere. Sichimitæ uero ad Garizim alias garizin montem destinari iubebant.

Qualiter filius eiusdem Ptolomei qui Philadelphus appellatus est: leges iudeorum in græcā transtulit linguam : multosq; captiuos Eleazaro principi sacerdotum donauit : & ornamenta deo deuouit. CAP. II.

POst decimum & secūdū annū impii Alexandri: & post quadragesimū Ptolomei saluatoris: regnū Aegypti Philadelphus obtinuit per annos triginta nouem: qui & legem iudeoꝝ interpretatus est: & famulātes in Aegypto Hierosolymitas a seruitutis uinculo

reſoluit uſq; ad centum uiginti milia ex huiuſmodi cauſa. Demetrius Falareus ſuper bibliothecam regis conſtitutus dum ſtuderet omnia per uniuerſam terram inuenta uolumina congregare:& acquirere ſi quid audiſſet dignum induſtria uel uoluntate regis:quem erga collectioné codicum munificenter accendi cognouerat:interrogatus a Ptolomeo: quot milia codicũ haberet: cum uiginti milia iam reſpondiſſet. Sed tempore poſt pauco uſq; ad q̃nquaginta milia poſſe peruenire:& nunciatũ ſibi diceret:multa apud iudeos legum eoꝝ eſſe conſcripta:ſtudio uel bibliothecæ regali digna:quæ figuris litteraꝝ uel ſermone illorum:cõpoſita:laboré nõ paruũ præberent: ſi in græcum mutarentur eloquiũ:cum uideant Syroꝝ litteris ſimiles eoꝝ eſſe figuræ:equa pronunciatiõe uocis:nihil ergo inquit prohibet tuaꝝ pecuniarum ſumptu eas interpretari: dum in bibliotheca tua illoꝝ quoq; leges contineantur. Igitur ex optima Demetrii ſententia delectatus: poſtq̃ ſtudium ſuũ multos colligendi codices demonſtraſſet:ſcripſit ad principes ſacerdotũ gentis iudeæ hæc fieri demandás. Ariſtenus aũt amicus regi neceſſarius:propter humilitaté morum ab eo dilectus:cum ſæpius ante niſus eſſet Ptolomeum petere:quatenus dimitteret captiuos iudeos qui ſub imperio eius eẽnt tẽpus hoc petitionis proſperũ arbitratus:ante loquit̃ primatibus cuſtodum regis corporis:Soſibio:Tarentino & Andreæ ut ſimul laborarét:de q̃bus petiturus regem accederet. Quoꝝ ſententia confirmata:cum huiuſmodi ſermonibus regé adiit dicens. Minime rex oportet una nos ſpe negligenter decipi:ſed ueritatem intimare. Nam ſi legé iudeoꝝ nõ tantum tranſcribere:ſed etiá interpretari pro tua gratia ſtudemus. qua ratione poſſit hoc fieri: tot iudeis in regno tuo ſeruientibus. Quos benignitate tuæ munificentiæ decet a præſenti iugo ſeruitutis abſoluere:ac deo qui leges expoſuit pro tui regni tutela remittere. Nam cum multa ſæpius indignaſſem:cognoui factorem eos omnium deũ colere:quem nos zena.i. iouem nominamus:ꝙ omnibus indulget zem.i.uiuere. Quapropter ad honoré dei qué maxía religione placant:liberos eos patriæ & moribus ſuis reſtitutæ. Cognoſce tamen princeps me nec affinem eſſe eis:nec ab eadem gentium natione. ut pro illis hæc ſuggerá: ſed dum omniũ hominũ factorem deum ſcirem ſuauiter ſuos benefactores amplecti:ad hanc petitionem perueni. Poſtq̃ hæc Ariſtenus locutus eſt & rex in eum hilari uultu ridentiq; conſpexit:quanta inquit arbitraris milia poſſe dimitti. Tunc Andreas reſpondit dum interfuiſſet:dixitq; pauloplus quam centum milia poſſunt exiſtere. Non paruam inquit a nobis Ariſtene donationé poſcis. Soſibio uero cum præſentibus dicente dignum eſſe munificentiæ ſuæ:ſi deo qui regnum ei donauit has gratiarum uices offerret:rex ſapienti uſus conſilio:ne contra eos milites qui eos captiuauerant facere uideretur: & quorum ſtipendia captiuorum abſolutione minui uiderentur:de ſuo eos erario redimere ſtatuit:dum militibus merces ánone p̃ſtaretur:& pro ſingulo captiuo apud eos conſtituto dragmæ centum uiginti darentur. De quibus etiam præcepta proponere promiſit:per quæ munificentiá ſuam:& Ariſteni petitionem confirmaret. Præterea uoluntas dei affuit:per quam non tátũ illos qui a patre eius uel exercitu illius tranſlati fuiſſent:uerum ét illos:q ſub regno eius p̃extitiſſent abſolutioni donaret:uel ſi qui poſtea ſupueniſſent:ꝑ quoꝝ redéptione pluſq̃ quadringéta taléta ſunt a rege largita. Vnde & exéplũ ſanctionis ad manifeſtandam poſteris regis munificétiá cuſtodiri decreuerunt: quod erat huiuſmodi. Quicunq; ſub noſtri patris imperio militátes ſyriam & phœnicem cum eo iudeamq; uaſtauerunt:& captiuos adductos ad noſtras ciuitates & ꝓuincias: uendiderunt: hos & qui olim ſub meo regno exiſtunt:& ſi quos nunc ſuperduxerunt dimittant pro ſingulo corpore accipientes dragmas centum uiginti:& milites quidem cum annonis ſuis: reliqui uero a regali menſa redemptionis præcium accipiant. Arbitror enim eos ſine uoluntate mei patris contra iuſticiam deprædatos:prouinciamq; eorum fuiſſe uaſtatam. Vnde & multos milites profectos eſſe alias profeciſſe cognouimus:dum ad ægyptum eos traducerent. Iuſtum ergo cõſpiciens miſereri eis:iubeo conſtitutos in ſeruitute iudeos omnes dominis eorum antedictam accipientibus ſummam abſolui; nec quenquam in hac re fraudem aliquam agere: ſed his potius conſtitutionibus obedire. Diſpoſitiones autem meas præcipio:ex quo miſſæ ſunt per tres dies proponi:quatenus ad iudices domini conueniant:corpora ſtatim oſtendentes: hoc eni meo credo pro futurum imperio. Contumaces uero liceat cuiq; uolenti nunciare: quatenus eorum ſubſtantiæ regis poſſeſſionibus ſocientur. Cum hæc ſanctio regis lecta fuiſſet:& uiſa eſſent omnia iuſte decreta:tantum uero deeſſe de abſolutione priorum:& horum qui poſtea ducti iudei fuiſſent:ipſe de his ſua liberalitate præcepit. Præterea ſciens:ſubitaneam diſtributionem difficilem exiſtere iuſſit rerum miniſtris & regiis ſaccellariis pecunias ſeponere alias reponere. Quo facto intra ſeptimum diem omnia regis præcepta impleta ſunt: & talenta ſuper quadringenta: ſexaginta pro redemptione partita noſcuntur: dum & pro infantibus domini centum uiginti dragmas exigerent: ſicut rex pro his demandaſſet: ſcribendo pro ſingulo corpore prædictam ſummam exhiberi. Cum hæc ſecundum regiam uoluntatem munificenter diſpoſita fuiſſent;iuſtum uiſum eſt de merito de iudaicis codicibus tranſcribédis:eius allegare decretum. Nam nihil fruſtra a regibus diſpenſatur:ſed omnia cum multa diligentia gerunt̃. Quapropter allegationes alias allegationis:uel epiſtolaꝝ exemplum deſignauimus; & ornamentorũ

tranſmiſſoꝝ multitudinem:& quicquid in uno quoq; conſtructum eſt. Vnde poteſt optime opificum ars proſpici:& uaſoꝝ oíum excellentia agnoſci. Allegatiõis aũt exemplũ huiuſmodi probatur. Maximo regi demetrius. Præcipiente te o princeps de his quæ hactenus ad cõſumationé bibliothecæ deſunt:quatenus colligantur:& de his quæ corruerunt ut debitam diligentiam impetrarent: omni ſtudio uſus in his: ad noticiá ueſtrá ꝑduco legiſlatiõis iudaicæ uolumina nobis cum aliis deeſſe. Nam figuris hæbraicis:& uoce gentili conſcripta:inexplicabilia nobis exiſtunt. Contigit etiam minus diligenter ea quæ habẽt transferri: dum regalem prouidentiam minime percepiſſent:neceſſarium tamen eſt hæc apud te cautius expoſita reponi. Ná ſapientiſſima & integra legiſlatio:ſic a deo data uidetur exiſtere. Quapropter inquit Acatius abdiripetas: ſeu conſcriptores hiſtoriaꝝ nullatenus meminiſſe eius:nec uiroꝝ qui ſecundum eiuſdem legiſlationis præcepta uixerunt:eo ꝙ caſta nimis exiſteret:ac non oporteret eam profanis linguis exponi. Si uidet̃ ergo tibi rex:ſcribe principi ſacerdotũ gentis iudeæ:q̃tenus tráſmittat ſeniores ab unaq̃q; tribu legũ peritos:ut cũ eis codicum explanationé & cõſonátiá cognouerimus: & interpretationis rerum cautá expoſitioné acceperimus:dignos codices tua uoluntate reponamus. Igit̃ tali ſuggeſtione facta:præcepit rex:ut ſcriberent de his Eleazaro principi ſacerdotũ gentis iudeæ:ſimul etiá de abſolutiõe ſeruientiũ apud eos iudeoꝝ:præterea mandarent ei:quia tranſmiſiſſent ad faciendas crateras & libatoria:pondus auri talenta quinquaginta:lapidum uero præcioſoꝝ ineſtimabilé multitudiné:denũciás etiá cuſtodibus arcarum in quibus lapides ſeruabant̃. ut electionem illoꝝ darent opificibus:quatenus quos uellent ad ſpecié operis tollerent necnõ iperauit:ut pecuniæ pro immolationibus & reliquis cauſis centum talenta ſacerdoti darentur. Narrabo igit̃ factas & modum cõſtructiõis eoꝝ. cũ declarauero exemplum epiſtolæ principi ſacerdotũ eleazaro a rege cõſcriptæ:qui principatus honorem pro tali cá ſuſcepit. Defuncto principe ſacerdotum Onia:filius eius Symon ſucceſſor extitit:qui iuſtus eſt appellatus:propter pietatem quam í deũ: & fauorem quem erga regem habuiſſe uidebat̃. Quo mortuo:& filiũ infantulũ relinquente nomine Oniá:frater eius Eleazarus de quo ſermoné fecimus principatũ ſacerdotii ſuſcepit: ad qué Ptolomeus hmõi litteras deſtinauit. Rex Ptolomeus Eleazaro principi ſacerdotũ ſaluté. Multis habitantibus imperio meo iudeis:quos per ſe cũ potétes fuiſſet ad captiuitatem traxere: quoꝝ aliquos pater noſter ad militiam maioribus ſtipendiis deputás:honorauit alias honoratus ẽ:aliis aũt in ægyptũ cum eo ambulantibus:caſtella & eoꝝ cuſtodiá demandauit:ut ſint ægyptiis í terrorem: Cum uero ego principatum ſuſcepiſſem:omnes clementer tractaui præſentes ciues tuos: quoꝝ plus centum milia captiuos & ſeruientes remiſi:poſſidentibus eos pro redemptione pecunias perſoluens:ætatibus aũt uigentes numeris militaribus deſignaui:multoſq; qui mihi uel aulæ potuiſſent fidem ſeruare in palacio conſtitui:arbitratus deo iocundum pro mea prouidentia uotum ei hoc maximum deuouere. Porro uolens & iſtis & omnibus per uniuerſam terrá iudeis præſtare:leges ueſtras litteris græcis ab hæbraicis tráſlatis:in noſtra bibliotheca decreui reponere. Bene ergo facies:eligendo uiros optimos ſeniores ſex:ab unaquaq; tribu dirigere:qui ꝑ ætaté legum ſunt periti:ualebuntq; interpretationé earum caute nobis exponere. Nam opinor his ꝑfectis:maximam nobis gloriam præparare. Tranſmiſi uero qui deberent de his uobiſcum diſputare:Andream primatem cuſtodum mei corporis:& Ariſtenũ mihi dilectiſſimos: per quos etiá primitias uotoꝝ ad templum:& pro ímolationibus:& aliis rebus:tranſmiſi talenta centum. Tu aũt manda nobis quæ uolueris fieri:quod gratius amplectimur. Cum regis epiſtola Eleazaro fuiſſet porrecta:nimium liberaliter ad eum ita reſcripſit. Princeps ſacerdotum Eleazarus: Ptolomeo regi ſalutem. Valentibus uobis cum arſione regina:uel filiis:bene nobis omnia conſtant. Cum uero epiſtolam ſuſcepiſſemus:ſatis de tua uoluntate ſumus gauiſi. Congregantes auté multitudiné legimus eam quatenus oſtenderemus:quam pietatem erga deum habeas. Demonſtrauimus ſecũdum eas pateras quas miſiſti aureas uiginti:argenteas triginta:crateras quinq; ad menſam dedicandam:& quæ directa ſunt pro immolatione uel renouatione eorum quæ templo deſunt:taléta cétum:deportata per Andreá & Ariſtenũ chariſſimos tibi amicos:uiros optimos: & doctrina præcellentes:tuaq; uirtute dignos. Cognoſce uero nos pro tuis utilitatibus: & p̃ter naturá aliq̃d uelle pati dum reddamus tuis beneficiis q̇ multipliciter í noſtros ciues largiris. Statim ergo pro te:tuaq; ſorore:alias uxore:uel filiis hoſtias obtulimus:& multitudo uota ꝑſoluit: ut uobis eueniant quæ deſideratis:& tuus principatus in pace cuſtodiatur. Ad interpretandam uero legem quam pro tuis cõmodis accipere poſtulas:elegi uiros ſex ab unaquaq; tribu: quos dixerimus legem ferentes. Erit auté ueſtræ pietatis uel iuſticiæ:ut poſt legis tranſcriptionem ad nos eam caute cum portitoribus remittatis. Vale. Hæc quidem princeps ſacerdotum reſcripſit. Mihi uero non eſt neceſſarium uiſum:ſeptuaginta ſeniorum ab eleazaro miſſorum nomina declarare:licet intimata fuiſſent ſub epiſtola. Vaſorum tamen magnificentiam ad conſtructiõem quæ deo rex direxit:non incongruum exponere putaui:quatenus omnibus munificentia regis erga deũ diluc ideretur. Siquidem ipſe largos ſumptus præſtitit:& ſemper opificibus opera tranſmittebat: nihil conſtrui deſidioſe concedens:quorum de ſingulis qualis fuerit magnificentia narrabo:quamuis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

hiſtoria narrationem eoꝝ minime depoſcat:regis enim diligentiã uel munificẽtiam ita legentibus arbitror aperiri.Prius aũt de menſa diſſeremus.Igitur habebat rex in ꝓpoſito ſuo ualde maximam menſam conficere. Præcepit autẽ dedicate in hieroſolymis menſæ quantitatẽ cognoſci: ſi poſſit maior fieri.Cũq; percepiſſet qualis eſſet illic cõſtituta: & quia nihil ꝓhiberet maiorem conſtrui dixit quintuplã magnitudinẽ uelle ſe facere:ſed timere ne ad miniſteriũ pro magnitudinis quãtitate inutilis fieret.Nã non eam tantum ad ſpectaculũ deuouere: ſed etiã miniſteriis: alias miniſtris abilẽ uoluit dedicare.Quapropter arbitratus mediocrem priorem menſam auri inopia cõfectam:magnitudine quidem ſupare priorem noluit:uarietate uero uel pulchritudine materiali clariorem conficere iudicauit.Sagax ergo ad diſcernẽdum uariaꝝ reꝝ naturam erat: & inuenire nouas ammirandaſq; facturas::quæ ſine deſcriptione fuiſſent.Harum ipſe prudenter inueniebat effectum:& oſtendens artificibus:ita ꝓfici enũciabat:ut quæ deſcripta fuiſſent: eoꝝ cautam ſimilitudinem euidẽter opifices imitarent.Promiſſa ergo complẽtes: mẽſam deſcribere feſtinamus.Huius duorum ſemis cubitorum lõgitudinem: latitudinem unius ſemis conſtruxerunt:totã de auro formantes eam.Coronam quidem in palmam conferunt: frõtiſpicia uero uel ſatilia: ſculpturam habentia:ornatam in ſpeciem reſtis ex tribus partibus mare ſimilantis.Triangulis enim exiſtentibus frontiſpiciis unuſquiſq; angulus eãdem formæ diſpoſitionem habebat. Quæ dum uerteretur:unã & nõ diuerſam ſpeciẽ demõſtrabat coronæ.Porro pars quæ ſub menſa erat incluſa: pulchre cõſtructa fulgebat:pars aũt quæ de foris apparebat: artificii decore plus cuncta ſplendebat:quia uiſui uel ſpectaculo patebat.Vnde proceritate partium ambarum acutã fieri contigerat:ne ullus angulus trium ut prædiximus exiſtentium in tranſductiõe minor uideretur.Diſpoſiti uero erant in modum funium torno factoꝝ præcioſiſſimi lapides: aureis ſperulis per foramina concluſi.Partes aũt quæ per latera coronæ cernebantur:in ſpeciem ouoꝝ optimo lapide factoꝝ figurate nitebant:ſculpturæ uirgulas imitatæ:quæ ſpiſſe circa menſam uoluebantur.Ouorum aũt diſpoſitionem circũduxerunt opifices: ornatamq; omnium fructuũ naturam:uuas pendentes:ariſtas ſurgentes:malagranata concluſa. Lapides aũt ſecundum genus ꝓdictorum fructuũ ad ꝓprium uniuſcuiuſq; colorem formatos:circa totam mẽſam ex auro ligauerunt.Sub corona quoq; ouoꝝ ſimilis ordo:ſeu uirgaꝝ conſtiterat:ut ex ambabus partibus eandem opis uarietatẽ cauãq; ſpeciẽ menſa cõſtructa ꝓferret:ne frontiſpicii uel coronæ poſitio i alteram partẽ mẽſæ cõuerſa:fieret diuerſa:ſed eadẽ uſq; ad pedes facies opis extẽderet.Nam ducti le aurum quattuor digitis latum:ſecundum totam mẽſæ latitudinem ſuper quod pedes eius imponerẽt:fecerunt:deinde ſperulis & clauſuris eos cũ corona menſæ conſtruxerunt:ut eũdem artificii:uel magnificentiæ uiſum præberent.in quancunq; partem menſa cõuertereꝝ.Sup menſam aũt Meandrum fluuiũ ſculpſerunt:lapides præcioſiſſimos in medio eius tãq; ſtellas uario colore ponentes.Nam carbunculum uel ſmaragdum iocundo aſpectu fulgentes miſerunt: aliorũq; genera lapidum qui uel induſtria uel emulatione digni:per excellentiam naturæ cunctis exiſtunt: Poſt meandrum autem completum:in ſpeciem funis quiddam circunferebatur : in medio figuram ſublongam & rotundam habens:ſuper quod chriſtallinus lapis erat electrum:alias electrus: impoſiti pari pœnæ formaꝝ aſpectu:qui delectationem miram intuentibus præſtabant. Capita uero pedum eius ſimilia liliis fabricauerant:curuationem brachioꝝ habentia ſub mẽſa reflexã: intus uero rectũ inſtar lilii germen uidebaꝝ:quos alias quæ lapis carbunculus in palmũ factus figuram crepidinis oſtendens:& latitudinem octo digitorum habens ſuſtentabat.Nam ſuper eũ pedum omne põdus initebaꝝ.Sculpſerunt ẽt tenuiſſimo uel laborioſiſſimo torno unũquẽq; pedum:in qbus hederæ uel uitis palmites cũ uuis exiſtentibus eminebãt:ut nihil a ueris diſcrepare putarenꝝ.Siqdẽ ad aure flatũ ꝓ tenuitatẽ & extẽſionẽ ſũmitatis ſuæ cõmotæ:imaginationẽ naturaliũ arte ꝓbebãt.Verũetiã figurã totius menſæ tribus tabulis cõſtruxere:cõpagine ptiũ in inuicem ita colligata:ut inuiſibilis exiſteret:nec intelligeretur eoꝝ inſertio. Groſſitudo uero menſæ non minus dimidio cubito fuiſſe dinoſciꝝ.Talis ergo uotiua menſa multa regis munificẽtia:uel præcioſitate materiæ:ac uarietate pulchritudinis:& induſtria artificum ſtudioſe perfecta eſt:& licet magnitudine prioris deo deuote menſe non diſtaret:artificio tamen & nouitate:uel claritate facturæ:ualde melior & ſplẽdidior elimata fugebat.Crateras etiam aureas duas fecerunt:ſculpturam uiperam ab inferiore parte uſq; ad cingulum habentes:lapidibus uariis in ſquãma cõcluſis. De hinc ſuper eos fecerunt Meandrum altum cubito:compoſitione lapidum diuerſorum:ſpecie magna fulgentem:in quo uirgaꝝ ordo inſtabat:de quibus complexionibus ſimul uſq; ad labrũ protrahebatur.Per mediũ quoq; quattuor digitoꝝ ſculptura pulchris lapidibus inſerta: decoré craterum oſtendebat:quorum labra lilioꝝ foliis:& uuaꝝ floribus in orbem productis corona complectebatur.Et aureas quidem crateras duas:capientes utraſq; amphoram huiuſmodi conſtruxerunt.Argentei uero clariorem ſpeculis ſplendorem emittebant:ut certius in his facies aſpicientium uiderẽtur.Inſuper fecit rex pateras triginta ex auro necnon lapide præcioſo:& circũdate foliis hederæ:uel auroſis bratteis:quaſi uitis celatura artificioſe obumbrabantur.Hæc ideo ita fiebant q; per ſcientiam opificis arte mira reliquos anteirent;& multomelius ſtudio uel mu-

nificentia regis formabanꝝ.Non enĩ tantum inceſanter & large artificibus impendia præſtabat: quanto etiã publicoꝝ negocioꝝ relictis regiminibus:ipſe operãtibus ſemp inſtabat: & frequenter artifices uiſitabat.Quapropter opera opificũ diligẽtia regis & induſtria feruente propenſius imminebat.Cũq; hæc ad hieroſolymã trãſmiſſa ptolomei uoto fuiſſent:& princeps ſacerdotum Eleazarus ea deo dicaſſet:portitores eoꝝ honorãs:donaq; regi deportãda præſtans ad eũ remiſit.Ergo poſtq̃ alexandriã peruentum ẽ:& Ptolomeus præſentiã eoꝝ cũ ſeptuaginta ſenioribus audiuit:ſtatim Andreã & Ariſtenum legatos euocari ꝑcepit.Qui uenientes:epiſtolas quas a principe ſacerdotum deportauerũt obtulerunt:& ea quæ uerbis eos diſſerere iuxerat edixerũt. Studens aũt colloqui ſenioribus ab hieroſolymis pro interpretatiõe legũ directis: diuerſos quidem qui pro ſuis cauſis aderant denũciauit dimitti:mirabilem hanc & præter cõſuetudinẽ faciens dimiſſionẽ:ut qui ꝓpter huiuſmodi cauſas ducebanꝝ:poſt quintũ diem eum adirent. Legati uero poſt mẽſam a rege tunc dimiſi:illos ab Eleazaro deſtinatos expectabat.Dũq; ſeniores illi cũ doniſq; regi deportãda princeps ſacerdotũ eis dederat aduenieſſent:cũ uoluminibus tranſierunt:in quibus litteris aureis cõſcriptæ leges continebãtur.Et rex eos de codicibus percũctabaꝝ.Cũ uero reuelarent:& oſtenderẽt tenuitatem mẽbrane:uel in cõpræhenſibilẽ eoꝝ cõpaginem rex miratus eſt:q; ita fuiſſent cõpacta.Dũq; hoc diu feciſſet:gratias inquit ago:uobis quidẽ q; ueniſtis: maiores uero illi qui uos deſtinauit:ſed ante omnia deo:cuius hæ leges uenerãdæ ꝓbanꝝ.Cunq; clamaſſent ſeniores:uel hii qui præſentes erãt:orãtes ꝓſpera regi diuinitus euenire: nimiũ delectatus:prorupit ad lachrymas.Nã ſæpius natura hoc ſummo gaudio patiẽ : quod ẽt dolentibus ſolet accidere.Tũc iuſſit Codices primatibus officii deſignari:uiros aũt oſculatus equũ dixit eẽ: primũ ad eos facere ſermonem pro quibus eſſent uocati:imo & diem quo ad eum deducti fuiſſent:clarum ſingulis annis ꝑ totum uitæ ſuæ tẽpus celebraſſe ꝓmiſit. Nam euenit eundem eſſe primum præſentiæ illoꝝ:& uictoriæ diem:quo Antigonum nauali ꝑlio uicerat. Epulari etiam ſecum eos præcepit:hoſpitiaq; in arce denunciauit eis omnia deputari. Nicanor autem ſup ſuſceptionem peregrinoꝝ conſtitutus:Dorotheum uocans.qui de his curam habebat:iuſſit ſingulis neceſſaria præparare.Nam ita diſpoſitum a rege fuerat:ut alimenta quibus ſingulæ ciuitates uruntur:exhiberenꝝ diligenter conſuetudini peregrinoꝝ ad eos uenientiũ:& eis omnia ad nutũ eorum pararentur:quatenus cibis ſolitis magis delectarentur: ne forſan corrupti extraneis grauarentur:quod & circa iſtos effectũ eſt.Dorotheo uero quem pro ſinceritate uitæ ſuper hæc rex conſtituerat:per quẽ & præparauerat omnia:quæ ad huiuſmodi conuenirẽt cõuiuia hæc implẽte:partẽ quidem mediam eorum ad dexteram ſuam:reliquos aũt poſt eius accubitum:nihil prætermitens:quod ad eorum honorificentiã pertineret.Poſtq̃ autẽ ita diſcubuerunt: iuſſit Dorotheo ſolita miniſtrare:quibus omnes iudei ad eũ uenientes utebantur.Tunc itaq; ſacros præcones & immolatores & alios qui uota faciũt recuſauit:& unum e ſenioribus nomine Heliſeũ ſacerdotem exiſtentẽ:rex petiuit facere orationem.Qui in medio ſtans regi bona & ſubiectis eius optauit:& poſt plauſus cum gaudio & clamore oĩum ſurrexerunt:& reſidentes ad epulationẽ & delitias paratas ſe cõtulerunt.Præterea rex quantũ ſatis ei uiſum eſt cœpit philoſophari:& unũquenq; eoꝝ naturales percunctari ſermones:& ad contẽplationem queſtionis accẽdere: cauteq; illis ad omnia reſpondentibus quæ eis obiecta eſſent & explanantibus:gauiſus:ꝑ duodecim dies hoc conuiuium inſtruxit.Et qui uult ſingula cognoſcere:q̃ in conuiuio præparata ſunt:legat uolumina Ariſteni:quæ propter hæc conſcripſerat:& agnoſcet.Miratẽ uero eos non tantũ rege ſed etiam Menedimo philoſopho:dicente oĩa per prouidentiã diſpenſari:ideoq; uirtutem & pulchritudinem uideri:deſtitit rex quidem de his facere ſermonem.dicebat autem maxima ſibi bona per præſentiam eorum fieri:nam profuiſſe ei:q; didiciſſet ab illis:quemadmodum deberet regnare:iuſſitq; dari ſingulis talenta tria:& deputauit illis:qui eos perducere ad diuerſoria deberent. Poſtquam uero tres exceſſerunt dies:congregans eos Demetrius:tranſiit ad ſtudium maris : & unum tranſiens põtem:adiit partes aquiloni coniunctas conciliumq; fecit in domo prope litus ſtante:& apta ſecretis ad cognitionem negociorum . Vbi eos perducens : petebat omnia quæ opus habebant ad legis interpretationem:ut ipſis ꝑſentibus dicerent:ut alias & inceſanter opus implerent.Cunq; illi munificenter & laborioſe cautam interpretationem facerẽt: uſq; ad horam nonam in hoc ſedentes:ad curam corporis uertebantur:ita inuitante eos Dorotheo:uel opulenter conuerſationis ſalubria præbente.multaq; etiam ex his quæ regi parabantur. Mane autem ad aulam uenientes:Ptolomeum ſalutabant & rurſus ad eundem locum rediebant : & manus in mari lauantes: & ſeipſos purificantes ita legis interpretationi uacabant.Itaq; tranſcripta lege & opere interpretationis ad effectum per.lxxii.dies tranſacto. Congregans Demetrius iudeos oẽs ad locum in quo traſlatæ leges fuerant:præſentibus etiam interpretibus legit eas. Cunq; multitudo:amplexa legem:uel ſeniores eius interpretes:Demetrium eo q; magnarum rerum inuentor eſſe uideretur laudaſſet rogauit etiam:ut & præſidibus ſuis daretur legenda:& petierunt omnes ſacerdotes interpretes:ſeniores:& præpoſitos gentis:ut bene interpretata: permaneret immobilis.Cum uero omnes ſententiam laudaſſent:iuſſerunt:ut ſi quod aut ſuperfluum:aut minus ali-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

quid ſcriptum uiderent in lege:hoc deſpicerent:& manifeſtum facientes emendarẽt: hoc caſtigã tes:ut quod ſemel iudicatum fuerat bene ſe habere:ſempiterna memoria remaneret.Gauiſus ergo rex & uidens uoluntatem ſuam ad utilem rem eſſe profectã: & delectatus relictis legibus: & ſenſum:& ſapientiam:& legiſlatores obſtupeſcens:ad Demetriũ ſermones facere cœpit:ꝙ ita mira exiſteret legiſlatio ꝙ nemo neq; hiſtoriographus:neq; poeta meminiſſet eius.Cui Demetrius reſpondit:neminem fuiſſe auſum: haꝫ legum tangere conſcriptionem ꝙ diuina & uenerabilis eſſet:& quia leſi ſunt quidam a deo hoc præſumentes.Significabat uero: qualiter Theopompus uolens in hiſtoria aliquid de his conſcribere:ſit mẽte turbatus:plus triginta diebus : & cum ad ſe reuerſus cum humilitate a deo ueniam ſupplicaret:dei ſibi clementiam factam ſuſpicatus eẽt: necnon & in ſomnis uiderit:ꝙ ei ideo accidiſſet:quia diuina ſcrutatus eſſet: & proferre ea ad homines impuros uellet:cum cõſcribere quieuiſſet recepit ſenſum. Referebat aũt & de Theotecto tragœdiarum poeta dicens:quia cũ uiſus fuiſſet in aliquo dragmatheoꝫ meminiſſe: quæ in diuino uolumine continentur:oculis obſcuratis recognouit cauſam ſuæ cecitatis: & ita liberatus eſt a paſſione deo ueniam indulgente.Hæc ergo rex pure ſuſcipiens petiuit interpretes: frequenter ad ſe de iudea proficiſci:hoc enim eis ad honorem & ad donationem ab eo profuturum dicens:nũc uero iuſtũ eſſe eos dimitti dicebat:ſponte aũt ad eum ueniẽtes:omnia quæ equũ eſſet ſapientiam eoꝫ impetrare:& pro ſua maieſtate dignũ largiri promiſit.Et quidẽ tunc remiſit eos donans unicuiq; optimas tres ſtolas:& auri talenta duo & calicem unius talenti:totũq; conuiuatorium.Principi aũt ſacerdotum Eleazaro deſtinauit per eos lectos cũ aureis pedibus decem:& conueniẽte eis ſuppelectilẽ:& calicem talentoꝫ triginta:inſuper ſtolas decem:& purpurã:& coronam decoram:& lineas de byſſo centum:præterea & pateras:& trullã:& libatoria : & crateras aureas duas deuouẽdas.Petiuit aũt & p epiſtolas:ut ſi quis de his uiris uoluiſſet reuerti ad ſeſe permitteret:dum nimium delectaretur cum eruditis habere ſermonem:& diuicias ſuas libenter talibus imptiri.Huiuſmodi quidem cauſam ad honorem & gloriam iudeorum Ptolomeo nomine philadelpho fieri contigit.

Quemadmodum honorauerũt reges Aſyæ gentẽ iudeoꝫ:ciueſq; multos ex ipſis ĩ ſubjectis ſuis ciuitatibus ſtatuerunt. CAP. III.

EMpetrauerunt aũt & a regibus Aſyæ honorem:quõ cũ eis caſtrametati ſunt.Ná Seleucus nomine Nicanor in ciuitatibus quas per Aſyã edificauerat:& in inferiore ſyria:& in ipſa Metropoli Antiochia republica ſua dignos eos effecit & equũ eis honoré cum habitatoribus macedonibus & græcis deputauit.Hactenus in eadẽ conuerſatione eos aliquando manſiſſe ſignũ eſt:ꝙ iudei nolẽtes alienigenaꝫ uti oleo:accipiunt alias accipiant diffinitam quãdam a principibus olipiaci certaminis ,p pcio olei pecuniã:populoq; Antiocheno in præſenti bello uolenti ſoluere conſuetudinẽ:Mutianus præfectus tunc ſyriæ cõſtituta ſeruauit: & poſt hæc imperatoribus Veſpaſiano & Tito orbis terraꝫ:ſupplicauerunt Alexandrini & Antiocheni:ut eis ius reipublicæ de reliquo cũ iudeis non deberet eſſe cõmune:nec impetrauerũt. Vnde poteſt conſiderari romanoꝫ modeſtia:& potius magnificentia Veſpaſiani & Titi. Qui cũ multa pericula bellando contra iudeos ſuſtinuiſſent : acerbe ferentes ꝙ ſe tradere noluiſſent: ſed uſq; ad finem pugnantes permanſiſſent:nihil penitus eis de hoc quod dudum præſtium fuerat abſtulerunt:ſed ſimul & priorem iram & petitionem magni populi Alexandrini & Antiocheni uiuaciter expulerunt:dum nihil neq; pro amiciciis ad gratiam iſtorum: neq; pro inimiciciis deuictorum concederent:quatenus perſolueretur aliquid priſtinæ iudeorum utilitatis: dicẽtes eos in pugna dediſſe pœnas q arma cœpunt:inſontes aũt nõ eẽ iuſtũ ſua poſſeſſiõe priuari.Simile uero & Marcũ agrippã erga iudeos ſenſiſſe cognouimus.Ná motis cõtra eũ cretẽſibus:& petẽtibus Agrippã:ut cõuerſationẽ quã eis Antiochus Seleuci nepos:q apd' græcos deus nũcupaẽ dederat ſoli poſſideret & dicẽtibus:ut ſi cognati eẽnt eoꝫ iudei:colerẽt ,pprios eoꝫ deos:habito iudicio iudei uicerũt:ut ſuis utanẽ moribus:defendẽte eos Nicolao damaſceno.Ná Agrippa iterlocutus eſt:nihil inouare eis licere.Siq; aũt certius hæc uult noſſe:legat nicolai cẽteſimã & uiceſimãtertiam & quartã hiſtoriã:& Agrippæ qdẽ iudiciũ nõ eſt forſitã admirãdũ. Nõ.n.pugnabat tũc gẽs noſtra aduerſus romanos.Veſpaſiani ẽt & Titi magnificẽtiã qlibet decẽtius obſtupeſcit : q poſt tot bella tãtaq; certamĩa q̃ cõtra nos habuerũt tã pie diſpoſiti ſunt.Repetã ãt orationẽ: unde ad hæc uideor eẽ digreſſus.Iudeos igiẽ ſub iperio magni Antiochi regẽtis Aſyã cõſtitutos contigit multa tolleraſſe:dũ terra eoꝫ diuerſis calamitaribus ſubiaceret:cũ illis q humilẽ ſyriã hitare uidebanẽ.Ná cũ Antiochus pugnaſſet cõtra Eupatorẽ ptolomeũ:& eius filiũ Ptolomeum: cognomine epiphanẽ:laborare cõtigit eos cũ uincẽte & uicto:& eadẽ pari ut pares exiſterẽt:naues turbate & tẽpeſtatibus fluctuãtes:dũ iter fœlicitatẽ & calamitatẽ antiochi fuiſſent cõmuniter conſtituti.Cũq; uiciſſet Ptolomeũ:Antiochus iudeam recepit.Defuncto uero Ptolomeo filio Eupatore:filius eius magnã uirtutẽ militũ miſit:& ducem Scopam nomine:contra humilem ſyriam: multaſq; eoꝫ ciuitates cœpit.Ex quo noſtra gens expugnata adiecta ei eſt:& nõ poſt multũ Antiochus Scopã uicit:cõfligẽs contra eũ iuxta fontẽ iordanis:& multos ab exercitu eius ,pſtrauit.

Poſtea uero antiocho capiente ſyriæ ciuitates:qs Scopa tenuerat:ex ſamaria ſponte gens iudeorum ad eum tranſiens:in ciuitatem omnẽ eius exercitũ ſuſcepit:& elephãtis abundanter alimenta præbuerunt:& obſidente eos qui ab Scopa in arce hieroſolymoꝫ relicti ſunt cuſtodes:prono animo auxilium præſtiterunt.Igitur Antiochus iuſtum arbitratus iudeoꝫ erga ſe ſtudium liberaliter remunerandum:ſcripſit magiſtratibus & amicis teſtimoniũ exhibens ꝙ ab eis bene tractatus eſt:ſed & donationes quas eis pro gratia retribuere cogitauit:manifeſte illis innotuit.Referã uero epiſtolas qs magiſtratibus de ipis ſcripſerat:præponens teſtimoniũ:quod nobis præbet Polibyus megelopolitanus in undecima hiſtoria ſua ita dicens. Ptolomei dux Scopa ad ſuperiora uadens loca:ſuperauit hyemis tempore gentem iudeoꝫ.Dicit náq; & in eodẽ uolumine:qualiter Scopam Antiochus deuincens.Bythyniam & Samariã:& Abella: & Gadera cepiſſet . Paulo poſt uero tradiderũt ſe ei iudei:qui circa templũ habitabãt.Factæ aũt apparitionis in templo:ad aliud tempus narrationẽ differamus.Polibyus quidẽ hæc in hiſtoria conſcripſit.Nos aũt reducamus orationẽ ad narrationẽ prioré:intimantes epiſtolas regis Antiochi.Rex Antiochus Ptolomeo ſalutem.Iudei mox ut prouinciam eoꝫ ingreſſi ſumus:liberalitatẽ circa nos ſuam oſtenderunt:& ueniẽtes ad ciuitatẽ clare nos ſuſceperunt:cũ ſenioribus & principibus occurrẽtes:& abũ de miniſtrauerunt militibus:& elephantis uictualia & nobiſcum ad arcẽ pugnauerunt contra cuſtodes ægyptioꝫ.Ergo dignũ & nos iudicamus eos remunerari:& reficere ciuitatẽ deſtructam: & rurſus in eam habitatores cõgregare diſperſos.Et primũ conſtituimus ,ppter pietatẽ eis pſtari ad imolationes uictimaꝫ:& uini & olei & libaminis pciũ argẽteoꝫ uiginti milia:& ad ſimilã ſecũdũ prouincialẽ legẽ tritici modios mille quadringentos ſeptuagintaquinq;.Præberi aũt hæc inquit eis uolo ſecũdum mea mandata:& opus tẽpli cõſtrui:& porticus: & ſi quid oportet aliud reſtitui.Materies aũt lignoꝫ deponaẽ ex ipſa iudea:& ab aliis gentibus:& a libano : nullo ,p his exigente uectigal.Similiter & in aliis in quibus oporter clariſſimã templi fieri uolumus edificationem.Conuerſetur omne genus eoꝫ ſecũdum proprias leges:relaxẽtur & ſacerdotes & ſcribæ templi:& cantores ſacri a tributis:quæ pro ſuo capite dabant:& regio uectigali:uel ab aliis cunctis oneribus:ut pro opere eoꝫ ciuitas habitationibus hominum apta reddatur.His quoq; q uel nunc habitãt: uel habituri cõuenĩũt:donamus tributa uſq; ad menſem biperheretheum : & per tres annos liberamus a tertia parte fiſcaliũ:quatenus eoꝫ leſio releuetur.Et quicunq; ab ipſa ciuitate ad iuga ſeruitutis abſtracti ſunt:ex ipſis genitos libertati donamus: & ſubſtantias eis reddi præcipimus.Epiſtola quidem hæc continebat.Ornato autem templo:edictum per omne ſuũ tranſmiſit imperium:in quo continebatur neminem alienigenaꝫ intra muros tẽpli ingrediendi habere licentiam:nec iudeos niſi quibus mos eſt:purificatos ſecundum patriam legẽ:neq; inferri alias inferre ciuitati equinas carnes:neq; mulaꝫ:neq; ferarum manſuetarum uulpium: aut luporum:aut leporum:aut pardoꝫ:& generaliter oĩum animaliũ quæ iudeis iterdicta ſũt: ut nec pelles eoꝫ liceret afferre:alias afferri:neq; hoꝫ aliquid intra ciuitatẽ paſcere:ſed ſolitis parentũ uictimis.ex qbus & deo oportet ſacrificare.alias aũt ſacrificari:uti permiſſum eſt. Qui aũt aliquid hoꝫ tranſgreſſus fuiſſet:iuſſit ut multatus pecuniæ præſtaret ſacerdotibus dragmas tria milia. Scripſit etiam teſtimõia noſtræ pietatis: & fidei præbens:cũ rebelles frigas & Liddos adiſſet: eo tempore:quo ad ſuperiores Perſarum ierat ,puincias iubens Zeuſidi cariſſimo:ut mitteret quoſdam noſtroꝫ a babylõe ad frigiã:ita per epiſtolam ſuã mandans rex Antiochus Zeuſidi patri ſalutem.Si ſani eſtis:bene eſt:ſanus & ego ſum.Audiens autẽ frigas & liddos rebellare magna cogitatione permotus conſilium animo percepi quid oporteret fieri.Placuit aũt ad caſtella uel neceſſaria loca meſopotamiæ & babyloniæ iudeoꝫ domus duo milia cũ apparatu ſuo deducere: credo enim fideles nobis eos cuſtodes futuros ,ppter pietatem:quam circa deum habent. Nam teſtificantur parentes noſtri fideles eos:& pronum animũ habere in his quæ petiti fuerint. Volo igitur licet difficile eſſe credã migrari:ut permittas eos legibus propriis uti:& cum eos ad prædicta loca migraueris:ad edificandas ſibi domos locũ unicuiq; diſtribuit:terramq; colendam dari:& uitium plantationes & tributa fructuũ terræ concedere per annos decem . Accipiant uero uſq; quo fructus colligant triticum ad cibum ſeruorum quod eis ſufficiat:ut noſtram impetrantes clementiam:promiores ſeipſos erga nos præbeant.Præterea prouidentiam faciens eorũ gentis ſecundum poſſibilitatem:quatenus a nullo moleſtiam patiantur.De amicitia quidem magni Antiochi & iudeorum:hæc a nobis ,p teſtimonio dicta ſint. Poſtea uero ut amicitiam & fœdus Ptolomeus cum Antiocho compoſuit:dedit ei filiam ſuam Cleopatram ad nuptum: concedens ei humilem Syriam:& Samariam:& Iudeam:& Phœnicem dotis nomine . Diuiſis aũtẽ in utrũq; regẽ tributis.unuſquiſq; ſublimiſſimus patriæ ſuæ colligens uectigalium ſummam ſtatutã regi offerebat.Eodem uero tempore ſamaritæ infœliciter agentes:multa cõtra iudeos mala fecerũt: terramq; eorum depopulantes:multos inde captiuos trahebant: quæ facta ſunt ſub principe ſacerdotum Onia.Nam defuncto Eleazaro principatum ſacerdotii patruus eius Manaſſes ſuſcepit :cuius poſt finem uitæ Onias eo in honore ſucceſſit filius exiſtẽs Simonis: cognomine iuſti: qui Simon frater Eleazari:ſicut prædiximus:erat.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

De infœlicitate iudeoꝝ quam poſtea emandauit ioſeppus filius tobiæ: cõponens amicitias cum ptolemeo cognomine epiphanen. CAP. IIII.

OS aũt Onias paruulus mente:& pecuniis auarus exiſtens:pro populo regibus uectigal quod patres eius ex propriis dabant ideſt uiginti taléta pecuniaꝝ nõ reddens ad ità regẽ Ptolomeum cõmouit: qui & legatum tranſmittens ad hieroſolymam: culpabat Oniam non reddentem tributa:& interminabatur:ut ſi nõ acciperẽt tributa: terram eoꝝ ad iugera metiret & mitteret ad habitandũ illic milites. Audiẽtes uero mãdata regis iudei turbarbantur:hunc aũt Oniam nihil hoꝝ flectebat propter auaritiã ſuã. Ioſeppus aũt quidam iuuenis ætate:ſed propter caſtitatẽ & ſuá prudentiã iuſticiæ gloriã habés apud hieroſolymitas:patre Tobia:& ex ſorore Oniæ principis ſacerdotũ progenitus:mandante matre legati præſentiam dum ille eſſet ad ficulam uicũ:ubi natus erat:ueniens in ciuitatẽ increpabat ſacerdotem: nõ pudentem innocẽtiæ ciuiũ:ſed ad pericula mittere uolẽtem gentẽ propter pecuniarum priuationem:dum per ipſum populũ dignitatẽ accepiſſet:& principatũ ſacerdotalis honoris impetraſſet. Si aũt cupiditate haberet pecunias: ita ut propter ipſas & periculũ fieri patriæ:& ciues ſuos afflictos uidere pateret:ſuadebat ei ad regẽ ire & petere:ut ei aut oẽs pecuniæ aut pars cõcederetur. Tunc Onias neq; principatũ uelle ſe gentis habere reſpondit immo & ſacerdotalẽ honorẽ ſi eſſet poſſibile paratum ſe eſſe deponere:ne tantũ ad regem accederet. Et dum nihil ad ſe de his pertinere dixiſſet:ioſeppus interrogauit eũ:ſi ſibi concederet legationẽ ad Ptolomeũ gerere pro gẽte. Cũq; cõceſſiſſet Onias:aſcendit ad templum ioſeppus:& conuocata multitudine ad contionem nihil turbari eos uel timere ſuadebat propter auunculi Oniæ circa eos negligentiam: ſed rogabat:ut deponerent cordis meſticiã:qua pro regis mãdatis affligebant. Nam legationem factũ ſed ad regẽ promiſit:ut flecteret eũ:quo nihil iniquitatis in eos efficeret. Multitudo quidẽ hæc audiens. Ioſeppo gratias egit:ipſe aũt a templo deſcẽdens:in hoſpitium ſuſcepit Ptolomei legati; donauitq; ei magnificentiſſima munera:& per multos dies munificẽtiſſime eum pauit:& ad regem remiſit:promittẽtes ei ut & ipſe ſequeret. Ná pronior factus erat proficiſci ad regem legato inuitante:& concitante eũ ad Aegyptũ peruenire:& ꝓmittẽte omnia quæ a Ptolomeo peteret ꝓ ſe eum impetraturũ:quia modeſtiã morũ eius nimis amabat. Cũq; legatus ad ægyptũ peruenisſet:& regi nunciaſſet indeuotionẽ Oniæ:& utilitatẽ Ioſeppi:quem uenturũ ad eũ dicebat:& ſanè factuꝝ pro exceſſu Oniæ:qui etiam regem patronũ eſſe cõfideret:tanta laudum magnitudine adoleſcente utebat:ut regẽ & uxorẽ eius Cleopatrã prius familiarẽ faceret habere Ioſeppũ quã eum haberent præſentem. Ioſeppus autẽ mandans amicis ad Samariam:& mutuã ab eis accipiés pecuniam:& parans cõuenientia ꝓfectioni:ueſtes & pocula & ſubiugalia:quæ oĩa ad uiginti milia dragmas eſſent ad Alexandriam uſq; peruenit. Contigit aũt ꝓ illud tẽpus oẽs primatus & magiſtratus aſcendere ciuitates Syriæ & Phœnice:ut uectigaliũ ſuſciperent exactionẽ. Nam ſingulis annis potentibus per ciuitates eam rex cõmittere cõſueuerat. Videntes aũt hi per uiam Ioſeppũ deridebant eius paupertatem & inopiã. Cũq; ad Alexãdriam peruenisſet:in Memphis Ptolomeũ eſſe cognouit:cui occurrere feſtinauit. Sedente aũt ſuper currũ rege cum uxore & amico Athenione:qui cũ legatione ad Hieroſolymã deſtinatus:& a ioſeppo hoſpitio clemẽter exceptus eſt. Videns Athenio mox regi innotuit:dicẽs hũc eẽ:de quo ab hieroſolymis ueniens nũciauit: quã bonus inquit iuuenis & liberalis. Ptolomeus uero primus eũ ſalutauit:& aſcendere ſuper currũ fecit. Poſtq; uero ſedit cœpit rex Oniam accuſare. Tũc Ioſeppus ait. Veniam ei queſo præſta propter ſenectutem. Nõ enĩ uos latet ꝙ ſenes & infantes eádem métem cõtingit habere. A nobis aũt redditur tibi ratio:ut ei penitus iraſci nõ debeas. Gauiſus aũt rex de prudentia atq; benuolentia iuuenis:plus eũ quippe iam expertum diligere cœpit:iuſſitq; ĩ aulã regiã ſuſcipi:& quottidie ſuæ menſæ eſſe conuiuã. Cũq; uenisſet ad Alexandriã rex:uidentes Syriæ priores conſedentem ioſeppum:egre ferebant. Inſtante uero die quo ſuſcipi habebant uectigalium ſoléniter exactiones diuerſarum ciuitatum nobiles data pecunia ſuæ patriæ exigenda fiſcalia cõducebant: quæ uſq; ad octo milia talenta humilis Syriæ & Phœnicis & Iudeæ & Samariæ colligebantur. Audiens ergo ioſeppus culpabat eos qui conducebant: tanq; paruo munere exigenda regi uectigalia promiſiſſent. Ipſe autem duplum dare pollicitus eſt: & fiſci iuribus peccantium ſubſtantias applicare. Nam & hoc cum uectigalibus tradebatur. Rex itaq; libenter audiuit ꝙ ad eius erariũ expectaret augmentum:& petente Ioſeppo confirmari ſibi uectigaliũ conductionem interrogauit ſi ſecundum promiſſionem ſuam uades idoneos habere potuiſſet. Ille uero facile reſpondit. Dabo inquit homines bonos & optimos de quibus confidas. Cunq; diceret rex:qui ſunt iſti uades quos te dare promittis:ioſeppus:te inquit o rex & tuam uxorem pro utraq; parte ſponſores præbebo tibi. Cuius uerba libenter ſuſcipiẽs Ptolomeus ſine fideiuſſoris uectigalia eum habere permiſit. Quod factum nimis contriſtauit eos qui de ciuitatibus Syriæ ad ægyptum uenerant: ꝙ ſimili non fuerãt benignitate tractati:unde cum magna confuſione ad ſuas unuſquiſq; prouincias receſſere. Ioſeppus uero accipiens a rege duo milia peditum:petiuerat enim aliquod auxiliũ ut uires haberet contra contumaces ac rebelles exigere:tunc mutuans propter expenſas ſuas ab

amicis regis quingenta talenta de alexandria in Syriam eſt profectus:q poſtq; uenit in aſcalonam uectigalia exigens aſcalonitas quõ nihil dare uolebant: ſed etiã contumeliis eum grauibus afficiebant:capiens priores ipſoꝝ uiginti trucidauit: & ſubſtantias eorum uſq; ad mille collectas talenta regis utilitatibus applicauit:intimans ei quæ contigerunt. Miratus autem Ptolomeus prudentiam eius:& laudans quæ facta fuerant:permiſit ei agere quæ uellet. Hæc audientes Syrii ob ſtupuerunt aſcalonitarum contumaciæ exempla:metuentes ciuitatibus ſuis:& ideo foribus ciuitatum reſeratis deuotis animis aduentum ioſeppi ſuſtinebant. Nitentibus uero ſcitopolitanis cõtumeliis eum afficere: & uectigalia denegare quæ prius ſine dilatione reddebant: horum quoq; priores interfecit: ſubſtantiaſq; eorum fiſci iuribus applicauit. Colligens uero pecunias multas: & maximum faciens lucrum ab exactione uectigalium abutebatur collecta pecunia:ut ei potentia permaneret:occaſionem ſibi:& cauſam fœlicitatis ſeruare putans ex his quæ congregauerat:& multa large regi & cleopatre uel amicis eorum bona dirigebat patrocinia ſibi eorum fauoremq; concilians. Potitus uero ac fœlicitate per annos uigintiduos:& pater factus ab una quidẽ uxore ſeptem filiorum: habuit etiam ex filia fratris ſui ſolũi unum nomine hircanum:quam accepit ex tali cauſa:cum fratre quondam Alexandriã pergens:ducente etiã ſecum filiam nuptiis iam maturam:ut eam coniungeret alicui ſublimi iudeorum:dum apud regem cœnaret:& intraſſet Pantomima ad conuiuium concupiuit eam:fratriq; nunciauit deſiderium ſuum:petens eum celare ſuum peccatum. Nam apud iudeos lege prohibetur alienigene conuenire mulieri:quapropter petebat ut fideliter cauſam eius cupiditatis expleret. Frater autem eius libenter miniſterium ſuſcepit ornanſq; ſuam filiam:nocte adduxit ad eum & collocauit. Ille ex ebrietate neſciens ueritatẽ cum fratris filia concubuit:quo ſæpius facto ualde dilexit eam:dixitq; ad fratrẽ ꝙ uita eius periclitaret ſi rex ei minime concederet Pantomimã. Fratre uero petente nihil eum debere metuere: qa dicebat ei frui muliere uxoremq; habere:& uerum aperiens ei:ac dicens magis ſe uelle filiã iniuriam ſuſtinere quam illum uidere ad confuſionem deteſtabilem peruenire: laudans eum Ioſeppus de concordia fraternitatis filiam eius duxit uxorem & filium ex ea genuit Hircanum ut prediximus. Qui cum adhuc tertiumdecimum annum agens demonſtrabat naturalem fortitudinem & prudentiam:ut etiam acerbam emulationem fratribus ſuis excitaret. Ioſeppo uero uolente cognoſcere quis de filiis ſuis uirtute melior exiſteret: unumquemq; ad doctorum ſublimium ſtudia deſtinauit. Et cæteri quidem deſidia diſciplinarum indocti fatuiq; redierunt. Poſt illos autẽ adoleſcentulum hircanum direxit;danſq; ei trecenta iuga boum:tranſmiſit uiam duoꝝ dierum ad ſolitudinem ſeminare:celans lora quibus ligarentur:quæ non habens hircanus:aratorum quidem ſententiam reprobauit ſuadentium:ut ad patrem mitteret quoſdam deferre lora. Tempus autem non arbitratus non oportere ſe perdere dum expectaret illos qui tranſmittendi erant:excogitauit uirile quoddam & maius ætate ſua. Occidens enim decem iuga: carnes quidẽ operariis diſtribuit:pelles uero eorum incidens retinacula fecit:per quæ iuga ligauit:& hoc modo ſeminans terram quam ei præceperat reuerſus eſt ad eum:quem pater ſuſcipiens nimis dilexit propter prudentiam & argutiam mentis: & fiduciam eius laudãs tanq; ſolum proprium filiũ diligebat:propter quod fratres eius contriſtabãtur ut uero nunciauit quidam Ioſeppo per illud tempus filium regi ptolomeo genitum:& ꝙ omnes priores ſyriæ: & ſubiectarum prouinciarum celebrarent natalis pueri diem:cum apparatu maximo ad alexãdriam ire ipſo quidem ſenio prohibebatur:filios autem interrogauit quis illorum ad regem uellet ire:maioribus uero recuſantibus:& ad tales conuentus indoctos ſe eſſe dicentibus:fratremq; hircanum poſſe ad regem ire firmantibus conſuluit eum. Qui cum ſe promiſiſſet iturum dicens ſe in uia non multas opus habere pecunias:dum ſoleret bibere modeſte:& ei decem milia dragmæ habunde ſufficerent: gauiſus eſt de ſobrietate filii. Deferens autem parum puer patri ſuadebat dona quidem exíde ipſi regi nõ mittere:dare uero epiſtolam ad diſpenſãtorem in alexandriam:quatenus ei præberet pecunias ad cõparationem eorum quæ optima uel præcioſa poterat inuenire. Qui opinatus decem talenta ſufficere ad ſumptum regii muneris:filium collaudans:ut bene admonentem ſcripſit diſpenſatori Arioni qui omnes per Alexandriã eius diſpenſabat pecunias:non minus tria milia talenta exiſtentes. Nam Ioſeppus a Syria pecuniam ad Alexandriam mittebat. Et conſtituto die ueniente: in quo aſſignari regi oportuiſſet. Arioni ſcribebat:ut eas redderet. Igitur Hircanus ſuggerens patri:accepit epiſtolam ad alexandriamq; perrexit. Egreſſo autem eo fratres eius ſcribũt omnibus regis amicis:ut eum occiderent. Qui ut peruenit ad Alexandriam:porrexit Arioni epiſtolã. Quo interrogante eum quanta uellet accipere talenta:nam ſperabat eum querere decem tantum: aut his pauco plus:cũq; diciſſet mille opus habere iratus increpabat eum:quaſi uolentem luxurioſe uiuere:& dicebant quemadmodum pater eius ſubſtantiam collegiſſet labore uel abſtinentia: & imitatorem fieri genitoris inuitabat. Dare autem non plus niſi decem talenta ſe dicebat: & hæc ad regiam donationem. Tunc furore cõmotus adoleſcens in uincula Arionem miſit:cuius uxor ad Cleopatram demandans petiit quatenus puerum increparet:nam ualde Arion apud eam honoribus præcellebat:quod etiam ad regis notitiã Cleopatra ꝓduxit. Itaq; Ptolomeus ad Hirca-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

num mittens admirari se dicebat q̄ a patre ad se transmissus nō eū uidisset: insup & dispēsatorē ligasset. Venire ergo eū: & cām sibi pro qua ueniret idicare p̄cepit: quē ferūt nūcio regis ita respō disse legem esse penes iudeos: quæ ꝓhibet cōmunes epulas prius attingere: quā in tēplo dei immolare. Et ideo distulisset ne sine donis a patre transmissis ad regem ꝓueniret. Propter hanc causam nō ad eū uenisse: seruū aūt punisse nō obsecutū iussionibus suis, dum nihil distaret iter magnū & minorē dominū: sed si taliū cōtumacia nō emēdat: & tu inquit spera similiter a subiectis contemni. Quæ Ptolomeus audiens ad risum cōuersus magnanimitatē adolescentis miratus est. Cumq; audisset Arion q̄ ita rex respōsum accipiens nullum ei auxilū præberet: dedit adolescenti mille talenta: & a uinculis est solutus. Tres uero differens hircanus dies regē reginaq; salutauit: quem illi libenter suscipientes uiderunt: & amicabilier pauerunt propter honorē patris. Qui later ter ad negociatores accedens comparauit ab eis pueros centum litteras scientes unūquenq; talē to uno: & centum uirgines singulas eodē prætio. Cumq; inuitatus ad regis conuiuium discubuisset cum prioribus prouinciaꝝ: ultimus omnium & tanq̄ puer ab his qui loca secundum dignitatem habebant contemneretur. Cumq; omnes conuiue regis ossa ciboꝝ ante hircanum in mensa proiicerent: ipso tacente Trifon qui ad conuiuia & ad risus conuiuiarū erat aptus: rogantibus sē cōuiuiis iuxta mēsam assistens regi ait. Vides domine anteposita ossa Hircano. Ex hoc conicit q̄ & pater eius sic omnē Syriam denudauit: quēadmodū hæc ossa iste carnibus expoliauit. Ridēte uero ad uerba Trifonis rege: & interrogante Hircanum: cur tanta ante eum ossa iacerent: aperte inquit domine: nam canes semper ossa cū carnibus deuorant: sicut isti fecerunt. Idē de accūbentibus dicens: quoniā ista āte eos minime ossa iacebant: hoies uero carnes cōedunt: ossa aūt iactant qđ & ego tanq̄ hō nūc feci. Rex aūt miratus eius respōsum tā sapiēter dictū oēs plaudere iussit uerbū eius laudātes. Postera uero die ad unūquenq; regis amicū pergens: & ad potētes aulæ hos q̄dem salutabat: famulos aūt interrogabat: quæ dona daturi sunt regi die natalis filii eius. Illis uero dicētibus: quosdā decē daturos talēta: alios aūt nobiles plus secundū magnitudinē substantiæ suæ: cōtristari se simulauit quasi nō ualens talē donationē offerre: nam plusq̄ quinq; talenta se nō habere affirmabat: quod serui audientes dominis nunciauerūt: qui gauisi sunt sperātes ioseppum regem offendere: propter numerū paucitatē: instante uero die cæteri quidem regi offerentes talenta nō plus uiginti: qui magnā uidebant offerre munerꝝ quantitatē hircanus: quos comparauerat pueros centum & uirgines totidem: unicuiq; dans talentū portare: obtulit pueros quidē regi puellas aūt cleopatræ reginæ: omnibus munerꝝ magnificentiā admirantibus & ipsis regibus & amicis eorꝝ: insuper & regis seruientibus: quia digna dona multis talentis obtulisset: unde etiam & mortis pericula declinauit hircanus: quæ fratres eius zelo ducti parauerūt. Tunc ptolomeus magnanimitatē adolescentis miratus inperabat ei donationē quā uellet accipere: ille nihil plus petiuit ab eo in se fieri quā ut patri eius scripta dirigeret. Honorans ergo liberaliter: & donationes copiosas præstans patri & fratribus & oībus magistratibus scripta transmisit. Audientes aūt fratres eius hircanū a rege talia meruisse: magnoq; cū honore redeuntē in occursum eius se egredi simulantes interficere illum etiā patre sciente omnimō decreuerunt: irascebatur. n. ei pater propter pecunias quas regi obtulerat: & nō curabat saluté eius. Et irā quidē quā circa filiū ioseppus habebat regem timens celabat. Cōmittentibus uero aduersus eū fratribus pugnā: multos eorum qui eos sequebantur occidit cum duobus fratribus suis. Cæteri aūt ad patrē hierosolymā confugerunt: qui postq̄ ad ciuitatē uenit nullo se suscipiente discessit trans iordanem fluuiū: ubi remoratus uectigalia barbaris exigebat. Per idem aūt tempus regnabat ī asia Seleucus qui Sother nominabat filius magni Antiochi: tunc moritur & pater Hircani Ioseppus uir bonus & magnanimis qui populum iudeorum a paupertate & debilitate ad clarissimas rerum causas usq; perduxit his etiā uiginti & duobus annis Syriæ & phœnicis & samariæ tributa dispensauit. Defunctus est uero & auunculus eius Onias principatum sacerdotii simoni filio derelinquens.

De amicitiis lacedæmonioꝝ factis cum Onia principes sacerdotū iudeæ gētis. CAP. V.

MOrtuo quoq; & isto: filius eius Onias in honorē successit: ad quē rex lacedæmoniorū aruis legationē direxit & epistolas: quaꝝ huiusmodi continebatur exemplar. Rex lacedæmonioꝝ aruis Oniæ salutē. Legentes scripturā aliquā inuenimus ex uno genere iudeos & lacedæmones extitisse: & familiaritatē cū abraā sotialiter habuisse. Iustū est ergo cū fratres existatis transmittere ad nos & petere quæ uobis necessaria iudicatis: facinus uero & nos idem & uestra ꝓpria simul: & nostra cōmunia reputamus. Portitor litteraꝝ dimotilis epistolas uobis defert quadrangulo scriptas signaculū habentes aquilā: draconē unguibus deprotantem. Epistola igit̄ a lacedæmonioꝝ rege destinata textū huiusmodi cōtinebat. Defuncto aūt Ioseppo populum cōtigit seditionem pati propter filios eius. Nam maioribus bellū gerentibus contra hircanum ultimū filioꝝ Ioseppi: dissensit ab inuicem multitudo: pluresq; maioribus auxiliū ferebant cum principe sacerdotum Simone: qui cognatus eorum & affinis extabat. Hircanus aūt redire quidem ad Hierosolymam minime iudicauit. Sedens uero trans iordanē frequēter arabas debellabat. Edificauit ergo turrim fortissimā ex lapide albo constituens eam & totam

usq; ad terram sculpsit animalibus diuersis: & ī circuitu fecit magnum & altum euripum: id est piscinas. Ex petra autem contrapositi montis cuius incidens sinistrā extensionē speluncas multorum spatiorum in longitudinem ibi constituit. Deinde domos quasdam in ea ad cōuiuia & somnum: & conuersationem fecit aptissimam multitudini: cameratas etiam currentiū aquarum delectatione gratissimas ad ornamentū totius aulæ. Ostia uero spelūcarum aperuit minora: ut unus & nō multi per ea possint intrare: & hoc custodiæ gratia cōdidit: ut obsessus a fratribus minime periculo subiaceret. Insuper edificauit & atria magnitudine excellentia: & paradisis ornauit egregiis: & talem perficiens locum tyrum eum nominauit. qui locus est inter arabiam & iudeam positus trans iordanem non longe a Sebonitide regione: præfuit ergo patribus illis per ānos septē omni tempore: quo Seleucus syriæ regnauerat. Hoc enim iam defuncto: post frater eius Antiochus: qui epiphanes uocabatur regnum obtinuit. Moritur etiā Ptolomeus rex ægyptiorum: qui similiter epiphanes nuncupabatur: reliquens duos filios minores ætate: quorum unus qui & maior erat Philometor dicebatur: minor uero Fiscon. Hircanus aūt uidens magnam Antiochum uirtutem habentē: & timens ne tentus ab eo tormētis afficeretur ꝓ his quæ cōtra arabas egerat uitam propriæ manus internitione cōclusit: cuius substātiā antiochus suis commodis applicuit.

Seditio potētiū in iuicē iudeoꝝ: quoꝝ qdā trāsierūt ad antiochū epiphanen leges patrias relinquētes: ipse aūt Antiochus exercitū ducēs: & hierosolymā ciuitatē: tēplūq; uastauit. CAP. VI.

PEr idem tempus defuncto Onia principe sacerdotum: fratri eius Antiochus sacerdotii contulit principatum. Nam filius quem onias reliquerat adhuc infans erat. Demō strabimus autem singula ī loco proprio quæ adhuc puerū pertinere uidebunt. Iesu uero nam hic frater erat Oniæ principatum sacerdotii rex abstulit iratus: & dedit eū iuniori fratri eorum nomine Oniæ: Symoni autem tres filii hi fuerunt: qui ad tres principatus sacerdotii sicut prædiximus peruenerunt. Et Iesus quidem Iasonem se nominauit. Onias aūté menelaus est nuncupatus. Seditionem itaq; prius princeps sacerdotū Iesus aduersum Menelaum cōcitauit: & diuisa ī utrūq; populi multitudine: pro parte Menelai filii tobiæ constabant alias consistebant: populi uero pars plurima Iasonem adiuuabat. Vnde & laborantes Menelaus & filii Tobiæ ad Antiochū discesserunt, ad noticiam eius perducentes q̄ uellent patrias relinquere leges: & conuersationem & mores obseruare græcorum. Rogauerunt ergo eum ut ꝑmitteret eis edificare Gimnasium hierosolymitis. Cūq; concessisset circūcisionem suam uelauerunt: ut non apparerent in denudatione græcis esse dissimiles: cæteraq; omnia relinquentes: quæ illis mos patrius imponebat: aliaꝝ facta gentiū rituq; sequebantur. Antiochus autem pro suo fœliciter imperio exercitū ducere deliberauit ad ægyptum tractus desiderio eius conténens filios Ptolomei ut debiles: ac nequaquam tanta negocia regere prævalentes. Perueniens igitur cum magna uirtute ad pelusium: & dolo philometorem ptolomeum circūueniens ægyptum occupauit. Et cum adisset loco méphiticæ ciuitatis: eam capiens contra alexandriam ut obsidendo ptolomeum caperet ambulauit. Expulsus uero est: non ab alexādria tantum sed etiam a toto ægypto: romanis sibi denū ciantibus ut discederet a prouincia: sicut prius & alibi demonstrauimus. Exponam ergo per partes de hoc rege: quemadmodum iudeam & templum pariter occupauit. Nam in patria mea conscriptione capitulatim eorum memoriam feci: nūc necessarium putaui ad certiorem eorum narrationem denuo remeare. Reuersus ergo propter romanorum timorē ab ægypto rex antiochus ad hierosolymorum ciuitatem ducit exercitum: quo perueniens anno centesimo quadragesimotertio: post regnum primi seleuci centesima quinquagesimatertia olimpiade: uicesimo & quinto die mensis casleu quem macedones appelleon nominant: capit eam sine conflictione cuiuspiam apientibus ei portas his qui uoluntati eius consentiebant. Ingressusq; ciuitatem hierosolymorū multos interemit sibi contraria sapientes: nec non etiam eos qui portas aperientes ciuitatem ei tradiderunt: propter templi diuitias interfecit: multasq; ab eo auferens pecunias ad antiochiam reuersus est. Postq̄ ergo expoliauit templum ita ut uasa dei asportaret & lucernas aureas: & aram auream: & mensam: & sacrarium neq; de uelis abstinuit: q̄ ex bisso & cocco erāt. Exhauriēdo aūt & thesauros nihil penitus relinquens: ad maximum iudeos luctum propter hæc usq; perduxit. Nam & quottidianas imolationes quas deo secundum leges offerebāt celebrare ꝓhibuit. Depredans uero totam ciuitatē: quosdam interfecit: alios captiuos cū uxoribus & filiis deduxit: ita ut numerus multitudinis captiuorum usq; ad decem milia existere uideretur. Incendit etiā optima eius loca: & deponens muros arcem edificauit in interiori parte ciuitatis: nam alta & eminentior erat prius a tēplo: & propter hoc muniens muris altis & turribus custodiam macedonū ibi disposuit. Manebant etiā in arce nihilominus homines impii & moribus maligni a q̄bus ciues multa & acerba subinde patiebant. Edificans uero & in sacrario arā: sup eā porcos imolauit: hostias non legittimas: nec patriæ religioni iudeorum congruas. Coegit itaq; eos relinquentes religionē patriam idolum uenerari; edificare etiam in unaquaq; ciuitate & uico tēpla deorum: & aras collocantes imolare sup̄ eas porcos omni die præcepit: & ne quis circūcideretur: aut ne filii eorū. Interminatus est & tormenta grauissima: siquis præter hæc facere inueniretur.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS CALES

Qualiter uetante antiocho iudeos patriis uti legibus:mathathias filius Ioannis regẽ cõtempſit:& ducem antiochi interemit. Cap. VII.

COnſtituit itaq; ꝑpoſitos:qui cogerent imperalia mandata perficere. Et multi quidem iudeorum ſponte:alii uero propter timores imminentes:regis præcepta ſequebantur. ꝓbatiſſimi aũt & generoſi:deteſtabile facinus execrantes:patris legibus adheſerunt.ꝓpterea diebus ſingulis pœnis afflicti:& amara paſſi tormenta trucidabantur.ná & uerberari:& diuerſis cruciatibus fatigati: adhuc uiuentes crucis patibulo figebantur. Vxores uero & filios quos circunciderunt præter uoluntatem regis laqueis ſuffocabant: parentum eos ceruicibus illigantes:Nam & ſi apud aliquem uolumẽ:inuentum fuiſſet ſacrũ:aut lex:& his quoq; crudeli ſorte moriebatur. Videntes ſamarite iudeos hæc pati:dereliquo negant ſe neq; cognatos ipſoꝝ:neq; tẽplum ſuper garizim maximi dei ut prius eſſe fatebantur:conſuetudinem ſuæ facientes naturæ:de q̃ ſuperius conſtat expreſſum:ſed dicebant ſe medorum ꝑſarũq; colonos. Mittẽtes ergo ad antiochũ legatos & epiſtolam que ſubter ſunt ſcripta ſignificauerunt Regi antiocho epiphani relatio a ſichimitis ſidoniorum. Noſtri maiores propter crebras prouintiæ peſtilẽtias ſecuti priſcam quandam ſuperſtitionem:conſetudinem fecerunt:colendi quæ dicit apud iudeos ſabbatorum dies:edificanteſq; ſine numine in garizim monte templum offerebant in eo deuotas immolationes. Vobis autem malignitatem iudeorum digne rependentibus:ueniẽtes iudices ueſtri:&arbitrati per cognationem illorum nos eadem facere: ſimilibus nos pœnis afficiunt : dum ab initio ſidoni eſſe noſcamur quid manifeſtum eſſe publicis conſtat annalibus:petimus ergo te beneficium & ſaluatorem denunciare appollonio noſtrarum partium iudici & nicanori regalia tractanti negotia: ut nihil nos debeant moleſtare:quaſi iudeis aliqua ſuperſtitione coniunctos: cum genere & moribus ab eis probemur alieni. Templum uero edificatum:quod adhuc ſine cuiuſq̃ dei nomine conſtat:græci iouis illud appellatione petimus dedicari. Quo facto:uitamus importunas moleſtias ſuſtinere:operibuſq; ſedulo uacantes : tibi ſoluimus redditum quantitatem. Hæc petentibus ſamaritis:rex iſta reſcripſit. Antiochus rex nicanori. Sichimitæ ſidonii porrexerunt mihi publicam relationem. Sed quia cogitantibus nobis de ſtatu regni cũ amicis:docuerũt ab eis miſſi.ꝙ criminibus iudeorum in nullo probantur eſſe participes: quãdo morbus græcoꝝ uiuere potius alegerunt:abſoluimus eos a iudeorum pœna nocentium:& templum eorum quẽadmodum petierunt græci iouis appellatione dedicetur. Eadẽ & appollonio partium iudici ſcripſit:ſexto & quadrageſimo anno.menſe echato octauodecimo die. Eodem tẽpore erat habitans aliquis in modin uico iudeæ nomine mathathias.filius Ioannis.filii Simonis.filii Samoni:ſacerdos de uice Ioab hieroſolymitis. Erant autem ei filii quinq;. Ioannes qui uocatur gaddis.& Simõ qui dictus eſt Thaſi.& Iudas:qui uocabatur machabeus.& eleazarus.qui dictus ẽ apphus & abaron qui dictus eſt Ionathas. Iſte ergo Mathathias plãgebat apud filios ſtatum rerum:& ciuitatis rapinam & templi nuditatem:& calamitates plebis:dicebatq; melius illi eſſe:pro patris mori legibus:quam ita ſine gloria uiuere. Venientibus autem ad Modin uillam a rege directis ut cogerẽt iudeos facere:que præcepta uidebantur a rege:& iubentibus illic conſtitutis idolis immolare ſecundum regis iuſſionem:& primum mathathiam:qui doctrina uel fama gloriæ reliquos ãteibat ſacrificare cõpellentibus Mathathias recuſabat hoc facinus dicens. Licet alii omnes iuſſionibus antiochi pro timore obtemperent:mihi tamen & meis filiis tale ſcelus nullatenus ĩponit. Cũq; tacuiſſet accedens quidem ex iudeis ĩmolauit in medio ſicut præcepit Antiochus:iratuſq; mathathias irruit ſuper eum cũ filiis ſuis habentibus gladios:eius ſanguinem ſuper aram effudit:& iudicem regis Appollonium qui eos ad talia cogebat:cum ſuis paucis militibus interemit:& aram deponens clamauit. Si quis emulatur patrias leges & dei religionem:ſequitur me. Et hæc dicens cum filiis ad ſolitudinẽ exiit:relinqns oẽm ſuã poſſeſſionẽ. Idem multi faciẽtes cũ filiis & uxoribus ad ſolitudinem confugerunt. Audientes uero iſta iudices regis:auxilia conuocantes quæ in arce hieroſolymorum pro cuſtodia permanebant:prius quidem conabantur uerbis eos flectere: ut ad penitentiam peruenirent:& eligerent potius illa que proſunt:ne aliqua neceſſitate cogente eis tanquam hoſtibus uterentur. Quibus non accipiẽtibus uerba:ſed contraria ſapientibus:cõflixerunt die ſabbatorum: & ſicut erant in ſpeluncis ibi eos atroci incendio cremauerunt:dum repugnare propter diem feſtum noluiſſent:ne in malis ſuis honorem ſabbati tranſgredi uiderent. Nam uacare in eo nobis legytimum eſt Mortui ergo ſunt cum uxoribus & filiis in ſpeluncis globis fumiferis ſuffocati numero mille. Multi autem liberati ſunt adiuncti mathathiæ:& illũ ſibi iudicem ordinauerũt:qui & ſabbatis eos docebat pugnare dicens. Quod ſi hoc non fecerint obſeruantes legem:ſibimetipſis erũt hoſtes:in illo die contra eos ueniẽtibus inimicis. Hoc dicens perſuaſit eis: & hactenus permanet nobis conſuetudo pugnandi:etiam ſi tali die bella cõſurgãt. Colligens ergo ſibi Mathathias armatam multitudinem:aras depoſuit ydolorum:peccantes in eos quantos manu capere potuit interemit. Nam multi eius timore diſperſi ſunt ad gentes propinquas. Et pueros non circunciſos iuſſit circuncidi:expellens eos qui ut talia prohiberent fuerunt conſtituti.

De morte mathathiæ:qui ualde ſenex defunctus:filiis ſuis gubernationẽ reliquit: ex quibus iudas machabeus principatum adeptus:adiuuantibus fratribus inimicos a prouĩcia expulit:tranſgreſſores iudeos puniuit:terram ſuã ab omni malo purgauit. Cap. VIII.

IGitur eo magiſtrante uno anno:dum morbo grauiſſimo præmeretur cõuocauit filios ſuos: & circunſtantibus. Ego quidem inquit o filii decretam proficiſcor uiam. Cõmẽdo autem uobis patrias leges obteſtans:ne eaꝝ tranſgreſſores:ſed potius cuſtodes eſſe debeatis. Paternæ uero uoluntatis memores:ritus primos cuſtodite:& periclitãtẽ antiquã cõſuetudinẽ reſtaurate:nõ ſeducti ab his q ſpõte aut neceſſitate cadunt:ſed digni meo iſtituto:oẽm uiolẽtiã & neceſſitatem tollerãdo ſupate. Ita uos ꝑparãtes:ut ſi oporteat ꝓ legibus grata mẽte moriamini. Sciẽtes hoc qa deus tales nõ deſpiciet ſed ueſtrã uirtutẽ iſpiciẽs reddet uobis & libertatem:& tribuet quãdoq;:ut cũ ſecuritate ueſtris moribus ꝑfruamini. Nam corpora noſtra mortalia & tꝑalia ſunt:factoꝝ uero monumenta ĩmortalitatis ordinẽ cõſequunt. Quod deſiderãtes uos decet appetere gloriã:quæ nullo ſit fine claudẽda. Cõcordiã uero uos habere cõmoneo & in quo aliquis melior exiſtit:altero cedente uobis inuicem propriis miniſtrare uirtutibus:& Symonẽ fratrẽ ſapiẽtia ãtecedentẽ uobis patrem putate. Et quicquid ille ꝑſuaſerit cuſtodite. Machabeũ uero militiæ ꝓpter uirtutẽ & fortitudinem habebitis ducẽ. Nã gentem defendens hoſtes uiriliter expugnabit. Suſcipiẽtes uiros iuſtos & religioſos:ueritatẽ eoꝝ fouere. Iſta filiis locutus eſt:deũ orans adiutorem eis fieri. Et ut populo leges propriæ cõſeruentur:fideli corde ſupplicans uiuendi finem communi ſorte ſuſcepit. Et ſepelitur in Modin:magnũq; luctum omnis populus ſuper eum peragens ſuſcepit gubernationẽ reꝝ filius eius Iudas qui:& Machabeus centeſimo & ſexageſimo ſexto anno:& adiuuantibus ſe prono ãno fratribus:cæteriſq; religioſis:inimicos a ꝓuitia expulit. Et trãſgreſſores legũ paternaꝝ iudeos occidit:& purificauit ab oĩ malo ſuã terrã.

Quẽadmodũ duces ãtiochi appollonius & ſeron congreſſi cũ iuda:uicti ĩterierũt:& qa ãtiochus liſiæ cuidã gubernationẽ regni reliquẽs:ipſe abiit in ꝑſidã cõgregare pecunias. Cap. IX.

HAec audiſſet Appollonius dux Samariæ:colligens exercitum egreſſus eſt cõtra iudam Ille cũ autẽ occurrit ei:& cõmittens cũ eo pugnam uicit:&multos eoꝝ iterfecit. Inter quos & ducem Appolloniam armis exuens interemit multamq; prædam ab exercitu hoſtium auferens:diſceſſit. Seron ergo dux inferioris ſyriæ audiens ꝙ multi tranſirent ad iudam:& magna iam uirtute circunſeptus ad bellum accederet:ſtatuit contra eum dimicare: & colligens ſub ſe conſtitutos uel trãſgreſſores iudeos: contra machabeum produxit exercitũ. Perueniens uero uſq; ad bethoron:uicum iudeæ.ibi exercitum locauit. Iudas autem occurrẽs ei: & confligere diſponẽs:quia milites ad pugnam uidebat propter paucitatem & ieiunium deſides: hortabatur dicens. Non per multitudinem uincendos hoſtes aut expugnandos eſſe credatis: ſed pietate:& hoc euidẽtiſſimum habemus exemplũ:maiores noſtros:qui propter iuſticiã & ꝓprias leges certantes:multa ſepius milia deuicerunt. Nam nullum leſiſſe maxima uirtus extitit. Hæc dicens ſuaſit eis contemnere multitudinem. confligens ergo cum ſyris:duce eoꝝ interfecto cũctos ad fugã uertit. Secutus autem eos uſq; ad campum:cecidit octo milia:reliqui fugati:ad maritĩa loca diſceſſerunt. Quæ audiens rex Antiochus:maximo furore cõmotus:oẽm ꝓpriam uirtutem congregas: & multos ab inſulis mercede conducens:parabat circa ueris initium dimicare contra iudeam. At uero militibus ſtipendia diſtribuens:uidit theſauros deficere:nõ enim omnia uectigalia ei reddebãtur propter ſeditiones gentium. Nam cum magnanimus eſſet: ei minime ſufficiebant quæ dudum colligerat. Deliberauit itaq; primum ad perſidã ire tributaq; ꝓuinciæ congregare. Relinquens autẽ pro regni gubernatione quendã liiſiam:gloriam apud ſe maximam poſſidentem:ut regeret ꝓuincias a fluuio eufrate uſq; ad fines ægypti & inferioris aſyæ:& partẽ exercitus:& elephantes ei tradẽs præcepit ei filium ſuũ Antiochum diligenter nutrire:& uaſtare iudeam:& habitantes in ea ducere captiuos:& euerte Hieroſolymã:& genus eoꝝ omnino diſꝑdere. Hæc qdẽ ꝑcipiens Liiſiæ rex Antiochus:abiit ad perſidiam:centeſimo & quadrageſimoſeptimo anno:& tranſiens eufraten ad ſuperiores aſcendit prouincias.

Quẽadmodũ georgiæ uel liſiæ exercitus cõtra iudã ueniens uictus periit:poſt quẽ triumphũ iudas ingreſſus hieroſolymã:templũ purgauit: altare ſtatuit:hoſtias deo ĩmolauit:cum iam tres anni præteriſſent uiolationis templi ſub antiocho. Cap. X.

LYſias uero eligens Ptolomeum dorimenis & nicanorem : & georgicã uiros potentes amicos regis:& tradens eis peditũ quadraginta milia:equitũ uero ſeptem milia tranſit contra iudeos. Qui uſq; Emaus ciuitatem ueniẽtes: in campo exercitũ locauerũt Superuenerunt uero eis ad auxilia de ſyria uel affinitimis locis : & multi tranſfuge iudeis necnon & negociatorum quidam ſperantes iudeorum ſe emere captiuos:argentum & aurũ pro eorum præcis deportantes. Exercitum autem & multitudinem aduerſariorum iudas intendens: ſuadebat ſuis militibus confidere:hortabaturq; ſpem uictoriæ in deum habere:& ut patria lege cum ſaccis induti rogarent:& ſolitum habitum petitionis oſtendentes ſupplicarent: quatenus præberet eis contra inimicos auxilium. Quo facto diſponens eos ſecundũ antiquum & patrium

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

modum per millenarios & illos dimittens:qui pauloante uxores duxerant:& eos qui possessiõe pauloante acquisierant:ne pro eorum desiderio minus audacter pugnarent:residuos talibus hortabatur affatibus. Tempus quidem uobis non aliud inquit necessarium est o socii:nisi ut fortiter contemnatis pericula. Nunc enim licet uiriliter certando accipere libertatẽ:quã & propter seipsã uobis caram & pro diligẽtia colendi deum plus desiderabilem esse confido. Tanquam ergo in hoc solo uobis positis:ut accipientes eam fœlicem & beatam renouetis uitam:& ut secundum leges & consuetudines conuersemur:agite ne forte per negligentiã uestram iudaicæ gentis semẽ intereat. Ita ergo pugnate:mortem pro maximo lucro putantes: ut si uiceritis cum libertate & patris legibus eternam gloriam conquiratis. Parate ergo uos crastina die:audacibus animis bellum pro lege patria comittentes. Iudas quidem incitans socios:ita locutus est. Hostibus uero trãsmittentibus Gorgiam cum quingentis peditibus & mille equitibus:quatenus per noctem irruerent super Iudam:& ad hoc preuios eis dantibus aliquos defugientibus iudeorũ. Sentiens filius Mathathiæ:statuit & ipse castra hostium latenter iuadere. Cunq; cœnassent:focos plurimos derelinquens:tota die proficiscens:in aduersariorum castra ad locum Emaus peruenit. Gorgias autẽ exploratus castra iudeoꝝ:nec eos inueniẽs arbitratus in montibus eos discessisse:ubi essent igere decreuit. Lucescente uero die apparuit hostibus in Emaus Iudas cum tribus militibus plus minus armatis utcunq; propter paupertatem. Qui respiciens aduersarios optime septos:& studio militari dispositos:inuitauit iudeos dicens:etiã nudis corporibus pugnare debemus:& deũ inuocare:qui sepius nos iermes cõtra plures & armatos uictoriam fecit acquirere. Sermone finito iussit tubicines clãgore significare militibus suis:quatenus iopinatos hostes iuaderẽt. Quorũ multos resistẽtes occidit:reliquos psecutus ẽ usq; ad Gazara. Et cãpos idumeæ:& Azoti:& iamniæ. Prostrati sunt autẽ tria milia eoꝝ. Iudas ergo iubebat militibus suis hostium prædã cõtemnere dũ adhuc certamẽ eis & pugna Gorgiæ supereesset. quibus expugnatis esset prædæ licẽtia. Adhuc eo dicẽte hæc ad milites:respexerũt illi qui cum Gorgia erant:exercitum quẽ in castris reliquerunt esse deuictum:castraq; icensa. Nam fumus a lõge eis quæ accederãt idicabat. Vt ergo hæc ita esse qui erãt cũ Gorgia cognouerũt: & eos qui cum Iuda erant ad aciem paratos attenderẽt: mẽte ad fugã conuersi sunt. Iudas autẽ sine pugna deuictis Gorgiæ militibus:reuersus tulit hostium spolia:multũq; aurum & argentũ:& purpurã & iacictum auferens:ad propria remeauit cum letitia:laudans deũ de his quæ potuit obtinere. Nã hæc uictoria desideratã eis cõtulit libertatẽ. Tunc Lysias cõfusus de perditione exercitus quẽ direxerat:statim alia sexaginta electoꝝ milia peditum:& quinq; milia equitum cõgregans:uenit protinus ad iudeã. Et ascendẽs sup montana Bethsure:uillã iudeæ castrametatus est. Occurrit autẽ ei cum decẽ millibus Iudas. Et multitudinem hostium uidens:adiutorem sibi deum fieri postulauit. Et cofligẽs cum percursoribus aduersariorum:sine aliqua dilatione superauit. Prosternẽsq; quinq; milia eoꝝ:factus est reliquis timorem. Attendens ergo Lysias audaciam iudeoꝝ:quia parati sunt mori: nisi eis uiuere cũ libertate licui sset:& timens eoꝝ desperationẽ tanq; sortem:colligẽs residuum exercitũ rediit ad Antiochiam:& remorabat ibi præsidia cõgregãs peregrinoꝝ:ut cum maiori expeditionis apparatu contra iudeos uenire potuisset: Totiens igitur uictis Antiochi regis ducibus. Iudas contionẽ faciens sua debat:ut post tantas donatas sibi diuina dispensatione uictorias:ascenderẽt ad Hierosolymam & templum ab ydolis expirarẽt:legytimasq; hostias immolarent. Qui dum cum tota multitudine ad hierosolymam peruenisset:templum desertum inueniẽs:& incẽsas portas: & siluas i templo p longam solitudinẽ pullasse. Lugere cœpit cum propriis sociis pro tẽpli uisione. Eligens autem quosdã milites. iussit eis expugnare eos. qui arcem custodiebãt. Dum ipse templum a ruinæ fœditate purgaret. Quod diligẽter emũdans:itroduxit noua uasa:candelabrum: & mẽsam aramq; ex auro factam. Recomposuit aũt & uela in igressu:& ianuas ipsas restruxit. Deponẽs quoq; altare ex lapidibus nouis aliud edificauit. Quita uero & uicesima mẽsis Casleu:quẽ macedones Appelleon uocãt: accẽderunt lumina super cãdelabrum:& adoleuerunt holocausta i nouo altari. Hæc ãt facta sunt post tres ãnos:eodẽ die quo mutata ẽ eoꝝ religio ad ꝓphanã ydoloꝝ cõsuetudinẽ. Nã tẽplum destructum ab Antiocho:sic tribus ãnis permãsit. Quinto ergo ãno & q̃dragesimo & cẽtesimo:i templo facta sunt hæc:quinto & uicesimo die appelli:mẽsis olipiade cẽtesima & quinq̃gesimatertia. renouatũ uero ẽ i eodẽ die quito & uicesima appelli mẽsis:octo & quadragesimo & cẽtesimo ãno:olimpiade cẽtesima quinquagesimaquarta. Desolationẽ ergo tẽpli contigit fieri secundũ Danielis prædicationẽ:q̃ ãte quadrigentos & octo ãnos prædixerat:p quã significauit q; macedones illud destruerent. Celebrauit itaq; Iudas cũ ciuibus ꝓ renouatione tẽpli sacrificia per dies octo:nullum genus deliciarum relinquẽs:sed præciosissimis dapibus eos pascẽs deũ ãt laudibus & psalmis glorificabãt:sesq; mutuo cantibus delectabant. Pro renouatione uero solennium: post multũ tẽpus ĩsperata religione recepta legẽ posuerũt: ut posteri p octo dies hãc renouationẽ tẽpli celebrarẽt. ¶ Vnde & ab illo tpe hactenus hanc festiuitatẽ celebramus:uocãtes eã lumina: eo quod ꝓter spem hoc nobis splendidũ lumen colẽdæ religionis apparuit. Murũ ãt i circuitu ciuitatis cõstruxit: & aduersus icursiões hostiũ turres edificauit altissimas:custodes i eis deputãs: sed

& Bethsurã noie ciuitatẽ muniuit:q̃tenus pro castello ea aduersus necessitates hostiũ uteretur.

Vt iudas bellũ gerens contra idumeos & contra ãmonitas triũphãs subiecit eos. Cap. XI.

His ita factis:gentes finitime ꝓ reparatione uel fortitudine iudeoꝝ hæc idigne ferebãt. Quapropter isurgẽtes:multos iudeoꝝ p icursiones & isidias opprimebãt. Aduersus quos frequẽter bella Machabeus educẽs:ab incursionibus & a malis quæ iudeis ifere bãt eos arcere tẽtabat. Et super filios Esau idumeos aduenies p summitates:i ea multos eoꝝ icendit uiroſq; prostrauit. Deide cõtra ammanitas alias ammonitas perrexit :exercitum magnũ habentes:quoꝝ dux erat Timotheus. Subiicientes ãt & istos:azoroꝝ cœpit ciuitatẽ & uxores:& filios eoꝝ ducẽs captiuos & ciuitatẽ icendẽs reuersus est ad iudeam.

Qualiter symon frater eius militãs cõtra tyros ac ptolomaidẽ edomuit eos:& qa ipse iudas bis cõgressus cum timotheo duce antiochi fortiter triumphauit. Cap. XII.

Audientes ergo eum uicinæ gentes reuerti:congregantur in galaditiden contra iudeos sibi finitimos. Qui fugientes ad Theman castellũ:transmiserũt ad iudam:mãdantes ei ꝙ festinaret Timotheus capere locũ in quo cõfugerant. Cunq; legerent epistolæ:a galilea nuncii quoq; superuenerunt;iudicãtes cõgregari eos qui in ptolomaide:& tyro:& synode:& aliis erãt galileæ gentibus. Ergo ex utraq; parte hostibus nunciatis:cogitãs iudas qd deberet fieri. Symonem quidẽ fratrem præcepit tria milia electos accipere:& in solatiũ galileoꝝ exire:ipse uero cum Ionathã fratre suo & octo milibus militũ exiens in galaditiden: reliquit super cæterum exercitum Iosephum filium Zachariæ & Azariam ; præcipiens eis seruare diligenter iudeam:& cum nullo hostium bellum committere:donec ipe reuerteretur. Igitur Symon perueniens ad galileam & confligens inimicis:ad fugam eos conuertit: & usq; ad portas Ptolomaidas persequens:occidit tria milia eorũ:& spolia tollẽs perẽptoꝝ:captos ab eis iudeos:& sarcinulas eoꝝ auferens ad propria remeauit. Iudas uero machabeus & frater eius Ionathas:transeuntes iordanẽ fluuiũ; & uiam trium dierũ ambulantes. Nabutheos cum pace occurentes iueniũt. Qui narrantes:quæ in galaditide contigisset & ꝙ multi eoꝝ tribularẽtur per castella & ciuitates galaditidis:suadentesq; ei properare cõtra alienigenas:ut possit a periculis iudeos eruere:flexus reuertitur ad solitudinẽ:& irruẽs primũ super habitantes bethsuram:& omnem masculum ætate ualidum trucidauit:& ciuitatẽ incendit. Facta ãt nocte:nec sic abstinuit. Sed ꝓfectus in castellũ quo Timotheus iudeos obsidebat:mane ad eũ puenit. Et inueniens iã ad muros accedentes aduersarios:& quosdam scalas ut ascenderent apponentes:alios alia ferentes machinamenta:iussit tubicinem signum dare. Adhortatusq; milites pro fratribus & propinquis prono aio laborandũ:i tres partes diuidẽs exercitũ:hostes a tergo inuadit. Sentientes ergo hi qui cum Timotheo erãt:quia Machabeus est:experti iam prius per bella uirtutes & fœlicitates eius:ad fugam conuersi sunt. Secutus ãt eos Iudas :interfecit octo milia eoꝝ. Deueniens quoq; ad Modollam ciuitatem alienigenã:cœpit eam & oẽs masculos iterfecit. Ciuitatẽ uero ipsam incẽdit:exiensq; inde Castomachi & Bosor:ac multas ciuitates Galaditidis euertit:Interiecto uero tẽpore:Timotheus maximum præparãs exercitum:aliaq; peæsidia colligẽs:& Arabas mercede cõducens:uenit trans torrẽtem prope Rephon ciuitatẽ:exhortatusq; ẽ milites dicens:Si pugnã cum iudeis commiseritis:prono certate animo:neq; torrentem transeatis. Nam si trãsieritis:perditionẽ uobisipsis iminere cognoscite. Iudas ãt audiens præparatũ ad pugnã Timotheũ:cũ uniuersis suis militibus festinabat ad bellũ. Et transiens torrentem irruit super inimicos:& quosdam eorum occurrentes occidit:Aliis autem timores incutiens:arma sua proicere coegit. Quorum quidã ad locum qui dicitur Graua fugientes:speraverunt salutem. Iudas uero ciuitatem capiens:eos interfecit: & locum incendit: uaria usus specie ad hostium necem. Cunq; hæc pergisset:colligens eos qui in Galaditide erant cum uxoribus & filiis:& omni eorum supellectile decreuit ad Iudeam reuerti . Cũ ergo uenisset ad aliquam ciuitatem quæ dicitur Efron in uia positam:dum nec aliud iter pergere potuisset: nec reuerti uellet:misit ad ciues in Efron rogans eos:quatenus licentiam daret ei per suam ciuitatem transire. Nam illi portas lapidibus obstruxerunt:& exitus itineris occupauerunt. Quibus minime acquiescentibus:Iudas adhortatus suos circundedit obsidione ciuitatẽ. Quam una die uel nocte expugnans cœpit:& omnem masculum in ea occidit:incendens totam. Quo facto per eam sibi uiam apperuit uniuersam. Tanta autem peremptorum erat multitudo:ut etiam super mortuos ambularent. Transeuntes uero Iordanem:uenerunt ad magnum campum:cuius in prospectu iacet ciuitas Bethsan alias Bethsamis:quæ græce dicitur Scitopolis. Inde ad iudeam perrexerunt: cantantes & laudantes:& solitos pro uictoriis ludos agentes. Ibiq; ubi immolauerunt sacrificia:gratias agentes pro his quæ peregerunt:& pro salute exercitus. Nam nullus iudeorum in his præliis est defunctus. Ioseppus uero Zachariæ filius & Azarias:quos præsides reliquerat Iudas:tempore quo Symon in Galilea Ptolomaidem expugnabat Cum & ipse Iudas cum fratre suo ionatha in Galaditide debellarent:uolentes & ipsi gloriam acquirere ducum fortissimorum. Omne sub se constitutum auxilium colligentes:ad Iamniam uenerunt. Et Gorgiæ duci iamniæ occurrentes;prælioq; facto:duo milia suorum militum amittentes:ad iudeam fugierunt. Euenit

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS.USAL.ES

uero eis hæc calamitas:quod nõ obedierũt præceptis iudæ dicẽtis:ut cõtra neminẽ pugnããte ſu um aduentũ committerẽt.Nã ſuper oẽs alios eius bellicos:tractatus ĩ hoc mirãdus extitit:quod Ioſeppi & Azariæ peccatum futurũ prædixerat:ſi tráſgrederẽtur eius præcepta.Iudas ãt & fratres eius pugnare cõtra idumeos nõ ceſſabãt:ſed undiq; eis imminebãt.Et Chebron ciuitatem capientes munimina eius depoſuerũt.Et turres ĩcendentes:deprædabant terrã oẽm alienigenarum.Ad Mareſan uero ciuitatem & Azotum uenientes:tenuerunt eas:& multa ſpolia exinde du centes:ad iudeam reuerſi ſunt.

Qualiter antiochus nomine epiphanes apud perſas defunctus eſt. Cap. XIII.

EOdem tempore rex Antiochus ſuperiorẽ prouinciam percurrens:audiuit ciuitatẽ perſarum diuitiis excellentem Helimaidam nomine:præcioſiſſimũq; templũ in ea dianæ & omni ſpecie ornamentoꝝ plenum:inſuper & arma:& loricas:quas reliquiſſe ibi audierat filium Philippi regem macedonũ alexandrũ Commotus ergo egreditur contra Helemaidam:& obſidebat eam.His uero qui in ea erant minime territis impetu eius:neq; obſeſſione:ſed pertinaciter repugnantibus:ſpe diſceptus diſceſſit.Nam exeuntes ciuitatem: fugauerũt & perſequebanť eum uſq; ad Babiloniã. Vbi cum poſt multam ſuorum militũ amiſſionẽ uenĩſet:quidam ei nunciauit & ducum perditionẽ:quos pugnare contra iudeos reliquerat:& creuiſſe fortitudinẽ iudeorum.Super priorẽ itaq; curam hoc creſcente malo:incurrit in egritudinẽ.Qua diu ſe alias eũ tenente:& creſcentibus paſſionibus intellexit q; moreretur:conuocanſq; amicos morbum ſuũ eis atrocem indicauit:cõfeſſus hæc ideo ſe pati:q; iudeorum gentem affligens templum expoliaſſet:deũq; contempſiſſet.Quo dicto ilico expirauit.Vnde miror polibium magelopolitam:q; uir bonus exiſtens:dicit ideo periſſe Antiochum:quia uoluit templum dianæ in perſida deuaſtare.Nam qui nullatenus egit peccatum:ſed tantũ cogitauit:nullo reatu facti tenetur. Si autem polibio uideť ideo Antiochum uitam finiſſe:multo plus ueriſimile creditur propter templi Hieroſolymitani uaſtationem ſacrilegum regem periſſe.Sed ob hoc nõ reſiſto magelopolite:cum noſtra opinio uera uideatur.Antiochus ergo priuſq; moreretur : conuocans Philippum unum ex ſociis ſuis:tutorem eum regni conſtituit:& dans ei diadema:& ſtolã & anulũ:filio ſuo Antiocho iuſſit deportare:& cenſuit ut prouideret eius educationem:& cuſtodiret ipſius imperiũ.Defunctus uero ẽ Antiochus nono & quadrageſimo:& centeſimo anno.

Quẽadmodũ antiochus eupator ſucceſſit patri in regnũ:q; militiã cõtra iudeos cũ lyſia ducens iudã in templo cõcluſit.multoq; obſidionis tpe tráſacto:audita fama inuaſionis regni ſui p philippum quẽdã amicicias cũ iuda fecit:& ita decenter ab iudea diſceſſit. Cap. XIIII.

IſIas autem mortem:eius nunciãs multitudini:filium eius Antiochum quem ipſe nutriebat:regem conſtituit uocãs eum eupatorem.Eodem tempore hi qui erant in arce hieroſolymorum cuſtodes macedonũ:& tranſfuge iudeorum multa in iudeos aduerſa fecerũt.Eos.n.qui aſcendebãt in templũ immolare:repente iuadentes:hoſtiliter impremebant.Nam arcis culmen tẽpli altitudinem ſuperabat.His igitur accidentibus:Iudas deuaſtare cuſtodiã arcis deliberauit:& colligẽs omnẽ populum:arcem inſtãtius obſidebat:anno pricipatus ſeleuci cẽteſimo & quadrageſimo.Cõſtruẽs igitur machinaméta:& aggeres accumulãs:capere arcem laborabat :Multi ergo ex tráſfugis ea nocte egreſſi ad ,puinciam:& aliquos ſimiles & impios cõgregãtes ad Antiochũ regẽ uſq; uenerũt: petẽtes nõ debere ſe deſpici:dũ a cõtribulibus ſuis atrocia paterẽtur:quæ ideo ſuſtinerẽt:quomodo religione ſua relicta:patris eius imperio obediſſent & tũc picula ſuſtinerẽt p iudã & uiros eius:necnon & cuſtodes a rege deputati:niſi aliquod ab'eo præſidiũ mitteret.Hæc audiẽs adoleſcens Antiochus:ualde iratus:& duces:& amicos conuocans:præcepit colligendũ exercitũ:ſine peregrina ſolatia.Congregatuſq; eſt exercitus peditũ q dem centum milia: equitum uero uiginti milia:& elephantorum duo alias ducenta & triginta quinq;.Quinq; producens exercitum egreſſus eſt ab Antiochia cum lyſia habente totius exercitus gubernationem:& perueniens ad idumeam:exinde bethſuram aſcendit:ciuitatem nimis fortem & munitam:& circundans ciuitatem obſidebat inſtanter. Reſiſtentibus ergo bethſureis ac præparationem machinamentorum eius incendẽtibus:multum temporis in obſidione conſumptum eſt.Iudas uero audiens regis aduentum:deſtitit quidem ab obſidione arcis.Occurrit auté regi caſtrametatus in anguſtio quodam loco qui dicitur Beduſcarit:decem militum ſtadia ab hoſtibus diſtante.Rex quoq; egreſſus a Bethſura:per anguſta duxit exercitum ad caſtra Machabei:factoq; diluculo:milites ordinauit in acie:& elephãtos quidem ſequi ſeipſos inuicem fecit:p pter locorum anguſtiam : non ualentes in latitudine collocari.In circuitu uero uniuſcuiuſque elephantis properabant pedeſtres quidem mille:equites quingenti.Geſtabant autem elephanti turres excelſas:& arcarios in eis:reliquamq; uirtutẽ ex utroq; latere montis fecit aſcendere:amicos exercitui præponens:& iubens clangorem fieri: & ad hoſtes acceſſit aureos enudans clypeos ſimul & ereos:ut nimium fulgorem ſuæ claritatis emitterẽt: mõteſq; eis frementibus reſultarẽt. Hæc Iudas inſpiciens territus non eſt:ſed fortiter excipiens inimicos ex eoꝝ præcurſoribus uſq; ad ſexcentos occidit.Eleazarus autem frater eius quem Mauronem uocabant:uidens ſublimore

elephantum ornatum loricis eſſe regalibus:& putans in eo ſedere regem acceſſit ad eum uirtute & multos circa elephantum perimens:alios diſperſit & fugere compulit:& ſub uentrem elephãti ingreſſus eum percuſſit.Qui mortali plaga percuſſus moriens cecidit: & Eleazarum ſuis compreſſum ponderibus interemit.Sic enim magnanimiter multos inimicorum diſperdens uita priuatus eſt.Iudas igitur hoſtium fortitudinem cõtemplatus diſceſſit ad hieroſolymam: & obſidionis neceſſaria præparabat.Antiochus inter hæc partem expeditionis in Bethſuram miſit:ut eam deuaſtaret.Cum reliqua autem multitudinis uirtute:ipſe ad hieroſolymam profectus eſt.Bethſurite ergo territi fortitudine aduerſariorum:& ſua uidentes neceſſaria defeciſſe:ſeipſos accepta fide tradiderunt.Antiochus itaq; capiens ciuitatem:omnes ciues nudatos abiecit:& ſuos ibi cuſtodes reliquit.Multo uero tempore templum obſidens in hieroſolymis ſedebat:pertinaciter intus repugnantibus ciuibus.Nam ad ſingula quæ contra eos ſtatuerat rex machinamenta:& illi econtrario ad ſuam defenſionem inſtrumenta bellica requirebant.Quibus & alimenta defecerũt:fructibus prioribus omnibus conſumptis.Et terra illo anno non erat culta:quia ſeptimus annus in ſtabat:in quo ſecundum legalia inſtituta relinquebant uacuam terram. Multi uero obſeſſorum refugiebant:propter inopiæ neceſſitatem.Vnde relicti ſunt ĩ templo pauciſſimi. Et his quidem qui in templo obſidebantur:tales res accidebant. Lyſias uero dux & rex Antiochus : quomodo Philippus a perſida ueniens nunciatus eſt eis commẽdatum ſibi præſumpſiſſe imperium:& rem publicam Antiochi ſibi uelle defendere: prætermittentes obſidionem:ire aduerſum Philippum decreuerunt.Quod conſilium nequaquam manifeſtum cæteris ducibus facere uoluerũt: ſed iuſſit rex Lyſiam ducibus dicere:diuturnam obſeſſionem nihil eis proficere poſſe : quando & locũ aduerſariorum conſtaret eſſe munitum: & ſibi uictualium neceſſitas irrogetur : & expediret pacem facere cum iudeis:eoſq; relinquere propriis uti cerimoniis.Vnde a nobis hactenus prohibiti exiſtere uidentur aduerſi. Hæc dicens de Philippi tyrannide tacendum eſſe decreuit : ne exercitus ſui dubia corda perciperet.Hæc lyſia dicente:exercitui & ducibus ſententia placuit . Tunc mittens rex ad iudam:pacem promiſit obſeſſis:& patriis legibus eos uiuere pollicetur . Hi uero ſuſcipientes uerba:& confirmatis ſacramẽtis & fide exierunt a templo.Intrans uero Antiochus: & aſpiciens munitum locum : impudenter ſacramenta tranſgreſſus eſt iuſſitq; omnem exercitum in circuitu ſtantem:deponere muros uſq; in ſolum . Poſt hæc reuerſus eſt ad Antiochiam: ducens Oniam principem ſacerdotum: qui & Menelaus dicebatur.Nã Lyſias perſuaſit regi Menelaum occidere: ſi uellet iudeos eſſe pacatos : dicens hunc fuiſſe in tium malorum : qui flexit patrem ſuum cogere iudeos religionem patriam relinquere.Mittens ergo rex Menelaum ad Veriam ſyriæ ciuitatem: interfecit eum:poſt decimum annum principatus ſacerdotii eius:& ut ipſe principatum obtineret:impulit iudeos tranſgredi leges. Princeps uero ordinatus eſt poſt Menelai interitum alchimus: qui & Ioachim uocatus eſt . Rex autem Antiochus inueniens Philippum iam rebus imperantem:debellabat eum. Quem ſub ſua faciens poteſtate:occidit.Filius autem principis ſacerdotum Oniæ:de quo prædiximus adhuc puerulus defuncto patre relictus:uidens q; auunculum ſuum Menelaum rex interfeciſſet: & principatum ſacerdotii Alchimo dediſſet:non exiſtenti de genere ſacerdotum: ſed a Lyſia flexus:ut tranſponeret honorem ab ea familia ad aliam domum: fugit ad Prolomeum regem ægypti : & honorem meruit ab ipſo: & uxore eius Cleopatra:locumq; petiit in regione heliopolitana : ubi ſimile Hieroſolymorum ædificaret templum.De his quidem tempore opportuno exponemus.

Demetrius ſeleuci filius fugiens a roma:& perueniens tyrum:impoſuit ſibi diadema:interfecto Antiocho eupatore:cum duce ſuo lyſia: & de bachide quem miſit Demetrius cum exercitu compræhendere iudam. Cap. XV.

EOdem tempore fugiens Demetrius ſeleuci filius a Roma: & perueniens ad tyrum impoſuit ſibi diadema:& colligens quoſdã mercede conductos ſatellites:ingreſſus eſt ualam:omnibus libenter eum ſuſcipientibus.Compræhendẽtes uero & Antiochum regem cum Lyſia: uiuẽtes perducũt ad eum.Qui ſtatim iubente Demetrio interempti ſunt:cum regnaſſet Antiochus annis duobus:ſicut iam & alibi demonſtratum eſt.Conuenerunt autem ad eum multi iudeorum maligni & tranſfuge:cum quibus & Alchimus princeps ſacerdotum accuſabant uniuerſam gentem:& iudam:& fratres eius:dicentes q; oẽs amicos regis interfeciſſent:omneſq; eius fautores perdidiſſent:ſeipſos quoq; a propria terra iactatos:extorres patrio ſolo factos & rogabant etiam mitti aliquem ex iudeis amicis eius:qui certius de facinoribus iudæ renũciaret.Demetrius ergo cõmotus:miſit Bachidem:amicũ regis Antiochi epifanis:cui oĩs meſopotamia credita erat:dans ei exercitum:& principem ſacerdotũ Alchimum commendans: præcepitq; perimi iudam:& eos qui cum illo erant.Egreſſus itaq; de Antiochia Bachides: peruenit hieroſolymam:direxitq; nuncios ad iudam & fratres eius de amicicia uel pace loquens: dolo uolens illum capere.Ille uero minime credidit:uidens cum tanta multitudine exercitus eum adeſſe:quanta ad bellum:& non ad pacem ueniſſet.Sed quidam ex populo attendentes quæ bachi-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CREDOS LIBRES

des concionabat:& existimantes nihil se ab Alchimo seuum pati:consanguineo existente:ad eos transierunt:& sacramentum ab utrisq; acceperunt:nihil eos pati: neq; illos qui eiusdem fuerunt uoluntatis. Bachides uero trásgressus sacramentum:sexaginta ex eis interfecit:& alios qui ad eū transire cogitabant remorari fecit:prioribus fidem non custodiens. Descendens autem ab hierosolymis:cum ad uillam quæ dicitur birzitho uenisset:multos cœpit transfugas: & aliquos populi. Quos omnes occidens:denunciauit prouincialibus cunctis:ut ioachim obedirent. Cui aliquā militum partem relinquens ad prouinciam custodiendam:ad regem Demetrium antiochiam reuersus est. Ioachim uero principatum suum uolens confirmare:& credens:ꝙ si fidem præpararet multitudini:tutiorem sibi magistratum acquireret: omnes se ducebat uerbis & ad libitum unicuiq; loquens nimis uelociter manu ualida transfugarum circūseptus est. Cum quibus ministris circuibat prouinciam:& quantos in ea iudeos non sibi consentientes inuenisset: occidebat. Videns autem iudas ioachim magnum fieri: multosq; interfecisse uiros bonos & uenerabiles: ipse quoq; circuiens prouinciam occidebat partium eius fautores. Quod cum uidisset ioachim:& intellexisset minime se contra iudam ualere ad auxilia regis Demetrii conuertitur. Veniens igitur ad antiochiam incitauit eum Iudam accusans:quasi multa ab eo mala perpessus esset: & ampliora toleraturum nisi citius uindicaretur.

Qualiter dux nicanor post bachidé destinatus aduersus iudá:cū exercitu pȷiit. Cap. XVI.

TVnc Demetrius hoc & suis rebus noxium putans esse:si negligeret tanta iudæ facinora. Nicanorem fidelissimum amicum cum exercitu destinauit:qui cum eo a Roma ciuitate fugerat:præcipiens ei nullatenus genti parcere iudeorum. Nicanor uero perueniens ad hierosolymam:pugnare mox aduersus iudam minime decreuit. Dolo autem opprimere eum cupiens:mittit ei uerba pacifica dicens:nulla necessitate pugnandi uenisse:sed sacramentum præstare:ꝙ nihil seuissimum a rege pateretur. Hæc dicēte Nicanore:iudas & fratres eius flexit:nullamq; fraudem suspicati:data fide suscipiunt Nicanorem cum exercitu. Qui salutans Iudam:dum sermocinatur dedit signum propriis militibus:quatenus iudam compræhéderent. Qui cum insidias intellexisset:exiliuit & ad suos confugit. Patefacta uero uoluntate suæ & apertis insidiis:bellare Nicanor contra iudam decreuit:& pugnam præparans conflixit cum eo in uico Cafarsamala. Quem uictum compulit ad arcem hierosolymorum confugere. Cui descendenti ab arce ad templum:occurrentes aliqui sacerdotū & seniorum salutabant eum: & immolationes ostendebant:quas pro rege deo offerri dicebant. At ille īterminatus est eis templum se deponere:nisi redeunti sibi traderent iudam. Et hæc quidem interminatus: exiit ab hierosolymis. Sacerdotes autem propter dictorum eius merorem:in lachrymas proruperūt:& deo supplicabát eos ab interminatis periculis liberare. Cúq; Nicanor ab hierosolymis egressus:ī aliquo uico qui bethoron dicitur peruenisset:ibi castra constituit:ubi & alia præsidia de Syria destinata suscepit. Iudas autem in adassis altero uico:stadiis distáte triginta a Bethoron castrametatus est: mille tantum socios pugnæ habés quos hortatus ne pertimescerent multitudiné aduersariorum: sed qui sint & de quibus præmiis pericula paterentur cogitantes unanimiter hostes inuaderét: procedit in pugnam:& cōmittens fortissimum prælium cum nicanore:aduersarios ualde contriuit. Deinde ipse nicanor cum atrociter decertaret occisus est. Quo cadente:ducem perdens exercitus terga uertit ad fugam. Quos persequens iudas interficiebat:& sono tubaꝝ in circuitu positis significabat ꝙ hostes ꝑlio superati discederent. Quod audientes armati exiebant: & fugiétibus occurrentes occidebant eos. Ex quo ꝑlio nullus euasit dum nouem milium numerus extitisset. Quæ uictoria contigit tertiadecima mensis qui dicitur apud iudeos adar:apud macedones distris. Hác celebrant per omné annum:festum colentes diem. Et ex illo quidem tempore breui spacio gens iudeorum ab illis calamitatibus requieuit:sed postea ad certamina rursus & pericula redierunt. Principem autem sacerdotū ioachim uolentem deponere murum sanctuarii ueterem:& constructum ab antiquis prophetis:plaga quædam dei repentina percussit:ex qua mutus in terram cecidit:& tortus per multos dies detestabiliter expirauit: principatum sacerdotii tenens annis quattuor. Quo defuncto sacerdotium populus Iudæ contradidit.

Iudas mittens romá:rogabat ꝑ nūcios:romanos sibi auxiliatores eē & amicos. Cap. XVII.

QVi audiens uirtutem romanorum ꝙ expugnassent gallias : & hiberniam:& chartaginem libie:necnon & græciam subegissent:& reges perseum & philippum & magnum Antiochum deliberauit cum eis amicicias copulare:mittens romam amicos suos:eupolemum filium Ioánis & iasonem eleazari: rogabatq; per eos romanos auxiliatores sibi & amicos esse:& demetrio scribere quatenus non confligeret cum iudeis. Cúq; uenissent romam legati iudæ:senatus eos libenter excepit:& ea quæ petierunt celeriter annuit. Faciens ergo ob hoc senatusconsultum:exemplum quidem ad iudeam trásmisit:ipsum uero tabulis ereis scriptum in capitolio collocauit. Erat autem huiusmodi senatusconsultum:de auxiliis & de fide circa gentem iudeorum. Neminem subiectorum romanis debellare contra gentem permittimus iudeorum:nec alicui bellanti præbendum auxilium censemus:triticum aut naues:aut pecunias:

& siquis contra iudeos putauerit esse bellandum:sciat eis nos auxilia præstaturos: & rursus si romanorum quilibet inuaserit terram:iudeos eis omnibus modis obstaturos. Et si quid de hóc pacto gens iudeorum uoluerit uel addere:uel auferre communi sententia populi romani faciendū esse conuenit. Scriptum est autem hoc senatusconsultum per eupolemum Ioannis filium:& iasonem Eleazari:sub principe sacerdotum iuda:duce Symone fratre ipsius. Hæc quidem prima inter romanos & iudeos amicicia cognoscitur contigisse.

Quod rursus post mortem nicanoreis ad iudeam bachides transmissus triumphauit: & quéadmodum pugnans prostratus est. Cap. XVIII.

DEmetrius autem nunciata sibi morte nicanoris:& perditione militiæ:rursus ad iudeā Bachidem cum exercitu destinauit. Qui ab Antiochia egressus : ꝑuenit ad iudeá & in arbellis ciuitate galileæ castra cōstituit:& eos qui ibi in speluncis habitabant cū multi ad eas confugissent captos suis partibus aggregauit:exindeq; mouens:ad hierosolymam properabat. Qui audiens iudam in aliqua uilla nomine barziton castra locantem:cōtra eū alacriter festinabat cum peditum uiginti milibus:& equitum duobus milibus. Iudæ uero fuerūt omnes duo milia. Qui multitudinem Bachidis timentes tentoriaq; relinquentes: fugierunt oés præter octingentos. Iudas aūt propriis militibus destitutus:& hostibus imminentibus: nec tpus habens congregandi exercitū non dubitabat cum octingentis pugnam contra Bachidem cōmittere hortatusq; suos:ut hostes inuaderent:& pugná uiriliter sustinerent:cum illi dixissent:se non esse ad tantam magnitudiné exercitus idoneos : & suaderent nunc quidé discedere:& a periculis liberari postea uero inimicis collectis uiribus obuiare:nō hoc inquit uideat solis aspectus ut terga mea hostibus nudem:sed licet oīmodo immineat perire pugnantem:fortiter stabo:oīa uiriliter perferens futura pericula. Bachides uero producens de castris exercitū ad præliū:præparabat equites in utroq; cornu disponensq; fundibularios leuiores & arcarios ante omné aciem: ipse in dextro cornu constitit. Qui cū sic aciem ordinasset:iussit tubicinem signū dare. Hoc idem faciens & iudas:cōmittit cum hostibus pugná:& constanter ambobus certantibus:præliū usq; ad occasum:solis extensum est. Videns uero iudas Bachidem cū electis suis in dextro cornu ordinatū congregans animosiores uiros inuadit illá partem exercitus:& confligens ibi ordiné eorum dirrupit:& medios ad fugam conuertit:secutus eos usq; ad gazara. Videntes ergo fugá dexteræ patris in sinistro cornu erant:circūuenerunt:& iudam sequentem in medio eū obsederunt. Qui fugere minime ualens:circūseptus ab hostibus:stans pugnabat cum suis:multosq; interficiens aduersariorū:percussus interiit. Iuda uero interfecto:socii eius tali duce priuati:terga uerterūt. Cuius corpus ab hostibus sub pacto symon & ionathas fratres redimentes:perduxerunt ad Modin uillá: ubi & pater eoꝝ sepultus erat:lugente eū per multos dies populo hæbreoꝝ: & honorante secundum cōem & legytimam consuetudiné. Finis quidé talis iudam inuenit:uiꝝ fortem & magnum & bellicosum:& mandatoꝝ patris sui memorem:& oīa pro libertate ciuiū & facere & pati paratum. Tali ergo uirtute plenus:magná sibi gloriam & monimenta seruauit:liberans genté a Macedonū seruitute. Qui cum principatum sacerdotii tribus annis habuisset:defunctus est.

Incipit liber Tredecimus antiquitatis Iudaicæ.

Qualiter Ionathas frater Iudæ:defuncto eo ducatum suscepit. Et quemadmodum Bachidē debellans:facere eum amicicias secum:& a prouincia coegit abscendere. Cap. I.

QVibus modis gens iudeorum macedonibus in seruitute eam tenentibus libertatem recepit:& ꝙ per tanta certamina dux eorum iudas transiens defunctus est:pro ipsis bellás in uolumine interiore monstrauimus. Post interitum uero iudæ:iterum quicūq; erant impii & transgressores patriæ legis:uenerunt cōtra iudeos: & undiq; eos pessime molestabant. Adiuuabat autem eoꝝ malitiam fames quæ túc prouinciam omnem occupauit:ut multi propter inopiam necessariorum non tolerantes ambas calamitates famis:& inimicoꝝ: transfugerent ad macedones. Bachides interea iudeos qui patria reliquerunt solennia:& communem uitam elegerent congregans:custodiā eis prouinciæ tradidit. Qui tenétes amicos iudæ bachidi prodebát: quos torquens crudeliter occidebat. Tátis ergo iudei calamitatibus opressi:reliqui ex amicis iudæ uidentes miserabiliter genté pereuntem ad euntes fratrem eius Ionathan:rogabant eum:ut imitaretur fratrem suum:& illius erga suam gentem prouidentiā hortabantur:alias adhiberet:& ne despiceret populum sine defensore pereuntem. Ionatha uero promittente paratum se esse mori:pro cunctis:& credétes eum suo fratri parem existere:ducē iudeorum ordinauerunt. Quod bachides audiens & timens:ne regi uel macedonibus concitaret bel-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Ia Ionathas:ſicut olim Iudas dolo eũ interficere ſtatuit.Cuius uolũtas non latuit Ionathan neq; fratrem eius Symonem.Qui colligentes ſocios omnes ad deſerta confugierunt:& uenientes ſup aquam quæ dicitur lacus aſſar:ibidem cõmorabantur.Bachides autem ſentiẽs eos:diſceſſiſſe: & in illo loco conuerſari:contra eos omni cum ſua uirtute progreſſus eſt:& trans iordanem caſtra ponens refouebat exercitum.Ionathas cognoſcens Bachidem contra ſe uenire:mittit fratrẽ ioã nem qui Gaddi dicebatur ad nabutheos Arabas:ut apud ipſos deponerent ſuppellectilem: uſq; quo pugnarent contra Bachidem:erant enim amici.Ioanné ergo euntem ad nabutheos: inſidiis collocatis in nabath ciuitate filii Amri:capiunt eum una cũ ſuis:& rapientes oĩa quæ portabãt occidunt ioannem & omnes ſocios eos. Vindictam uero quam pro hoc receperunt a fratribus eius:poſtea demonſtrabo.Bachides autẽ cognoſcens ionathan in nemoribus iordanis caſtra poſuiſſe:obſeruans ſabbatoꝝ diem contra eũ uenit:tanq̃ non in ea pugnaturꝰ pp legem. Ille ſocios hortatus:& aĩæ eos pericula pati dicens:in medio cõprehenſos fluuii & hoſtiũ: & quia aufugere nõ haberent:dum hoſtis ante faciem:fluuius a retro prohiberent:orans ad deũ ut uictoriã ſibi p ſtaret:committit pugnã cum hoſtibus.Quoꝝ multos occidens:cũ uideret temerarium ſe Bachidem appetentẽ:dextramque ad feriendũ extendentẽ:præuidens plagãq; deuitans:cũ ſociis in fluuium exiliuit:& pernatans trans iordanẽ:periculum mortis euaſit.Nã bachides fluuio relicto:ad hieroſolymoꝝ arcem diſceſſit:uſq; ad duo milia ſuorum amittens.Qui ẽt multas iudeæ ciuitates capiens:muniuit hiericho & Amatutem & Bethoron:& Bethulam:& Phamnathan:& Faratonem:& Thochoam:& gazara:& turres in unaquaq; ciuitate conſtituens: & muros circũdans eis ualidos:& magnitudine p̃cellẽtes:cuſtodiã in eis ſtatuit:ut exinde iudeos affligeret. Arcem uero hieroſolymoꝝ cautius muniuit:& tollens filios nobiliũ iudeorum:obſides in arce concluſit.Eodem tpe ueniens quidam ad ionathan & fratrẽ eius ſymonem:nũciauit filios Amri celebrare nuptias:& nouã nuptam nobilem duci a Madaba ciuitate & Arabas cum pompa munificẽtiſſima. Ionathas tunc & Symon tempus putantes proſperũ ſibi ad fratris ioannis apparuiſſe uindictam cum multa potentia ſociorum egrediuntur ad Madaba:& inimicos inter montes inſidiis collocatis præſtolabantur.Vt aũt uirginem & ſponſum uiderũt:& multitudinem amicorum cum eis ſicut in nuptiis:exilientes ab inſidiis omnes occiderunt:& ornatum cum omni præda tollentes reuerſi ſunt:pœnam pro fratre ioanne a filiis amri talem exigentes.Nam ipſi cum ſequẽtibus amicis & uxoribus uel filiis:numero quadringenti perempti ſunt. Symon itaq; & ionathas ad oram iordanis reuerſi ibidem permanebant.Bachides autem omnem iudeam muniẽs:ad regem reuerſus eſt.Iudei uero duobus annis a bellorum tumultu requieuerunt.Tunc tranſfuge uel impii uidentes ionathã cum ſuis multam licentiã habere libertatis:dixerunt ad regẽ Demetriũ:petentes mitti Bachidẽ ut ionathã debellaret:quod facilius euenire pollicebant:ſi una nocte inopinabiliter eũ inuaderent.A rege ergo Bachides deſtinatus:perueniens ad iudeam oĩbus ſcripſit amicis & iudeis auxiliari ſibi:quatenus ionathan compræhenderẽt.Feſtinantibus autem eis & non ualẽtibus ionathan tenere:quia nimis ſe caute tractabat.Bachides ira commotus tranſfugarum primos quinquaginta: qui ſibi & regi mẽtiti ſunt occidit.Ionathas uero cum fratre uel ſociis ad Vthalagam uillam timens Bachidem abſceſſit:edificãſq; turres:& muro circũdans: eam habebat ualde munitam.Quod audiens Bachides:milites ſuos cum iudeorum auxiliatoribus perducens contra Ionathan peruenit:& ad eius munimina accedens:per dies multo obſidebat eũ.Qui obſidoni fortiter reſiſtens. Symonem quidem fratrem ſuum expugnaturum bachidem in ciuitate dimiſit:ipſe uero furtim egreditur in prouinciam:& congregans manum multam:nocte Bachidis inuadit exercitum & multos occidens:Symonem fratrem fecit aduentum ſuum cognoſcere. Qui ſentiens hoſtes interimi egreditur:& macedonum machinamenta obſidioni præparata ſuppoſitis flammis icendit:& multos eorum uiriliter interfecit.Videns autem Bachides ab inimicis ſe circunſeptum: quorum alios quidem ante ſe:alios autem retro conſpiciens turbatus hæc inſperate ſibi eueniſſe:in tráſfugas tanquã in deceptores ſuum furorem conuertit:uolebatq; ſi poſſet obſidione ſoluta ſine dedecore ad propria remeare.Cuius uoluntatem cognoſcẽs Ionathas: legatum ad eum pro amicitiis deſtinauit:quatenus redderẽt inuicem ſibi quos cœperant utriq; captiuos. Putans autem hanc honeſtiorem Bachides diſceſſionem:paciſcitur cum Ionatha & iurauerunt utriq; nunquam contra ſe arma præſumere:& captiuos dantes & recipientes:in antiochiam Bachides receſſit.Qui poſt hanc diſceſſionem:nequaquam ad iudeam deinceps peruenit. Ionathas uero hanc libertatem acquirens in Machina ciuitate populorum negotia diſponebat & maliuolis uel imptiis cruciatis:iudeorum gentem purgabat.

De Alexandro epifanis Antiochi filio ueniente a Syria:& ducente bellum contra Demetriũ. Et qualiter Demetrius legationem ad ionathan tranſmittens:componit cum eo amicicias: dona que ei multa præbuit. Cap. II.

ANno ſexageſimo & centeſimo epifanen Antiochi filium contigit ſyriam aſcendere:& Ptholomaidam capere ciuitatem: per proditionem militum intus commorantium. Erant enim ingrati circa Demetrium propter ſuperbiam ſuam: quia dum ſe

clauſiſſet in quadam turre regali quam non longe ab Antiochia conſtruxerat:a nemine uidebatur:ſed & rem publicam ut ſeditioſus negligebat.Vnde & odium ei a ſubiectis exortum eſt ſicut iam alibi demonſtrauimus. Igitur in ptholomaidẽ Demetrius audiens Alexandrum peruenire oẽm contra eũ produxit exercitũ.Direxit aũté & ad Ionathan legatos pro auxiliis:nã præcedere Alexandrũ ſtatuit:ueritus ne ille prius auxiliũ eius poſtularet:aut Ionathas memor malorũ ſeſe cũ inimicis coniungeret.Denunciauit ergo eũ multitudiné congregare:obſideſq; iudeoꝝ recipere:quos Bachides in arce hieroſolymoꝝ concluſerat.Talibus inter hæc a Demetrio Ionathas ad ſe nunciis uenientibus ad hieroſolymã peruenit:& epiſtolas regis audiẽte populo uel arcis cuſtodibus hilaris ſtimauit.Quibus relictis tráſfuge uel ſpii trepidauerũt: p̃cipiẽte rege q̃tenus Ionathas exercitũ cõgregaret:& obſides reciperet. Quos cũ accepiſſet:ſuis unumquéq; parẽtibus reddidit.Equidé Ionathas in hieroſolymis manſioné faciebat: renouans ciuitatem:ſuaq; uolũtate ſingula conſtruens:& edificans muros ciuitatis lapidibus quadratis:ut forent aduerſus hoſtes munitiſſimi.Quæ uidentes cuſtodes muniminũ:iudeam relinquentes oẽs in Antiochiam fugierũt præter illos qui in Bethſura ciuitate & in arce hieroſolymorum erant:quorum plurima pars impiorum & tranſfugarum fuit iudeorum.Quapropter caſtra non relinquerunt.

Quomodo alexander hæc audiens:& uincens Demetrium:principem ſacerdotum Ionathan ordinauit. Cap. III.

COgnoſcens aũté Alexãder promiſſiones quas demetrius fecerat Ionathe:& fortitudinem eius:& quãta diſpoſuerat bellans cõtra macedones:& iteꝝ qualia ipſe ptulerat a Demetrio:& Bachide duce Demetrii:& melius nihil inuenire:quã Ionathæ p̃ſidium: ad amicos dicebat in p̃ſenti tpe.Ionathas q & contra hoſtes fortis exiſtit: & odiũ hẽt propriũ in Demetrium a quo multa mala perpeſſus eſt:ſi uidet amicum eũ facere contra demetrium nunc debemus:non alias utilius eſt rogare eũ ad auxilium conferendũ. Cũq; ei & amicis placuiſſet:tranſmiſit ad Ionathan ſcribens talẽ epiſtolam.Rex Alexãder Ionathæ fratri ſalutem. Fortitudinẽ q̃dem & fidem tuã iam dudũ audiuimus.Et ideo tranſmiſimus ad te pro auxiliis:& ordinauimus te hodie principẽ ſacerdotum iudeoꝝ:& amicũ noſtrum uocari p̃cipimus. Iccirco etiã deſtinaui tibi pro munere purpureã ſtolã:& auream coronã: & peto honoratũ te a nobis: ſimilé erga nos fieri.Suſcipiens epiſtolã Ionathas:induit quidé ſacerdotali ſtola celebratiõe tabernaculoꝝ inſtãte:poſt q̃rtum annũ mortis Iude fratris ſui.Nã neq; p ipſum tp̃s princeps ſacerdotum aliquis cõſtitutus eſt.Collegit uero & multũ exercitum:& armoꝝ copiã quam ipſe conſtruxerat.Quod factũ ut puenit ad Demetriũ:nimis eũ multumq; cõtriſtauit:ſuáq; cœpit accuſare tarditatẽ:q; non ante Alexandrũ eſſet ipſe demens erga Ionathan. Verũtamé nec ſic diſtulit ſcribere ad ionathan:& ad populũ eius.Cuius exẽplar taliter exiſtebat.Rex Demetrius ionathæ gentiq; iudeoꝝ ſaluté.Quomõ noſtram ſeruaſtis amicitiã tẽptantibuſq; uos inimicis nõ cõſenſiſtis. Hanc ueſtrã quidé laudo fidẽ:& in his pmanere queſumus:recipiẽtes a nobis uicé uel gratiã:per quã mereamini uectigaliũ ueſtroꝝ releuationé.Et quicquid p̃deceſſoribus meis regibus uel mihi hactenus p̃bebatis:oĩa noueritis noſtra uobis largitate cõceſſa.Sup hæc ẽt pretiũ ſalis uobis: & coronaꝝ quas nobis offerebatis uel quod pro tertia parte frugũ:& medietate fructus lignorũ quod parti meæ cõpetebat:uobis ad hodierno die remitto.Sed & céſum ſingulorꝝ habitantiũ in iudea:qui noſtro erario proficiebat.Necnõ & triũ finitimarꝝ uobis p̃uinciarꝝ:Samariæ: uel Galileæ:& trans iordanẽ:uniuerſa uobis concedo:a nunc per oĩa tpa. Ciuitatẽq; hieroſolymoꝝ ſacram & inuiolabilẽ priuilegia ſua poſſidere:liberãq; cum ſuis cõfinibus a decima parte uectigaliũ eſſe præcipio.Arcem uero cõmitto ſacerdoti ueſtro ionathæ:ut quos ipſe probauerit fideles amicos:cuſtodes in eã deputet nobis ſeruandã.Captiuoſq; iudeoꝝ & ſeruiẽtes apud nos: liberos eos eſſe concedo.Nec poſt hanc ſanctionẽ iudeoꝝ iumenta uiolentiis angarioꝝ ſubiaceant.Sabbatum aũt uel oẽs dies feſtos & tres ante eos dies:ſine uectigalibus eſſe denuncio.Eodem mõ iudeos noſtrã terrã habitantes:liberos ac ſine leſione dimitto.Licentiãq; mihi militare uolentibus uſq; ad triginta milia p̃ſtamus:eadé quibus & meus utitur exercitus:ubicũq; ierint accepturi.Ordinabo ergo quoſdam eoꝝ in caſtris:quoſdã cuſtodes mei corporis:& duces in aula mea conſtituam.Præcipio uero magis ueſtris uti legibus:eaſq; cuſtodire:& tribus propoſitis í iudea legibus obedire Principẽq; ſacerdotum diligẽtiam habere uolo:ne quis iudeoꝝ aliud templum niſi hieroſolymitarꝝ ueneretur.Præbeo etiam ad ſumptus ímolationum per ſingulos annos:centũ quinquaginta milia dragmas:quæq; ſuperfuerint pecunias ueſtras eſſe uobis.Decẽ milia autem dragmas quas reges a templo accipiunt:uobis cedo:quia ſacerdotibus miniſtrantibus templo cõpetunt.Quicũq; itaq; ad hieroſolymoꝝ templũ uel intra eius fines confugerint:debitores regaliũ pecuniarꝝ:ſiue qualibet cã faciente:licentiam eis indemnitatis cõcedo:ſaluaſq; eoꝝ poſſeſſiones eſſe.Renouari uero templum impendiis ex meo factis muroſq; ciuitatis ſpondeo fabricari: turreſq; altas conſtruere.Et quicquid ad munimẽ ueſtrum neceſſe fuerit:meis ſtipendiis reſtaurare polliceor. Tantum eſt:ut quas cœpiſtis amicicias nobiſcum & fœdus:ſine ſimulatione ſeruetis. Hæc quidé promittens & blandiens Demetrius iudeis ſcripſit.Rex uero Alexander magnũ col-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ligens conductum exercitum:& milites qui de ſyria tranſierunt ad eum contra Demetrium dixit:pugnaq; cõmiſſa:cornu ſiniſtro demetrii aduerſarii ſunt fugati:& perſecutione diuina multi eoꝝ occiſi ſunt caſtraq; direpta:dextrum quoq; cornu in quo Demetrius præliabatur deuictũ eſt:& alii quidem omnes receſſerunt,Demetrius aũt fortiter pugnans non paucos hoſtiũ ꝓſtrauit.Cunq; fugans alios equus eius ceni baratro inheſiſſet minime fugere ualens occiditur.Nam uidentes hoſtes quod ei contigiſſet:reuerſi circũdederunt eũ:& oĩbus in eum iacula deſtinantibus:cum ille pedeſtris fortiter reſiſteret:poſtea multis perfoſſus uulneribus:nec ualens ſuſtentare collapſus eſt.Demetrii quidem talis extitit finis:qui regnum per undecim annos rexit:ſicut & alibi demonſtrauimus.

De amicitiis Oniæ cum Philometore Ptolomeo:per idem factis tempus:& ut edificauit templum quod Oniæ dicit:ſecundũ illud quod hieroſolymis erat. CAP. IIII.

ONiæ uero principis ſacerdotum filius : eodem nomine quo pater nuncupatus: quam alexandriam fugiſſe ad Ptolomeum regem cognomie Philometorem diximus: uidẽs iudeam a regibus macedonum mala pati:uolẽſq; memoriam & gloriam eternam ſui relinquere ad Ptolomeum regem & reginam Cleopatram tranſmiſit: petens licentiã quatenus templum edificaret in ægypto:ſimile hieroſolymoꝝ:leuitaſq; uel ſacerdotes de genere ſuo conſtitueret:quod deſiderabat cõfidens in propheta Yſaiæ:qui ante ſexcẽtos annos prædixerat q; oporteret in ægypto templum edificari maximo deo per uirum iudeũ. Iccirco elatus Onias Ptolomeo uel Cleopatræ huiuſmodi deſtinauit epiſtolam.Multa uel maxima uobis bellorum conficiens opera:& cum dei auxilio perueniens ad humilẽ Syriam:& phœnicẽ & in lenonũ ciuitatem Heliopolim:perq; alia loca multa ueniens præter conſtitutiones templa iudeos conſtruxiſſe reperi;quapropter & perfidos extitiſſe quod etiã ægyptiis accidit: propter templorum multitudinem uariarum regionũ.Opportunũ aũt locum inueni qui dicitur agreſtis bibaſte ciſtrum plenũ uaria materia:uel ſacris animalibus:& peto concedendũ mihi eũ domino tuo ſegregatũ:quatenus purgare templũ ibi dirutum:& edificare maximo deo poſſim menſura eadem & ſimile hieroſolymoꝝ pro te:tuaq; coniuge:uel filiis:quatenus habeant ægyptũ habitãtes iudei quo conuenientes ſecundum concordiã quã adinuicẽ habent:poſſint tuis utilitatibus miniſtrare.Nam & Yſaias propheta prædixerat eẽ in ægypto domino deo ſacrificiũ multaq; talia de ipo prædicauit.Hæc quidem Onias regi Ptolomeo ſcripta tranſmiſit.Conſiderent tamen aliqui pietatẽ eius & Cleopatræ ſuæ ſororis uel coniugis ex epiſtola quã ſcripſerunt.Nam peccatũ & legis trangreſſionẽ ſup caput Oniæ poſuerũt ſcribẽtes hæc.Rex Ptolomeus & regia Cleopatra Oniæ ſalutẽ.Legimus tuã petitionẽ in qua ſuggerebas permitti tibi in Lenonũ ciuitate tẽplũ heliopolitanũ dirutũ purgare qd' appellaſ agreſtis bibaſte. Quapropter miramur ſi deo gratũ ſit tẽplũ quod edificaturus ſis in tam luxurioſo loco:plenoq; ſacris animalibus.Sed quõ dixiſti Yſaiã ꝓphetam iã dudũ hoc ꝑdicaſſe cõcedimus tibi:ſi contra legẽ ueſtrã nõ eſt:ut nihil nos in deũ peccaſſe uideamur.Accipiens igit' locũ Onias edificauit templũ aráq; deo ſimilẽ hieroſolymoꝝ:minus tamen & pauperrimum.Menſura uero eius & uaſa minime uiſum eſt mihi nunc deſcribere. Nam in ſeptimo libro iudaicæ antiquitatis inſerta ſunt.Inuenit & Onias quoſdam ſui ſimiles in deos ſacerdotes & leuitas ibi religionẽ colẽtes.Sed de hoc tẽplo late narrauimus.In alexãdria uero iudeos & ſamaritas qui templũ temporibus Alexandri macedonis ſuper Garizĩ mõtẽ cõſtruxerunt:contigit contra ſe ſeditionem excitare:& ꝓpter tẽpla corã ipſo Ptolomeo certare : iudeis quidem dicentibus:ſecũdum legẽ moyſi templũ ſe in hieroſolymis conſtruxiſſe: ſamaritanis aũt in garizĩ:& ſupplicauerunt ut cũ amicis rex conſederet:audiens de his altercationẽ uictoſq; mor te multaret:cum pro ſamaritis Sabbeus & Theodoſius intimaſſent;pro iudeis uero & hieroſolymitis andronicus meſalamis; iurauerunt per deũ corã rege ſecundum legem dicta ſua probare petiueruntq; ptolomeũ quatenus iuſiurandi tranſgreſſores perimeret.Rex ergo multos ſecum aſcos in cõciliũ cõgregãs:ſedit ptes audire. Tũc iudei alexãdria cõſtituti timebãt nimis de uiris q pro tẽpli hieroſolymitãi pte diſſerebãt nã atrociter ferebãt:ſi hoc tã antiquũ & nobile p uniuerſum mũdũ tẽplũ ſolueret.Cũq; Sabbeus & Theodoſius cõceſſiſſent ut primus Andronicus uerba faceret:idẽ Andronicus approbationẽ facere ſuã cœpit ex lege uel ꝑdeceſſoribus pricipũ ſacerdotũ qs ex quo genere honorẽ ſacerdotii a patre ſuſcepiſſet:& quõ oẽs aſyæ reges tẽplũ uariis oblationibus & clariſſimis donis honorauerũt:de garizĩ uero tẽplo neminẽ ſermonẽ feciſſe. Quæ dicens Andronicus:& his multa ſimilia:regẽ flexit ſniam ꝓnũciare decernẽdã: tẽplũ hieroſolymitarum ſecũdũ leges moyſi fabricatũ fuiſſe:Sabbeũ aũt & Theodoſiũ interficiẽdos , Hæc ſunt quæ cõtigerunt iudeis in alexandria temporibus Ptolomei Philometoris.

Quẽadmodũ Alexander defuncto Demetrio;accepit regnũ Syriæ;iũcta ſibi in matrimoniũ filia Ptolomei:& qa aſcitias cũ Ionatha faciẽs magnifice eũ honorauit. CAP. V.

Taqꝫ Demetrio in pugna pempto:ſicut ſupius indicauimus: Alexãder accipiẽs regnũ ſyriæ:ſcripſit ptolomeo:ut acciperet i matrimonio ſuo filiã eius:iuſtũq; hoc dicebat eſſe:cũ paternũ obtinuiſſet principatũ:& per dei prouidentiã in eo perductus fuiſſet

poſt perditionem Demetrii:ſed ẽt per alia multa dignum ſe eius familiaritate: uel cognatione dicebat.Ptolomeus uero libenter ſponſalia accipiens reſcripſit dicens:gauiſum ſe eſſe q; paternum ſuſcepiſſet principatum:daturũq; ei ſuam filiam ꝓmiſit:& occurrere iuſſit eum ad ptolomaidã: quatenus ei filiã ſuam iure traderet nuptiali.Tunc ipſe puellã ad ptolomaidam ab ægypto ꝓducendam:ubiq; coniugendam eſſe conſtituit.Ptolomeus quidem hæc ſcribens : ꝑpe ad ptolomaidam peruenit:filiam Cleopatram ſecum adducens:ubi ſecundum cõſtitutũ: alexandrũ repperit: filiãq; ſuã ei coniunxit:dotem argento uel auro ſecundum regiam quantitatẽ complens.Cunq; nuptiæ celebrarent' ſcribens Alexander Ionathæ principi ſacerdotũ : iuſſit eum ad ptolomaidã feſtinare.Qui perueniens ad reges:munificenter eis offerens dona:claro apud eos honore potiebatur. Tunc Alexander cõpulit eum propria ueſte exutum purpura indui; ſimulq; ſup tribunal ſecum ſedere:iuſſitq; duces cum eo procedere:perq; mediã ciuitatem clamare:nemini contra eũ quicq̃ dicere:uel cauſas licere connectere.Quod cum duces feciſſent regis:erga Ionathæ inuidẽtes hi q parati fuerãt eũ accuſare:ſimul cũ inimicis eius,ꝓfugerũt ueriti:ne qd peſſimũ paterent'. Tanto uero ſtudio rex Alexãder dilexit Ionathã:ut primũ eũ ſuoꝝ deſcriberet amicoꝝ.

Vt Demetrius Demetrii filius:nauigans in Syriam a Creta cũ exercitu conturbauit Alexandrum fama aduentus ſui.Et de Appollonio duce Alexandri:qui bellum mouit aduerſum Ionathan : ipſo tamen Ionatha triumphum obtinente. CAP. VI.

ENteſimo & ſexageſimoquinto anno: Demetrius Demetrii filius cũ multis cõductis quos ei Laſthenus cretenſis præſtiterat a Creta ad Ciliciam nauigauit. Quod Alexander audiens in pauore turbaq; alias timore cõſtitutus continuo de phœnicia ad antiochiam feſtinauit ut prius q̃ huc peruenirent Demetrius;eam tute diſponeret. Reliquit uero humilis ſyriæ ducẽ appollonĩũ:cognomine Titum:qui cũ multo exercitu ꝓfectus ad Iamniam:Ionathæ principi ſacerdotũ mandauit dicens.Iniuſtũ eſſe eum ſolũ cũ licentia uel poteſtate uiuere: nõ obediẽtẽ regi ſibiq; dicebat hoc magnum obprobriũ ab omnibus inferri:q; eũ non ſubigeret regi.Non ergo te inqt in mõtibus abſcondas:arbitratus fortitudinem te habere: ſed ſi confidas tuæ uirtuti deſcende:quatenus per campũ noſtri milites confligant: & fortiſſimi belli euentus demonſtret uictoriam meis uel tuis.Scito tamen optimos ab unaq̃q; ciuitate mihi cõmilitones iunctos:qui ſemp tuos proauos euicerunt.Contra nos alias nobis aũt in tali terra certandũ eſt:ubi non lapidibus ſed armis decet fortiſſime præliari:ne ſit locus tibi quo ualeas deuictus effugere.His incitatus Ionathas:decem milia militũ eligens ab hieroſolymis egreditur cum fratre Symone:peruenienſq; ad Ioppẽ:caſtra iuxta ciuitatẽ diſpoſuit. Nam ioppenſes portas cõcluſerant:intus habẽtes cuſtodias ab Appollonio cõſtitutas:Cunq; Ionathas obſidere paraſſet eos: timentes ne ſuã ciuitatem deuaſtaret portas aperiũt. Appollonius uero captam audiens Ioppem a Ionathã:tria milia equitũ ſumens:& octo milia peditum ad Azotum peruenit : & exinde tacite paulatimq; uiam ſibi perfecit.Cũ ergo ueniſſet in Ioppem tamq̃ recedens: Ionathã trahit ad campum:confidens equitibus & ſpẽ in eis habens ſuæ uictoriæ.Cunq; proceſſiſſet Ionathas: ſequebatur eum ad Azotum appollonium:qui cum ad campum uidiſſet hoſtem ueniſſe:conuerſus pugnã cũ eo cõmiſit.Mille itaq; equites appollonius ad inſidias in aliquo torrente diſpoſuerat;qui retro inimicis inſiſterent. Quod ſenciẽs Ionathas:nõ ẽ turbatus:ſed ordinans in quadro exercitũ:ut per ambas partes inimicos exciperent:hortatus eſt: ut fortiter ante uel retro pugnãtibus ubiq; reſiſteret. Prælio autem uſq; ad ueſperam procedente dans fratri Symoni partem exercitus:iuſſit aduerſariorum eum aciem inuadere:ſuiſq; præcepit:teſtudine facta ſagittas equitũ excipere.Qui cum præcepta feciſſent nihil letebantur:q̃uis hoſtes ſuper eos frequentia tela librarent:uſquequo ſuas euacuaſſent pharetras.Nam ſagittæ corpora clypeis ſepta:minime contingebant:cum conſtipatione teſtudinis tela uenientia refugarentur. Cum uero a primo mane uſq; ueſpere iaculantes aduerſarii defeciſſent:intelligens Symon laſſos eos:inuadit aciem : fortiterq; cum ſuis militibus dimicans:fugauit inimicos. Videntes autem equites pedites ad fugam conuerſos:& ſpe eorum decepti ſine decore & turpiter abſceſſerunt:& per omnem campum diſperſi fugierunt.Quos ſecutus Ionathas uſq; ad Azotum multos occidit eorum.Qui de ſua ſalute deſperantes:ad templum Dagonis confugerunt:quod erat in Azoto. Capiens aũt incurſione ſua ei uitatem ionathas:incẽdit eam:& omnes circa eam uicos.neq; pepercit templo Dagonis: ſed etiã flamminis conſumpſit:& eos qui ibi confugerant interfici.Multitudo uero quæ in illo concidit prælio una cum illis qui i templo confugerant:octo milia fugerunt. Vincens ergo tantum Ionathas exercitum:ab Azoto diſceſſit:& ad Aſcalon uenit:& foras ciuitatem caſtra cõſtituenti: territi aſcalonite:in occurſum ei exierunt dona portantes. Qui laudans eorum uoluntatem reuerſus eſt ad hieroſolymam: multam prædam ferens : quam uidebatur a uictis hoſtibus abſtuliſſe. Alexander autem deuictum audiens ducem ſuum appollonium : ſimulauit gaudium : q; præter eius ſententiam cum ionathã conflixiſſet:qui eius amicus erat; mittitq; teſtimonium ionathæ: præbens præmium & honorem:& torquem aureum;ſicut ſolet affinibus regis dari : eiq; commiſit Accaronis prouinciæ magiſtratum.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS.USAL.ES

De insidiis quas Alexander parauit Ptolomeo:quas depræhendens Ptolomeus:iratus ablatis eius matrimonio filiam suam iunxit Demetrio filio Demetrii cum quo etiam duxit exercitum contra Alexandrum:quo deuicto ipse quoq; periit:Demetrio Asyæ principatum obtinente:q & aicitias fecit cũ Ionatha:confirmans ei principatum sacerdotii. CAP. VII.

EOdem tempore rex Ptolomeus philometor dictus:naualem ducens exercitum & pedites:ad Syriam ueniebat:Alexandro suo genero solatia præbiturus. Qué oẽs ciuitates studiose alexandro præcipiente suscipiebant:& deducebant usq; ad Gazotum:ubi oẽs proclamabant:accusantes Ionathan ꝙ templum incẽdisset & destruxisset: prouinciamq; uastasset:multosq; eoꝝ interemisset.Quæ Ptolomeus audiens tacuit.Ionathas aũt i Ioppen occurrit Ptolomeo dona clarissima uel honorem ab eo ꝑcipiens: & producens eum usq; ad fluuium qui Eleutherus appellat̃ ad hierosolymam:remeauit.Perueniens ergo Ptolomaidẽ:ꝓter omnẽ spem paulominus habuit interfici Ptolomeus insidiis Alexandri quas ei per ammonium amicũ parauerat.Manifestis aũt factis insidiis Ptolomeus Alexãdro scribit: ad pœnã Ammonii petens:& dicens insidias se ab eo passum:& uindictã sumere iustũ eẽ.Alexandro uero nõ concedente Ptolomeus intellexit illũ cãm insidiaꝝ extitisse. Quapropter ei factus est odiosus. Antiochenis aũt & prius erat odibilis Alexander propter Ammoniũ:multa nãq; per eũ passi fuerant:& pœnam quidẽ ab ammonio pro eius delictis exigerunt:occidentes eũ qui tãq̃ mulier se ꝓpendebat abscõdere habitu circũdatus fœmineo:sicut alibi dictũ ẽ.Ptolomeus itaq; accusans eũ ut proditorem nuptiaꝝ filiæ suæ:trãsgressorẽq; auxilii quod ei cõtra Demetriũ deduxisset: soluit affinitatẽ.Nam & auferens suã filiam: ad Demetriũ legationẽ direxit:aĩcitiã cũ eo cõponens: filiãq; daturũ se illi uxorẽ & restituere paterno eũ principatui cõpromittens. Demetrius uero gaudẽs suscepit legationẽ & nuptias.Tũ nimius iã ptolomeo labor restabat:flectere antiochenos:ut Demetriũ susciperent:nã inimici eius fuerunt:eo ꝙ a patre eius Demetrio multa pessima passi fuissent:& alexandro tamen antiocheni ꝓpter ammoniũ irascebantur:ut prædiximus. Qui pulsus ab antiochia:in ciliciã usq; peruenit.Ptolomeus ergo ad antiochenos ueniens:rex ab illis & militibus ordinatur:coactusq; duo sibi duodemata superposuit:unũ asyæ:alterũ ægypti. Benignus aũt & iustus existẽs:nec cõcupiscens aliena:sed & futura ꝓuidens:recusare regnũ decreuit:ne romanos offenderet:ideoq; antiochenos in cõtionẽ cõgregans:flectit eos ut Demetriũ susciperent dicens eum nequaq̃ pro patre dolorẽ seruaturũ: si bene mereret̃ ab eis:doctorẽ aũt i bonis & ducem se illi eẽ:nec se fallacibus negociis immiscere:sibi aũt dicebat ægypti regnũ sufficere. Quæ differens flectit antiochenos Demetrium suscipere.Alexandro uero cũ magna militia uel apparatu ad Syriam a Cilicia profecto:terrãq; antiochenoꝝ ꝑdante Ptolomeus cũ genero contra eũ duxit exercitũ.nam iã filiam suã matrimoniali iure Demetrio contradiderat:& uincens Alexandrum:ad Arabiam fugauit eũ.Contigit aũt in ꝑlio:ut equus ptolomei uocẽ elephantis audiens ptolomeũ iactaret. Quod cũ uidissent hostes:impetum super eũ fecerũt:multisq; uulneribus caput eius perforantes:ad periculũ mortis eũ adduxerunt.Sed custodes corporis eius rapientes eũ liberauerunt:& ita per quattuor dies defectus iacuit:ut nec loqui nec intelligere potuisset.Alexandri uero caput arabũ potentissimus Zabilus abscidens ptolomeo transmisit. Qui die quinto releuatus a uulnerum dolore: suauẽ sibi rem summũq; spectaculũ alexandri morte simul & capite uidit:qui tamen paulopost uitã finiuit:pro alexandri morte gaudio summo cõpletus. Regnauit ergo asyæ Alexander qui dictus est Balans annis quinq;:sicut in aliis demõstratum est. Suscipiẽs uero principatum Demetrius qui Nicanor appellabat̃: fraudibus corrũpere cœpit ptolomei militiam oblitus:& ꝙ socer eius & auxiliator fuisset:& affinis ꝑ connubiũ Cleopatræ.Quapropter milites ptolomei ad Alexandriã confugierunt:Elephãtos aũt Demetrius cõpræhendit.Ionathas interea princeps sacerdotũ ex omni iudea sibi milites cõgregãs:arcem hierosolymoꝝ obsidebat ubi custodia macedonum:& trangressoꝝ multitudo locata uidebat̃.Et hi quidẽ contẽnebãt Ionathan facientem machinamenta:cõfidentes loci munitionibus. Noctu uero quidem maliuoli iudei exeuntes:uenerunt ad Demetrium:arcis obsidionem nũciantes.Qui nũcio incitatus:exercitum contra ionathan ab antiochia eduxit.Cũq; ad ptolomaidem peruenisset:scripsit ionathæ præcipiens ad ptolomaidem eũ citius occurrere.Ionathas aũt obsidionem quidem minime soluere decreuit:seniores uero populi.& sacerdotes congregans:& aurũ & argentũ & uestem: cum multitudine donoꝝ deportans:ad Demetrium usq; peruenit. Quæ cũ obtulisset: irã eius molliuit:& honoratus firmũ ab eo principatũ sacerdotii suscepit:quẽ a regibus ante ipsum donatum possidebat:accusantibusq; eũ transfugis:Demetrius eis nõ credidit:sed & petenti quatenus pro omni iudea:uel tribus prouinciis:Samaria:uel Ioppe: uel Galilea:trecẽta tantũ daret talenta pro omnibus his epistolã ei ꝑstitit:quæ uerba huiuscemodi continebat.Rex Demetrius Ionathæ fratri:gentiq; iudeoꝝ salutem.Exemplum epistolæ quã Lasteni cognato nostro scripsimus: transmissimus uobis:ut eam noueritis.Rex demetrius Lasteni patri salutẽ.Iudeoꝝ gẽti nobis amicæ nostraq; iussa seruanti:pro fide decreui dona ꝑbere:& tres possessiões Afferema: Belscelida: uel Ramathe:quæ additæ sunt iudeis de Samaria:& his attinentia: & quantacunq; ab imolantibus

hierosolymoꝝ reges accipiebãt ãte me:uel quæcunq; de fructu terræ:uel plantatis:omniaq; alia quæ nostro competunt iuri:uel paludes salis uel pro coronis quæ nobis offerebantur eis concedo.& nihil extorqueatur ab his ammodo & imposterum.Cura igitur ut huius epistolæ fiat exẽplar & detur ionathæ:quatenus in nobili loco templi reponatur.Hæc scripta fuerant. Videns ergo demetrius pacem:nullumq; superesse periculum:nec belli timorem:soluit exercitum stipendiaq; eorum iminuit: & solis illis sumptus præbebat:q cum eo a creta uel aliis insulis uenerant. Vnde odium uel inimiciciæ militum contra eum conflate sunt:quibus ipse quidem nihil præbebat:reges uero ante ipsum eis annonas etiam in pace subministrabant:ut eos in certaminibus si oporteret pro se fideles & pronos haberent:atq; paratissimos in re bellica & pacis cum omni haberent confidentia expetere.

De triphone apameno:qui bellans contra Demetrium:antiocho filio Alexandri tradidit prĩcipatum componens amicicias cum ionatha. Cap. VIII.

INtelligens itaq; odium militum circa demetrium alexãdri quidam dux:apamenus genere:diodotus nomine:qui & triphon dicebatur:uenit ad malchum arabũ:qui filium alexandri antiochum nutrierat:manifestansq; ei inimicicias exercitus quas contra demetrium habebant dari sibi petebat antiochum:nam regẽ eum facere:uel paternũ prĩcipatum ei se restituere dicebat.Qui primum resistebat:minime credens:post uero multo tp̃e triphone petente:uincit̃ malchus:flexusq; uoluntate sua est ad ea q̃ triphon petebat. Princeps autẽ sacerdotum ionathas capere uolẽs arcẽ hierosolymoꝝ: & iudeos transfugas:uel ĩpios omnesq; q per totam prouinciam custodes erant:transmittentes ad demetrium legatos cum donis:rogabat ut de castellis iudæ custodes eiiceret. Cui rex non hæc tantũ se præbere: sed etiã his maiora promittebat: post finem belli quod præ manibus habebat:petebat uero eũ & auxilia trãsmittere:mãdans ꝙ exercitus suus ab eo recessisset.Tunc ionathas tria milia militum eligens destinauit.Antiocheni uero demetrium propter hæc quæ passi fuerant abhorrentes:& propter patrem eius:q multa contra eos mala commiserat:tempus seruabant quo potuissent eũ inuadere:uidentesq; auxilia uenisse demetrio ab ionatha:arbitratiq; ꝙ multa congregaret auxilia nisi præcederent eum arma ceperunt: & circunstantes aulam obsidionis mõ:coacto exercitu parati regem conabantur opprimere.Ille ergo uidens populum hostiliter se cum armis inuadere:colligens conductos & ab ionatha transmissos iudeos:cum antiochenis confligit:quoꝝ uim nõ ferens uincitur.Videntes autem iudei sic Antiochenos atrociter expugnantes: super palacii culmen ascẽderunt:unde illos uulnerantes:ipsi quidem propter altitudinem tectoꝝ minime ledebantur:illos uero celis ꝓsternebant quæ de superioribus ad ĩferiora iactabant:& sic eos de proximis domibus repulerũt Deinde igne supposito:flamma totam ciuitatem ex lignis constructam tectorum spissitudinem deuorauit.Antiocheni uero nequaquam ualentes extinguere ignem:ad fugam conuersi sunt:& cum iudei de tecto ad tectum desilirent:& ita eos ꝑsequerent̃:ãmirabilem contigit fieri ãtiochẽsium depulsionem. Rex autẽ ut uidit ãtiochenos filios suos:& uxores suas uelle saluare:quapropter & pugnam reliquisse:ꝑ angustas uias inuadit eos:& cõfligens cũ eis multos interfecit: ita ut cogerent̃ armis proiectis se demetrio.Qui ueniã eis ꝓ facinoribus cõcessit:seditionẽq; cõpescuit. Donauit etiã iudeis partem prædæ.Cãm itẽ uictoriæ suæ factos eos ꝓfessus:gratias agens ionathæ ad hierosolymã transmisit:laudans eũ ꝓ auxiliis destinatis.Post autẽ maliuolus contra eum extitit:ꝓmissionesq; fraudauit:bellumq; minatus est:nisi cũcta redderet tributa:quæ iudeoꝝ prioribus regibus syriæ ꝑsoluebat.Et hæc fecisset:nisi triphon impetum eius ꝓhibuisset:& apparatum eius contra ionathan:erga suas uertisset curas.Reuersus enim triphon ex arabia cum puero antiocho:imponit ei q̃uis adolescenti diadema. Cunq; oẽs milites transissent ad eum:demetriũ deserentes:bellum cõtra demetriũ ꝓducit:& cõfligens cũ eo uictoriã obtinuit:& elephantos cũ antiochensiũ ciuitate subiecit.Demetrius uero uictus ad ciliciã recessit.Antiochus ãt legatos ad ionathan destinans & litteras:amicũ eũ sibi parauit:& principatũ sacerdotii cõfirmauit & q̃tuor ꝓuincias quæ terræ iudeoꝝ additæ fuerant:insup & aurea uasa uel pocula:& purpuream uestẽ ei trãsmisit:hisq; oĩbus ei uti ꝑmisit:& fibulã aureã ei donauit primũq; amicũ suũ uocauit:Symonẽ ãt fratrẽ eius ducẽ sup oẽm militiã a regione tyri usq; ad ægyptũ cõstituit. Ionathas ergo de donationibus ãtiochi gauisus mittẽs ad eũ:& ad triphonẽ legatos:amicũ se eis ꝓcessus ẽ:& pugnare cũ eo cõtra demetriũ insinuãs ꝓ ꝑmiis laboꝝ nõ parua mala a demetrio se eẽ ꝑpessum.Cõcedente igit̃ ãtiocho a syria uel phœnicæ ut cõgregaret exercitũ:quatenus cũ ducibus demetrii cõfligeret:statim ad ciuitates exiit.Quæ cũ eũ splendidissime suscepissent:exercitũ dare nõ distulerũt.Veniẽs ãt ad ascalonã ciuitatẽ:& munificẽter cũ donis sibi occurrẽtibus:hosipsos petebat:& unamquãq; humilis syriæ ciuitatẽ a demetrio desistentẽ ad partes antiochi trãsire:ac secũ bellũ ꝓducere ꝓ ultione demetrii:ex his quæ quondã in eis peccasset:esse dicens dignas occasiones ꝑ quas hæc cogitare deberent.Cunq; flexisset ciuitates auxiliũ ãtiocho mittere peruenit ad gazã: sperans se & hoꝝ fidẽ ad antiochũ cõuertere.Multũ uero præter quod sperauerat aliter gazeos inuenit:q durissima obiectione nõ eũ suscipere:nec demetriũ relinq̃re decreuerũt.Quo dũ iona

thas:concitatus esset:ad obsessionem eorum & afflictionem prouinciæ parátur.Nam partẽ militiæ circa gazam disponens:cum reliqua ipse percurrens:cuncta prædabat uel incendebat.Quæ cum uidissent gazei:nullũq; auxilium a demetrio sibi uenisse cõspicerent:& periculum præsens: adiutoriũ uero lõge & incertũ esse utrũ uẽiret,optimũ eẽ decreuerũt:hũc dimittẽtes illi obedire. Faciẽtes igit ad ionathã amicicias auxilia ꝓmiserũt.Hoies enim ante maloꝝ pitiã utilitates non intelligunt suas sed cũ in malis fuerint cõstitutit:tũc mente ꝓcipiũt & agunt:q̃ nihil lesi facere debuerũt.Ionathas cõsentiens eis de amicitiis:tollẽsq; obsides ad hierosolymã trãsmisit ipse uero totam ꝓuinciam ꝓcurrit usq; ad damascũ:dum demetrii duces audisset ad cedessam cum multa manu uenisse. Cedessa inter tirũ & galileam cõsistit. Nã hoc desiderabãt duces demetrii:ut de syria eũ ad galileã traherẽt:putãtes minime eũ pati galileos sibi subiectos affligi.Cunq; ionathas eis occurrisset:symonẽ fratrẽ in iudea ducẽ reliquit. Qui multum exercitũ de prouincia congregans: bethurã obsedebat:locũ iudæ munitissimũ:nã tenebat eã demetrii custodia:sicut & prius a nobis demonstratũ é. Vt ergo aggerẽ cõposuisse symonẽ uiderũt:& machinamenta cõstituisse:multaq; uisũ idustria cõtra bethsuræ obsidionem:timuerũt custodes ne capto loco interirẽt:& mittẽtes ad symonem:petebãt fidẽ accipere:ne quid ab eo pessimũ paterent. Qui cũ fidẽ dedisset:illos quidem de ciuitate tulit:suãq; custodiã ibi cõstituit.Ionathas itaq; exiens a galilea ab aquis quæ genisaron dicunt:nã ibi sua castra posuerat:ad campũ qui dicit asor puenit:nesciẽs illic hostes existere.Demetrii uero duces cũ ante unũ diẽ cognouissent cõtra se Ionathan uenire:insidias ei permõtem collocauerunt:ipsiq; cũ electis militibus i cãpo ei occurrerũt.Quos cũ uidisset ionathas ad pugnã paratos:hortabat suos. Illi uero q a demetrii ducibus ꝓ insidias erãt locati:a retro iudeos inuadũt. Qui cũ timerent ne in medio capti perirẽt:ad fugam se dederũt.Et ibi quidem omnes reliquerũt ionathan:pauci uero cum eo numero quinquaginta remanserunt:& mathathias salomoni:& iudas calfi:qui duces erant totius exercitus.Hi audacter & insperate super inimicos irruentes:atrociter eos fugauerunt . Tunc uero milites ionathæ qui discesserant:ut uiderunt hostes ad fugam uersos congregati persequebantur eos:& hoc fecerunt usq; ad cedessam:quo castra hostium erant. Victor igitur ionathas in illa pugna refulsit:duo milia prosternens inimicorum:& ad hierosolymam reuersus est.Qui cum uidisset omnia sibi dei prouidentia secundum suam accedere uoluntatem:legatos romam destinauit:reuocare cupiens olim cum gente iudeorum amicicias celebratas:suisq; legatis præcepit:ut redeuntes ab Ytalia: per sparciatas transirent:quos deberent ad memoriam amiciciæ uel cognationis reducere. Qui cũ romam uenissent:& ingressi ad senatũ:mandata pricipis sacerdotum Ionathæ dixissent:ꝙ eos mitteret amicicias renouare: quæ prius per senatum de iudeoꝝ amicitiis fuissent statutæ:Senatus dedit eis reportandas epistolas ad omnes asyæ reges:& magistratus ciuitatum:quatenus per eos illesi ad propria remearent.Reuertens autem ad sparciatas uenerũt:& epistolas Ionathæ eis porrexerunt:cuius exemplũ hmõi fuerat.Ionathas princeps sacerdotum gentis iudeorum:uel curia & collegium sacerdotum:presidibus & senatui:& populo lacædemonioꝝ salutem.Si salus uobis publica uel priuata bene procedit:sic est ut uolumus:salui ãt sumus & nos in prioribus tamẽ tẽporibus epistola nostro pricipi sacerdotum oniæ uestro rege areo:& ab omni populo missa est de uestra simul & nostra cognatione: cuius exemplũ subiacet epistolæ:quam quidem libenter suscipimus & populo & areo fautores facti sumus:non egentes huius rei approbatione:quia ꝑ sacras nostras litteras hoc esse credimus.Initio ergo recognitionis non credidimus nos primi facere:ne præripe uideremur uestrã gloriam : Multo uero transacto tempore:ex quo familiaritas communis extitit : in sacris & constitutis diebus deum pro uestra salute uel uictoria sacrificiis deprecamur : & cum multa nos circunstetissent bella per auaritiam uicinorum nec uobis nec aliis propinquis molestos nos esse decreuimus . Postq̃ autem hostes expugnauimus:legatos ad romanos transmisimus:numerum antiochi : & antipatrum iasonis senatorio apud nos ꝺeptos honore:quibus dedimus etiam ad uos epistolam:quatenus renouent uobiscum cognationem. Bene igitur facitis si & uos rescripseritis & manducaueritis siquid forsitan indigetis minime dubitantes:nos erga uestrum affectũ impigros existere. Lacædemonii uero libenter legatos suscipiunt:& componentes pacta cũ eis de amicitiis dimiserunt.Eodem tempore tres hereses iudeorum fuerãt: quæ de rebus humanis diuersa credebant:quarum una pharisea dicebatur:altera sadducea:tertia essenoꝝ.Igit pharisei dicebãt: fata non omnia:sed aliqua gubernare:altera uero quæ accidunt ꝑ se cõsistere:genus aũt essenoꝝ omnia sub fato esse confirmat:& nihil esse:quod hominibus nõ illius decreto prouenìat.Sadducei fatum quidem nihil esse estimãt: neq; ꝑ eum humana concludi:sed omnia nostræ supponunt potestati: bonorumq; nosipsos autores fatentur:& peiora per nostram elegi dementiam.Sed de his quidem certius in secundo historiæ iudaicæ libro demonstrauimus . Demetrii autem duces cum uellent pugnam in qua uicti sunt restaurare : ampliores priori exercitu uires congregantes:contra Ionathan uenerunt . Qui cum audisset hoc: citius eis ad anathetidinẽ occurrit: neq; tardare decreuit:usqquo ingrederentur iudeam: castraq; disponens non longius ab hostibus quinquaginta stadiis mittit speculatores qui castra deberent ostium perscrutari.Cũq; omnia enũciassent:& aliquos nocte cœpissent:q̃ aduersarios supuẽturos idicabãt:custodias extra disposuit:& exercitũ ꝑ totã noctẽ armatũ habebat:præcepitq; ut forti animo essent: & si oporterẽt etiam nocte pugnarẽt: ne repẽtino ipetu turbarent. Demetrii uero duces cũ audissent Ionathan cognouisse suum consiliũ:perturbati ꝙ inimici manifestati fuissent:nullomõ ualebant per insidias eos inuadere.ex eo ꝙ se credebãt nõ esse pares Ionathæ.Nam militibus fugã meditati sunt multaq; facientes incendia discesserunt:ita ut hæc uidentes iudei: putarent eos esse mansuros. Ionathas autẽ cum ad castra eorum mane uenisset:inuenit ea diserta.Cunq; intellexisset eos fugisse persequebatur:quos nullatenus ualuit compræhendere.Nam iam liberum alias ligerum nomine fluuium transierant.Vnde reuersus ad arabiam:nabutheos expugnabat:multamq; eorum prædam ambigens:captiuosq; duces: peruenit ad damascum:ubi omnia ille reposuit.Per idẽ tẽpus frater eius symon omnem ꝑagrãs iudeã & palestinã:usq; ad ascalon muniuit castella.Quæ ædificiis & custodiis tuta fecisset:ad ioppẽ peruenit: & occupans eam:magnam introduxit ibi custodiam . Nã audierat ioppenses uelle ducibus demetrii tradere ciuitatem. Hæc ergo postquam Ionathas & symon tractauerunt:ad hierosolymam sunt reuersi.Cunq; oẽm populũ ad templum cõgregassent: suadebant muros hierosolymorum refabricandos:& dirutam partem muri templi recõstruendã altisq; turribus muniẽdam:necnon & i media ciuitate alium ædificare murum: ut custodibus arcis alimentorum copia negaretur:insuper etiam castella que sunt in prouincia facerent tutiora uel fortiora.Cui dum & populus de bene propositis cõsensisset:ipse quidem menia ciuitatis ædificabat:symonem uero misit prouinciam communire. Demetrius autem transiens ad mesopotamiã peruenit. Quam cum uellet cum babylonæ & superioribus prouinciis obtinere:ut exide occasiones de toto acciperet imperio:tunc græci uel macedoniam habitantes ut eis prope modum cõueniret legationem ad eum miserunt: promittentes ei subuenire si ad illos transiret:& tradere se:uel expugnare cum eo regem parthorum arsacen.Qua spe subito egredit ad eos:ut si parthos deuinceret:uiresq; resumeret:regẽ triphonem postea debellaret:longeq; eũ a syria pelleret. Quẽ cum prono suscepissent animo prouinciales:multos cõgregasset uiros:bellumq; & militiam omnem aduersus arsacen produxisset ipse uiuus capitur.sicut alibi iam retulimus.

Quemadmodum Triphon Demetrio a Parthis capto:contra fœdus fraudibus Ionathan cõ præhendens interfecit. Fratremq; eius Symonem cui gens iudeorum principatum tradidit:fraudibus circũuenire uolens minime præualuit. Cap. IX.

TRiphon autem cum morte demetrii cognouisset:perfidus antiocho cœpit existere.Insidiebatur enim:qualiter eum interficiens:ipse regnum teneret.Impediebant uero impetum eius & uoluntatem amiciciæ ionathæ:quas cum antiocho habebat. Vnde primum ionathan statuit occidere:& tunc aduersus ãtiochum accedere . Fraudibus ergo uel dolo cogitans ionathan cõsumere:ad bethsuram ab antiochia uenit:quam græci scitopolim appellant:ubi cum electis quadraginta millibus ei ionathas occurrit:putans ad bellum eum uenisse.Triphon uero cum ionathan uidisset ad pugnam paratum:donis eum pacauit:suisq; ducibus ut ionathæ obedirent præcepit:per hæc fidem suam uolens confirmare:cunctamq; suspitionem depellere:quatenus confidentem:& incautum:nihilq; ꝑuidentem caperet:& persuasit ei ut exercitum dimitteret:quem frustra dicebat esse fatigatum ab eo nequaquam bello existente:& undiq; pacem rebus habentibus:sed tenere paucos & ptolomaidam simul uenire supplicabat:nã tradere ei ciuitatem:& omnem prouinciæ moderationem:se uenisse profitebatur.Ionathas ergo nihil mali suspicatus:sed uera fide uel uoluntate triphonem hæc suadere credens:exercitũ dimisit:tria milia secum sola tenens.Ex quibus in galilea duo milia relinquens:cum mille tantum militibus ad ptolomaidam triphonem comitatus superuenit. Vt uero intrauit ptolomaidam:portas statim ciues seruauerunt:secũdum ꝙ eis a triphone erat præceptum:& ionathan uiuum capientes:omnes qui cum eo erant interemerunt. Misit quoq; triphon ilico ad galileam:qui relicto duo milia interficerent.Sed hi cum fama preueniente captionem ionathæ comperissent:ãtequã uenirent a triphone missi armis circundati prouincia processerunt. Tũc satellites triphonis cum uidissent eos pro anima decertare:nullam eis molestiam inferẽtes:ad triphonem reuertunt. Hierosolymitæ autem cum audissent ionathan captum:& cum eo milites perisse:flebant illius interitum:& summa de ipso questio apud omnes fiebat:magnusq; timor eos inuadens:contristabat ne eis uirtute uel prouidentia ionathæ priuatis:uicinæ gẽtes inimicæ:& propter ionathæ mortẽ iniquitate:contra se bellum constituerent:& ad mortis pericula peruenirent:quæ sicut suspicabãtur euenerunt.Nam gentes mortem ionathæ cum audissent : contra iudeos bellare cœperunt tanq̃ indigentes duce.Triphon ergo exercitum multum congregans:ad iudeam ascendere statuit:ut hierosolymam debellaret.Symon autem uidens hierosolymitas metuentes cœpit eos alloquio confirmare quatenus forti aio essent:nec pertimescerent triphone superueniente.Et conuocans in templo populum alacriorem eum suis uerbis effecit:hinc allocutionis initium sumens. Pro uestra inquit libertate o uiri iudei me dudum cum patre uel fratribus mori paratum:quis ignoretur ?Siquidem exempla mihi plurima non desunt:Mori enĩ pro legibus uel patria religiõe

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

noſtram familiam nullus timor inuadit:qui hanc uoluntatem ab anima noſtra poſſit eiicere:ſed introducat magis deſiderium uitæ:uel gloriæ.Qua propter non uti indigentes duce magno qui laborare:uel pati pro uobis recuſet:ſequimini me prono animo ubicũq; perduxero:nec enĩ melior meis fratribus exiſto ut meæ peccata animæ: neq; peior:ut quod illis uiſum eſt optimum pro patris interfici legibus: uel pro dei religione deuitem: ſed in quibus me oportet proprium illis fratrem oſtendere:in his me demonſtrabo conſimilem. Cõfido enim in deo ultionem ab inimicis expetere: uoſq; omnes cum uxoribus uel filiis ab eorum uiolentia liberare:templũq; incolume cum dei auxilio reſeruare.Nam uideo gentes contẽpſiſſe uos:tanq; ducem non habentes: bellaq; præparaſſe.Cum hæc ſymon uerba ad plebem feciſſet: cõfeſtim depulſo populus animis metu audaciam ſumpſit: deſperãtq; ad ſpem bonam repente mutatus eſt:& unanimiter exclamauit nutu dei eſſe ſymonem ducem & iudæ uel ionathæ fratrem principatum tenere dignum: ſe quoq; omnibus eius præceptis obſecutuꝝ promittens:ducis ei contulit dignitatem.Tunc ſymõ congregans omnes ſui exercitus bellatores feſtinauit ciuitatis muros reconſtruere:turribuſq; altis & fortibus eam munire.Deſtinauit etiam ionathan quẽdam amicum ſuum:filium abſaloml cum militibus ad ioppẽ: imperans habitatores eius eiicere:nam timebat ne ciuitatem traderent triphoni: ipſe uero hieroſolymam tuebatur. Triphon autem exiens ab ptolomaide cum multo exercitu ad iudeam uenit:ionathan ligatum ducens.Cui ſymon occurrit ad iadã ciuitatem:quæ ſuper montem iacet:unde etiam iudeæ campi pateſcunt.Cum uero triphon a iudeis audiſſet:ducem ſymonem cõſtitutum:direxit ad eum:fraudibus uel dolo cupiens hunc quoq; circũuenire: iubetq; ei ſi uellet fratrem ionathan redimere:ut mitteret argenti talenta centum:duoſq; filios ionathæ quatenus fides illi haberetur poſt dimiſſionem:ne iudeam in ſua ditione redigeret:quia & tunc non pro alia re:niſi pro debito uectigalium eum ſe ligaſſe confixerat.Tum ſymon intelligens artem triphonis:quia ſi & argentũ mitteret:ille tamẽ fratrem eius minime laxaret: ſed & filios eius hoſti tradi fruſtra cognoſcẽs:tamẽ territus ne a populo accuſaret:ſe cãm fraternæ necis extitiſſe:q; non pecunias:nec filios pro ipo contraderet:colligens exercitum mandata triphonis indicauit dicens:q; hæc dolo uel inſidiis plena ſint:tamen optabilius eſſe pecunias:ſed & filios eius tranſmittere:q; propoſitis a triphonæ nõ obediens:Putaretur non uelle fratrem abſoluiri:intoq; cum ſuis ſymon tractatu:filios ionathæ pecuniaſq; tranſmiſit. Quas triphon cũ accepiſſet nec fidem ſeruare:nec ionathã abſoluere uoluit:ſed mox exercitum colligens:ad propria remeauit:ordinatoq; itinere p idumeam ad hieroſolymam aſcendere cupiens:uenit ad dorã ciuitatem idumeæ.Præcedebat uero cum exercitu ſymon:caſtra contra eũ ſp diſponẽs.Quod cognoſcẽtes hii qui in arce erant hieroſolymitana ad triphonem dirigunt:rogantes eũ ad ſe ocius properaret quatenus alimenta eis præberet.Ille ergo per noctem illam equitatum parauit:quaſi hieroſolymã aſcenſurus ſed niue uehementi ea nocte cadente:iter inuium reperit equis uel peditibus ſuis. Qua cauſa obſtante:nequiuit ad hieroſolymam triphon aſcendere:ſed reuertẽs ad ciriẽ:& progaladitiden ingreſſus:ionathan ibi pimi uel ſepeliri iuſſit:& ita ad antiochiã puenit. Symon aũt ab iaſca ciuitate tranſferẽs oſſa fratris ſepeliit in patria ſua:luctum maximũ omni ſuper eum populo faciente.Tunc ſymon ingens mauſoleum fabricans:patri ſuo:fratribuſq; ſepulturam ex albo & polito lapide conſtruxit:opus mirabile:cõſpicuũq; faciens:cuius & portam undiq; colũnis ſuſtentantibus ex uno lapide uiſu mirabilem ſtatuit:inſuper & priamidas ſeptem parentibus:uel unicuiq; germanoꝝ ſingulas ſuperpoſuit:magnitudine uel decore lucentes:quæ hactenus ſeruantur.De ſepultura quidẽ ionathæ:& de ædificatione monumentoꝝ:hoc ſtudium ſymonis agnouimus.Defunctus ergo eſt ionathas:principatũ agens ſacerdotii: perq; ãnos quatuor gentem cõtinuit iudeoꝝ.Et de labore quidẽ mortis eius in mutuis documentis: publiciſq; monimẽtis primi anni ſymonis benefactoris:& iudeoꝝ principis ſcriptũ eſt. Itaq; iudei fœliciter aduerſarios uicinos ſuperauerunt:cum ſymon gazaram ciuitatẽ:uel ioppen:uel iamniã deuaſtaret:arceq; hieroſolymoꝝ deponeret:ne forte inimicis refugiũ eſſet unde pcurrẽtes ledere eos poſſent. Quod cum feciſſet:optimum & utile putauit etiam montem ſuper quem arxs cõſtituta erat deſtruere. Quo multitudo cũctiq; ingreſſi:montẽ deſtruebãt:& nec die nec nocte ceſſantes per tres ãnos depoſuerunt eum ad ſolum:campumq; planiſſimum fecerunt:ita ut eminẽtius tẽplũ excelleret arce uel monte depoſitis.Ea quæ temporibus ſymonis geſta ſunt:hunc continet modũ.

Quomodo Triphon occiſo ionatha:perfidus exiſtens antiocho Alexandri filio:qui Theos nominabaꝰ:ipſum iteremit:& obtinuit principatũ eius:cuius inſolentiã declinans exercitus cõtulit ſe ad Cleopatram uxorem Demetrii:quæ uiduata morte eius: fratrem ipſius ãtiochum qui pius dicebatur:ad nuptias ſuas & ad imperium inuitabat. Cap. X.

POſt capiuitatẽ demetrii:nõ multo poſt alexãdri filiũ ãtiochũ q theos noiabaꝰ:triphõ iteremit tutor eius quarto impii eius ãno:aĩcos ãt & familiares ſuos ad milites trãſmiſit:& multas dare pecunias pollicebaꝰ:ſi eũ regẽ ordinarẽt.Nã demetriũ a patribus captũ nũciabat teneri:frẽm uero eius ãtiochũ ſi pricipatũ optineret:multa peſſima eis factuꝝ eẽ dicebat:dũ pditione eoꝝ ulciſceretur.Qui cũ ſpaſſent affluẽtia pecuniaꝝ ſub regno triphonis frui:pricipẽ eũ conſtituũt.Triphon ergo ut regni inſignia ſuſcepit:cõtinuo nequitiã ſuã patefecit:& inotuit oĩbus:qa q priuatus humiliter multitudini obſeq̃batur: nõ hoc uolũtate bona: ſed impoſſibilitate faciebat.Poſtq̃ uero regnũ adeptus eſt:exuens ſe ſimulationẽ uerus triphon apparuit:cœpitq; potius extraneos q̃ clientes diligere.Pro q̃ re exercitus eius recedens ab eo ad cleopatrã demetrii uxorem cõtulit ſe: quæ tũc in ſeleutia cũ filiis erat concluſa.Errantẽ uero frẽm demetrii ãtiochũ:qui ſother alias pius dicebatur:nullaq; ciuitate eũ admittẽte triphonis timore: mittit cleopatra:ad ſuas enim nuptias:& ad imperium inuitans.Quem ad hoc inuitauit ſuadentibus amicis:& timore uolentibus triphoni ciuitatem ſeleuciam aperire.

Quomodo Antiochus cognomẽto pius:potitus nuptiis Cleopatræ uxoris fratris ſui Demetrii:& creſcens indies:exercitum produxit aduerſus Triphonem: quem obſidens in dora caſtello:accepit auxiliũ & ſolatiũ a Symone principe ſacerdotũ:& de morte Triphonis. Cap. XI.

CVmq; intraſſet ſeleuciã antiochus:& fortitudo eius p ſingulos dies creſceret:exiit pugnaturus cõtra triphonẽ.Quẽ uincẽs:a ſuperiore ſyria repulit ad phœnicẽ:& ĩ doram caſtello munito cõcluſũ obſidebat:mittitq; ad ſymonẽ pricipẽ ſacerdotũ iudeoꝝ: legatos p amiciciis uel auxiliis. Qui cum libenter petitionẽ ſuſcepiſſet:pecũias multas cũ alimentis:militibus dorã obſidẽtibus large præbuit:ut antiochus eũ inter neceſſarios aĩcos pauco tpe patereꝰ.Nam triphon dũ a caſtello dora ad apamiã fugeret:captus in ea concluſione pemptus eſt:tertio ſui regni anno.

Quemadmodum Triphonæ interempto:Antiochus oblitus beneficioꝝ Symonis Cẽdebeũ cum exercitu miſit ad expugnãdũ eum:quem tamẽ Symõ pugnãs fortiter deuicit. Cap. XII.

SEd ãtiochus auaritia uel prauitate ſua ſymõis obliuionẽ una cũ miſtratis pecuniis & alimẽtis cõcepit:uireſq; militares cuidã cẽdebeo amico tradẽs: ad depcationẽ iudeæ captiuitatẽq; ſymõis miſit. Sed cũ ſymon audiſſet ãtiochi puaricationem licet ſenex eſſet:tamẽ eo q nihil ab antiocho iuſtũ fieri uidebat:cõcitatus ad audaciã ſup ætatẽ ſuã iuuenilẽ fortitudinẽ accepit:& diſpoſuit quidẽ filios cum bellicoſima pte militũ ipſe uero p aliã ptem militũ cũ reliquis uiribus perrexit ad bellũ:multoſq; in ualibus mõtiũ ad inſidias locabat:nulluſq; conatus eius euaſit:ſed oẽm hoſtiũ uincẽs exercitum:in pace reliquã uitam agebat.Nam & ipſe cum romanis de auxiliis cõpoſuerat.

Quod a genero Ptolomei in conuiuio dolo peréptus eſt Symon.Ptolomeus autem uinciens uxorẽ:& duos filios eius:principatũ ipſe tenere conatus eſt. Cap. XIII.

GItur annis octo pricipatũ ſacerdotii iudeoꝝ regẽs:moritur in cõuiuio p inſidias ptolomei generi:& uxorem eius cũ duobus filiis capiens:& uictos habẽs:miſit:ut tertiũ ioãnẽ qui & hyrcanus uocabaꝰ apphẽderet.Quod cũ ſenſiſſet iuuenis:euaſit piculum: & ad ciuitatẽ feſtinauit:cõfidẽs de populo,ppter patris ſui beneficia:ptolomeiq; odium.Properanté uero p aliã portã ptolomeũ ĩtrare:populus expulit:nã hyrcanũ receperat.Hinc ptolomeus ad aliquod caſtellũ noĩe dagõ in hiericho diſceſſit.

Vt nouiſſimus filiorum Symõis hyrcanus ducatum accipiens:obſedit multo tempore Ptolomeũ in caſtello quod dragon uocatur. Cap. XIIII.

ACcipiẽs autem paternum principatum hyrcanus deũ hoſtiis placauit:& ita contra ptolomei militiã produxit exercitũ.Et cum ad locum perueniſſet:in aliis oĩbus hoſtem circumueniens pualebat:uincebatur tamẽ matris & fratrũ amore:quos ſup muꝝ ptolomeus trahens in conſpectu eius torquebat:& præcipitare minabatur ſi non ab obſidione diſcederet.Hyrcanus ãt quãtum remitteret de obſidionis induſtria:tantũ cariſſimis putabat offerre ſubſidia:nedũ male paterenꝰ:eius crudelitati reputareꝰ. Mater ãt protendens manus petebat:ne propter eos differret:ſed multomagis ipetu caſtellũ ĩuaderet:inimicoq; ſuæ ptãti ſub acto:p cariſſimoꝝ tormẽtis redderet retributionẽ:ſibi quoq; extimãs hoc eſſe utilimũ ſi p ſuã mortẽ hoſtes atrocius depirẽt.Hyrcanũ ergo petitionibus matris incenſum:caſtellum capiendi furor tenebat.Rurſus uero cum uidiſſet matrem cedi uel diſſipari ſoluebaꝰ: & pro igeſtis matri tormentis:impetũ deponebat obſidionis:taliq; neceſſitate obſidionis alias obſedendi ,ptractus ſeptimũ ãnũ expleuit:in quo ſp iudei uacant.Nam per ſeptem hunc obſeruant: ſicut in ſeptimis diebus. Quapropter ptolomeus a bello ſolutus:occidit matrem & fratres hyrcani: & fugit ad zenonẽ qui cotilas appellabatur:in philadelphia tyrãnidem exercentem.

Quemadmodum Antiochus exercitum ducens contra hyrcanum: caſtra ſoluit:accipiens ab hyrcano talenta tricenta:& amicicias cum eo compoſuit. Cap. XV.

ANtiochus aũt in feſtus ſymoni de iteritu ſui exercitus:cõtra iudeã acceſſit quarto ãno ſui imperii:primo uero hyrcani olipiade cẽteſima ſexageſimaſecũda. Cúq; deuaſtaſſet prouinciã:hyrcanũ in ciuitate icluſit.quã ſeptẽ acĩebus circũdedit:nihil tamẽ proficiebat:ppter muroꝝ munimina:& ppter obſeſſoꝝ uirtutẽ:necnõ & aquarũ iopiã:qua ppter ſiccitatẽ domabaꝰ.In pte uero planiſſima turres ſtatuit celſiores:numero centũ tres:tecta unaquaq; habẽte ſuper quas militares ordines diſpoſuit:multoſq; quotidie labores cõgreſſus ipſe

rebat:forſamq; latam & altiſſimam conſtruens:muros ciuitatis depoſuit.Iudei ergo multas icurſiones contra moliebantur:& ſiquidem incautos aduerſarios inueniſſent: peſſime eos cõterebát ſi uero præſentes eſſe alias præſenſiſſe eos cognoſcerent:ínocui redíebant. Vt uero noxiá multitudinem intra ciuitaté hyrcanus attédit cõſumédis citius neceſſariis:nihilq; populo prodeſſe cõſpexit inutilé eius ptem ſecernés foras ciuitaté emiſit:q̄ uero bellicoſa & fortis erat:hác tantum tenuit alias retinuit.Antiochus át ꝓiectos egredi uetabat.Qui dũ inter muros erraręt:ſeuiſſimis tormẽtis miſerabiliter aías exalabát.Cũ uero feſti dies tabernaculoꝝ ueniſſent miſerati eos itra ciuitaté denuo receperũt . Hyrcáus itaq; ad átiochũ legatos direxit:petens ídutias ſepté dieꝝ ꝓ feſtiuitaté deiq; ſupplicationé.Qui cũ audiſſet:reſpõdit legatis.Immolate.Nec nõ ét ad ſacrificiũ magnificẽtiſſimũ deſtíauit thauꝝ:cornibus íauratis & pocula plena omnibus aromatibus aurea uel argentea:quod ſacrificiũ adductũ ſuſceperũt:qui áte portas ſtabát & ad téplũ duxerũt.Antiochus auté iſte exercitui melius antiocho epiphanæ claruit:ná ille capiens ciuitaté: porcos ſuper ará ímolauerat:& ius carniũ p totũ téplũ íparſerat:etiá leges iudeoꝝ:paternáq; religioné cõfuderat:ꝓpter q̄ gens rebellauit:& miníe recõciliari paſſa eſt:hũc uero antiochũ ꝓpter pietaté religionis:oés piũ uocauerũt:laudátq; modeſtiá eius.Hyrcanus ét aíaduertés ſtudiũ ipſius erga deũ ꝑtiuit ení ut patriá eis cõuerſationé reſtitueret:Qui cũ refutaſſet peſſimũ cõſiliũ:ſuadentiũ genté cape legibus diſſonáté:ad oém pietaté flexus:legatis reſpõdit:ſi traderét arma:ꝑtéq; tributoꝝ ioppe aliarumq; ciuitatũ circa iudeá exiſtentiũ ſoluerét:& cuſtodias in ciuitate ſuſciperũt:cõfirmáto pactũ:finiret bellũ.Iudei uero oía ꝑferre præter cuſtodiá cõſentiebát:quá nõ ꝓpter aliud niſi ꝓ diſſimili cõuerſatione recuſabát:pro cuſtodia tamé obſides dare profitebanť:& taléta argenti qngenta:ex qbus ſtatí trecenta cũ obſidibus obtulerunt:íter quos erat & frater hyrcani.Quæ cum ſuſcepiſſet rex antiochus & coroná ciuitatis depoſuiſſet:obſidioné ſolués diſceſſit.Hyrcanus uero ſepulchrũ dauid apiens:q multo ditior quondá regibus fuit:tria milia talenta pecuniaꝝ eide ꝓtulit:ex qbus primus iudeoꝝ cœpit ꝑegrinos alere . Cõpoſuit ét cũ antiocho amicicias ſuſcipiéſq; eũ intra ciuitaté:munificenter habũdeq; militibus omnia neceſſaria miniſtrabat. Cũq; exercitũ antiochus cõtra parthos duceret: cũ eo hyrcanus egreſſus é.De his eſt teſtis Nicolaus damaſcenus:ſic in hiſtoria docens.Tropheũ ſiſtens antiochus iuſta fluuiũ licũ:ubi uicerat indathim parthoꝝ ducé:ibi duobus diebus remoratus eſt:petente hyrcano iudeo:propter aliquá patriá iudeoꝝ celebrationé:í qua nõ erat legytimũ eos ꝓficiſci. Et quidem hæc nõ eſt mẽtitus.Ná quinquageſima feſtiuitas poſt ſabbatum inſtabat: in q̄ minime licet nobis uel in ſabbatis uel in feſto die uiá conficere. Tunc enim átiochus cũ arſace pthoꝝ rege cõfligens:& multũ pdés exercitum interiit.In regno át ſyriæ frater eius demetrius ſuccedit:arſace eũ a captiuitate ſoluéte eo tempore quo antiochus pthoꝝ terram ingreſſus eſt:ſicut prius demõſtratũ eſt.

De hyrcani militia poſt mortem Antiochi apud parthos defuncti cõtra ſyriá:& ꝙ multas potentes ciuitates obtinuit. Cap. XVI.

HIrcanus uero Antiochi morte cognita: ſtatim ad ſyriæ ciutates expeditioné pauit:arbitratus ípatos eas & deſertas pugnatoribus defenſoribuſq; inuenire: quod ét euenit. Ná medabá cũ multũ exercitus eius laboraſſet:ſexto menſe capit:poſt etiá ſamogam uel illas quæ uicinæ fuerunt: necnõ etiam ſicimá:garizim:gentéq; cutheorum q̄ téplũ ædificatũ ad ſimilitudinem hieroſolymitani poſſidebat:quod alexandri mádato ſanaballath dux condidit: propter manaſſen ſuum generum:fratrem iaddo alias iaddus principis ſacerdotum ſicut ſuperius intimauimus.Contigit uero templum hoc diurni poſt annos ducẽtos. Hyrcanus ergo ciuitates idumeæ aboracum:mariſſam:cũctoſq; cum domuiſſet idumeos permiſit eis prouinciam habitare : ſi circũciderentur:legibuſq; iudaicis uterentur.Qui deſiderio patriæ terræ circiciſionem & aliam conuerſationem iudeorum prætulerunt:ideoq; ex illo tempore cœperunt ée iudei.Quo facto:hyrcanus princeps ſacerdotum ſocietatem romanorum renouare cupiens legationem ad ipſos direxit.Cũq; ſenatus ſcripta eius ſuſcepiſſet:cõpoſuit amicicias hoc modo. Fannius marci filius:conſul:ſenatum oém octauo idus februarias:in campum iuſſit conuenire:pſente luceo manlio:lucii mentinii filio:& gaio ſempronio falernæ filio:ꝑ hoc quod legati iudeoꝝ petiuerunt:ſymon filius doſithei:& appollonius alexandri:& diodoriis iaſonis:uiri optimi a populo iudeoꝝ deſtinati:de ſocietate uel auxiliis exhibendis:quam cũ romanis de publicis rebus habuerunt ut ioppe:& portus:& zora uel fontes:& ciuitates:inſuper & uillas q̄s antiochus pugnans contra ſenatuſconſultum tenuit reſtituantur:& quatenus nec regii milites per terrá eorũ cum ſubiecti ſint tranſeant ut etiam illa quæ per antiochum geſta ſunt:contra ſenatuſcõſultum cenſeantur:& legatos mittant:quatenus recipiant quæ ab antiocho ablata ſunt:& prouinciá æſtiment uaſtatam:utq; eis ad reges & populos liberos litteræ darentur:quatenus ad propriam domum illeſi reuerterentur.Placuit igitur amicicias & auxilia cum hominibus bonis:& a bono populo uel amico tranſmiſſis eſſe renouandas.De rebus autem ablatis reſponderunt conſulares:cũ a ſuis negociis ſenatus uacauerit:feſtinabit impoſterum nullam in eos iniquitatem ab aliquo fieri:decernentes dare cõſulem fannium publicas pecunias expendendas: dum ad patriam remearẽt.Et fannius quidem legatos iudeoꝝ remittit:pecunias publicas eis præſtás ex ſenatuſcõſultu: per quod debuiſſent cum tutella ad ſuam redire patriam.In his quidem príceps ſacerdotũ hyrcanus erat.Interea rex demetrius cum exercitum aduerſus hyrcanum colligeret:nec tempus ei:nec occaſio data eſt:cũ milites: & ſyri malitiá eius abhorrerent:& p legationem peterét ptolomeum fiſconem cognominatũ:quatenus de genere ſeleucii tranſmitteret eis:qui deberet accipere principatũ.Ptolomeus át cũ alexandro zebẽna exercitũ mittés:pugnaq; cõmiſſa demetrius ſuperať. Qui dũ fugeret ad cleopatrá ſuam uxoré in ptolomaide:ab ea non ſuſceptus:tirũ recedés:tẽtus: multaq; paſſus ab inimicis:interiit.

De amiciciis alexádri zabine cognomíe cũ Hyrcano:& quomõ deuictus ab Hyrcano Antiochus cizicenus amiſit iudeá:& de fœlicitate uel pace iudeoꝝ Hyrcáo prícipatũ agéte.Cap.XVII.

ALexander aũt regnũ accipiens:& amiciciam cum Hyrcano principe ſacerdotum cõponens:interiecto tandé tpe:expugnatus ab antiocho filio demetrii criſpi noíe occidiť. Cũq; antiochus ípium ſyriæ tenuiſſet: cõtra iudeá exercitũ deſtinare timuit.Audiens uero germanũ ſuũ & ipſum noíe antiochũ ex eadé matre ꝓgenitũ:multas uires cõtra ſe a cizico cõgregaſſe:eũ intra ꝓuinciam ſtatuit expectare:q̄tenus obuius incurſionibus fratris átiochi reſiſteret:qui cizicenus dicebať:ꝙ in illa ciuitate nutritus eſſet:filius át fuerat átiochi q ſother nũcupabať:& uitam bello parthico terminarat. Hic ét frater erat demetrii criſpi patris. Cõtigit uero ambos fratres uná uxoré cleopatrá duxiſſe quéadmodũ & alibi retulimus. Cizicenus át antiochus ad ſyriá perueniés:diu cũ fratre bella cõmiſit.Interi Hyrcanus omni tempore illo pace fruebatur.Nam & ipſe poſt mortem átiochi a macedonibus deſtitit:dũ neq; ut amicus: uel ſubiectus aliqd eis præbuiſſet. Cuius res abundæ creuerũt temporibus alexandri zebénei:& magis tunc quando hi fratres cõtra ſe pugnabát.Ná dũ bello occupati fuiſſent: Hyrcanus iudeá cũ licentia poſſidebat:multáq; pecuniaꝝ ſummá collegit:amboſq; inter ſe dimicátes conténens: expeditionem cõtra ſamariá ciuitaté ualde munitam produxit:de q̄ ſuo loco referá:qualiter ab herode ſit cõdita:& ſebaſte noíata.Accedés igitur ad eá ſtudioſe obſidebat:memor maloꝝ quæ ſamaritæ cõtra mariſſenos colonos & auxiliatores iudeoꝝ cõmiſerũt:obediétes ſyroꝝ regibus. Cũ ergo mœnia úndiq; circũdediſſet:duplici muro cincta ſtadiis octogíta:filios ſuos obſidioni præpoſuit:antigonũ & ariſtobolũ.Quibus imminentibus í tantá neceſſitaté famis ſamaritæ icideruntːut ét illicita tágerét:& uocarét adiutoré átiochũ cizicenũ. Qui ſtatí ueniés ad defenſioné:uíciť ab ariſtobolo:fugatuſq; a fratribus:uſq; ad ſcitopolí currés:euaſit ꝑiculũ. Hi rurſus ad ſamaritas reuerſi:cõcludũt eos ítra muꝝ:ut ſecundo neceſſitate coacti ſamaritæ:adiutoré uocarét átiochũ:qui dũ a ptolomeo lathiro ſex milia uiros petiſſet quos ptolomeus í uita matre direxit:ná necdũ a prícipatu eũ expulerat:primũ ꝑdatorio mõ íuadit hyrcani prouíciá cũ ægyptis: nõ audiés apte pugná cõmittere.Nam uires ſuas ſciebat impares:ſed ſperás populatiõe terræ cogere Hyrcanũ a ſamariæ obſidione recedere.Cunq; multos milites perderet inſidiis circunuẽtos diſceſſit ad tripolim:callimandro & epicrati bellum iudaicũ cõmittés.Callimander ergo aduerſariis fugam ſimulátibus:& poſt reuerſis ſtatí cõſumiť: epicratis autem manifeſte pecuniis ſeductus:ſcitopolí cũ uicinis locis prodidit iudeis:ſamariæ uero obſidioné ſoluere nõ potuit.Igitur Hyrcanus ſub anni concluſione capiens ciuitaté:nõ hoc ſolo cõtentus eſt:ſed totá deleuit ſamariá.Ná ſic eá uertit:ut uallũ magis quá ciuitaté fuiſſe illic quiſq̄ iudicaret. Mirabile tamen aliqd de prícipe ſacerdotũ Hyrcano diciť:quéadmodũ ei deus locutus é. Ná referunt illo die quo filii eius cũ ciziceno cõflixerát:dum ipſe í templo ſolus ſacerdos adoleret thura:audiſſe uocé ꝙ filii eius uincerent antiochum. Qui cũ a templo ꝓceſſiſſet:hoc omni populo manifeſtũ fecit:quod ita cõſtáter euenit. Hyrcanus qdé í his degebat.Per idé uero tépus nõ ſolũ hieroſolymoꝝ iudei: ſed & ꝓuinciales & alexádriũ habitantes: & ægyptũ:& ciprum fœliciter agebant.Nam cleopatra regina cõtra filiũ ptolomeũ lathiꝝ ſeditioné mouens:ordinauit duces chelchiá & ananiá filios oniæ:qué ſupius retulimus templũ ædificaſſe in terra heliopolitana ad ſimilitudiné ſacrarii hieroſolymoꝝ. Cleopatra tamé cũ audiſſet his exercitũ:ſine ſententia eoꝝ nihil tractabat:ſicut teſtatus eſt ſtrabon capadocus:ita dicens.Nam plures & qui cũ eis deſcéderũt:& quos poſtea cleopatra mittebat:in cipro ſtatim ad ptolomeũ tranſiebant:ſoli uero iudei qui oniæ dicebanť apud cleopatram ꝑmanſere reginá:propter chelchiá & ananiá. Hæc ſtrabon diſſeruit.Hyrcano autem inuidiam mouit apud iudeos ſœlicitas:magis autem phariſei. Nam mala eum uolebant pati:qui tantũ apud populũ ualebant:ut ſiquid contra regé & principé ſacerdotũ dixiſſent:facile crederetur.Diſcipulus tamen & Hyrcanus fuerat:& nimis ab eis diligebatur.Sed cum eos ad cõuiuiũ uocaret:& amicabiliter paſceret:nimiſq; delectari uidiſſet:dicere cœpit. Scitis me uelle iuſta oía agere:per quæ deo & uobis placeam.Rogo autem:ſiquid me peccantem uideritis & recta uia deuiantem:reuocate atq; corrigite . Qui dum ei teſtimonium præberent: omni uirtute ornatum eſſe lætatus eſt.Tum unus ex accumbentibus:eleazarus nomine maliuolus:& ſeditionibus gaudens quoniam inquit dixiſti:te uelle ueritatem cognoſcere:uis iuſtus eſſe:depone principatum ſacerdotii:&tantum ſufficiat tibi populi regere magiſtratum.Hyrcano uero cauſam conſulente:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

quapropter deponeret principatum:quoniam inquit audiuimus a senioribus captiuã fuisse matrem tuam sub antiocho æpiphanæ: quod falsum fuerat.Contra quem irritatus hyrcanus:oésq; pharisei ualde indignabantur.Tunc ionathas quidam de saduceorum heresi:quæ contraria pharisæis existit:ualde Hyrcano amicus:dicebat:scientibus omnibus pharisæis eleazarum blasphemiam fecisse & hoc manifestum illi fieri posse si requireret illos:qua dignus esset pœna ꝓ uerborum qualitate multari. Cunq; Hyrcanus pharisæos interrogasset:qua iudicarent eum pœna meritum:non enim credo inquit cum uestra sententia factam iniuriam: tũc illi cum eum honorari uellent:dicebant ad mensuram pœnæ plagas & uincula sufficere:nam non uidebatur digna cõtumelia morte multari:& quia molesti sunt naturaliter ad tormenta pharisei ualde cõtristabat: unde illorum sententiam maledictiones eleazarum putabat sibi fecisse.Incitator uero ire eius lonathas flexit eum:relictis pharisæis:ad saduceorum partem transire:ut & leges ab eis populo dispositas solueret:custodesq; eorum puniret.Vnde summum ei uel filiis odium a multitudine concitatum est.Sed de his quidem iterum disseremus. Nunc autem uolo demonstrare:quas leges populo patrum successione tradidissent pharisei:quæ non sunt inter mosaicas leges conscriptæ: ideoq; saduceorum gens has expulit:dicens illas debere tenere leges quæ cõscriptæ sunt:illas uero quæ a patribus traditæ fuissent minie custodiri.Et de his multa questio:uel altercationes maxime fiebant:& saduceos copiosi uel diuites sequebãtur: populares uero non eis obsequebãtur: sed pharisæos unanimiter adiuuabãt.De his tamen duabus heresibus atq; assenoꝝ i secundo uolumine iudaicæ historiæ disseruimus.Hyrcanus ãt post seditionem sedatã fœliciter uixit:& principatũ optime rexit ãnis triginta uno:defũctusq; reliqt filios quinq;:qui maxie alias maxis his tribuerebus dignus a deo iudicatus est:magistratu populi principatu sacerdotii: & prædicatiõe prophetiæ.Nam deus cum eo erat:& futuroꝝ præsentiam ei donauit ita enim cognoscebat & prædicabat:ut etiam duobus filiis prædiceret:q; rerum domini nõ diutius permanerent. Quorum iteritum opere præcium est narrare:quatenus sentiamus:quãtum indigni fœlicitate patris fuissent.

Quod defuncto hyrcano:filius eius aristobolus suscipiens principatum: primus sibi diadema imposuit:fratribus suis præter Antigonum in uincula cõiectis:qui etiã matrem suam uiculis & penuria cõsumens:ipsum quoq; Antigonũ fratrem suum quẽ cõsortem regni habebat accusatoribus inuidoꝝ alienatus ab eo iussit interfici. Cap. XVIII.

DEfuncto enim patre:maior aristobolus magistratum ad regiam dignitatem transferre decreuit:primusq; sibi diadema imposuit:post quadringentos octoginta & unum annos:& tres menses:ex quo de captiuitate babylonica populus liberatus ad propria remeauit.Amans autem fratrem suum secundum antigonum:simili dignitate eum ordinauit:alios uero uinculis tenebat astrictos:inclusit etiam & matrem pro magistratu altricẽtem:nam illã Hyrcanus dominam esse relinquerat:qui ad tantã crudelitatẽ perductus est:ut uinculis eam penuriaq; consumeret:insuper addidit matri etiam antigonum quem amare uidebat: & communis regni habere consortem:accusationibus alienatus ab eo:quibus primum quidem non credebat:aliqua amore non admittente aliqua uero per inuidiam arbitratus dicta. Sed cum antigonus clarus ab expeditiõe redisset:tempore quo festiuitatem tabernaculorũ deo celebrãt: contigit aristobolum quidem morbo teneri. Tum antigonus agens dies festos ad templũ ascendit:ualde splẽdidissime ornatus cum suis armatis:& multum pro salute fratris orauit. Maliuoli uero cupientes eorum separare cõcordiam:occasionem se cepisse pompam antigoni putauerũt & uictoriam eius coram rege:pompamq; maliuole dilatabant:quo modo in celebratione tabernaculorum sublimis apparuit:ut non hæc a priuato fieri uiderentur:sed regiæ munificẽtiæ ostentatio credereturꝫ eumq; cum multitudine militum uenturum ad fratris interitum nunciabant. Aristobolus autem cum his accusationibus inuitus credidisset:timens ne in fratris suspitionem incideret:simulq; suã custodiã curãs:disponit custodes sui corporis : in subterraneo uel tenebroso loco. Iacebat ãt ipse i turræ quæ antoniana dicebat:& præcepit ut inermem occiderẽt nullũ fratrem aũt antigonum si armatus intraret interficerent:mandauitq; antigono: ut sine armis ueniret.Regina uero insidiatoribus antigoni persuasit mandata portanti contradicere: quia frater tuus inquit audiens construxisse te arma:ornatumq; bellicum:petit ut ingrediaris cum armis: quatenus uideat eoꝝ facturam. Quo nuncio antigonus nihil arbitratus dolosum: sed confidẽs de fratris affectu:sicut erat armatus ad aristobolũ igredit:ut armoꝝ demõstraret ornatũ.Cunq; ad turrẽ quæ stratonis dicit puenisset:ab eis qui in tenebroso loco fuerãt collocati ꝓsternitur. Cuius mors ostendit:nihil inuidia:nihil accusatione ualidius:neq; magis aliud secernit fidẽ:seu naturalem familiaritatẽ quã iste passiones. Ammirari potest quilibet & iudã esseum genere:qui nunq; in his quæ prædixit mentitus est.Nam hic cum uidisset antigonum per templum transire clamauit sociis suis & notis:qui gratiã ꝓdicẽdi futura doctrinæ eius obseruabant.Melius est mihi inqt mori:quã si mortẽ fuero mentitus antigoni:quẽ hodie uideo ꝓiturum i turræ stratonis. Locus uero stadiis sexcẽtis distabat:ubi cũ prædixit interfici.Diei quãplurima pars transierat:ut etiã dubitare uaticinatione uideret.Cunq; hæc dixisset:tristisq; esset:nunciat ei antigonũ esse de

functum in subterraneo.Nam & ipa turris stratõis dicebat:eodẽ noie quo maritima cæsarea nũcupatur.Igitur uaté hoc ꝓturbauit.Aristobolũ aũt fraternæ cedis pnia fletusq; possedit:necnon etiá egritudo mẽté eius celeri dolore pfudit:& itollerabilẽ passionẽ corruptis uisceribus sustinebat:copiam quoq; sanguinis euomebat.Quod dum puer aliqs portaret:lapsus é in loco quo maculæ sanguinis adhuc antigoni permanebant:ut arbitror de prouidentia disponẽte. Quo facto: clamor uidentium fusum sanguinẽ eleuatus est:dum existimarẽt hoc puerum sponte fecisse. Clamorem uero cum Aristobolus audisset:causamq; requisisset tacentibus amplius minabat discere uolens clamoris causam:homines enim suspicãtur in his quæ tacentur : & semper esse peiora putant.Vt uero cogenti & interminãti ueritatem aperuerunt:cõfunditur eius mens: percussa cõscientia sua:gemensq; cum lachrymis ex alto pectore dixit.Nũquit latere deum potui in tam impiis & crudelibus factis:ut non scelere fraternæ cedis ueloci pœnæ consumeret.Vsquequo ipro bum corpus prohibes animam ad umbras fratris & matris accedere.Cur non eam celeriter reddis:sed paulatim libo sanguinem interemptis.Quæ cum dixisset:moritur regni suo primo anno qui etiá dictus est filellin:idest amator græcoꝝ.Multum uero patriæ profuit. Nam subegit itureos:plurimamq; eorum prouinciam iudeis adiecit: & compulit habitantes in ea:ut si uellent in prouincia permanere:circunciderentur secundum leges mosaicas.Erat autem naturæ ualdæ moderatæ:uel pudoris ingenui:sicut testimonium præstat strabon nomine timagenis:ita dicẽs.Modestus fuerat hic uir:& nimium iudeis utilis.Nam prouinciam eis adquisiuit:& partem gẽtis itureorum sibi circuncisionis uinculo coniunxit.

Quemadmodum defuncto Aristobolo:frater eius Alexander succedens in principatu: cõtra Syriam & phœnicem:& arabiam exercitum ducens: multas gentes subegit: & de ptolomei latiri contra Alexandrum pugna & uictoria. Cap. XIX.

DEfuncto tamen Aristobolo: Salomoni uxor eius quæ apud græcos alexãdra noiatur soluens fratres eos quos ligatos Aristobolus tenebat:ut ꝑdictum est:ianneũ q & alexãder dicebat,regem ordinauit ætate maiorẽ:qui nũquam ad faciẽ patris uenit.Causa uero huius odii:talis fuisse dicit.Cũ diligeret priores filios suos hyrcanus antigonum & Aristobolũ:& apparuisset ei deus in somnis:& interrogasset eum:quis filioꝝ successor eius existeret:deo demonstrante uultum istius:cõtristatus q; oium bonoꝝ suoꝝ hic heres existeret:genitũ in galilea nutriri dimisit.Deus uero nequaq; mentitus é hyrcano.Náq; regnũ post aristoboli finẽ iste susceptt.Qui unum e fratribus suis intentẽ regnũ præsumere interfecit: alteꝝ uero uolentẽ innocẽter uiuere honorabiliter tractabat. Is enĩ dum principatũ suum sicut & ei uidebat utile disposuisset:expeditionẽ contra ptholomaidã egit:pugnaq; cõmissa: uictor in ciuitatem hostes concludens:obsidebat eos.Nam ex ciuitatibus maritimis:ptolomais & gaza sole ut subiicerent restabant:necnon ét zoili tyranni stratonis:& dora.Sed philometore antiocho: fratreq; eius antiocho cizíceno inuicẽ decertantibus:suasq; uires perdentibus:nequaq; ptolomaite sperabant ab illis auxiliũ.Quibus obsidione exhaustis:zoilus qui turrẽ stratonis dorãq; tenebat:agmen militare nutriens:tyrannidẽ meditatus est: dum reges contra se bellarent: & paululũ ptholomaitis subueniebat:quia nec reges talem familiaritatẽ circa eos habebant: ut confiderent ab eis mereri solacia.Vterq; enim tolerabat:quod sepius athletis contigit: qui cum uiribus diffidunt;erubescentes credere:otio uel quiete certamina differunt. Reliqua ptolomaitis spes erat in rege ægyptioꝝ:ptholomeo latiro qui cũ a matre depulsus a regno fuisset:ciprum habitabat.Igit mittentes ad eũ ptholomaide petebant auxilio uenire:quatenus eos a manibus alexandri piclitãtes eriperet.Spem uero nõ nimiam ét ei legati excitauerunt dicentes:si transiret ad syriã:haberet gazeos & zoilũ:insuper & sydonios ac multos alios:pro ptholomaitis secum pugnantibus. Quibus incitatus nauigare festinauit.Per idẽ tempus demetrius orator eloquẽtissimus : persuasit eis sniam permutare:melius esse dicens:incertũ iudeoꝝ sustinere periculũ:quã manifestam suscipere seruituté:dum se traderent domino:quo facto non solũ præsens haberẽt bellũ: sed multo maius ab ægypto sparẽt.Nam & cleopatrã nequaq; pati filium uicinũ exercitum aggregare uicebat sed uenturã cum maximo cõtra eũ exercitu:quæ properabat & a cipro filiũ eiicere: & cum ptholomeus nihil proficeret:rursus ciprum fugeret:ipsi uero nouissimũ haberent periculum.Ptholomeus uero:quis per uiã cognouisset ptholomaitaꝝ uoluntatẽ mutatam:non minus tamen nauigauit:& applicuit in sycamina:ibiq; uires suas deposuit.Ois uero exercitus eius erat cum æquitibus & peditibus triginta milia.Quos cũ iuxta ptholomaidã produxisset & applicuisset:ualde cogitabat:quõ neq; legatos eius susciperent:neq; uerba audirent.Sed cũ uenisset ad eũ zoilus & gazai:appeterentq; auxiliũ sibi præberi:q; terra eoꝝ a iudeis & Alexandro depopulareť:soluit obsidionẽ Alexander ptholomei timore:reuersusq; ad propriã terrã:deinceps bella disponebat latenter quidem cleopatram contra ptholomeum inuitans;aperte uero amicitias & auxilia cum eo se componere simulans:& quatuor milia talentoꝝ argenti se dare promisit: si zoilum tyrannũ depelleret:terramq; eius iudeis traderet.Tunc ergo ptholomeus alexandri amicitias suscepit:& zoilum subegit.Deinceps cum audisset latenter ad cleopatrã matrẽ eius mandasse:soluit pacta quæ

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

cum eo fecerat atq; fidem:& ad ptholomaidā quidē accedens obſidebat:q; eum nō ſuſcepiſſent: ibiq; relinquens duces:& partē ſui exercitus ut obſeſſos cuſtodirent:cū reliqua pte iudeā popu-laturus inuadit. Alexander uero cū ptholomei p̄uaricationē audiſſet:congregauit ꝓuincialiū qn quaginta milia:ut ât alii hiſtoriaꝝ ſcriptores dixerunt octoginta milia. Cū ergo collegiſſet exer citum:occurrit ptholomeo. Ptholomeus itaq; ſubito inuadens aſachron ciuitatē galileæ die ſab-batoꝝ uiriliter cœpit eā:unde decem milia corpoꝝ:& aliā multam p̄dam abſtulit. Cūq; tētaſſet ſephorim ciuitatē:pauco diſtantē ſpacio a ciuitate capta multos amiſit. Poſt aūt cum Alexandro bellaturus perrexit. Cui cū alexander iuxta iordanē fluuium occurriſſet:in loco q aſaphon dicit non longe a iordane fluuio caſtra ſua diſpoſuit:habens octo milia pugnatoꝝ:quos ecatontama-chos uocabat:ideſt contra centū pugnantes quō ereis ſcutis utebant. Verum etiā fuerūt & ptho lomeo propugnatores:cū clipeis ereis:ſed minus iudeis ornati:ideoq; milites ptholomei timidi ad p̄lium acceſſere. Sed non paruā audaciam eis imittebat:filoſtephanus:qui ſtratigimatoꝝ peri tus:eos fluuiū tranſire prohibebat:ſupra quē caſtra ſua poſuerat. Alexandro iter hæc minime ui ſum eſt tranſitū eoꝝ uetare:dū putaret:quia ſi poſt dorſum fluuiū haberēt:nequaq; poſſent a pu gna diſcedere. At in p̄cipio p̄lii ex utraq; pte fortiter pugnatū eſt:pari aſoſitate uel ſtudio:ut ab utroq; exercitu multi ꝓſternerent. Sed cū alexandri exercitū ſuperioꝛē filoſtephanus uidiſſet:mi lites diuidit:& defectos ſuos fortiter adiuuans:nulloq; ſubueniente iudeis:partē illā cū eis qui prope ſtabant ad fugā conuertit. Quod cū uidiſſent milites ptholomei ſecuti iudeos interficie-bant. Poſt aūt reuerſi reliquos ad fugā uerterunt:& tādiu proſtrauerūt eos: uſquequo & ferrum & manus eoꝝ defeciſſent. Triginta ergo milia occiſa fuiſſe dicunt. Timagenis uero quinquagin ta milia retulit:reliquos ât captos:paucos uero ad ſuā fugiſſe prouinciā. Tunc ptholomeus poſt uictoriā prouinciam pagrans ueſpere facto in q̄buſdam iudeæ uillis ingreſſus ē:quas plenas mu lieribus & infantibus inueniens iuſſit militibus ſuis ut occiderent & laniarent: mēbraq; eoꝝ in cacabis mitterent ad coquendū. Hoc autē ſimulauit:ut hi qui fugerant a pugna putarent hoſtes ſuos carnibus humanis ueſci:& exinde eos ualde metuerent. Cœpit uero & ptholomaidam:ſicut alibi retulimus. Sed cleopatra cū reſpiceret filium ſuū creſcere:& iudeā licenter deuaſtare: ciuita temq; gazeoꝝ ſubiectā habere:negligere recuſauit:dū iam ī portis ſuis eū præſentem ſperaret ei ſe futuꝝ:& amari ab ægyptiis p̄ uirtutem eius putaret eū:ſtatim cum nauali & pedeſtri exerci-tu contra eū egreditur:duces totius militiæ chelchiā & ananiam iudeos p̄ponens:pecunias uero multas:nepoteſq; ſuos & teſtamenta apud ſocios alias choos inſulā cōmendans. Cūq; iuſſiſſet fi-lium ſuū Alexandrū cum maxima claſſe nauiū ad phœnicē nauigare:p̄ refugia oēm ſuam expe ditionē cleopatra in ptholomaide depoſuit. Cū uero eam non ſuſcepiſſent ptholomaide: ciuita-tem obſedit. Ptholomeus tamen a ſyria cōtra ægyptū feſtinauit:putās ſubito eam ſine militibus exiſtentem occupare:ſed ſpe ſua deceptus eſt. Per idē tempus & chelchias unus ex ducibus cleo patræ:circa inferioꝛē ſyriam ptholomeū perſequens moritur. Cleopatra ergo cū audiſſet filii co-natum:& q; nullatenus ægyptii eum ſicut ſperabat ſuſcepiſſent:tranſmiſit militiæ parte: quæ de prouincia ptholomeū depellerent. Qui reuerſus ab ægypto:iteꝝ ī gaza hyemabat. Interfecto ue ro tpe:cleopatra cuſtodiam ptholomaidis cū ciuitate obſidionē cœpit. Ad quā Alexander ſūma dona deportans ueniſſet:dixiſſetq; mala de ptholomeo ſe paſſum refugiūq; nō alibi niſi apud eā habiturum:quidā amicoꝝ perſuadebāt ei:ut prouinciā iudeoꝝ percurreret & obtineret:neq; cō téneret tam optimā multitudinem iudeoꝝ ſibi ſubiicere. Cūq; ananias contradicens ſuaderet in iuſtum eē:ſi hoīem auxiliatorem priuaret propria ptāte. uerum etiā & cognatos ſuos eſſe: nec te minime uolo inquit ignorare regina quō p̄ hāc iniquitatem inimicos oēs iudeos habebis. Hæc ergo anania p̄ſuadēte cleopatra flectitur nihil pœnitus alexandrū ledere: ſed ſocietatem cum eo cōpoſuit ī ſcitopoli ſyriæ. Qui cum a ptholomei timore liberatus eſſet: exercitū ſtatim cōtra hu milem ſyriā produxit & expugnauit gadara decē menſibus opp̄ſſam:& amathunta magnū ꝓpu-gnaculum habitantiū ſuper iordanē:ubi optima uel induſtria digna theodorus zenonis præſide bat:qui inſpate iudeos inuaſit:& decem milia interfecit ſarcinaſq; Alexandri diripuit. Quo facto nequaq; perturbat alexander:ſed mox iuxta maritima loca ducit exercitum:& raphiam & anchi donā expugnauit quā poſtea herodes agrippiadā noīauit. Cunq; uideret ptholomeum a gaza ad ciprum rediſſe:matrēq; eius cleopatram ad ægyptum:gazeis iratus:quō ptholomeum auxiliato rem conuocaſſent:ciuitatem obſedit:prouinciāq; ipſoꝝ depredauit. Sed aplodorus dux gazeno-rum cum duobus milibus peregrinis:& decem milibus ciuium in exercitum irruit iudeorum:& quādiu noxerat:gazei uincebant:arbitrantibus iudeis rurſum ptholomeū ſuperueniſſe. Poſtero autē die facto:cognoſcentes iudei ueritatem:reuerſi gazeos inuadunt & proſternunt mille. Qui-bus adhuc reſiſtentibus:neq; multitudine moriente perterritis:geſſere prælium: & quicquid ad-uerſi accidiſſet tollerare paſſi ſunt:ne hoſti ſubiicerentur. Exhortabatur aūt eos rex arabum are thas magnanimus uir:qui ſuperabatur in auxilium eorum uenturus. Sed contigit antequā ueni-ret aplodoto perempto:ciuitatem capi. Nam liſimachus frater eius inuidens: q; ei magna gloria a ciuibus præbebatur:interfecit eum:militaréq; congregans phalangam:ciuitatē alexandro pro-

didit:qui ſtatim cum ingreſſus fuiſſet quieuit. Poſt aūt milites gazeis imiſit: ut eos cruciarēt: & per diuerſa loca ꝓſternerēt:nec tamē gazei aias debiles:ſed paratas habentes:uenientibus iudeis reſiſtebant:& nō paucos dilaniabant:alii uero deſolatio domos ſuas incendebāt:ne aliqua ſpolia aduerſarii poſſent inuenire:alii & liberos cum uxoribus ſuis manibus interficiebant: q̄tenus ſer uitutem inimicoꝝ uel taliter euitarent. Cūq; quingenti ex primatibus eoꝝ in templū appollinis confugiſſent quoꝝ conſenſu ꝓdicto facta erat:hos abſtrahens Alexander occidit:ciuitatēq; poſt anni obſidionē deponens:ad hieroſolymā remeauit. Eodem tpe & Antiochus q criſpus dicebat moritur:inſidiis heradiani:anno uitæ ſuæ q̄drageſimoquīto:imperii uero uiceſimonono. Cuius principatū cum filius eius Seleucus ſuſcepiſſet:bellauit etiā contra fratrē patris antiochū qui ci-zicenus noīabatur:quē cum uiciſſet & cepiſſet interfecit. Nō multo uero poſt:ciziceni filius an-tiochus:& Antonius pius cū peruenīſſent in arodo:coronāq; ſibi ipoſuiſſent cōfligunt cū ſeleu-co:quē poſt uictoriam ex oī ſyria depulerunt. Qui cū fugeret in ciliciam: & peruenīſſet inopſue ſtiam:iteꝝ ab eis pecunias exigebat. Tum populus inopſueſtenus indignatus palaciū eius incen-dit:eumq; cū amicis extinxit. Antiocho uero cizicenо adhuc ſyriæ regnante:ſeleuci frater Antio chus bellū contra eum produxit:uictūq; cum ſuo ꝓſtrauit exercitu. Poſt ip̄m uero & frater eius Philippus cū impoſuiſſet ſibi diadema:in parte ali ſyriæ regnabat. Ptholomeus uero latirus q̄rtū fratrem eoꝝ demetriū:qui ceraunus dicebat a gnido deducens:in damaſco regē conſtituit. His aūt duobus fratribus ptinaciter Antiochus reſiſtens:citius occidit. Nā laodiciæ gamioꝝ reginæ cōtra parthos bellanti cū ſocius aduenīſſet:uiriliter pugnans occubuit. Syriam uero duo fratres eius tenuerunt:demetrius & Philippus ſicut alibi demonſtratū eſt. Alexander auté dū contra eū ſui ſeditionē mouiſſent in die qua feſtiuitas tabernaculoꝝ agebatur:& ſup aram ſtaret imolatu-rus:uirgis cedrinis iaculabant eum. Nā legytimū eſt apud iudeos in ſcenophegiis unūquēq; por tare uirgas ex palmis cedrinis. Demonſtrauimus aūt hæc ét in aliis. Nec ſolū hac iaculatione con tenti. ueꝝ contumelioſe eū aggreſſi ſunt:cū ingreſſi fuiſſent tēplum dicētes:de captiua genitum & honore ſacrificii indignū. Iratus ergo ſex milia eoꝝ occidit:parietē uero ligneū circa ará & ſa-crariū conſtituēs uſq; ad altare:in quo ſolis ſacerdotibus licet ingredi: multitudini introitū ꝓhi bebat:ſimul & peregrinos piſidas:& cilicas:nā ſyris inimicus exiſtens:nō eis utebatur. Cūq; ara-bas moabitas:& galaditidas uiciſſet:tributoꝝ incrementū eis ipoſuit:& amathunta expugnauit: nō audente theodoro cū eo confligere. Cū uero conſeruiſſet pugnā contra abidam rege arabū:in cidit ex inſidiis in altiſſimā uallē iuxta galaditidē. Inde confugeret ad hieroſolymā: ſup infœlici-tatē ſuam habuit ét gentem iudeoꝝ inimicā:contra quā annis ſex pugnans: interfecit quinqua-ginta milia. Rogante ergo eos:ut odiū quod in eū hérent ſoluerent:magis horrebant eum ꝓpter quæ acciderunt. Cūq; interrogaret eos:quid uellent fieri:omnes clamauerunt:mori eum.

Quomodo pugnans Demetrius eucrus contra Alexandrum:uicit eum. Cap. XX.

TVnc ad demetrium eucrū deſtinauerūt:ut eū auxiliatorē rogarent:q̄ maximo cū exer citu dum pueniſſet ad eos q eū inuitauerunt circa ſycimā ciuitatē caſtrametatus eſt. Alexander aūt cōductis militibus ſex milibus ducentis:& iudeis uiginti milibus q ei fauebant contra demetriū ꝓexit:cui æquites fuerunt tria milia:pedites quadragin ta milia. Multa ergo ex utraq; pte gerebant:demetrio quidē uolente ſeducere cōductos milites ale xandri tanq̄ græcos:Alexandro āt tentāte iudeos demetrio ſociatos auellere. Cūq; neuter ualuiſ ſet p̄ſuadere:ſed pugnā cōmiſiſſent uincit demetrius:& oēs alexandri cōducti milites occidūtur: fidei ſimul & uirtutis ꝓbationē oſtendentes. Multi etiā a parte demetrii milites occiderunt. Cū uero p̄ montana fugiſſet alexander:miſericordia ruinæ eius flexi colligunt ad eū ſex milia iudeo rum. & tunc q̄dem recedit timore demetrius. Poſt aūt iteꝝ iudei contra Alexandrū bella mouē-tes ſuperant ab eo:multiq; eoꝝ in pugna extincti ſunt. Quoꝝ etiā potētiſſimos in bethomis ci-uitate concluſos obſedit. Cūq; cepiſſet ciuitatē & tenuiſſet eos:duxit ad hieroſolymā: & crudeliſ ſimam in eos pœnā exercuit. Nā dum cœnaret cū concubinis ſuis in excellenti loco:crucifigi ex ipſis octingentos p̄cepit:liberos uero & uxores eoꝝ corā ipſis adhuc uiuentibus occidi. Et hæc quidem ad ultionē fecerat pro his quæ male paſſus erat: ſed tantū humanam uindictā exceſſit: q̄is multū ſudaſſet:& laboraſſet in bello contra eos: & in nouiſſimum periculū animæ regniq; ueniſſet. Non enim ſuffecerat contra ſe iuicem certare: niſi etiam aduerſus eum alienigenas pro-uocaſſent:& ad talem neceſſitatem perduxiſſent:ut terrā moabitidis:& galaditidis: & uicos regi arabum traderet:quatenus non auxiliaretur contra ſe iudeis:ſed & alia multa conferret: quapro pter uidetur hæc iuſtæ feciſſe:ideoq; propter hanc crudelitatis exagge rationem:uocatus eſt tru cida. Aduerſarii tamen eius octo milia noctu fugierunt:& q̄diu uixit Alexāder exulabant. Et iſte quidem liberatus a ſeditione eorum:cum omni quiete impoſterum regnauit. Demetrius autem cum a iudea in beroeam deſcendiſſet:obſidebat fratrem ſuum Philippum:cui decem milia pedi tum erant:& mille æquites. Straton etiam beroeæ tyrannus Philippo auxilium præbebat: & titi cum principem arabū conuocabat:necnon ét mitridaté ſynachem præfectū parthoꝝ. Qui cum ueniſſent cum multa expeditione: & obſediſſent demetrium ītra caſtra: ſagittiſq; & ſiti eum an-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

gustassent:cõpulerunt milites eius ut eũ traderét. Cũq; depopulassent ꝓuinciá: & demetriũ cepissent hũ quidé mitridati parthoꝝ regi tráſmiſerunt: captiuos uero antiocenos gratis antiocenis reddiderũt. Mitridatis itaq; parthoꝝ rex:demetrium maxime honorabat:uſq; ad uitæ terminũ. Philippu s uero a pugna ſtatim ad antiochiam perrexit:eáq; tenens:ſyriæ regno potitus eſt.

Antiochi qui liber pater dicebaẗ militia contra iudeam:itéq; ꝑlium Arethæ regis contra Alexandrũ:quem & deuincens:cũ pactis a iudea diſceſſit:& de morte Alexandri. Cap. XXI.

POſt uero Antiochus frater eius q nũcupabaẗ liber pater:ſibi uẽdicans principatũ: ad damaſcũ ꝑuenit:ibiq; regnauit. Cũq; contra arabas exercitũ duceret: philippus frater eius ad damaſcũ ꝑrexit. Tũ mileſimus qui cuſtos arcis relictus erat:ſimul cũ damaſcenis ciuitaté philippo tradidit. Ingratus uero mileſio philippus extitit: cũ nihil oino ꝓ traditiõe ciuitatis ei donaret:ná timore putabat mileſiũ prodidiſſe. Quapropter in ſuſpitione eũ hébat:qui rurſus damaſco depelliẗ. Ná cũ philippus ad circũ exiſſet: mileſius clauſit damaſcũ:& ãtiocho ſeruauit. Quod factũ cũ audiſſet de philippo antiochus:reuerſus ad arabiá: expeditioné ſtatí cõtra iudeá parauit:pedites.quidé octo milia:æquites át octingétos. Cuius alexáder cõgreſſioné timés foſſam altiſſimá fodit:circa cafarſalá:quæ nũc antipatris uocaẗ initiũ eius faciés:& uſq; ad ioppen. Cũq; muꝝ ædificaſſet:& turres ligneas erexiſſet:ꝑ ſtadia centũ qnqginta:Antiochũ expectabat. Ille át hæc incédio cremás:exercitũ ſuũ ad arabiá exinde tranſduxit. Cui rex arabũ cedens primũ deinde ex íprouiſo cũ decé milibus æquitũ aduenićs:occurſioné antiochi fortiter debellauit. Dũq; uinceret:antiochus occidiẗ auxiliũ parti laboráti ferédo. Poſtq̃ uero cecidit antiochus:milites eius ad caná uillá confugiũt:ubi plurima pars eoꝝ fame cõſumitur. Poſt hũc íperat íferiori ſyriæ arethas:exceptus í prícipatu a damaſcenis:ꝑꝑ ptolomei iuuẽis odiũ. Qui cũ militiá cõgregaſſet cõtra iudeá & circa idida uicũ ꝑlio uiciſſet alexandrũ:cũ pactis a iudea diſceſſit. Alexander át iteꝝ cũ inuaſiſſet dié ciuitaté:contra eſſemon ꝓduxit exercitũ:ubi plurimæ uel mirádæ res zenonis fuerát:quá tribus aggeribus circundás:pugnádo inuaſit. Exinde cõtra gauli & ſeleuciá pergit:& has cũ cæpiſſet:ſubegit ét uallé quæ antiochi diciẗ caſtellum quoq; gamala. Sed cũ multi demetriũ ducé locoꝝ illoꝝ accuſarét:nimis eum indignatus dánis affecit:& tertiũ annũ complés:ſoluta expeditiõe ad ſua reuerſus eſt:qué iudei grate oino ꝓpter fœlicitaté eius accipiunt. Per idé tꝑs iam ſyroꝝ:& idumæoꝝ:& fœnicũ ciuitates iudei poſſidebát: iuxta mare quidem ſtratonis turré:appolloniá:ioppen iamniá:azotum:gazá:antidoné rafiá:rinocora: í mediterraneis uero ꝑ idumeá:aborá:mariſſam:oémq; idumeá:ſamariá:carmelum:& ithabriũ mõtes: ſcitopolim:gadará:gaulanitidé:ſeleuciá:gabala:moabitidé:ſebon:midabalem:baoroneæ:magna:& onzora:cilicum:auloné:pellanté:hanc ét deſtruxerunt cũ non ꝓmiſiſſent habitátes in ea patrios iudeoꝝ ſeniores ſuſcipere:alias quoq; ſyriæ ciuitates euerterunt. Poſt hæc rex alexáder crapulæ multũ indulgés:í ualitudiné incidit:& tribus ánis q̃rtano tipo laborás:nec ſi ab expeditiõe quieuit:donec in laboribus expiraret. Mortuus eſt át in mõte geraſenoꝝ:rabagá caſtellũ trans iordanem obſidés. Qué cum uidiſſet regina ꝓpinquanté leto:nulláq; ſpem ſalutis habenté. deplorans futurá deſolationé ſuam & filioꝝ ait. Cui me ita relinquis cũ filiis:alterius auxiliis egenté: dum ſic ſcias aduerſariá tibi genté exiſtere. Tunc ille perſuaſit ei mádata ſua cuſtodire:q̃tenus certum cũ filiis regnũ tutaret:& ut morté militibus eius celaret:uſquequo caſtellũ caperet: dehinc ut ad hieroſolymá uictrix & ſplédidiſſima rediret:& phariſeis ꝑtátem daret quid uellét agere:eoſq; honore ꝑferret:q̃tenus illi laudantes eá ꝓpter honoré ſibi illatum:fidé ei genté conſtituant. Ná poſſe hos multum apud iudeos dicebat:& lædere ſi qué abhominarenẗ:& ꝓdeſſe cui fideles exiſterent:cũ nimium eis a populo crederet quicquid uellét de aliquo ſeuiſſimũ referre: ſeq; ideo offendiſſe multitudiné aiebat:ꝙ phariſeos aliquádo contriſtaſſet. Tu igitur inquit cũ ad hieroſolymá ꝑueneris:cõuocatis militibus eis meũ corpus oſtéde:& permitte eis q̃liter uelint uti meo cadauere:ſiue cõtumelioſe uelint & inſepultũ relinquere:ꝙ a me iniq; ꝑpeſſi ſunt:ſeu aliquid í corpus meũ deſeruire:cõcede:neq; ſine illoꝝ conſilio uelis aliquid in tuo regno decernere. Quod ſi hæc ad eos dixeris:ego quidé clariore dignior ab eis funere:quá a te habebor:cũ ira poſt morté in aliquo nõ ſerueẗ:tu uero firmũ tibi cõficies principatũ. Hæc cũ ſuæ perſuaſiſſet uxori: deceſſit íperii ſui uiceſimoſeptimo áno:ætatis uero q̃drageſimonono. Alexandra itaq; cũ caſtellũ cæpiſſet:ſecundũ mariti mádata phariſeos alloquiẗ:& illoꝝ ꝑtáti mariti corpus: & regni gubernationem cõmendat:& ita irá quidem eoꝝ quá in alexandrum habebant:extinxit: fideles uero eos amicos ſibi parauit. Qui ſecundo populũ ad reconciliationé conuocantes:res geſtas alexandri explanauerunt:regé ſe iuſtum dicentes & magnum perdidiſſe:& tátum populo luctum & meſtitiá laudibus regis intulerunt. ut exequias ei meliores quam cæteris regibus exhiberent.

Quemadmodum poſt Alexandri mortem uxor eius alexandra imperium per nouem annos rexit:& uiuens cum pace gloriaq; defuncta eſt. Cap. XXII.

ALexáder aũt liberos relinqués Hyrcanũ & Ariſtobolũ:uxori alexádræ regnũ tradidit: & ex filiis eius alter hyrcáus reꝝ gubernationé ignorás:uitá ocioſam elegerat: nouiſſimus uero ariſtobolus efficax & audax erat. Igiẗ a ꝑpl'o mulier diligebaẗ: eo ꝙ uidebaẗ

contriſtari:de q̃bus maritus eius peccaſſet. Quæ principé q̃dem ſacerdotũ Hyrcanũ ꝑꝑ ætatem: magis aũt ꝑꝑ innocentiá ordinauit:phariſeis tamé oia facere ꝑmittés:q̃bus obedire multitudini ꝑcepit:& ſi q̃d legũ Hyrcanus ſocer eius ſoluiſſet:quod phariſei ſecundũ patriá traditioné introduxerát:hoc iteꝝ reſtituit. Nomé regiũ tantũ ipſa ferebat:oém uero ꝑtátem phariſei poſſidebát. Ná & tranſſugas educebát:& ligatos ſoluebát:& nihil a dominis pœnitus differebát. Verũetiam regina ꝓuidentiá ſui faciebat:dũ multos cõductos milites cõtineret:ſuaſq; uires duplas oſtenderet:ut iá in circuitu reges cereret:& caperet obſides ab eis miſſos. Pacé uero oís hébat prouincia ꝑter phariſeos. Ná hi républicá conturbabát:reginá flectere molientes:q̃tenus occideret conſiliarios alexandri:q eũ hortati eſſent octingétos íterficere:ex q̃bus ipſi unũ occiderunt dyogené:& poſt ipſum alios multos:uſquequo potétiſſimi eoꝝ in aulá intrarét cũ ariſtobolo:cui uidebanẗ moleſta facta phariſeoꝝ. Apparebat autem:ꝙ uellet occaſione accepta matré a regno deponere. Qui cũ ingreſſi fuiſſent:ámonebant eá:quanta feciſſent:ꝑ quæ firmá fidé ſuo domino cõſeruaſſent:pro q̃bus etiá multa ab eo merita accepiſſent:& petebát:ne oino ſpé eoꝝ euerteret. Ná cur fugerét aduerſarioꝝ ꝑicula. ſi domi ab inimicis ultioné tanq̃ pecora tolerarét. Dicebát etiam:ſi cõtenti eént aduerſarii mortuoꝝ interitu:ꝑꝑ mortuoꝝ fidé ſe patienter ea q̃ contigerũt ꝑferre ſi uero in hiſdé phariſei ꝑmanſerint:petebát dari ſibi licentiam recedédi. Nam ꝑter iuſſioné eius nullatenus aiunt pati ſaluti ſuæ ꝓuidere:ſed libéter in aula eius morari:ne ꝑfidos eos poſt diſceſſum putaret:obpropriũ uero reginæ eſſe:ſi neglecti ſocii:mariti eius aduerſariis traderenẗ. Nam gaudiũ arethæ arabo erit:tot & tales uiros a te alienari:quoꝝ prius terribile fuerat nomen auditũ. Si uero phariſeos ꝑpone iudicas:unũquéq; in caſtellis diſpone:& ſi ita aduerſarios uis erigere ſine nos in humilitate cõſiſtere. Multa talia cũ ei dicerét:& ad miſericordiá mortuoꝝ:& ꝑiclitantiũ umbras Alexádri íuocarét:oés qui aſſiſtebát lachrymis cõpleti ſunt:ſed amplius ariſtobolus: qui dũ ſuá oſtenderet uoluntaté:multa cõtra matré locutus eſt. Sed illi q̃dem ſuæ calamitatis cá fuerunt:dũ ambitioſe furéti mulieri:ꝑter conſtituta regni cõmitterét moderamina. Quæ dũ nihil ſciret q̃d ageret:ad poſtulationé eoꝝ cuſtodiá caſtelloꝝ illis credidit ꝑter Hyrcaniá:& alexádriá:& macherũta:ubi plurimæ & ꝑcioſiſſime res eius repoſitæ uidebanẗ. Non multo poſt tamé ſuũ filiũ ariſtobolũ cum exercitu deſtinauit ad damaſcũ cõtra ptolomeũ q mineus dicebaẗ: qui nihil ſtudio dignũ agétes:ad hieroſolymá reuerſi ſunt. Eodé tꝑe nunciaẗ triganis cũ trecétis milibus armatoꝝ cõtra iudeá uenturus:q̃d nimis reginá & genté ꝑterruit:ut dona multa nobiliſſima ꝑ legatos deſtiaret:qué obſidenté ptolomaidá inueniũt. Ná regina ſuaſit habitatoribus ptholomaidis:ut tigrané excluderét. Qui cũ peterent eũ ꝓ ſua regina:ꝓq; ſua géte:laudat eá tigranis: ꝙ ex lõginquo legationé ei cũ donis tráſmiſiſſet:ſpem ét eis boná ꝓmiſit. Capta uero ptholomaide nunciaẗ tigrani:ꝙ mitridatin dũ ſequereẗ lucullus:illũ quidé fugienté ad hyberos minie potuiſſet comꝑhendere:armeniá uero depopulatus obſediſſet. Quæ cũ cognouiſſet tigranis:domi reuertiẗ. Interiecto uero tꝑe alexádra regina cũ íualitudiné ſeuiſſimá incidiſſet:placuit Ariſtobolo républicá inuadere:& ꝑ nocté cũ uno famulo egreſſus ad caſtella ꝑrexit:ubi paterni ſui amici degebát. Ná olim de actibus matris ſuæ cõquerebaẗ. Tũc uero magis ueritus é:ne matræ defuncta:& phariſeis tenétibus oé genus ſuũ deperiret. Prouidebat. n. futura:ꝙ nõ poſſet prícipatui ſuccedere:dũ frater eius maior extaret. Cõſcia uero facti uxor eius fuerat:quá illic cũ ſua generatione dimiſit. Cũq; primũ ꝑueniſſet in gabatha:ubi potétiſſimus galeſtis eius amicus erat: a quo ét ſuſcipiẗ:& poſt dié regina cũ Ariſtoboli fugá ſenſiſſet:diuq; putaſſet diſceſſioné eius nõ ꝓ rebellione fieri:uenerũt qui nũciarent iá tenuiſſe illũ primũ caſtellũ & ſecũdũ:& reliq̃ oía. Ná uno cõpræhéſo:ſimul ad illius uolũtaté oía feſtinabát. Tũc cuncta gés iudeoꝝ cũ regina í maxis cœpit eé terroribus. Ná ſciebant nõ longe eé Ariſtobolũ:q̃tenus ſibi principatũ defenderet:timebát ét: ne ultioné exigeret de illatis ſibimet cõtumeliis. Placuit igiẗ uxoré eius cũ genere in ſuꝑiori cuſtodia tépli cõſtitui. Ariſtobolũ aũt cũ multi freq̃nter nũciaſſent regio circũdatũ ornatu:& intra quindeci pene dies loca uigítiduo occupaſſe:unde ét militiá cõgregaret a libáo uel traconitide: uel monarchis:tũc ſeniores iudeoꝝ & Hyrcanus ad reginá intrátes:petebant ut ſniam de rebus ferret inſtátibus. Ná Ariſtobolus iá pene cũcta poſſederat:tátis locis occupatis. Inhoneſtũ. n. putabant q̃uis in egritudine laboraret: ſine ea aliquod cõſiliũ capere:íminere uero ſibi nõ longe ꝑiculum clamitabát. Cũq; illa ꝑcepiſſet eis agere:q̃ exiſtimarét ꝓdeſſe: multas quoq; cás eis utiles adeſſe demõſtrabat. i. genté ualidá:exercitũ potétiſſimũ pecuniaꝝ copiá: ſibiq; deficiéte iam corpe uanũ eſſe:ꝓ talibus laboré ípendere. Hæc cũ dixiſſet:nõ multoplus deceſſit:áno ſui regni nono: ætatis uero. lxxiii. mulier q̃ debilitate ſui ſexus nunq̃ ſuccubuit:callida circa regni detentionem: quod ex ipſis opibus euidéter oſtéſum é:& quæ ꝑponeret futuris ꝑſentia:& q̃ potétiæ nihil ꝑponeret prícipali:cũ nec bonũ aut iuſtũ attenderet:ad ſummá calamitaté negocia domus ſuæ ita ꝑduxit:ut poſt multa ꝑicula & labores ꝑtátem quá poſſedit nõ multo tꝑe: tracta cupiditate perderet. Inimicis ení generis ſui quá habuit tradidit ꝑtátem:& principatũ potentiũ amicoꝝ gubernatione priuauit:& miſeriis regnũ poſt ſuá morté compleuit ꝑꝑ malá diſpoſitioné. Sed q̃uis ita regnaſſet:gentem tamen in pace cuſtodiuit. Alexandra ergo finem inuenit huiuſmodi.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Incipit Liber.xiiii.antiquitatis Iudaicæ.

Quemadmodum post mortem Alexandræ nouissimus eius filius Aristobolus:contra Hyrcanum fratrem pro regno bellauit. Cap. I.

A Lexander reginæ morte in superiori uolumine demonstrata:sequentia referamus:nihil festinātes aliud:nisi minie quicq̄ de gestis rebus memoriæ ꝓuidendo ꝑterire.Nā qui cōscribunt historias:& res ueteres indicant:oportet eos pp antiquitatē narrationi decus imponere uel explanationi reꝝ studere pp legētes.q̄tenus cū aliqua gratia uel delectatione experientiā possint reꝝ cōcipere. Sup oīa uero certius conscriptores debēt & ueritatem dicere:ut rerū ignari possint credere lectioni.Centesima octogesimatertia olympiade: q̄nto ortēsio & quinto metello cretico consulibus bellū contra Hyrcanū Aristobolus ꝑparauit:pugnaq; facta prope hierichū tā multi milites Hyrcani ad fratrē eius transfugerunt. Quo facto:Hyrcanus ad arcē ubi Aristoboli uxor & filii a matre eius erāt cōclusi confugit.Cui Aristobolus de recōciliatione uerba faciens inimicicias deposuit:ut ipse q̄dē regnū teneret: frater autem priuatus uiueret:in sua possessione cōtentus. Cūq; hæc disposuissent in templo: & iusiurandū & dextras dedissent:omni populo uidente:discesserunt:ille quidem in aulam regiam: Hyrcanus uero ut priuatus in Aristoboli domum.

De antipatro patræ herodis q̄ iuuabat patrem hircani:aduersus aristobolum. Cap. II.

A Micus igitur quidē Hyrcani genere idumeus antipater dictus multas possidens pecunias & uir efficax: Aristobolo suspectus hēbatur pp Hyrcanū.Nicolaus tamē damascenus ait hūc genere nobilissimū iudeoꝝ fuisse:ex illis q̄ ad iudeam a babylone reuersi sunt.Hæc āt refert ad gratiā Herodis filii eius quē regē iudeoꝝ contigit postea fieri de quo apto tpe dicemus.Hic ergo antipater q̄ prius antipas appellabat; & eodē patris noīe uocabat:cum eū alexāder rex:& uxor eius ducē totius idumeæ ordinassent: amicicias iniisse cū finitimis arabis:& gazeis & ascolonitis phibet:multis & maximis donis illos sibi cōiungēs:& cum Aristoboli potentiā iunior antipater formidaret:timens ne q̄d ab eo pateret pp inimicitias:iādē ter excitat cōtra eū iudeoꝝ ualidissimos uiros iniustū esse dicēs negligere:dū uiderēt Aristobolū iniq; principatū habere:fratreq; eius priorē eiectū:cui magis pp ætatē imperiū debebat.Et cū hæc ad Hyrcanū uerba freq̄nter faceret:& diceret periclitari uitā suā: nisi ꝓuideret sibi: fecit eū discedere.Nā indicabat Aristoboli amicos nullum tps ꝑtermittere in quo nō psuaderent eū interfici:q̄tenus firmū sibi gereret principatū.His hyrcanus uerbis minime credebat:dū natura bonus eēt:& accusationē facere nō admitteret:faciebat āt eum īnocētia & mentis remissio: ut debilis & inualidus putaret cum contrariæ naturæ Aristobolus esset.Nā facinorosus & arrogās erat. Sed cū antipater uidisset Hyrcanū non attendere uerba sua:nullatenus parcebat singulis diebus accusationes fictas de Aristobolo illi inserere:tanq̄ eum iterficere festinaret. Quem uix impulit ad aretham arabū regem confugere:nā promittebat ei auxiliatorē illum quoq; futuꝝ. Igitur cū hæc audisset Hyrcanus:arbitratus ꝓdesse sibi ad finitimā iudeæ arabiam discedere:pmittit ante patrū ad arabum regē fidem ab eo acceptuꝝ q̄ refugientē ad se nō traderet inimicis.Cū uero accepisset fidē:antipater ad Hyrcanū hierosolymā remeauit: cū quo pauco post: noctu de ciuitate egreditur.Cūq; multam fecissent uiā ad petram ciuitatē perueniunt:ubi palatiū arethæ erat.

Cum suscepisset hircanus exercitum:& contra aristobolum ꝓduxisset:& in pugna uicisset hierosolyma eum psecutus est:ubi cum exercitu obsidebat ciuitatem. Cap. III.

A Ntipater āt dum multū amicus regis eēt & rogaret eum ut hircanū ad iudeā deduceret:& hoc singulis diebus sine ulla intermissione faceret:sed ēt dona ꝓmitteret flectit arethā.Necnon ēt hircanus pollicitus ē si restitueretur patriæ regnūq; susciperet:omnem terrā & decē ciuitates q̄s suus pater alexander ab arabis acceperat reddere. Fuerūt āt medaba:labias:nabalota:arabata:galathone:iazora:monslimgon:edissa:ribdalusa oriblo. Cū has promissiones audisset:cōtra aristobolū exercitū q̄nquaginta millia eqtū & peditū produxit.Sed cū in prælio uicisset:& multi post uictorā ad hircanū refugissent:desolatus aristobolus ad hierosolymā secessit.Arabū āt rex oēm agēs exercitū:& applicās ad tēplū:aristobolū obsidebat:& adiecto populo iudeoꝝ hircano pariter obsidēte:soli sacerdotes cū aristobolo pmansere.Igitur arethas cū exercitu arabū & iudeorū circūdās ciuitatē fortiter obsidioni imiebat.Quæ cū fieret tempore celebrationis azimoꝝ quæ pascha dicitur probatissimi iudeoꝝ ꝓuinciā relinquentes i egyptū recesserunt.Onias uero quidā uir iustus deoq; amabilis:qui dū non plueret: orauit deū quatenus solueret siccitatē:& audiens deus pluit:dū tunc celatū eum haberent pp seditionē abstraxerunt:& in exercitū iudeoꝝ produxerunt:petentes:ut similiter oraret cōtra Aristoboli milites ut soluerent:sicut soluta ē pluuia.Cūq; diu resisteret recusans a multitudīe cōpulsus ī medio stetit ita orando dicēs.Deus omniū rex:quō hii qui mecū cōsistunt tuus existit populus:& qui obsi-

dentur tui sacerdotes sunt:peto:ut neq; istos exaudias contra illos petentes neq; illos cōtra hos orantes.Cūq; hæc orasset:maliuoli iudei adorti interfecerunt eum.Deus aūt statim ab eis ultionem crudelitatis exegit.Nam pœnā exegit pro morte oniæ hoc modo:obsessis sacerdotibus: & aristobolo:celebratio paschæ prouenit:in qua solemus multas deo immolationes offerre. Cūq; indigerent uictimis aristoboli socii & petissent iudeos:ut pro uictimis acciperent quantas uellet pecunias:tunc illi mille dragmas pro singulo capite dari dixerunt.Cunq; libenter aristobolus & sacerdotes promisissent:per muros pecunias deposuerūt:quas illi cum accepissent nequaq̄ uictimas reddiderunt:sed maliuolentia tracti fidei trāsgressores & impii coram deo pro fraudatione hostiarum extiterunt.Sacerdotes autem orauerunt ad deum:quatenus hoc illis impune nō cederet. Qui non remoratus pœnam procellā uehementem acerrimāq; in fructus totius prouinciæ mittens:consumpsit eos ita ut modius tritici:dragmis.xi.emeretur.

Qualiter Scaurum ab armenia magnus Pompeius ad partes syriæ trāsmisit & q̄ legati uenientes Hircani & Aristoboli:auxilia petierunt. Cap. IIII.

I Nterea Scaurum Pompeius dum in armenia adhuc tigranem ipse debellaret: ad syriā destinauit.Qui cū damascum uenisset & a Iolio & metello nuper captam ciuitatē inuenisset in iudeam prexit.Vbi dum uenisset ad eum legati Aristoboli uel Hyrcani ingrediuntur:petentes auxilia. Sed dum Aristobolus promitteret quadringenta se dare talenta:& nihilominus hæc etiam eadem Hyrcanus offerret: Scaurus magis Aristoboli promissa suscepit.nam & diues & magnanimus Aristobolus erat & omnino paruum ei erat: quod dari postulabatur:alter uero & pauper & tenax:& de maioribus perfidā promissionem protendebat. Nam & simile non erat q̄ petebant idē uirtute ciuitatem nimis munitissimam & potētissimam capere & transfugas cum multitudine nabutheoꝝ bello depellere ꝑdictis ergo causis flexus scaurus:cū pecunias accepisset soluit obsidionem:pcipiens arethā recedere: ne romanis hostibus appareret.Igitur Scaurus ad Damascum iteꝝ discessit.Aristobolus aūt cum multis uiribus contra Arethā & Hyrcanum parauit exercitum. Quibus cōfligens circa locum qui capirō dicitur uicit eos:multa milia hostiū prosternēs:inter quos etiā & celaphō frater antipatri cecidit.Sed nō multopost cum Pompeius in damascū peruenisset:& inferiorem syriam percurrisset uenerunt legati ab ægypto:& ab omni syria uel iudea:per quos miserat ei donū maximum.Aristobolus autem auream misit coronā quingentorum talentoꝝ cuius mentionem fecit ēt strabon capadox ita referens. Venerunt uero ex ægypto legati cū corona aurea quatuor milia solidoꝝ:& a iudea uittis alias uitis:uel torques aurea:quem noīabant tepnō alias trepnō idest delectabile.Hoc uero donū nos quoq; uidimus in tēplo romæ capitolini iouis sacratum fuisse titulū habens Aristoboli filii Alexandri regis iudeorum quod estimatum est quingentis talētis.Igitur Aristobolus iudeorum potentissimus:hoc donum dicitur misisse.Interiecto uero tempore:rursus legati ad eū uenerunt idest antipater pro Hyrcano nicomedis pro Aristobolo qui etiam accusabant Gabinium & scaurum q̄ pecunias accepissent:ille trecenta talenta:alter quadringenta.

Quemadmodū Aristobolus cū intellexisset Pompei consilium:ad sua discessit:aduersus quē indignatus Pōpeius exercitū produxit:& Aristobolū in alexandriū castellū fugauit. Cap. V.

C Vnq; iussisset Pompeius certantes ad Damascū uenire instante tpe ueris: congregans Pompeius apamenū exercitum de locis hyemalibus ad Damascū properauit q̄ in trāsitu suo mox apamenā arcē euertit:quam Antiochus munierat:cizicenus dum Ptolomei minei prouinciā consideraruit:uiri maliuoli:& pene Dionysio tripolitano deterioris:qui securi fuerat percussus.Et dum morte dignum inuenisset:acceptis ab eo mille talentis ex quibus stipendiū militibus suis donauit:absoluit eū: necnon & lisiadem oppidum cœpit ubi tyrannus silas iudeus erat.Cūq; ciuitates Heliopolim & Calsidem trāsisset in medio positū montem ascēdit & ad inferiorem syriam damascūq; peruenit. Vbi & comperit:q̄ iudei cum suis principibus Hyrcano & Aristobolo haberent discordiam:motāq; audiuit gentem: contra utrosq; dicentem non debere sub regali ditione esse:sed patrio ritu sacerdotibus obedire:quos deus uenerari pcepit.Hii nāq; dum nepotes existerent sacerdotum:nō contenti eo honore ad alium magistratum cupiebant gentem transducere:& seruitutis uinculis obligare. Hyrcanus aūt accusabat: q̄ maior frater esset:& Aristobolo partem paruā prouinciæ datam teneret:aliam uero Aristobolum uiolentia cœpisse confirmans:necnon etiā incursione contra finitimos & latrocinia illū perpetrare criminabatur:neq; gentem iudeoꝝ a se nisi per illius uiolentiam ad seditionē descendisse.Cui etiā hæc alleganti testimonium plus mille optimates iudei ꝑbebant:antipatro suadente. Aristobolus aūt principatu dicebat eum cecidisse pp suam naturalem & inefficacem seniciē: pro qua contentibilis uidebatur:se quoq; aiebat:non tantum pro regni ambitione sumpsisse principatum:quantū metu:ne forte ad alios migraret. Appellari autē se regem patris sui nūcupatione & testes conuocabat iuuenes promptissimos quorum cultus purpuræ:uel comæ:necnon & falerealiuꝝ ornatus sic ei astipabatur:ut non ad iudicium intrare:sed ad pompam procedere putaretur.Pompeius tamen cum hæc audisset:Aristobolum de uiolentia culpans:dimisit eos: leuiter

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

allocutus. Nam dixerat ad prouinciam eo℞ sese uentu℞: quo certius singula posset agnosceret ci nabutheo℞ primum prouinciam puideret: & interim eos pacē habere pcepit. aristobolo aūt bli diebatur: ne puinciam faceret rebellare: aditusq̧ uiæ concluderet: quod euenit.

Quemadmodū aristobolus grauiter ferens q̄ pter spem sibi a pōpeio euenisset: bellū parauit sed postea penitens pacē postulauit: pecunias offerens: quas tamen minime soluit. Cap. VI.

ARistobolus enim a Pompeio regressus: nec aliquid eorum quæ ille monuerat curās in delō ciuitatē peruenit: exinde iudeam prexit. Quapropter iratus Pompeius expeditionem quam contra nabutheos parauerat in damasco a syria: legionesq̧ romano℞ cōtra Aristobolum perduxit. Cūq̧ peltam & scitopolim trāsisset: in coreas peruenit: quæ initium est iudeæ mediterraneæ: unde munitissimum oppidū super montem positum uidetur Alexandrium nomine quo Aristobolus confugerat. Tunc pompeius destinans ad eum: iussit descendere: multisq̧ suadentibus romanis non rebellare: descendit. Cūq̧ disputasset contra fratrem de pricipatu: rursus in oppidum pompeio concedente discessit: & hoc bis & tertio fecit: sperans regnum obtinere: ad omnia quæ pompeius præceperat obedire se simulās: donec recederet ad munimina sua: timens ne regno spoliaretur & hircano pricipatus traderetur. Pompeius autem cum iussisset ei ut castella traderet: & custodibus propria manu scriberet: quatenus eum susciperent: noluit obedire hæc scribere.

Qualiter irritatus pōpeius aristobolū ligauit: & ad ciuitatē obsidendā accessit. Cap. VII.

DEscendens autem ad hierosolymā bellum parauit: interiectoq̧ tpe pompeio exercitū contra eum ducente: quidā ex ponto ueniens nunciauit mitridatē hausto ueneno defunctum: quod illi filius suus farnaces confecerat. Cūq̧ in hierico castra posuisset: ubi maxime nascitur opobalsamum: cuius cū flos acuto lapide incisus fuerat distillat: mane hierosolymis ascendit. Tunc Aristobolus pœnitens ad pompeiū descendit: pecuniasq̧ offerens in hierosolymis eum suscepit: rogabatq̧ bello desinere: & quæ uellet cum pace disponeret. Pompeius aūt ueniam ei petenti pstitit: & mittit gabinium cum militibus ad ciuitatē ut pecunias obtineret. Sed cum nihil ho℞ penitus egisset: gabinius rediit: negatisq̧ pecūiis de ciuitate exclusus est. Nam aristoboli milites pactis minime consenserunt.

De modestia pompei & religiositate: quia nullatenus passus est tangere tēpli pecunias: licet multæ fuissent: & quia Aristobolum romani uictum cum filiis perduxit. Cap. VIII.

QVapropter Pompeius iratus: aristobolū reclusit in carcerem: & ad ciuitatem peruenit undiq̧ munitissimam: præter septētrionalem partē. Circuit enim eam uallis latissima uel altissima: intus templū concludens: lapideo muro fortissime constructum. Seditō itaq̧ intus hoīum de præsentibus rebus erat: quibusdā dicentibus: pompeio tradi ciuitatem: aristoboli uero socii excludere eum & expugnare persuadebant: & illum haberi uinctum. Qui cum in templo refugerent: ponte absciso qui ciuitati iungebatur: sese ad obsidionē parabāt. alii autem exercitū pompeii susceperunt: & aulam ei tradiderunt. Pompeius ergo pisonē legatū cum exercitu destinauit palatium custodire: & domos uel templū obseruare. Qui prius quidem uerba pacifica in templo conclusis offerebat: sed hii dum non obedissent: loca iuxta templū posita muris circundedit: ad oīa hircano ministrante. Pompeius āt mane circa templum a parte aquilonis: unde expugnare eos potuissent milites collocauit. Fuerant nāq̧ per illam partem turres altissimæ: & fossæ altissimæ q̄ ualle circundabantur. Ponte nāq̧ deciso munitior extiterat: in qua ualle pompeius cum aggerē in circuitu siluam incidentibus romanis imponeret: & uideret satis fossam coequatam: machinamenta uel instrumenta bellica tiro deportata superimposuit: p quæ etiam templū deposuit. Sed si nobis patrius mos non fuisset septimo die uacare nullatenus aggerem construere iudeis repugnantibus potuissent. Nā bellantibus & occidentibus resistere lex cōcedit: si quid uero aliud aduersarii uellint facere: nulla nobis datur licentia sabbatis eos prohibere. Quapropter non certantibus iudeis: nec manus armantibus turres erigere: uel machinamenta romanis licuit fabricare: quibus postero die utebantur. Vnde pōt nostra erga deum pietas legisq̧ custodia cognosci: q̧ nihil timore obsidionis ab immolandū impediti fuissent sed secundo in die mane & circa nonā super aram immolabant: & neq̧ inflictione belli sacrificiū remittebāt. Nam cum capta ciuitas fuisset tertio mēse ieiunio℞: centesima septuagesima olympiade: gaio antonio: & Marco Tullio Cicerone consulibus: hostes templū ingressi cunctos pemerunt: qui sacrificiis occupati nullatenus sacra ruperunt: haud timore animæ conturbati: haud dolore morientium expulsi: sed oīa uoluerunt circa ipsas aras pati: putantes melius esse mori q̄ sacrificia imperfecta relinquere. Et hanc non esse laudē mendacem per quam pietas nostra appareret: sed ueram extitisse cuncti testantur qui pompeii gesta cōscripserunt: inter quos sunt & strabon: & nicolaus: necnon & Titus libius romanæ cōscriptor historiæ. At cum machinamentū primum illatū fuisset: turris maxima cōmota cecidit: & aperuit partē templi: per quam hostes irruperunt. Quorum primus Cornelius Faustus sylle filius cum suis militibus super murū ascendit: post eum etiā per alteram partem Furius Centurio cum suis: in medio aūt Fauius & ipse Centurio cum turba for-

Capta Ciuitate
Tempus quo capt[um] est templum a pompeio

... iudeos qui pre... ntem ...

tissima. Tunc oīa cede iudeo℞ cōplebantur. Quidā.n.a romanis: alii uero semetipsos occidebāt. Erant qui & pcipites sese flāmis inter domos iniicerent: minime ualētes uiolentiā sustinere. Cūq̧ pstrati uigintiduo milia iudeo℞: romano℞ uero pauci defuncti fuissent: capit etiam abscaloni patruus: simul & socer aristoboli. Nō ergo parua in tēplo cōmissa sunt: dum ea quæ priori tpe inuisibilia uel inaccessibilia erant adisset Pompeius: & cū eo non pauci uidissent quæ non liceret nisi sacerdotibus intueri. Inuenerunt āt mensam aureā: & circa eam candelabra uel libatoria non pauca: necnon & aromatum multitudinē: in thesauris uero sacras pecunias duo milia talenta.

De modestia Pompei & religiositate: quia nullatenus passus est tāgere templi pecunias: licet multæ fuissent: & quia Aristobolū romani uictum cū filiis perduxit. Cap. IX.

QVas Pompeius penitus contingere noluit propter pietatem: & hoc dignum sua uirtute fecit. Cūq̧ ī posterum ministris templi pcepisset illud purgare & legytima offerret deo: Hyrcano principatum sacerdotii donauit: eo q̄ ei utilis apparuisset: & prouinciales prohibuisset Aristobolo auxilium pstare: auctores quoq̧ belli securi percussit. Faustum uero cum aliis qui propēsius murum ascenderant: pmiis dignis honorauit: & hierosolymā sub conditione fiscalium romanis exposuit. Ciuitates ēt quas prius iudei de inferiori syria ablatas subegerant sub suo principatu esse cōstituit: & oēm gentem prius nimis extensam: suos intra fines astrinxit: necnon & gadarā pauloante dirutam ædificauit: demetrio donans gadarenos suo liberto: reliquas autem ioppē & scitopolī: & pella uel diō: & Samariam: & īsuper marissam & azotum: & iamniā: & arethusam habitatoribus reddidit: quæ mediterraneæ fuerant præter alias dirutas. Gazam uero maritimam: & ioppen: & doram: & stratonis turrim quam postea herodes magnifice cōdidit: & cum porticibus uel templis eam ornasset: cæsaream eam cognominauit: Pompeius liberas reliquit: & a prouincia discessit. Horum malorum hierosolymis auctores Hyrcanus & Aristobolus extiterunt: cum inuicē inter se bella gessissent. Nam tunc libertatem deposuimus & subiecti romanis sumus & prouīciam: quā armis possidemus a syris ablatam. Hanc Syris compulsi sumus denuo restituere. Et īsuper decem milia talenta pauco tempore: romani a nobis exegerunt: & regnum quod antiquitus secundum generationem principibus sacerdotum dabatur: populare factum est. De his quidem competēti loco dicemus. Pompeius autem cum inferiorem syriam usq̧ ad eufraten fluuium & ægyptum Scauro tradidisset: & duas legiones romanas: per ciliciam romam perrexit. Ducebat cum sua generatione Aristobolum uictum: cui duæ filiæ uel totidem filii fuerunt: quorum Alexāder euasit: nouissimus autem antigonus cum patre uel sororibus romam deportatus est.

De Scauro q̄ militiam contra petrā urbem tunc regnū arabum absentē pduxit. Cap. X.

SCaurus itaq̧ cōtra petram arabiæ cum exercitum produxisset: propter difficultatem ciuitatis ī circuitu terram deuastabat. Sed exercitui romano fame fatigato: antipater obediens præceptis Hyrcani: a iudea triticum uel quæcunq̧ erant necessaria destinabat. Cunq̧ missus ab Scauro legatus ad arethā perrexisset pro amiciciis quas cum eo habere debuerat: flexit eum pecuniis ne prouincia prædaretur. Qui etiam fideiussor eius pro trecentis talentis extitit & in his bellum Scaurus sedauit. Siquidem non minus & ipse qua aretha concupiuit idem fieri.

Quemadmodum Aristoboli filius Alexander fugiens Pompeiū ad iudeam puenit: ubi multo exercitu congregato: bellū contra hyrcanum & antipatrū produxit. Cap. XI.

INteriecto uero tpe cum Alexander Aristoboli filius iudeam inuasisset: dux exercitus gabinius de roma ad syriam usq̧ peruenit: qui inter alia quæ miranda fecit: contra alexandrum produxit exercitum: nullatenus ualente hyrcano uiribus illius resistere: cum etiam erigere hierosolymo℞ murum festinaret quem Pompeius deposuerat quod ne faceret: prohibuerunt eum romani ibi constituti. Circuens āt prouinciam: multos iudeorum armauit: & maturius q̄ sperabatur collegit decem milia pedites: & mille quingentos æquites: alexādrium etiam castellum ualde munitum & macherunta iuxta montes arabiæ cœpit. Igitur Gabinius cōtra eum ueniebat: cū iam Marcum antonium cū romanis: aliosq̧ duces pmisisset. Qui cū romanis militibus & subiectis iudeis quos phitolaus & malchus ducebant: adunantes sibi & antipatri societatem Alexandro obuiam ueniret: quos seqbatur etiam Gabinius cum legione. Alexander autem prope hierosolymam accessit: ubi cum hostibus plio facto: peremerūt romani tria milia iudeorum: capiunt etiā non minus tria milia uirorum. Interim Gabinius cum alexādrium peruenisset castrum: inuitabat cōclusos ad pacē: ueniamq̧ de prioribus suis delictis pollicebatur eis. Vbi cum plures hostiū foras uallorum starent: Marcus antonius fortiter decertans: in cōgressione multos prostrauit. Gabinius uero exercitus partem cū ibi reliquisset: & castellum uastaret: ipse reliquam iudeam circuibat: quantasq̧ inuenisset dirutas ciuitates renouari præcepit: & constructæ sūt Samaria uel Azotus: Scitopolis & Antidona: Rafia uel Dora: Marissa & Gapa: & aliæ non paucæ. Cunq̧ omnes gabini præceptis obedissent: ciuitates multo tempore desertæ suos habitatores acquisieret.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Quemadmodum cum flexiſſet alexandrum mater ſua tradere ſe cum caſtellis:gabinius alexandrum dimiſit. Cap. XII.

QVæ cum ageret per prouinciam rediit in alexádriũ caſtellũ. Vbi dũ obſidioné ſtatueret:legationé ad eum alexáder deſtinauit: ueniam ſibi de prioribus cõmiſſis poſtulás & tradere caſtella:hircantá uel macheruntam:poſt etiam alexandrium pollicet. Quæ gabinius accepta euertit. Mater uero alexandri cum ad eum perueniſſet: ná fauebat romanis:marito eius & aliis filiis romam abductis:conceſſit ei gabinius quæ poſtulaſſet. Cumq; diſpoſuiſſet pacem cum ea: Hyrcanum ad hieroſolymam reduxit habiturum templi diligétiá. Quinq; tamen curias conſtituit:æqualibus turmis gentem diuiſit:quarum una hieroſolymis degebat: alia in gadaris:tertia in amathunte:quarta uero in hierichunte:quinta in ſeſſoris galileæ: qui regia poteſtate liberati:ſub optimatuum gubernatiõe uiuebant.

De ariſtobolo qui cum a romana ciuitate ad iudeam fugiſſet:tentus a gabinio:rurſus captiuus tranſmiſſus eſt. Cap. XIII.

SEd cum ariſtobolus roma ad iudeam confugiſſet:& alexádrium quod nuper diruti fuerat renouare deſideraret:gabinius milites cum ducibus ſiſinnio & antonio & ſeruilio mittit:ut eum oppidum reconſtrui prohiberent:ſimul & caperent. Multi itaq; iudei ad ariſtobolum tranſiebant:propter ueterem eius gloriam nouis rebus ſtudentes:necnon & phitolaus dux hieroſolymorum cum mille ad eum uenerat:qui tamé inermes erant:quos decreuit in macherũte ponere. Ariſtobolus ergo eos qui armis inopes erant dimiſit:armatos autem octo milia exeuntes cum collegiſſet:perrexit ad bellum. Quos romani fortiter inuadentes:prælio facto uicerunt. Et licet iudei propenſius decertarent:tamen atrocitate hoſtium ad fugam cõuertunt:quorum quinq; milia proſternunt: reliq uero diſperſi ut unuſquiſq; ualuit:per fugam ſibi ſaluté quæſiuit: tamé plus mille ariſtobolus habens in macheruntem munitiſſimum oppidum receſſit. Cũq; male pugnaſſet:nihilomius ſpé ſibi bonam pmittebat. Per duos tamen dies obſidiõi reſiſtens:multis perfoſſus uulneribus:captiuus cum átigono filio qui de roma cum eo fugerat ad gabinium trahit. Ariſtobolus quidem his caſibus uſus:rurſus ad romaná ciuitatem tranſmittitur:quo ligatus tenebat:cum regnum & ſacerdotii principatũ tribus annis & ſex méſibus geſſiſſet:uir clarus & magnanimus:filios át eius ſenatus matri remiſit:gabinio ſcribente hoc ei promiſſum fuiſſe p caſtellorũ proditione:ſed hi quidé in iudeam remearũt. Gabinius át cũ cõtra pthos exercitum duxiſſet: & eufraten fluuiũ tranſiſſet:placuit ei ad ægyptũ reuerti:q̃tenus ptolomeũ ibi reſtituerũt. Hæc uero & p alios hiſtoriarũ cõſcriptores demõſtrata ſunt. Gabinii deinde militibus antipater miniſtrauit triticum & arma & pecunias:& iudeos ppe peluſiũ auxiliatores effecit:qui cuſtodes ægyptiorũ aditũ fuerant. Cũq; ex ægypto remeaſſet: & ad ſyriá pueniſſet:ſeditionibus & turbis eá iualeſcenté inuenit. Siquidem alexáder ariſtoboli filius recipiens rurſus p uiolentiam principatũ:multos iudeorũ ſubtraxerat:magnoq; cum exercitu prouinciá inuadens:omnes romanos quantos inueniret occidebat:refugientes ad mõtem garizim. Gabinius autem hæc audiens:antipatrum ut prudenté præmittit ad illos qui rebellabant:ut eorũ ſedaret amentiam:quatenus ad meliorem ſenſum redirét. Qui cũ prexiſſet: multos quidem caſtigauit:& ad cõpetétia reſtituit. Verũtamen alexandrũ cõpræhendere nõ potuit:dũ exercitũ haberet triginta milia iudeorũ:quiq; cum gabinio cõfligens:uincitur:decem milibus ſuis ppe itabriũ mõtem pſtratis. Gabinius itaq; cum diſpoſuiſſet hieroſolymorũ ciuitatem:antipatri uoluntati obediens:contra nabutheos expeditionem pduxit:quos eũ in pugna uiciſſet:parthorũ tranſſugans mitridaté & orfané dimiſit:qui fide nõ ſeruata:ad pprios remearũt. Sed gabinius cũ opera maxima uel clariſſima in expeditiõe feciſſét:romam rediit craſſo tradens ducatum. De pompeii & gabinii contra iudeos expeditione conſcribit Nicolaus Damaſcenus & ſtrabo capadox:nihil unus altero amplius exponens.

De craſſi ſucceſſoris gabini cõtra parthos expeditione:& aſcenſus eius in iudeá: pecuniarũq; templi de populatione. Cap. XIIII.

CRaſſus át cũ cõtra pthos militiá pduceret:ad iudeá puenit:& pecũias tépli q̃s põpeius nõ tetigerat:duo milia talétorũ abſtulit : necnõ & totũ reliquũ aurũ uſq; ad octo milia talétorũ. Tulit ét & trabé aureá uerſatilé:trecétas minas péſanté. Mina uero apud nos duæ & ſemis libræ extimant. Tradidit ei ergo hác trabé cuſtos pecuniarũ eleazarus noíe ſacerdos:nõ maliuolo aío:ná iuſtus & bonus erat ſed dũ cõmiſſa fuiſſet ei cuſtodia uelorũ tépli:q̃ mira pulchritudíe uel cõſtructõe pcioſiſſima reſplédebát i hac trabe pédétia:& craſſũ uidiſſet cũctũ tépli ornatũ auferre:aureá ei trabé p redéptiõe oíum pſtitit:dũ & iuſiurádũ ab eo accepiſſet:nihil alid a téplo tollédũ : ſed ſolo cõtétũ eé auro ab eo tradito quo multa milia põdo poſſet iuenire. Hác át trabé alia lignea circũdabat:ideoq; latebat. Craſſus uero licet iuraſſet: nihil aliud de téplo tágere:poſt acceptam tamé trabé tráſgreſſus:omne tépli aurũ depoſuit. Nemo itaq; miretur:ſi tantæ diuitiæ in noſtro templo fuiſſent dum has omnes per diuerſam terram iudei deum colentes ibi ex antiquis téporibus obtuliſſent. Nec magnitudo prædictarũ pecuniarũ

Craſſo

teſtimonio caret:nec arrogantia noſtra per tãtam magnitudiné diuitias extulit: ſed multi & alii conſcriptores nobis teſtimonium ferunt:necnon & ſtrabon capadox ita dicens: Tranſmittentes mitridates in choo : tulit pecunias:quas ibi cleopatra regina depoſuerat:uerum etiá & iudeorũ octingenta talenta. Nobis itaq; pecuniæ publicæ non ſunt:niſi dei tantum. Vnde manifeſtũ eſt iudeos per aſyam conſtitutos ueritos mitridaté:has pecunias in choo tranſmiſiſſe. Non enim ex iudea fuerunt in choo pecuniæ dum ciuitatem & templum mũitiſſimum haberent ſed neq; alexandriam habitantes iudeos uerſimile eſt hoc feciſſe: dum nihilo mitridaté timerent. Teſtis é nobis idem ſtrabon & alio loco qui tempore quo tráſiit ſilla i bellada cõpugnaturus mitridati: lucullum tranſmiſiſſe fertur in cireneá ciuitatem:propter noſtræ gentis ſeditionem:quæ totum orbem compleuit ita dicens. Quatuor in ciuitate cireneorũ ptes exiſtunt:ciuiũ & agricolarum: tertia uero colonorũ: & quarta iudeorum. Hæc per omnes ciuitates iam diſperſa eſt:& nullus locus mundi facilis inuenit quo non hanc gentem uidemus. Nam ægyptus & cirenea dum ſub uno regno fuiſſent:omnem conuerſationem horũ emulate ſunt:ita ut ſcripturis eorũ uterent:& preſertim pecunias ſecundum patrias leges iudeorũ congregarent. In ægypto ergo ſummam pté habitaſſe iudeorum demonſtratur:& alexandriæ ciuitatis maxima pars huic genti deputata eſt. Ordinatur uero ét princeps qui cauſas eorũ & inſtrumenta publica debeat curare:& pcepta dare tãq̃ princeps perfectæ reipublicæ. In ægypto tamen hæc generatõ conualuit:eo q initio iudei ægyptii fuiſſent:& quia iuxta prouinciam iudeam:ægyptus iacet:necnon & propter illos qui exinde ad ægyptum peruenerunt. Ad cirenam autem ideo tranſiit : eo q ipſa finitia ægypto extitiſſet:quemadmodũ & iudea:& q ſub uno regno prius fuiſſent. Strabon quidem hæc retulit. Craſſus autem cum omnia diſpoſuiſſet quéadmodum uellet:contra parthos egredit:ubi cum toto ſuo defecit exercitu:ſicut & alibi demonſtratum eſt. Sed caſſius dum ad ſyriam perueniſſet: & uindicaſſet eam ex incurſionibus parthicis:qui nimis per craſſi perditioné audatõres fuerant: rurſum ad tirũ peruenit:& exinde ad iudeam aſcendit. Iarachenam uero ciuitatem inuadés ſtatí prædauit:& trigíta milia uirorũ captiuauit:pytolaũ etiam ſeditionis ariſtoboli ſucceſſoré cœpit: antipatro inuitante. Qui etiam cum apud eum multum ualuiſſet:idumeis amicus erat de q̃bus & uxorem nobiliſſimá nomine ciprin ſibi cõiunxit:ex q̃ quatuor liberos procreauit:faſelum & herodem: qui poſtea rex fuit:& ioſippum:& feroram:filiam quoq; ſalomoni. Hic aũt antipater dum cum aliis potentiſſimis amicitias & hoſpitium copulaſſet:arabo potius ſe ſociauit:cui etiá filios ſuos dum bellaret commendauit. Igitur caſſius cum expeditionem ſup eufraten duxiſſet phibuit illam deuaſtari puíciá:ſicut & ab aliis relatũ eſt.

Vt cæſar ariſtobolũ ſoluere cupiens:& cum duobus agminibus in iudeam tranſmittere a põpeianis ueneno necatus eſt. Cap. XV.

INteriecto uero tépore cũ cæſar romá teneret:poſt pompeii uel ſenatus fugam:ſolués a uinculis ariſtobolum ad ſyriá tranſmiſit:duas ei tradens legiones quatenus paratam illi ut poſſet facere iudeá. Ariſtobolus aũt potentia a cæſare donata miníe potitus eſt. Nam põpeiani poccupantes ueneno eũ corruperunt:& ſepelierũt eũ cæſaris ſocii:qui multo tpe ita iacuit uſq;quo átonius eũ ad iudeá remitteret & i regis monumétis poni pcipet.

Qualiter ſcipio alexandrũ ariſtoboli filium ſecuri percuſſit. Cap. XVI.

SCipio át mandat põpeio alexandrũ ariſtoboli filiũ occidédũ: dũq; culparet eũ de his quæ prius contra romanos egiſſet ſecuri eum pcuſſit. Quo i antiochia defuncto:fratres eius ptolomeus minei alias mínei filius:q habitabat apd calcidé: prope libanum monté conſtitutá detinuit. Qui cũ filiũ ſuũ philipponé i aſcalon ad ariſtoboli uxoré direxiſſet:iuſſit eá deſtiare filiũ antigonũ cũ eius ſororibus.e q̃bus alterá philippion cũ dilexiſſet:uxoré eá habuit. Qué poſtea ptolomeus pater eius occidens:matrimoniali iure eam duxit uxoré:& prouidentiam fratribus eius impendebat.

De expeditone cæſaris ad ægyptum: & quemadmodum auxilium ei Hyrcanus & antipater dediſſent:iudeoſq; auxiliatores ei feciſſent. Cap. XVII.

POſt mortem uero põpeii:dum cæſar contra ægyptum pugnaret:antipater iudeorum potentiſſimus mádatis hyrcani obediés multũ illi utilis apparuit. Ná mitridatis pgamenus dum per coricũ tráſiret:& minime potuiſſet p peluſiũ uiá cõficere:ſed i aſchalone cõmoraret:antipater ei tria milia armatos iudeos adduxit:necnõ & arabũ nobiliſſimos auxiliatores illi parauit:& ppter eũ oés ſyri ppenſius cæſaris partes adiuuabát. Verũ ét & áplicus potétiſſimus:& ptolomeus filius eius libanũ monté habitátes cũ omnibus ciuitatibus eandem pro cæſare mentem habebant. Mitridatis aũt ſurgens a ſyria:cũ ad peluſiũ perueniſſet: & eũ non ſuſcepiſſent:ciuitaté obſidebat:cuius maxía uirtute átipater primus pté muri deiecit: & reliquis uiam ingredi ciuitaté pauit:& peluſiũ quidé ita deuaſtatur. Antipatrũ deíde & mitridatem euntes ad cæſaré cũ ægyptii iudei tranſire prouinciá uetarent quæ alias qui oniæ dicitur alias dicuntur:antipater eos flexit ad cæſaris amicitiá:& principis ſacerdotũ litteras eis oſtédit. Quas cũ audiſſet menfitidé habitantes:ſimili modo mitridaté ad ſe inuitarũt. Ad quos cũ pfe-

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ctus eēt:& ad locum qui dicitur delta pueniſſet:cōfligit cū hoſtibus circa locū qui dicit iudeoꝝ expeditio.Habebat aūt dextrū cornu mitridates:leuum uero antipater.Sed p̄lio cōmiſſo iclinat cornu:quo mitridates pugnabat qui piclitatus eſſet niſi p ripā fluuii cum ſuis militibus ātipater currens deuictis iam aduerſariis:mortis eum periculo liberaſſet.Nam uictores ægyptios ad fugā conuertens:& perſecutus caſtra eorum deuaſtauit:mitridatēq; fugientem retinuit.Cuius cecide runt milites octingenti:antipatri uero octoginta.

Quemadmodum antipater cū bene pugnaſſet:amicitiā cæſaris acquiſiuit. Cap. XVIII.

SEd cum mitridates cæſari demandaſſet uictoriam ſimul & ſalutem quam per antipatrum meruiſſet:antipatrum quidem tātum dilexit:ut etiam uteretur eo per oia bellorum pericula. Quapropter & uulnerari antipatrum ſeuiſſime contigit. Ergo bello finito cæſar cum i Syriam nauigaſſet:Hyrcano quidē principatum ſacerdotii firmum indulſit:antipatrum uero ciuem romanum & ſine cenſu conſtituit.Dicit autem Hyrcanus huic quoq; militiæ i ægypto ſocius extitiſſe: ſicut teſtatur ſtrabō capadox:ex nomine aſinii ita referens.Poſt mitridatis & Hyrcani principis ſacerdotū i ægyptū profectionem.Idem ſtrabō alibi ex nomine hipſicratis rurſus ita retulit: mitridatē ſolum exiſſe uocatum autem ſecūdo:cui antipater iudeæ tutor in aſchalone tria milia militum præparauit& alios potentiſſimos inuitauit ſociatum etiam Hyrcanum principem huic militiæ dicens.Hæc quidem ſtrabon expoſuit.Sed cū ueniſſet antigonus ariſtoboli filius tūc ad cæſarem: & patris ſui ca lamitatē defleuiſſet:q̄liter pp ip̄m ueneno fuerit interēptus:fraterq; ſuus ſecure a ſcipiōe ſit peruſus:petebat ſe miſereri a regno depulſum præterea Hyrcanum & antipatrum accuſabat:q; male gentem regerent:& i ſe crudeliter egiſſent.Antipater autem cum affuiſſet:ſatisfaciebat de illatis ſibi criminibus:rebellem antigonū cum ſuis ſociis diſſerens:& narrabat quanta ipſe laboraſſet i expeditione coram ipſo cæſare:& dicebat ariſtobolum romæ tractum:q; ſemper romāis hoſtis extitiſſet:fratrem uero eius latrocinii cauſa pœnam a ſcipione meritam ſumpſiſſe.

Vt cæſar antipatro tutelam iudeæ credidit:& epiſtolæ cū ſenatuſcōſultu de amiciciis iudeorum directe ſunt. Cap. XIX.

DVm hæc antipater uerba feciſſet:cæſar Hyrcanum quidem principem ſacerdotum ordinauit ātipatro uero poteſtatem donauit quam ipſe eligeret:tutorem eum totius iudeæ conſtituens. Hyrcano quoq; cōceſſit patriæ muros reſtituere:cum hanc ille gratiam ab eo petiſſet:nā adhuc diruti iacebāt:ex quo pōpeius eos depoſuerat: unde a conſulibus in capitolio ſenatuſconſultum hoc modo prolatum ē. Lucius ualerius lucii filius conſul:cōueniente ſenatu idibus decembris:in templo cōcordiæ: præſente lucio copinio:lucii collinæ filio:& cepario quirini.De his q̄ alexāder iaſonis:& miminius antiochi:& alexander dorothei:iudeoꝝ legati:uiri optimi uel auxiliatores locuti ſunt:renouantes cum romanis grās:& amicitias exhibentes:clipeum aureum pro inditio auxiliorum deuouerunt quinquagita milium ſolidorum: & petiuerunt litteras ſibi dari ad omnes liberas ciuitates:quatenus prouinciæ uel portus eorum nullam uiolentiam paterentur.Placuit igitur amicitias & ſocietatem cū eis componere:& omnia quæ ſupplicauerunt concedere:clippeūq; ſuſcipere. Hæc acta ſunt ſub Hyrcano principe ſacerdotū &rectore gentis.ix.anno:mēſe panefo.Hyrcanus āt ēt ab atheniēſiū populo laudatus ē:cū multū ei apparuiſſet benignus:nā miſerūt ei ſcriptū hmōi decretū:ſub iudice uel ſacerdote dioniſio:filio aſclepiadis:menſe panefo: uiceſimoqnto die larū eſt magiſtratibus decretū athenienſiū ſub præſide athode quod eudes menādri abimuſius ſcriba expoſuit munichionis.Vndecio die cōſilio iudiciū facto i theatro: ſuffragiū tulit dorotheus priceps ſacerdotū cū quo aſſidēs dioniſius dixit.Quō Hyrcanus alexādri ſacerdos & rector iudeoꝝ pmanet cū populo noſtro uel ſingulis ciuibus fidelis exiſtit:& oī circa eos utitur iduſtria:ibiq; uenientes atheniēſes uel legatiōis cā:ſeu priuatī munificēter ad ſe ſuſcipit:& prouidet q̄tenus illeſi redeāt decretū q̄dē de his & prius factū ē nūc uero dioniſio dorothei ſuniēſi ſuggerēte:& de uiri uirtute populo admonēte:quō uolūtatē habet bene nobis ſp qđ potuerit facere:placet honorare uirū aurea corona optia ſecundū legē:& dedicare ei imaginē aureā i tēplo populi uel gratiaꝝ: decernere uero coronā i theatro cū libero patri tragedie ſolēnia celebrāt:& i panathineis:& eluniis& i cimnicis certamibus:diligētiā uero magiſtratus hēat:ut ſi pmāſerit & ſeruauerit ſauoré noſtri: oē quod excogitemus p gratia uel honore uiri munificēter cōpleat:q̄tenus:cū hæc ita facta fuerit appareat:populus noſter optimus eū āplecti:uiceſq; reddere gratiaꝝ:ut ille noſtrū ſtudiū in honoribus affectus imitet : imo etiā debemus eligere ab oībus atheniēſibus q decretū ei deportent:ut cū honoré ſuſcepit feſtinet benefacere noſtræ ſp ciuitati. Romanorum ergo uel populi atheniēſiū erga Hyrcanū merita demōſtrauimus.Cæſar āt cū iudeā diſpoſuiſſet:ſyriā nauigauit. Antipater uero ut cæſarem ad ſyriam deduxit:in iudeam reuertitur:& ſtatim muros a pompeio dirutos reconſtruxit:ſeditionemq; prouincialium ſedant interminationibus ſimul & perſuaſionibus requieſcere:eos inuitans cum diceret. Si quis Hyrcano conſēnſerit:fœliciter uitam ſuam pōt peragere. Qui uero ad ſpem rebellandi peruenerit:& lucro priuatur:& meipſum p patrono

dominum:Hyrcanum autem pro rege tyrannum ſentiet:romanos uero & cæſarem pro rectoribus amaros hoſtes:nam minime patiuntur amoueri:quē ipſi principem conſtituerunt. Quæ cū diceret prouinciam peragrauit.

Qualiter antipater filiis ſuis Hyrcano & herodi gubernationē habēdā permiſit. Cap. XX.

SEd cū tardum & ſegnē Hyrcanum uidiſſet: priorem filium ſuū ducē i hieroſolymis ordinauit:ſecundum uero herodem galileæ tutorem demonſtrauit:adhuc oīo iuuenem:nam:quindecim annoꝝ erat:cui nihil obfuit iuuentus:dum prudentiā ſup æta rem haberet. Qui cū occaſionem iueniſſet:ſtatim ad uirtutis oſtentationē prorupit Siquidē ezechiā principem latronum cōpræhenſum.qui ſyriā cum magna turba uexabat:fecit interimi cū multis predonibus. Quo facto nimiū a ſyris amplectitur:unde & i amorem eius exarſerunt:q; a latrociniis prouincia eorum eſſet erepta.Laudabant ergo eū per ciuitates & per uicos:q; pacem eis preſtitiſſet & tuitionem prediorū ſuoꝝ inueniſſent.Quapropter & ſexto cæſari cognato magni cæſaris tūc totam regenti ſyriā:amicus factus eſt.Cum uero emulatio pro factis herodis ſaſelum fratrē eius intraſſet ſtuduit non mīor tali gloria reperiri:& hieroſolymitas fauore ſibi parabat:dum & ciuitatem haberet:& populi negocia non ignare tractaret. Quæ ita antipatrū extollebant ab omni gente tanq; eſſet omniū dominus. Honorari igitur ex tali claritate cum cœpiſſet:qualis ſepius contingunt Hyrcani fidem tranſgreſſus eſt. Potētiſſimi uero iudeoꝝ antipatrum uidentes cum filiis extolli per fauorem gētis:& redditus iudeæ uel pecunias Hyrcani nimis inuidebant ei. Nam antipater amicitiam cū imperatoribus romanorum cōpoſuerat:& cum flexiſſet Hyrcanum pecunias trāſmittere:tāq; ſuas:& non Hyrcano preſtante eas romanis principibus deſtinabant. Vnde manifeſte antipatrū accuſabant:dicentes Hyrcano. Vſqquo iſtas pateris:aūt nō uides antipatrū cū filiis prncipatu p̄cinctos: teq; nomē tantū regiū poſſidere.Sed nec te lateat:nec putes ſine periculo tuo negligere negocia:dum antipater & filii eius totā nūc auctoritatē contineant:& hāc ſine tuis iuſſionibus diſponāt.Nā herodes filius eius ezechiā & eos q cū eo erant pemit:noſtrāq; legē tranſgreſſus eſt:q̄ hoiem phibet occidi licet malignus ſit niſi prius in cōcilio cōdēnatus ſit.Ille uero dū nullā a te ſuſcepiſſet ptātem:hæc auſus ē cōmittere.Quæ cum Hyrcanus audiſſet flectitur:plus autem iram eius incenderunt fratres:alias matres eoꝝ:quos herodes interfecerat:dum per ſingulos dies in templo eum peterent:ut herodes ante concilium de actis ſuis redderet rationem. Cōmotus igitur Hyrcanus herodem uocauit ſatiſfacturum de criminibus ſibi illatis.Qui ſuaſionibus patris impulſus uenit. Nam ſic ei p̄ceperat ut non priuatus:ſed cum tutella & cuſtodia corporis aduenire. Qui cū & galileā ut putauit prodeſſe ſibi diſpoſuiſſet: militum parua manu circundatus uiam ſecabat:ut nec terribilis uideretur Hyrcano cum maxima ueniens multitudine. Nec nudus uel incautus corā iudicibus eſſet:immo & Sextus Syriæ rector ſcripſit Hyrcano:ſupplicans ut liberaret a iudicio herodem: ſimul & interminabatur ei:ſi non obediret:ſed ſexti litteræ occaſio fuerant:ne quod pateretur a ſententia concilii herodes:ſed magis abſolueretur.Nam diligebat eum Hyrcanus tanq; filium. Herodes autem cum in medio una cum ſuis militibus aſtitiſſet:omnes perterruit:nec auſus eſt aliquis ex his eum accuſare:qui primum contra eum exclamabant:ſed omnes ſub quiete & ſilentio rei exitum ſuſtinebant.Qui cum ita ſediſſent:unus quidā nomine ſameus uir iuſtus & ꝓpter hoc nomen deuitans periculū:ſurgens ita locutus eſt.Viri iudices & rex neminem ſcio ad iudicium a uobis uocatum ita conſtitiſſe:neq; uos noſſe quicquam ſimile opinor:ſed omnis quicūq; in hoc iudicio peruenit exquirendus:humiliter aſtitit:miſericordiam a uobis expetens:capillis prolixis:& ueſte nigra indutus:hic aūt herodes optimus iuuenis:reus pro homicidio ſatiſfacturus:de tali crimine uocatus:intereſt purpura circundatus:& caput ornatum habens cōpoſitione crinium:ſtipatuſq; armis:ut ſi cōdēnatus ſecundum legem fuerit:nos quidem interficiat:ipſe uero uim faciens ueritati liberetur.Sed herodem de his non culpabo ſiquidem ſuum cōmodū pluſq; legem fecit:ſed uos uel regem accuſo:qui tantam ei licentiā dediſtis. Scitote tamen maximum eſſe deum:q; hunc:quem nunc propter Hyrcanum uultis abſoluere:qui quandoq; uos & ipſum regem torquebit.Nihil autem hæc dicendo mentitus eſt. Nam herodes cum regnum accepiſſet:omnes occidit in concilio tunc iuuentos cum ipſo Hyrcano:præter ſameum:quem nimis dilexerat propter iuſtitiam eius: & q; ciuitate poſt hac obſeſſa ab herode uel ſoſio perſuaſiſſet populo ut herodem acciperent:dicens:propter peccata eum non poſſe deuitari.De his quidē ſub loco dicemus.Hyrcanus autem cum uidiſſet propenſiores iudices ad necem herodis:iudiciū in poſtero die diſtulit:& mittens ad herodem furtim perſuaſit ei ciuitatem relinquere:ut poſſet periculum declinare.At ille cum diſceſſiſſet in damaſcum fugiens regem:& ad ſextum cæſarem peruenisſet: apud ſe ita decreuit:ut ſi uocandus ad iudicium eſſet non obediret. Indignabantur autem iudices Hyrcano dicentes:quomodo hæc omnia contra eum eſſent.Illum uero cū nihil lateret:nihil agebat amentia uel imbecillitate ſua.

Quemadmodum ſextus cæſar cognatus magni cæſaris dona cepiſſet ab herode duce galileæ & maximum eum inferioris ſyriæ principem ordinauit. Cap. XXI.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA CIRDOSUSALES

Sed cũ ſextus herodẽ ducẽ inferioris ſyriæ ordinaſſet:nã hoc ei pecuniis uẽdidit:Hyrcanus timebat eũ nequando cõtra ſe exercitũ duceret. Non multis aũt tranſactis diebus hoc euenit.Herodes enĩ aduerſus eũ expeditionẽ deducens iraſcebat̃: eo ꝙ ad iudiciũ uel uocatus ſatiſfacturus eẽt. Prohibuerũt tamẽ eũ obuiam uenientes pater ãi pater:& frater:impetũq; eius retinuerũt:rogantes ne accederet prope hieroſolymã:& aliquod opus niteretur facere contra eos: qui conceſſerunt ei ad talẽ ꝑuenire dignitatem.Deprecabant̃ ẽt ut indignationem deponeret:ꝙ uocatus ad iudiciũ iſſet:ſed abſolutionis gratiã potius recordaret̃:nec ita dolorem conſideraret: ut ſaluti ingratus exiſteret:animaduertendo ꝙ & belloꝝ caſus deus diſpenſat:q̃ ꝑꝑ uictoriã non omnino ſperaret: expugnando regem & amicum q multũ ei profuiſſet:nihilq; ſponte in eũ cõmiſiſſet aduerſi:ſed ꝑ maliuolos ſuaſores actũ:quod difficultatis umbrã ꝑſtiterit.Flexus his herodes:& arbitratus ſatis ſibi factum ꝙ ſuã fortitudinẽ genti demonſtraſſet:reuerſus eſt.Per iudeã ergo taliter ſeſe res habebant.Cæſar ãt cũ romam ueniſſet:parabat ad africã nauigare:q̃tenus Scipionẽ uel catonẽ expugnaret.Ad quẽ Hyrcanus dirigens legatos:petiit confirmare cũ eo amicitias. Videt̃ mihi neceſſariũ ex hoc exponere:q̃liter romanoꝝ prĩcipes cũ noſtra gente ſunt pacti:ne lateret aliquos:qa & aſiæ & europæ reges ſtudiũ habuerunt ſociare noſtrã ſibi fortitudinẽ :dum eoꝝ fidem dilexiſſent.Sed quomodo multi ꝑꝑ odiũ noſtrũ minime credunt ꝑſicis uel macedonicis conſcriptionibus de nobis:eo ꝙ non eadem ubiq; in publicis locis demõſtrant̃:ſed apud nos tantũ & alios quoſdam ex barbaris:de romanis tamẽ decretis non eſt ambigendũ: nã & publicis locis repoſita hactenus & in capitolio tabulis ereis conſcripta cõtinentur . Nam & iulius cæſar alexandriæ iudeos ꝑ ereã tabulã demonſtrauit alexandrinos ciues exiſtere. Vnde initiũ approbationis faciã dũ pando ſenatuſconſulta:& iulii cæſaris de Hyrcano uel gente noſtra decreta.Gaius iulius cæſar:impera tor & pontifex & dictator ſecundo magiſtratibus ſydonioꝝ:uel curiæ:uel populo ſalutem.Si ſani eſtis bene eſt:& ego ſanus ſum cũ meo exercitu.Exemplũ facti de græcia ad Hyrcanũ filiũ alexandri principẽ ſacerdotũ:& rectorẽ gentis iudeoꝝ uobis deſtinaui:q̃tenus in publicis ueſtris annalibus reponatur. Volo uero uos græce uel latine ĩ erea tabula conſcriptũ hoc ponere:quod huiuſmodi eſt. Iulius cæſar imperator & pontifex:ſecundo dictator.Cum deliberata ſententia decreui:quõ Hyrcanus alexandri iudeus:& nunc:& ĩ prioribus ãnis ĩ pace uel bello fidem uel ſtudiũ ſuũ demonſtrauit: cui multi ẽt conſules teſtimoniũ ꝑbent:ĩſuper & ĩpropinquo alexandriæ loco: cũ mille q̃ngẽtis millitibus auxiliatoribus nobis occurrit & ad mitridatẽ a me deſtinatus cũ oĩ deuotiõe fidelis apparuit:ꝑꝑ has ergo cãs Hyrcanũ alexãdri filioſq; eius rectores iudeoꝝ eẽ:uel principatũ ſacerdotii gentis iudaicæ ſemꝑ habere ſecundũ mores patrios precipio:ipſũ quoq; filioſq; eius auxiliatores nobis inter uiros aĩciſſimos eſſe cẽſendos:& q̃tacũq; ſacerdotalia iura ſunt:eũ uel filios eius poſſidere decerno.Si q̃ uero interfuerit q̃ſtio de iudaicis rebus:placet nobis iudiciũ de his adhibere:exhyemationes uero militũ:aut pecunias exigendas ab eis minĩe ꝓbaui.Gaii cæſaris dictatoris conſulis:data cõceſſaq; decretaq; ſic ſe habent:ut filii eius principatũ gentis iudeoꝝ:& donata ſibi loca poſſiderent:ut princeps ſacerdotũ idẽ & rector gentis iudeoꝝ uim paſſis adeſſet & qa tranſmiſiſſet ad Hyrcanũ alexandri filiũ principẽ ſacerdotũ:iudeoꝝ legatos q de amicitiis uel auxilio cũ eo loquerent̃:& dedicaſſent tabulã ereã in capitolio in ſydone uel tiro:uel aſcalõe & in templis apicibus ſcriptã græcis uel latinis quæ infra expoſita continent̃. Vt uero hoc decretũ oĩbus ꝑ ciuitates curatoribus & iudicibus & amicis ĩnoteſceret : & hoſpitia legatis ꝑſtarent̃ & ſanctiões ubiq; deſtinarent̃ ꝑcepit.Gaius cæſar imꝑator conſul honoris uel uirtutis:uel clemẽtiæ cã cõceſſit ꝓ cõmodis ſenatus & populi romani:Hyrcanũ alexãdri filiũ:liberoſq; eius principes eſſe ſacerdotũ:uel antiſtites hieroſolymoꝝ gentis:iure quo & ꝓaui eoꝝ ſacerdotiũ ſuũ geſſerunt. Gaius cæſar q̃nquies conſul decreuit hos habere uel munire hieroſolymoꝝ ciuitatẽ & gubernare eã Hyrcanũ alexandri filiũ principẽ ſacerdotũ iudeoꝝ rectorẽ gentis ſecundũ ſuã uoluntatẽ ut iudeis in ſecundo ãno locationis ex reditibus chori.i.triginta modii ſubducant̃:neq; ut aliq eis calũnient̃:neq; tributa ab eis exigant̃.Gaius cæſar ſecundo dictator ſanxit ut ꝑ ſingulos ãnos ioppenſes tributa hieroſolymoꝝ ciuitati præſtent excepto ſeptĩo ãno:quẽ ſabbaticũ ãnum appellant:quõ in eo neq; fructũ agroꝝ colligunt neq; ſeminant:necnon ẽt Hyrcano & filiis eius decimas præbeant:q̃s & ꝓaui eis ꝑbebãt:ut nullus uel præſes:uel dux:uel legatus in finibus iudeorum auxilia colligat:uel militibus liceat pecunias exigere ad exhyemandũ:aut ꝓ noĩe alicuius ſed eẽ undiq; liberos.Quæcunq; poſtea habuerũt:uel emerũt:uel tenuerũt:uel poſſiderũt oĩbus his eos potiri:& ioppẽ ciuitatẽ:quã ab initio habuerũt iudei:& cũ amicitias cũ romanis feciſſet eoꝝ eẽ ſicut & nobis prius placuit imꝑamus.Ex qua ciuitate Hyrcanũ alexãdri filium liberoſq; eius a poſſeſſoribus terræ:uel a portu tributa cõſequi iubemus:de ſydone modios.xx.milia ſexcentos ſeptuagintaq̃nq; ꝑ ſingulos ãnos excepto ſeptĩo ãno quem ſabbaticũ uocãt:in quo neq; arant neq; fructũ arboꝝ colligunt.Prædia ãt in maxĩo campo:quæ Hyrcanus & proaui ei prius poſſidebant placeat ſenatui hæc Hyrcanũ & iudeos habere eodem iure quo & prius poſſiderũt: manere quoq; iura quæ ab initio inter iudeos uel principes ſacerdotũ fuerũt:& inſtitutiones q̃s

populo uel ſenatu decernente habuerunt:præterea eodem iure liceat illis uti.Et in lidia loca ẽt uel terras quas ꝓ hoſpitalitate reges ſyriæ uel phœnicis ꝑ donationẽ romanoꝝ poſſiderunt:eas ſenatus probauit Hyrcanũ rectorẽ gentis iudeoꝝ habere:dari ẽt licentiã Hyrcano: omnibuſq; ab eo miſſis ut cũ ſenatoribus in ludo monachoꝝ & beſtiaꝝ ſedentes ſpectent:& ſi petierint dictatorẽ uel magiſtrũ equitũ ut in ſenatũ eos introducant:& reſponſã eis tradant intra decimum diẽ:hoc fiat poſt ſenatuſconſultũ. Gaius cæſar quater imperator q̃nquies conſul:imperpetuum dictator huiuſmodi uerba fecit de iure Hyrcani alexandri principis ſacerdotũ:& rectoris gentis iudeoꝝ.Prædeceſſores mei ĩperatores in prouinciis cum teſtimonium Hyrcano principi ſacerdotum iudeoꝝ:& iudeis coram ſenatu uel populo romano præbuiſſent:cunq; gratias ei populus & ſenatus egiſſet:bene nobis uiſum eſt memoriã habere & prouidentiam:quatenus Hyrcano & iudeorum genti filiiſq; Hyrcani a ſenatu & populo romano:pro ſuo erga nos fauore:gratiæ retributionis redderent̃.Iulius:gaius:dictator & conſul romanoꝝ magiſtratibus parianoꝝ curiæ ac populo ſalutem.Interpellauerunt me iudei in delo:& quidã de colonis iudeoꝝ præſentibus ueſtris legatis:& demonſtrauerunt decretũ ꝑ quod uos eos prohibetis patriis moribus & ſacrificiis uti.Ergo mihi non placet in noſtros amicos & auxiliatores talia fieri decreta:uel prohiberi eos ſecundũ ſuam uiuere conſuetudinem:ſeu pecunias ad conuiuia & ad uictimas inferre:quando hæc facere nec romæ q̃dem ꝓhiberentur.Nã gaius cæſar noſter conſul dum in ſanctionibus ſuis uetaret collegia ꝑ ciuitates cõgregari:hos ſolos nõ ꝓhibuit:ſed pecunias ad cõuiuia pare iuſſit: & ego quoq; alios ꝓhibens:iſtis ſolis precipio ſecundũ primos mores & leges conuenire.Bene ergo facitis:ſi prolatã ſniam contra noſtros amicos uel auxiliatores ꝓpter noſtrũ erga eos ſtudiũ & fauorem aufertis.Poſt gaii mortem:marcus antonius:& publius dolabella conſules cũ ſenatũ congregaſſent:& Hyrcani legatos introduxiſſent:locuti ſunt de q̃bus petierunt:& amicitias cũ ei fecerunt & oĩa hæc concedi eis ſenatus decreuit:q̃cunq; poſtularent:ſubiuncto ẽt ſenatuſconſultu:quatenus probationem dictoꝝ habeant q hanc hiſtoriã relegunt:ꝙ tale fuit ſenatuſcõſultum ab erario conſcriptum de tabulis publicis ſub q̃nto rutilio : erarii cuſtode: datum.iii.idus aprilis:in templo cõcordiæ:dum ſcriberetur præſente lucio calphurnio:uel reliquo ſenatu.Publius dolabella:& marcus antonius conſules dixerunt.De his quæ per ſenatuſconſultum gaius cæſar pro iudeis decernens in erario deponere occurrit:ſic placet nobis:ſicut & ſenatui uiſum eſt: ut hæc in tabulis ereis deponantur:& per ſingulas ciuitates tranſmittantur:quatenus curent & illi in tabulis reponere quod decretum eſt:quinto idus februarias:in templo concordiæ Legati: autem principis ſacerdotum fuerunt liſimachus pauſanie: alexander theodori: patroclus cereæ ionatha oniæ.Miſit quoq; ex his legatis unũ Hyrcanus ad dolabellã:tunc aſyæ ꝓcõſulẽ:petens eũ ſoluere iudeos a militia:ut patriã cuſtodirent conſuetudinẽ:quod facilius impetrauit.Siq̃dem dolabella cũ ſuſcepiſſet litteras Hyrcani:nihil remoratus:ſcripſit per totam aſyam ꝓ iudeis:& ad epheſinã ciuitatẽ primã totius aſyæ:quæ hmõi legebantur:ſub iudice artimione:menſe limonis die prima. Dolabella imperator epheſioꝝ curiæ:& magiſtratibus uel populo ſalutẽ. Alexander theodori:legatus Hyrcani:filii alexandri principis ſacerdotũ & rectoris iudeoꝝ: ĩtimauit mihi: ꝙ non poſſent ciues ſui militare:dũ nec arma portare poſſint:nec iter facere diebus ſabbatoꝝ: nec alimẽtoꝝ ſecundũ patrias leges copiã habere:iccirco ego ſicut ꝑdeceſſores mei imperatores ꝑbeo eis militiæ remiſſionẽ:& concedo patriis uti legibus ſecundũ ſolẽnes & ſacras ĩmolatiões: & congregare ſicuti ſolẽt ꝓ ſacrificiis pecũias:& uolo uos hæc ꝑ ſingulas ſcribere ciuitates.Hãc q̃dẽ dolabella Hyrcano legationẽ mittẽte noſtris donauit licentiã. Lucius ãt lentulus conſul dixit.Ciues rõanos iudeos templa habentes epheſei ante tribunal religionis cã a militia dimiſi.xii. Kal.octobris.Lucio ãt lẽtulo conſule:& Gaio marcello conſulibus ꝑſente ſenatu:baldus legatus & uicarius:epheſioꝝ magiſtratibus:curiæ populoq; ſalutẽ.Iudeos ꝑ aſyã cõſtitutos lucius lentulus cõſul me ꝓ ipſis petente a militia dimiſit.Poſtulans uero poſt hæc & faniũ tribunũ plebis:& luciũ antoniũ erariũ ĩpetraui.Vos ãt cupio curare:ne quis eis moleſtiã ĩferat. Decretũ deliorum ſub præſide biuito:mẽſe targilõe:uiceſima attritulatiõe iudiciũ.Marcus phiſon legatus aduenĩẽs ĩ ciuitatẽ noſtrã ꝓ delicto militũ conuocãs nos & multos ciuiũ:præcepit:ut ſi q ſunt iudei ciues romani:nequaq̃ militare cogant̃:eo ꝙ cornelio lentulo cõſuli religionis cauſa iudeos dimittere placuit.Quapropter obedire uos cõſuli oportet:His ſimilia ſardiniãi quoq; de nobis decreuerũt. Gaius fannius gaii filius dux & cõſul magiſtratibus cooꝝ ſalutẽ.Volo uos ſcire:quõ legati iudeoꝝ adierunt me petendo accipere ſenatuſconſulta ꝓ ipſis conſtituta:quæ ẽt ſubiuncta ſunt.Igit̃ uolo uos curare uel ꝓuidere his hoĩbus ſecundũ ſenatuſcõſultũ:q̃tenus ꝑ ueſtrã ꝓuinciam ad patriã incolumes reuertant̃.Lucius lẽtulus cõſul dixit.Ciues romanos iudeos q tẽpla iudaica habere epheſei uident̃:religiõis cã dimiſi.Hoc factũ ẽ.xii.Kal.iulii.Lucius antonius:marci filius:uicarius erarii uel ꝓconſul:ſardinioꝝ magiſtratibus curiæ:populoq; ſalutẽ.Iudei ciues noſtri adeũtes ꝓbauerũt nobis cõſiliũ hũiſſe ꝓpriũ ſecũdũ patrias leges ab initio:& locũ ꝓpriũ:in quo negocia uel iudicia ĩuicẽ mouerũt:&hoc petierũt:q̃tenus liceat illis hoc facere:qđ cuſtodiri uel ꝑmitti decreui. Marcus publius:publii filius:& marcus lucius marci publii filius dicũt.Lentulũ ꝓconſulẽ

adeũtes ītimauimus ei:de qbus dositheus cleopatræ filius alexãdrinus uerba fecit:ut ciues romanos iudeos tẽpla iudaica facere solitos si illi uisũ fuerit religiõis cã eos fecisse dimittat:& dimisit xii.iulii.Lucio lẽtulo & gaio marcello cõsulibus:lẽtulus decretũ ptulit.Ciues romanos iudeos sacraria iudaica solitos facere:epheſei ante tribunal religiõis cã dimisi. Laodicensium principes gaiorabili gaii filio cõsuli saluté.Sosipater hircãim pricipis sacerdotũ legatus porrexit nobis epistolã tuã:p quã designauit nobis:ab Hyrcano pricipe & sacerdote iudeoꝝ destinatos quosdã cũ litteris q̃ ꝓ sua gente cõscriptæ sunt: q̃tenus sabbata iudeis liceat secundũ patrias leges celebrare:ut ne qs eos quicq̃ impediat:quomodo amici & auxiliatores nostri probantur:aut ne quis eis uiolentiam inferat in uestra prouicia:& licet traliani palã contradicant non sibi placuisse quæ ꝓ his decreta sunt:tamen præcepisti hæc ita fieri.Postulamus autem:ut & nobis eadem de his scribas obsequentibus tuis præceptis.Epistolam autem porrectam suscepimus:quam reposuimus inter publica nostra munimenta:& de reliquis quæ præcepisti prouidemus:quatenus in nullo culpemur Publius seruilius:publii galbæ filius ꝓconsul:milesioꝝ magistratibus curiæ:& populo salutẽ.Pritanis mercurii filius ciuis uester dũ in tralibus negocia tractaré:insinuauit mihi præter nostrã sniam iudeis uos inquietudiné inferre:& ꝓhibere eos sabbata celebrare:uel tẽpla patria pficere:fructusq̃ sua cõsuetudie colligere. Volo igitur uos scire:quomõ audiés uerba eius uel eorum qui contra ipsum dissẽrebant:decreui ne ꝓhiberent. Decretũ pergamenoꝝ:sub iudice gratippo mense illo:sententiaq̃ principũ.Quõ romani sequentes suos maiores pro communi oium hoium tutela pericula suscipiunt:& studentes auxiliatores & amicos suos in fœlicitate uel firma pace cõsistere:cũ transmisisset ad eos Hyrcanus princeps sacerdotum gentis iudeæ legatos:stratonem theodori:appollonium alexandrinæ antipatri:aristobolum aconyte: sosipatrum philippi uiros optimos:& hii singula demonstrassent:decreuit senatus de his quæ postulauerunt:q̃tenus nequaquã rex antiochus antiochi filius legatos iudeoꝝ auxiliatores romanoꝝ noceret:immo & castella:& portus:uel prouinciam:& siquid ab eis abstulit redderet:& liceat eis a portubus deportare quæ uolunt:& ut nullus rex uel populus a portubus iudeoꝝ uel uectigalibus aliquid auferat excepto ptholomeo rege alexandrino:quia & ipse auxiliator his & amicus noster existit:imo etiã custodiã ab ioppe depelli sicut petiuerunt.Nostræ uero curiæ lucius pecius uir optimus iussit:ut hæc curemus ita fieri : quemadmodum senatus decreuit:& prouideamus:quatenus incolumes legati ad propria possint redire:necnon etiã theodoꝝ in curia:uel cõuentũ suscepimus:Qui cũ nobis epistolam ex senatusconsultu porrexisset:uerba faciens:demonstrauit Hyrcani uirtutẽ & liberalitatẽ:quæ publice uel priuatim cunctis prodest qui ad eũ conuenerint:litteras uero iter publica conscripta reposuimus:& nos quoq̃ oia pro iudeis agere tanquã auxiliatores romanoꝝ secundũ senatusconsultũ decreuimus. Quippe etiã postulauit theodorus dũ epistolã nobis porrigeret:quatenus a magistratibus nostris mittatur ad Hyrcanũ exẽplar decreti:intimantis nostri populi sententiã :& petentis custodiri uel ampliari nostras cũ ei amicitias: ut meminerit:tpibus abraã:q oium iudeoꝝ pater extitit nostros maiores amicos ei fuisse: sicut & ĩ publicis cõscriptis inuenimus.Decretũ alicarnaseoꝝ sub sacerdote mẽneo aristidis filio.Placuit populo marco alexandro iusinuante.Quomodo iudei pietatis omni tempore studiũ habent:populi romani oium hominũ benefactores pro iudeoꝝ amicitiis nel auxiliis ad nostram ciuitatẽ præcepta miserũt: quatenus permittantur imolatione solennes efficere.Placuit igitur & nobis concedere iudeis uiris uel mulieribus sabbata celebrare:uel sacrificia producere secundum leges iudaicas.Sigs uero hos prohibuerit:militiæ reus & debitor ciuitatis existat. Decretum sardinianoꝝ. Placuit curiæ: uel populo:ducibus intimantibus:quõ nostram ciuitatem habitantes iudei:multa uel maxima beneficia a populo sæpe meruerunt: nũc quoq̃ cum ingressi fuissent in curiam a populo petere: quatenus restitutis suis legibus uel libertatem a senatu populoq̃ romano secundum consuetudinem congregentur:& iudicia sua disponant:datus ẽ illis locus in quo cũ uxoribus uel filiis possint celebrare deo patrias orationes.Igitur uisum est curiæ uel populo: concedere eis cõuenientibus certis diebus agere secundum suas leges:deputari etiã eis locũ quẽ aptũ ædificationibus uel habitaculis putauerunt.Habeant etiã curatores annonæ ciuitatis diligentiã:ut si q̃ opus habuerint alimenta:faciant eis introduci.Decretũ epheſioꝝ sub iudice minofilio mense artimino:prima die nicanor euphini dixit.Placuit populo intimantibus ducibus:quõ interpellauerũt in ciuitate iudei marco iulio bruto ꝓconsule:q̃tenus agerent sabbata & oia facerent secundum patrias leges:nemine penitus ímpediente:;pconsul concessit.Placuit igitur populo propter romanos nõ solũ illum diem immo concedere eis omnia facere:secundũ iudaicas suas leges.Multa quoq̃ talia decreta senatũ uel imperatores romanos ad Hyrcanum pro gente nostra destinasse cognouimus:necnõ & aliaꝝ ciuitatum iudicata:uel litteras a magistratibus reciprocas nostris æpistolis: ex qbus hæc quæ demõstrauimus flectere sine iuidia legẽtes putauimus. Nã euidẽtissima signa de amicitiis romanorum & nostris demonstant ereis tabulis: hactenus in capitolio permanentibus & in posteris permansuris. Oium uero expõné tanq̃ superfluam & fastidiosam recusauimus lum credens tam difficillimũ inueniri:qui uel opietur romanoꝝ humanitatẽ minime circa nos

extitisse:quã sepius ostenderunt:nos quoq̃ de quibus retulimus nequaquã mentitos eé eos cognouimus. De amicitiis quidem romanorũ & nostris illis tpibus factis retulimus. Eodem uero tẽpore seditioné per syriã ac occasioné contigit fieri. Bassus cecilius põpeianoꝝ partiũ fautor:fidias sexto cæsari faciens interfecit eũ:ipse uero cũ suis militibus regꝝ gubernacula tenuit. Tunc etiã maximum bellũ circa apamiã cõmissum est cũ ducibus cæsarianis:quibus & antipater auxilia cũ filiis destinauit:memoriã habens beneficioꝝ cæsaris. Quapropter & punire pẽtores eius iustũ putauit.Bellũ uero cõtraheretur:marcus quidé uẽit a roma a sexti successioné. Cæsar autẽ interficiẽ a cassio uel bruto in senatu:cum principatum tenuisset tribus annis:& mensibus sex: quod & per alios conscriptores dictum est.

Vt cassius defuncto cæsare cum contra iudeam ascendisset:& prouinciam deuastasset septingenta talenta ab eis exegit:& qualiter herodes pactionem pecuniarum cassio studiosus apparuisset:& mors malchi:qui contra herodem seditionem excitauit. Cap. XXII.

POst cæsaris aũt internitionem: cum bellũ cõflatum fuisset principibus romanorum: oibus pro exercitu congregando dispsis:cassius ad syriam puenit.Qui cũ apamenum exercitum accepisset obsidionem soluens:ambos sibi coniungit:bassum & Marcũ: & ciuitates circũeundo:milites cum armis conglomerabat:& fiscalia grauia eis impone bat:a iudea uero populus q̃ septingenta talenta pecuniaꝝ exegit.Antipater aũt cũ uidisset in maximo timore uel turba negocia constituta:diuidit pecuniaꝝ exactiones:utroq̃ filio eas tradens: herodi quas difficilius exigi putabat:reliq̃s uero aliis præcepit colligere.Cunq̃ primus Herodes a galilea collegisset quanta fuissent ei statuta:necanrius iter amicos a cassio recipiẽ.Nam statuerat romanis obsequi:& fauorem eoꝝ sibi laboribus alienis parare. Alii aũt procuratores ipsas ciuitates cum habitatoribus uendebant:quaꝝ cassius q̃uor maximas captiuauit.i.gosnã : & amathuntem:necnon & liddã & thamnã:qui etiam malchũ pœnæ pdiderat:nisi hyrcanus per antipatrum centũ talenta de suo ei misisset:& ita impetũ eius fregisset.Sed cũ cassius cum multis pecuniis a iudea discessisset malchus insidias antipatro parabat: dũ interitum eius pricipatui hyrcani tutelã fore putaret.Quod antipater intelligens:discessit trans iordanẽ:ubi exercitum arabicũ:simul & prouincialẽ congregauit.Malchus aũt callidus existens:iureiurãdo iurabat se insidias ipi: uel filiis eius non fecisse:satisfaciens ei.Nã faselo hierosolymã regente:Herode uero tenẽte armorum custodia nequaq̃ se talia facere uel in aio habuisse dicebat.Vnde reconciliabaẽ cum antipatro.Sed cũ marcus syriã procuraret:audiuit nouis rebus p iudeam malchũ studere:& uenit: quatenus eũ interficeret.Quod paulominus contigisset:nisi antipater eũ petendo liberasset:nescius q̃ suũ interfectorem malchũ liberaret.Igiẽ cassius & marcus exercitu congregato : ducé herodẽ totius syriæ fecerunt naues ei cũ toto exercitu cõmendantes:;pmiserunt ẽt regem eũ iudeæ post bellũ ordinare quod iã tunc contra Antoniũ & iuuenẽ cæsarem immineret.Tunc magis ueritus malchus:antipatrũ repellere cogitabat.Cũq̃ hyrcani pincernã pecuniis redemisset:nã uterq̃ apũ eũ epulabatur ueneno hunc uiꝝ interfecit:& milites armatos habẽs ciuitatẽ obtinuit.Et cũ insidias malchi contra patrẽ suum herodes uel faselus intellexissent:& uindictã inferre cogitassent: malchus iureiurãdo antipatris negabat interitũ.Cuius uita summis laboribus patriã protegens: ita finẽ inuenit.Filius uero eius herodes:ultioné qdem patris exigere cogitauit:& cũ exercitu cõtra malchũ uenit:faselo uero priori placuit dolo magis hoiem supare:ne belli ciuilis initiũ faceret putarenẽ:& satisfactioné malchi suscepit:& credere simulauit:nihil eũ ad patris interitũ cõmississe.Sepulchrũ ẽt patris ornatissimũ construxere.Sed cũ herodes ad samariã pueniisset: & iuenisset eam afflictã refouebat:& ita inter eos certamen est dissolutũ.Interiecto deinde breui tpe celebratione tabernaculoꝝ istante:cũ militibus suis herodes in ciuitatẽ aduenit.Quod cũ malchus cognouisset ueritus hyrcanũ flexit:ut nequaq̃ permitteret eũ ingredi ciuitatẽ . Hyrcanus quidẽ paruit:cãq̃ talem interdictionis ꝓposuit:q̃ nõ deberet multitudiné alienigenaꝝ ieiunanti populo superinducere.Sed Herodes ꝑcepta negligens:noctu ciuitatẽ ingrediẽ.Tunc malchus licet meruerit:dissimulationé tamen nõ refutauit:sed antipatrũ ut amicũ antiquũ manifeste plangebat: custodiã uero corporis sui latenter habebat.Placuit uero ẽt herodi:non redarguere dissimulationem eius:sed econtrario muneribus ei blandiebaẽ.Cassius tamen de patris interitu herodi mãdauit:q̃tenus malchi crudelitatẽ cognosceret.Qui scripsit ꝑcipiens ei patris obitũ uindicare:millenariis quoq̃ intro mandauit:herodis sequi uoluntatẽ.Tempore uero quo cassius laoditiã cœpit: accesserunt ad eũ optimates pariter coronas ei:uel pecunias deportantes . Herodes itaq̃ superat malcho ibi ueniente se ulciſci.Sed cum ad tirum phœnicæ peruenisset malchus:causamq̃ opinatus esset:maius quidem conatus est agere:ita ut filium in tiro obsidé consistentem:in ciuitatẽ ingressus furtim uoluisset auferre:& ad iudeam reuerti credens gentem iudeorum cõtra romanos excitaturum:& deiecto hyrcano regnaturum:dum bello cassius ab Antonio occupatur. Cõsiliis tamen eius deus restitit.Herodes quoq̃ eius intelligens uoluntatem: transmisit famulum: quasi hospitalia paraturum quia cunctos ad conuiuium inuitauerat.Et licet hoc simularet:ad millenarios tamen uere dixerat:quatenus ammoneret eos contra malchum cum gladiis exire.Qui cum

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

exiſſent:& iuxta ciuitatem eum conueniſſent:per latus hominem uulneribus confoderunt. Hyr
canus uero cum factũ intellexiſſet:obſtupuit:rediensq; ad ſe cõſuluit herodem:quod eſſet factũ
uel qui malchum interfeciſſent.Cũq; herodes reſponderet:caſſium hoc iuſſiſſe:laudauit factum
nam maliuolum & nimis patriæ eum puaſorem eſſe criminabatur. Hanc ergo pro iniquitate in
antipatro cõmiſſa malchus pœnam ſoluit. Caſſio uero diſcedente de ſyria:maxima per iudeã cõ
citatur turba in hieroſolymis:cum fœlix cõtra faſelum una cũ militibus armaretur. Herodes ãt
ad fauium rectorem damaſci proficiſcens:cum hoc audiſſet:& in fratris ſolacium feſtinare cupe
ret:egritudine prohibetur.Faſelus tamen fœlicem ſuperans:in aliqua eum turre cõcludit: quem
poſtea ſub pactionis fœdus dimiſit:Hyrcanũ pœnæ accuſans:ꝙ multa ſub beneficia prætermi-
tens:inimicis ſuis fauorem impenderet.Itaq; frater malchi multa tunc occupãs loca obtinuerat:
& maſadam oĩum munitiſſimam:cõtra quẽ herodes inualitudine liberatus exercitũ duxit:& au-
ferens oĩa loca quæ cõpræhenderat ſub pactionis lege eum dimiſit.Antigonus aũt Ariſtoboli fi
lius ut militiam congregauit: & fauiũ pecuniis redemit:Ptholomeus minei eum propter cogna-
tionem ad iudeã ducebat:auxiliumq; etiã ei præbebat marion quem reliquerat caſſius tirioꝝ ty
rannum.Nam hic ſyriam oẽm potentiam capiens cuſtodiuit.Marion aũt galileæ finitima inua-
dens:tria eius caſtella occupauit.Contra quẽ herodes cum ueniſſet: oĩa quæ ille tenuerat abſtu-
lit.Tirioꝝ uero cuſtodes cum humanitate dimiſit:quibuſdã etiam & dona præſtitit: propter ci-
uitatis fauorem.Cum hæc ergo ægiſſet obuiauit antigono:& ꝑlio cõmiſſo uicit:& pœnæ altio-
ra iudeæ tenentẽ fortiter expulit:uictoriaq; potitus ad hieroſolymã uenit : ibiq; coronas ei tam
hyrcanus quã populus ob uirtutis ꝑmium offerebant.Nam cognatus hyrcani per affinitatẽ cre-
debatur:ideoq; magis defendebat eum ueluti ductuꝝ neptẽ ſuam fratris Ariſtoboli filiã : ex qua
trium maritũ extitit:& duarum fœminaꝝ pater.Habuit ſiquidẽ priorem uxorẽ noĩe doir popu
larem ex gente noſtra:ex qua prior filius ei concipitur antipater.Caſſium itaq; cum Antonius &
Cæſar in philippenſi cãpo uiciſſent:ſicut & ab aliis demonſtratũ eſt:poſt uictoriã Cæſar ad ytaliã
rediit:Antonius aũt ad aſyam regreſſus eſt.Cũq; ueniſſet in bithiniã:legationes undiq; obuiaue-
runt ei.Tunc & iudeoꝝ nobiliſſimi accuſabant faſelum & herodẽ:dicentes: noĩe tantum hyrca-
num regẽ extare:hos uero oẽm ptãtem ui poſſediſſe Herodẽ tamen Antonius maxime honora-
uit:cum ad eũ ueniſſet ſatiſfacere pro accuſatiõibus:pp quod accidit aduerſarios eius nec ſermo
ne aliquid impetraſſe:nã hoc acquiſierat pecuniis herodes ab antonio.Sed cũ æpheſi perueniſſet
antonius:deſtinauit hyrcanus princeps ſacerdotũ:noſtraq; gens legationem ad eũ:auream depor
tantem coronã:& ſupplicantem : quatenus iudeos a caſſio abductos non extante bello ſcriberet
ad prouinciã liberos relaxari:terrãq; tꝑibus caſſii ſubreptã reſtitui.Antonius uero iuſtas iudeoꝝ
poſtulationes conſiderans:reſcribit iudeis & hyrcano: mandans etiã ſimul & tyriis decreta hmõi
continentia.Marcus antonius ĩperator:hyrcano principi ſacerdotũ & rectori gentis iudeorũ ſa-
lutem.Si ualetis letamur:ualeo & ego cũ exercitu meo.Liſimachus pauſanie: uel ioſippus minei:
uel alexander theodori legati:æpheſi ad me uenientes:priorem romæ confectã legationem reno
uarunt:& hanc quoq; pro te tuaq; gente ſedulo diſpoſuerunt: dum demonſtrarent tuũ erga nos
fauorem.Quod dum intellexiſſet ex decretis & ſermonibus familiaritatem erga nos ſeruare:mo
reſq; optimos ueſtros & religionẽ cõſideraſſem:proprium te nobiſcũ eſſe iudicauimus. Sed cum
totam aſyam noſtri populiq; romani aduerſarii percurriſſent:qui nec ciuitatibus nec templis pe
percerunt:nec iuſiurandũ quod ſtatuerant quicq̃ ſeruauerunt:nos non tam pro eoꝝ tantum cri
mine:ſed uelut pro cõi oĩum ſalute in auctores ſceleꝝ quæ in iudeos uel alios cõmiſſa ſunt uin-
dicauimus.Quoꝝ facinore ſolem auerſum exiſtimauimus:ꝙ talia in cæſare cõmiſerunt. Impias
uero eorum inſidias macedonia tanq̃ in ſuo nefandiſſimo receptaculo ſuſcepit cum ſceleratiſſi-
mas eoꝝ malignitates partes philippenſes campi obtineãt:quæ loca maxima uſq; ad mare:mon-
teſq; munitos occupauerant:ut pœnæ cunctos tranſitus ſicut unum introitũ cuſtodirent : quos
ad eorum damnationẽ pro cõatibus iniuſtis grauatos deuicimus.Sed & brutus cum philippis cõ
fugiſſet:circũſeptus a nobis:eiuſdem perditionis merito cui caſſius particeps inuentus eſt. Qui-
bus oppreſſis:impoſteꝝ pace frui licebit:& aſyam reſpirare a belloꝝ afflictione liberatam.Igitur
cõem pacem facimus cum auxiliatoribus a deo nobis donatam:& tãq̃ de maxima peſtæ:aſyã re-
uelatam:per noſtrã refouemus uictoriam.Memores ergo ueſtri gentẽ iudaicã curauimus redde-
re letiorem.Litteras quoq; per ciuitates propoſui:quatenus ſiqui liberi ſeu ſerui uenundati ſint:
ſub gaio caſſio:ſeu per duces eius abſoluãtur.Super hæc & donationibus a me uel delobella cle
menter oblatis:uos uti cupio:necnon & tirios uiolẽtos uobis eſſe prohibeo: uel quantacũq; poſ
ſident iudei competentia:reſtitui præcipio:coronam uero quam deſtinaſtis accepi. Marcus anto
nius imperator:tiriorum magiſtratibus curiæ populoq; ſalutem. Cum mihi occurriſſent æpheſi
Hyrcani principis ſacerdotum:& rectoris iudeorum legati: dixerunt prouinciam uos eorum te-
nere:quam in uaſiſtis ſub aduerſariorum noſtrorum tyrãnide.Quod uos pro imperio bellum ſu
ſcipientes:iuſta & pia prouidentia uindicauimus:obliuioſos gratiæ:uel tranſgreſſores iuſiurandi
punientes. Volo ergo & ueſtram pacem cum auxiliatoribus noſtris conſtare : quæ ab hoſtibus

accepiſtis:hæc non concedimus niſi reſtituantur.Nam neq; prouincias:nec exercitum quiſq̃ illo
rum ſenatu ꝑſtante ſuſcepit:ſed uiolenter ſurripuit:dum auxiliũ eis præberent qui iniqua concu
piſcunt.Quapropter cum illi pœnam dediſſent:noſtros auxiliatores ꝑcipimus ſine mora recipe-
re quæ prius poſſediſſe noſcuntur. Vos quoq; ſiqua prædia hyrcani rectoris iudeoꝝ pauloante
gaio caſſio bellũ illicitum producẽte contra noſtrã prouinciam ablata poſſidetis reddite: nec ali
quam uiolentiam eis ingeratis:unde lædi poſſint.Siquid uero iuſtum cõtra eos habetis: dum ad
locum uenerimus:liceat allegationibus uti:nos autẽ auxiliatoribus ſingula iuſta conſideratione
ſeruauimus.Marcus antonius imperator:tirioꝝ magiſtratibus curiæ populoq; ſalutem . Edictũ
meum uobis deſtinaui:de quo curã uos habere præcipio:quatenus in tabulis publicis deſcribat
litteris ltĩs uel græcis:& loco eminẽtiſſimo deſcriptum ponatur:unde ab omnibus relegi poſſit.
Marcus antonius imperator ac triumphator dixit.Quomodo gaius caſſius alienã prouinciã ſub
exercitu conſtitutã & auxiliatores depdauit:& deuaſtauit iudeoꝝ gentem: amiciſſimam populo
romano:arrogantiam illius armis cõculcantes: edictis & decretis ab illo depdata renouamus: ut
reſtituantur hæc noſtris auxiliatoribus:& quanta corpora iudeorum uenundata ſunt ſicut prius
libera remittantur:& poſſeſſiones prioribus dominis reſignent. Siquis autem his noſtris edictis
non obedierit:ulciſci in eo ſatiſfaciẽtes cauſæ promittimus.Hæc eadem & ſydoniis: & antioche
nis:& arabis conſcripſit: quæ tempore oportuno referemus : ut ſigna prouidentiæ romanorum
circa noſtram gentem extitiſſe clareant.

*De morte legatorum iudeæ:qui cum ad Antonium poſt uictoriam macedonicam:in ſyriam
ueniſſent:indignantem inuenerunt:ꝙ Herodem accuſarent.* Cap. XXIII.

POſt hæc autem dum Antonius ad ſyriam pergeret:cleopatra ei per ciliciam obuiauit
& amore ſuo detinuit: ubi iterum centũ potentiſſimi iudeoꝝ ad eum perueniunt:ac-
cuſantes Herodem cũ faſelo.Contradicebat aũt eis meſſalla defendendo iuuenes:hyr
cano præſente:qui ſocer iam herodis erat.Cũq; ambas partes Antonius audiſſet: con
ſuluit hyrcanum:qui magis gentem obtinerent.Illo uero reſpondente herode:& fratre eius:An-
tonius familiaritatem cũ eis habens propter paternã hoſpitalitatem: quam cũ gabinio pater eo-
rum ꝑſens fecerat:hos quidem ambos tetrarchas ordinauit:& commiſit eis iudeoꝝ negocia.xv.
autẽ ex reſiſtentibus ligauit ut eos occideret:niſi recuſaret Herodes . Sed neq; ita de relegatione
reuerſi requieſcebant.At cum Antonio rurſus ĩ tiro occurriſſent:multis iam corruptus pecuniis
ab herode uel fratre eius Antonius: præſidibus locorũ præcepit legatos iudeorum nouis rebus
ſtudentes torquere:& Herodi præbere principatum.Mox autẽ Herodes ſedentes ante ciuitatem
cum hyrcano nunciauit:& petiuit eos recedere:ne ad certamen uenirẽt: ne magnum malum eis
eueniret.Cui dum quidam non conſentirent recedere:& quaſi contrarii reſtitiſſent:mox romani
milites decurrentes cum armis eos inuadunt:& quibuſdam ex ipſis parentis:multos uulneribus
laniabant:reſiduiq; fugientes:cum nimio metu ad propria redierunt.Clamante uero populo con
tra Herodem:incitatus Antonius uinctos interfecit.Secundo tamen anno ſyriam obtinuit paco
rus regis filius & barzafranes ſatrapa parthus.Quo tempore & ptholomeo minei defuncto: fili-
us eius liſanias in regno ſuccedens:componit amicitias cum antigono Ariſtoboli filio: ſatrapãq;
prædictum ſibi coniunxit:cuius & amicitiis nimis confidebat.

De expeditiõe ꝑthoꝝ cõtra ſyriã:ꝑ quã ariſtoboli filius ãtigonus regno reſtituit.Cap.XXIIII.

ANtigonus autem promittit mille talenta:& quingentas mulieres parthis offerre:ſi hyr
canum principatu priuarent & ipſi traderẽt:herodemq; cum ſuis interficerent. Quod
non compleuit:licet parthi contra iudeã expeditionem paraſſent:ducente eos antigo-
no.Nã pacorus per maritima:ſatrapa uero barzafranes per mediterraneam ingreditur.
Tunc tirii excludunt pacoꝝ:ſydonii autem uel ptholomenſes ſuſcipiunt turmã æquitum:quam
idem pacorus in iudeam deſtinauerat:uexaturã prouinciam:& antigonũ adiuturam ducẽ pincer
narum regis eis proponens.At cum a carmelo monte quidã iudeorum ad antigonum ueniſſent
parati ad auxilia:per quos ſperabat partẽ aliquam prouinciæ antigonus capere.i.ad locũ qui pri
mi nuncupatur:dũq; ei quidam occurriſſent:ad hieroſolymam cũ ſuis aſcendit: ubi ẽt congrega
tis multis:contra regiam aulã peruenire ſtatuit:& hãc expugnaret: niſi faſelus & herodes prælio
per foꝝ cõmiſſo eos uiciſſent:& cũ eum in tẽplo concluſiſſent:dirigunt armatos ut propinquas
domos tenerent:quos populus cũ ipſis domibus igne conſumpſit:quã iniquitatem paulopoſt he
rodes a reſiſtentibus ultione exegit.Cũq; ſingulis diebus inter ſe iacularentur:expectabat popu-
lus multitudinem de prouincia in quinquageſima celebratione uenturam. Inſtante ergo feſtiuo
die:cum in ciuitatem multa milia hominum armata uel inermia congregarentur:compleuerunt
templum cum ciuitate qui uenerunt:præter aulam quam herodes cum paucis militibus cuſto-
diebat.Cũq; faſelus murum ſeruaret:Herodes cum ſuis excurrebat ſuper hoſtes. Qui cum forti
ter pugnaret:& multa milia fugaret:multi ad templum:quidam etiam ad exteriorem uallum cõ-
fugierunt.Nam & faſelus fratrem adiuuabat.Pacorus autem dux parthorum cum paucis æquiti
bus antigono petẽte ad ciuitatem peruenit:in proſpectu quidem tanq̃ ſeditionem ſoluturus: ue-

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

rum antigono principatū præstaturus. Cui dum faselus occurrisset:& hospitio suscepisset: pacorus dolū aliquē meditatus flectit eum legationē ad barzafranē deducere. Faselus itaq; nihil suspicatus acquieuit: licet herodes minime approbaret ꝓpter barbarorum perfidiā. Sed tamē pacoro aliisq; ꝓperare hortantibus perrexerunt legationē ferentes Hyrcanus & faselus. Pacorus uero cum ducentos equites & decem hoꝝ qui liberi dicuntur eis reliquisset præcessit. Cunq; galileā intrassent:cum armis eis occurrūt prouinciæ custodes barzafranis:& primū quidē eos studiosē suscepit.ac munera præstitit:post uero eis contexebat insidias. Faselus tamē cum suis ꝓpe mare reuerrebatur. Vbi cum audisset antigonum promisisse parthis mille talenta & mulieres qngētas: in suspitione iam barbaros habebat. Necnō & noctu insidias senserat:dum quidam nunciaret ei subito custodiam circundatā. Tunc quidem capi habuissent:nisi expectassent parthi usq; quo hierosolymis herodes compræhenderetur:ne his prius interfectis:ille sentiens diffugeret. Faselo ergo cum persuaderent quidam fugiendo periculum euitare:propensius aūt ofellius quia hoc a ramalla ditissimo tunc syrioꝝ audierat: nauesq; ad fugā tunc promitteret. nam iuxta mare fuerant:ille minime Hyrcano relicto fratrem adiuuare passus est. Cūq; ad barzafranē accessisset:nō equa inquit te facere uideo:dum talia de nobis cogitas. Nam si pecuniis eges:plures tibi ab Hyrcano proferentur quā antigonus promisit:imo etiam nimis acerbum est.si legatos qui ad te cum fide uenerunt interfeceris. Tunc barbarus eo dicente hæc:iurabat nihil uerum esse:sed falsa eum suspitione turbari. Et hæc dicens:ad pacorum perrexit. Quo eunte:parthi quidam Hyrcanum & faselum ligauerunt:multa de piurio pthos icrepantē. At ille pincerna q contra Herodē destiatus fuerat habēs mandata ut eū foras murū ꝓcedentē cōprāhēderet:ātēq; hoc faceret nuncii missi a faselo indicauerunt pthoꝝ pfidiam. Cūq; audisset herodes ab hostibus eos ligatos:cū q̄relis accedit ad pacoꝝ:pthorūq; nobilissimos:qui oēm cām scientes dissimulabant: & dicebant eū oportere exire foras murum ad occursū litteras deportantiū:ne ab aduersariis tenerenē. nam uenisse dicebant ut demonstrarēt quātū faselus ꝓfecisset. Quibus herodes minie credidit:audiens ab aliis fratris cōprāhensionē:necnon & suasionem filiæ Hyrcani quam sibi desponderat:de parthis suspicabatur. Quam cum alii non attenderent:ipse obediebat mulieri sapientissime. Dumq; parthi cogitarent : quid fieri oporteret. nam non eis uisum est palam tam maximum principem compræhendere:& imposterum distulissent:herodes credens magis quæ de fratre uel de parthorum insidiis audierat:quam aduersariis consentire:uespere ueniente deliberauit euitare aduersariorū pericula. Igitur egressus est cum armatis. Cunq; mulieres super iumenta imposuissēt:matrem suam & sororem:& quā matrimonio ducturus erat alexādri filiam:qui fuit Aristoboli filius & huius matrem hyrcani filiam:& nouissimū fratrem:oiaq; in uia necessaria : & residuum populū ad idumeam festinauit hostibus ignorantibus. Quorum nullus tam durissimus natura reperiri potuit:qui non cum p̄sentia cerneret miserareē eorum: uidēdo mulieres cū infantibus duci lachrymantes & congementes q ꝓ a prima discederent:& nihil iam de se bonum expectarent. Sed Herodes fortiter atrocitatem rei sustinens:& magnanimus contra omne periculū:per uiam unūquēq; confidere hortabatur ne traderet se mesticie quæ posset eius fugæ nocere in qua sola spes saluti eoꝝ deposita esset. Et illi quidē Herodis persuasionibus calamitatem sufferre tentabant: ipse uero pene sese interemit:dum iugo conuerso mater eius mortis periculum sustineret. Cuius ꝓpter passionem & timorē ne hostes eos persecuti;remorantes:circa passionis curam cōprāhenderent suum gladium euaginauit:seq; perimere conantē tenuerūt præsentes uiri dum dicerent:nō oportet inimicis satisfacere. Nā non hoc esse fortis:si quidem se de periculis liberans:amatos traderet inimicis. Quibus uerbis compulsus:facinus quod in se cogitauerat prætermisit:matremq; curās pergebat uiam propositā:& celerius ad masada castellum peruenit. Cunq; multas pugnas contra parthos excurrentes egisset:totas obtinuit. In fuga uero nec iudeis pepercit:qui eū a ciuitate. lxx. stadiis sunt hostiliter persecuti. In illo ergo loco ubi iudeos confudit:postea regnum accipiens: aulam optimam construxit:ciuitatemq; ædificauit:quam herodion appellauit. Cunq; ad idumeā in risa uico peruenisset:frater eius iosippus obuiauit ei:cum quo consilium de omnibus quid fieri debuisset assumpsit:nam magna multitudo eum sequebatur præter peregrinos conductos milites. Oppidum uero masada in quo propositum eis erat effugere:paruum erat ut tantum susciperet populum:e quibus plusq̄. ix. milia dimisit:præcipiens per idumea sese liberare:præstās eis uiæ stipendia:necessarios uero in oppidum adducens peruenit . Cunq; ibi deposuisset mulieres quæ octingentæ fuerunt:tritico uel aqua:uel aliis oportunis assumptis in oppido sufficienter cōstitutis:ipse ad petras arabiæ recessit. Parthi uero mox die facto:cum uniuersam hierosolymam:& palacium deprædassent:Hyrcani tantum pecunias non tangebant:quæ usq; ad trecenta talenta fuerunt. Sed & mulieres Herodis euaserunt:ille magis quas deportauerat per prouidētiam suam ad idumeam. Dumq; parthis ciuitatis pecuniæ non sufficissent:prouinciam exeuntes uastabant: & marissam potentissimam ciuitatem expugnauerūt. Antigonus itaq; cum sic ad iudeam a parthorum rege introduceretur:faselum & Hyrcanum uinctos suscepit:nimis autem cruciabatur q̄ mulieres fugissent: quas hostibus dare promiserat . Nam has pro mercede cum pecuniis pactus est.

Veritus autem ne multitudo Hyrcano quondam regnū restitueret:dum adhuc a parthis custodiretur,aures eius amputauit: molitus ne possit rursus ad eum principatus sacerdotii peruenire propter hanc diminutionē:dum lex hunc honorem iussisset integros tantū obtinere . Sed faseli miretē quisq̄ fortitudinē. Qui cum sciret se occidendū:non mortē putauit atrocem esse. Sed sub inimico perite amarissimū iudicauit. Cūq; non haberet manus a uinculis solutas:& aptas ad iter faciendum se ipsum:saxo caput suum percutiens:uitā finiuit. Dicunt aūt:q; uulnere maximo consectum præcipiens antigonus medicis tanq̄ curandum interemit:mortiferis medicaminibus superpositis in uulnere. Cum itaq; necdū ad integram animam amitteret faselus: a quadam muliere audiens fratrem herodem aduersarios uitasse:satis internitionē uiriliter & prone sustinuit: dū relinqueret mortē suam uindicaturum:& super inimicum ulcisci ualētem. Herodem interea magnitudo circūuenientium malorum non terruit:sed faciebat eum sagatiorem. Nam ad malchū arabum regem multa prius sibi beneficia debentem: remunerationem accepturus perrexit: & q̄ magis opus habuisset tum pecunias sumere:seu sibi debitas:seu per donationem dandas:qa multa impetrauerat malchus ab eo. Qui dum fratris interitum non audisset:æstimabat eum ab hostibus redimere tiriis argenti trecenta talenta promittendo. Adducebat autem & faseli filiū:septimum annum ætatis ducentē:quatenus pignus eum arabis deponeret. Sed cum nūcii obuiassent: & dixissent ei malchum iussisse ut a prouincia sua discedere:quodq; parthi præcepissent nequaquā herodē suscipi:quæ occasione usus est ne debitum solueret:nam & nobiliores arabes ad hoc eū irritabant:quatenus pecunias lucrareē depositas:uel acceptas prius ab antipatro:respondit herodes:nihil eos grauare uenisse se:sed locuturum rem tantū necessariam suis negociis. Postq̄ autem ei uisum est discedere:caute pergebat cum paucis ad ægyptum: uenienq; in quoddam templum remoratus est. Postero uero die cū andrinoco rura peruenisset:iteritum fratris sui audiuit. Malchus autem pœnitens persequebatur Herodē:cui minime propinquauit ad pelusium festinātem. Cūq; inuenissēt classem applicatam:prohibebant eum alexandriam nauigare. Ille uero præsides appellauit:a quibus cum multa ueneratione perductus in ciuitatem: a cleopatra suscipitur: quæ nullatenus eum potuit ibidem detinere romā festinantem licet tempestas esset & Ytalia plena seditionibus nunciaretur. Vnde cū nauigasset ad pamphiliam hyeme atrocissima: uix ad rhodum deducitur. Quos duos sibi amicissimos occurrere cum uidisset: sabinum & Ptholomeū & inuenisset ciuitatem bello cassii deuastatam:q̄uis inops esset:tamen benefacere eum non piguit: sed & super uires suas largitus ad eam renouandam donauit pecunias. Cūq; triremes construxisset & nauigasset cum amicis ad Ytaliam i brundisium deducitur:& exinde romam perrexit. Vbi prius Antonio retulit quæ contigissent ei per iudeam & qualiter frater eius faselus a parthis iter emptus:& Hyrcanus captiuus teneretur:& q̄ antigonum regē ordinassent mille talenta promittentem:& mulieres quingentas quæ ex prioribus & de genere suo fuissent:& q̄ suas noctu ꝓduxisset & uitasset inimicorum manus:multas passus calamitates. Post uero deflebat ꝓclitari suos familiares dum obsiderentur:& quemadmodum hyeme nauigasset:conténens pericula: dum festinaret ad eum:in quo solo spes suas & auxilium firmum possideret.

Quemadmodum Herodes cum romam uenisset ; multasq; pecunias promisisset: & a senatu uel Cæsare rex iudeæ pronunciatus est. Cap. XXV.

ANtonius autem misericordia mouetur pro Herodis calamitatibus deflens: q̄ & in tali dignitate constitutis hominibus fortuna dominetur:necnon & memor amicitiæ patris eius antipatri:& promissionis pecūiarum:quas herodes præbere promiserat:si rex esset:quemadmodū & prius tetrarcha ordinatus:multomagis tamen propter odiū antigoni:dum sedicioſum & romanis eum inimicissimū arbitraretur propēsior erat Herodes apud eum. Cæsar quoq; propter antipatri expeditiones quas ad ægyptū patri suo perduxit & hospitiū uel omnibus fauorem quem exhibuit: præstans Antonio nimis pro Herode studens ad petitiones & ad auxilium de quibus Herodes petierat:paratior erat. Cunq; senatum congregasset missal & atratenus herodem præsentantes:de patris eius intimebant: & quem circa romanos ipse habuisset fauorem:simul etiam antigonum accusabant:hostem eum manifestum pronūciantes: nō solum ex his quæ prius commiserat:sed quomodo & nūc a parthis principatum romanis neglectis acceperat. Cum uero senatus pro his commotus:fuisset:Antonius insinuabat quēadmodum & contra parthorum pugnam herodem regnare prodesset. Cūq; hoc omnibus placuisset: decreuerunt eum creari regem. Summum tamen fuerat Antonio erga herodem studium:quomodo ei & tantum principatum insuperate acquisiuit:quem minime petiturus ascēderat. Nunq̄ enim putabat romanos sibi daturos regnum:quod soliti erāt generi sacerdotali donare:& ideo fratri suæ uxoris id præbere uolebat:qui nepos per patrem quidem aristoboli:per matrē uero hyrcani fuerat:quem postea interfecit:quod apto tempore referemus. Sed cum intra septimum diem contulisset ei senatus quod nullatenus sperauit:& ab ytaliam discedere feciſſet:senatu dimisso:Herodē medium habentes Antonius & Cæsar exierunt præcedentibus aliis consularibus:immolaturi & deposituri senatusconsultum in capitolio. Herodem autem primo die regni pauit Antonius:cu-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

ius initium fuit centesima uel octogesimaquarta olympiade:consulibus Gaio Demetrio Albano secundo:& Gaio asione.Quo tpe Antigonus masada obsidebat:plenam oibus prosperis:tantum uero deficientem aquis.Quapropter & frater Herodis Iosippus dum cū ducētis familiaribus fugere cogitat ad arabas:dū audiret malchū se pœnitere pro his quæ in herode commiserat:prohibuit eū deus: qui nocte tantam pluuiā misit:ut receptacula cisternarū cuncta complerent. Qua copia recreati exeuntes contra antigonū confligebant:quibusdā palam:aliis uero furtim: quorū etiā multos in congressionibus prostrauerunt.Ventidius aūt eodem tpe romanis dux transmissus q̄tenus pthos a syria phiberet:iudeam puenit:manifeste qdem tanq̄ Iosippum adiuturus: ois uero eius machinatio erat:ut ab antigono pecunias accipet.Igit cū prope hierosolymā castra posuissent:& satis pecuniaꝝ ab antigono sumpsisset:ipse qdem cum ampliori malitia discessit: & ut nō manifestaret pecuniaꝝ acceptio:silonē cum quadā parte militum ibi reliquit: quem similiter antigonus remunerabat:ut nihil se molestaret:sperans rursus sibi parthos adiutores.

De nauigio Herodis ab Ytalia in iudeam: pugnaq̄ contra antigonum: militiaq̄ romana: & Sylano duce.

Cap. XXVI.

HErodes autem ab Ytalia cū ad ptholomaidam nauigio uenisset:& cōgregassent nō paruam expeditionē ex peregrinis simul & iudeis:per galileā cucurrit sup antigonum.Cōueniebat ēt cum eo silo:& uentidius per dolū compulsiq̄ transmissus ab Antonio fuerat:ut herodē deduceret. Ventidius ergo dum cōponeret turbas q̄s per ciuitates pthi cōmouerant:in iudea pecuniis ab antigono corruptus degebat: Herodi uero quotidie uires crescebant:cui se pœnæ omis galilea tradiderat.Cūq̄ impetū fecisset Herodes in masadam:necessarium putans circūseptos in oppido cognatos liberare:fit illi ipediméto ioppe. Nam aduersariam eam existentē oportebat prius apprehendere:ne haberet post se relictū oppidū inimicoꝝ ad hierosolymā pergens.Cūq̄ silonis uoluntate rebellarent iudei: Herodes cū paucis militibus eos inuadit:& ad fugā conuertit:silonē uero incaute confligentem a periculo liberauit:ioppē quoq̄ et pugnás:de masada familiares suos eripere festinabat.Tunc quidā prouincialium pp paternā amicitiam subueniebant ei:multi uero pp eius gloriam:immo ēt & alii pp remunerationē beneficiorum quæ ex ambobus acceperant:plures uero pp spem quam in eum tāq̄ in regem habebāt.Antigonus aūt oportunos transitus eius insidiis & fraudibus p̄occupans:nihil:aut per paruū hostes ledebat.Herodes ergo de masada familiares suos eripiens:& risan castellū capiens: ad hierosolymam propauit una cum exercitu silonis.Et cū multi fortitudinem eius castraq̄ ad occidēalem partem posita ciuitatis cernentes metuerent:partis illius custodes sagittarii eius impetū amouebant:quidam uero excusione facta cū hostibus decertabant. Herodes primum quidē iussit p̄onari circa murum:q̄ bono populi præsto esset pro salute ciuitatis: nec manifestoꝝ aduersariorū malitiā recordaretur:sed ēt inimicissimis abolitionem delictoꝝ quæ in se cōmiserant repstatuꝝ esse promisit.Antigono uero contra dicta Herodis clamanté silonī uel exercitui romanoꝝ:quia præter suam iustitiā egissent:dum Herodi priuato & idumeo.i.non integro iudeo regnū darent: cum soliti fuissent hoc generi præbere digno:nam & si nunc de se uel de regno suo grauiter ferrent:tamen sacerdotes qui nihil in romanis peccauerunt iniusta paterentur:si de honore deicerent.Cum hæc ad inuicē dixissent & ad blasphemias peruenissent:antigonus repellere prope murum uenientes suis præcepit : quia iaculando uel propensius pugnando facile procul a turribus eius depulerunt.Tunc & silo pecuniarum acceptionem reuelauit. Nam multos ex propriis militibus remisit:dum indigentiā sumptuum reclamarent & pecunias ad alimenta postularent:quosdam uero ad hyemalia loca destinauit.Nam circa ciuitatem loca deserta erant : eo q̄ a militibus antigoni omnia diruta fuissent:mouitq̄ exercitum & discedere tētabat.Herodes aūt perebat duces silonis uel milites ut non se relinquerent a Cæsare uel Antonio uel a senatu honoratum: nā prouidere eorum inopie & facile præbere quæcunq̄ quererent se promisit.Post petitionem autē statim ad prouinciam egreditur:nullam occasionem discessionis silonī relinquens. Siquidē multitudinem quanta nemo sperabat necessarioꝝ deportauit a samaria:familiaribus suis aministrātibus triticum uel uinum & oleum:& pecora simul & alia diuersa in hierichunte deducentibus: præuidens ne per sex dies aliquid militibus deesset.Quæ cū nō latuissent antigonum:statim misit per prouinciam:qui deberent insidiis prohibere deportatores alimentorum.Cunq̄ præceptis antigoni peruenissent:grandem multitudinem armatorum circa hierichuntē congregantes: super montes locati:custodiebant alimenta deducentes.Sed dum hæc aguntur Herodes non ocio se degebat:sed,x.turmas suscipiens quarum quinq̄ iudeorum erant:aliæ uero mercede cōductæ: necnon & æquites paucos:ad hierichunta peruenit. Cunq̄ ciuitatem desertam inuenisset: quingentos uero excelsa præoccupasse cum uxoribus & cognationibus: hos quidem ipse dimisit: romani tamen irruentes ciuitatem deprædauere:dum plenas domos pecuniis reperissent.Igitur cū stodiam rex in Hierichunte relinquens reuertitur: & romanorum militiam ad Hyemalia dimisit in Idumea uel Galilea : uel Samaria . Impetrauit autem & Antigonus a Silone pro pecuniarum munere : ut partem exercitus Romani in liddis susciperet pro Antonii satisfactione . Romani itaq̄ in deliciis erant:& ab armis quieti:Herodi uero minime uisum est otiū habere:sed ad iudeam fratrē Iosippum cū duobus militibus peditū:& quadringentis æquitibus destinauit.Ipse uero cum ad samariā peruenisset:& ibi deposuisset matrē & alios cognatos ab masada deductos ad galileam usq̄ puenit:capturus quædā loca:quæ custodes antigoni præoccupassent. Peruenies aūt in sephori:custodibus antigoni fugatis:in abundanti prosperitate erat. Postinde contra quosdam latrones in speluncis habitantes æquitum alam & peditū tria agmina transmisit: quatenus prohiberent eos:ne latrocinium exercerent.Hæc aūt iuxta uillam uocabulo arbilon fiebant ubi ipse.xl.die cum omni expeditione profectus est.Hostes uero cū conflexissēt uerterunt leuū cornu agminis eius:quos ipse inuadens fugauit: suos aūt fugientes eo loco constituit: permansit uero cōtrarios persequens usq̄ ad iordanē fluuium:cum per alias & alias uias diffugerent . Itaq̄ cū totam galileam cœpisset:præter eos qui in speluncis habitabant:& diuisissēt pecūias unicuiq̄ uiro centum & quinquaginta dragmas præbens:ducibus aūt multoplus:ad hyemalia eos loca remisit.Sub idem tempus & silo cum suis ducibus ad eū uenit:eo q̄ noluisset antigonus alimenta per hyemalia constitutus p̄bere.Nam plus mense non eos pauit:sed & misit in circuitu p prouinciam præcipiens:ut oia dissipassent:& per montes confugerent:quatenus de necessariis nihil habentes romani fame cōsumerentur.Herodes uero prouinciā eorum fratrem suum habere præcepit:simul & alexandriū oppidum muro circundare.Qui celerius abundantiá necessariorum militibus præparauit & alexandrium olim dirutū reconstruxit.Eodem tpe Antonius quidem athenis morabatur.Per syriam aūt uentidius silonē accersiens contra pthos: primū quidem mādauit herodem adiuuare:deinde uero ad se auxiliatores conuocare.Cūq̄ Herodes contra latrones ī speluncis festinaret:silonē quidem ad uentidiū transmisit:ille uero contra illos expeditionē produxit.Erant.n.latronum cubilia in montibus abruptis constitura:& per mediū altissimos habentia transitus saxis acutissimis circundatos:ubi cum oibus suis familiaribus latebant.Rex aūt archas construens:ferreis cathenis ligans: per machinam de uertice mōtis super eos deponebat:dū nec ab inferioribus ascendere propter acutum monté potuissent:neq̄ de superioribus cōtra eos ascēdere.Arce uero militibus armatis plene erant:falces longissimas habentibus:cū quibus resistentes latrones abstractos occidere p̄ualerent.Sed depositioné arcarum contigit incaute disponi:dū nimis ad alta descendissent.Habebāt uero intus ēt necessaria.Cum itaq̄ arcæ depositæ fuissent: nec audirent quidem ab spelūcis exire:unus ex militibus gladio accinctus:& ambabus manibus cathenā tenens ex qua arca pendebat:descendit in speluncā:abhorrens moram non audientium exire latronū.Cum uero prope unā speluncam uenisset:primum quidem iaculis multos fugauit post aūt falce resistentes impellebat ad p̄cipicia ruere.Cūq̄ intus ingressus esset:multos occidit: & reuersus in arcā quieuit:timor uero reliquos gemitum audientes:& salutis despatio comphendit,Rei aūt terminum nox prohibuit:& multi rege concedente sese subiectos tradiderūt. Sed & eo mō altera die in conflictionibus usi sunt:ut ab spelūcis latrones exirent: & ante ianuas pugnarent. Milites aūt in circuitu siluæ ignem miserunt:& ita multos incenderet. Tunc senex quidam intus cum.vii.filiis & uxore relictus est:quibus petētibus quatenus eos dimitteret ad hostes exire stans super ostiū speluncæ:unūquēq̄ filiorum suoꝝ exeuntem prosternit: usq̄quo cunctos interemit post aūt & suam uxorem.Cūq̄ in p̄cipicio cadauera iactasset:sup illa se quoq̄ dedit:mortem pro seruitute sustinens:multaq̄ prius in herodē uociferatus & infirmitatem exprobrás:licet rex dexteram ei tetendisset:& oēm licentiam promisisset.Igitur his actis:iam oēs speluncas obtinuerat rex.Vbi ducē ptolomeum ordinans:ad Samariā cum sexcentis æquitibus & tribus militibus peditum discessit:tāq̄ antigonum expugnaturus.Ptolomeo uero nō bene cessit hæc militia: siquidē hi qui prius galileam turbabant:inuadentes eū interemeret. Cūq̄ hoc fecissent in nemoribus & in difficillimis locis cōfugiunt: p̄dantes & rapientes oīa:quos reuersus herodes puniuit. Nam multos transgressores interfecit: & eos qui in munitissimis locis cōfugerant:obsidione capiens occidit:& castella deposuit.Multauit etiā ciuitates rebellibus extinctis:centum talentis. Interea pacoro bellis ruente:cum pthi fugissent:mittit uentidius macherá adiutorem Herodi cum duabus cohortibus & mille æquitibus:antonii præceptis obsecutus. Machera itaq̄ antigono uocante p̄ter sniam Herodis pecuniis corruptus propabat exploraturas eius negocia.Cuius negocia suspecta habens antigonus aduentum eius non suscepit:sed fundis eum prohibuit: & demonstrauit eius uoluntatē.Quod ubi machera sensit: & Herodem optime sibi persuasisse cognouit: seq̄ peccasse non audientē ammonitionē illius:ad samau ciuitatem discessit:iudeos uero p uiam occurrentes amicos uel inimicos prostrauit:iratus in his q̄ passus esset.Rex aūt his incitatus: ad samariam prexit.Vnde ad Antoniū cum pp hæc deliberaret proficisci:& suggere:q̄ talibus auxiliatoribus non egeret:qui magis ei quam hostibus nocerent:seq̄ ipsum sufficere ad expugnationem antigoni:macheras secutus supplicat ei ut pmaneret:si tamen oībus modis iturus esset:fratrem suū iosippū sibi præponeret:ut debellaret antigonū. Itaq̄ petitus a machera reconciliat ei. Cūq̄ reliqsset iosippū cum militia:psuasit ei ne piclitaretur:neq̄ machere aduersaret. Ipse porro ad Antoniū festinauit:qui samosata oppidū iuxta eufratē obsidebat:cū æqtibus & peditibus au-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
CIELDOS.USAL.ES

xiliatoribus. Cunq; ad antiochiá pueniſſet:ſueniſſetq; congregatos:qui ad antonium pergere feſtinabant:timore tamen q̄ in uia barbari multos inuaderent & interimerent non audiẽtes tranſire ipſe eos adhortatus dux itineris factus eſt.Sed eum tamen duas manſiones ſamoſatorum uenisſet:inſidiæ barbarorum ibidem locatæ:euntes ad antonium inuadebant.Nam ſpinis obſtruebant camporum aditus ubi etiam æquitum non paucos ocioſe ſedere barbari diſpoſuerunt: ut cum ad campum peruenirent:impetum ſuper eos facerent.Sed ut primi tranſierunt:& retro obſeruaret herodes:barbari ſubito ab inſidiis quingenti ſecuti primos ad fugam uerterunt. Tunc rex impetum cum ſuis militibus in eos faciens:ſtatim hoſtes inuadit. Quos cum in fugam uertiſſet.audaciam ſuorum excitauit:& confidenter eos fecit reuerti:qui prius fugiebant. Tũc rege a tergo pugnante:undiq; barbari circundati proſternebantur.Sed cum multa iã direpta fuiſſent uaſa uel ſarcinulæ uel mancipia:uniuerſa rex hæc eripiens pgebat . Porro tamen cum multi de ſilua propinquante eo campis contra eum exiſſent: his confligens ipſe cum cohorte fortiſſima: uertit eos in fugam:multos interimens:oportunamq; ſequentibus uiam præſtabat qui ſaluatorem & propugnatorem eũ uocauerunt. Cũ aũt prope ſamoſata perrexiſſet:tranſmittit antonius exercitum cum ornatu ad occurſum herodis:hunc ei honorem retribuens auxilii cã:nam barbarorum inſidias & impetum contra eos factum audierat. Cunq; præſentem alacriter uidiſſet & cognouiſſet ab eo quæ uiam acciderant:amplectebaſ:&uirtutem eius laudibus efferebat:& oſculabatur eum:& preponebat ſibi quem pauloante regem ipſe mõſtrauerat. Sed cum antiochus nõ multo poſt oppidum traderet:& a bello deſineret:foſſio quidem antonius præcepit auxiliũ herodi præbere:ipſe uero ad egyptum diſceſſit. Tunc foſſius duas legiones cum herode premiſit ad iudeam:ipſeq; cum ampliore exercitu ſequebatur. Contigit ioſippum etiam in iudea tali modo pire.Hic immemor præceptoꝝ fratris ad antonium euntis:exercitum per montes produxit.Ni quinq; cohortes ei machera dederat ad hierichuntem properanti:dum uellet triticum: metere:& romanis militibus nouis adhuc & bellorum inexpertis exiſtentibus quoꝝ multi a ſyria delati fuiſſent:aduerſariis eum inuadentibus relictis in difficillimis locis: fortiter pugnans interimit: cunctum pœnæ exercitum perdens:ſiquidem ſex turmæ extinctæ ſunt. Antigonus autem cum inimicos uiciſſet:caput ioſippi incidit: quod quinquaginta talentis frater eius ferora redemit. Sed etiam poſt hæc deſerentes galilei potentes gentis ſuæ:ſocios herodis in palude mergebant: multi quoq; & in iudea rebellauerunt. Machera autem oppidum gutam munitiſſimum capit. Nuncii uero cum regi in daſne antiochiæ nunciaſſent fratris caſum:& ipſo quidem hoc ſperate propter uiſiones quas euidenter in ſomnis de morte fratris ſui uidiſſet:feſtinans proficiſcebaſ: Et cum ad montem libanum pueniſſet:octingentos exinde ſumẽs:habens etiá romanũ exercitũ ad ptolomaidem puenit:unde noctu ſurgẽs:cum expeditione galileã adiit.Cui cum hoſtes occurriſſent:& prælio uicti fuiſſent:in aliquo oppido concludunt:unde & prius egreſſi ſunt. Dumq; cõgreſſiones facerent:multa tempeſtate commota:nihil ualens cõficere exercitũ ad uillas propi quas pduxit.At cũ ab ãtonio ſecunda legio ueniſſet:& q oppidũ tenebãt:territi nocte ipm relinquunt:& rex ad hierichuntẽ urgebaſ:ultionẽ exacturus ꝓ fratre. Vbi cũ ꝓfectus eſſet:potentiſſime ſuos pauit.Poſt conuiuiũ autem cum ad ſupioré domum aſcendiſſet:dimiſit oẽs qui præſentes erãt:ubi miranda affuit dei circa regem prouidentia.Nam tectum domus ſubito cecidit: & neminem compreſſit.Vnde omnes crediderunt herodem dei amatorem eſſe:dum tã maximũ & mirandum periculũ uelociter euitaſſet. Poſtremo die aduerſarii cum a ſummitate montium ſex milia ad pugnã deſcẽderent:timore romanis imiſerũt.Qui cũ acceſſiſſent:iaculis lapidibuſq; regis ſocios exeuntes uulnerabant:& ipſum quidam telo circa præcordia percuſſit. Antigonus autem ad ſamariam ducem mittit pãpum nomine: cum aliquanto exercitu:cupiẽs hoſtibus opinionem de ſe:tanq̃ de bellatore preſtare.Machera uero duci pãpo aſſedebat. Herodes inter hæc quinq; ciuitates cum cœpiſſet: relictos ibi duo milia exiſtentes interfecit ipſaq; ciuitates incendens:rediit cõtra pampũ:q caſtra ſua cõtra uillam adſunã uocabulo diſpoſuit.Dũq; multi cõfluerent ad eum ab hierichũte:& ab iudea:iuxta hoſtes acceſſit:eoſq; audacter precurrentes cũ eis cõfligens deuicit.Quos perſequens:ꝓ fratris ſui uindicta occidebat.Quorum multi dum i domibus armati confugiſſent:tectis auulſis:lapidibus eos deſuper oppreſſit. Quod factum aduerſariorum magis animos confregit:ſperantiũ futura deteriora exiſtere. Nam non latuit multitudo ad uillam fugientiũ:& niſi tunc tempeſtas grandis deſcendiſſet:& rex ad hieroſolymã exercitum de uictoria confidente deſtinaſſet:omne opus tunc perfeciſſet:antigono iam fugam meditante: & a ciuitate diſcedere. Rex autem ueſpere facto:cœnare milites præcepit. Ipſe uero cum aliquã domum laſſus intraſſet quo balneum erat:pœnæ maximu m periculum incidit:quod prouidentia dei uitauit.Nam dudum & cum uno ſequente puero lauantem:hoſtium quidam qui armati in eadem domo pro timore celati fuerant inuadunt. Quorum unus exiit gladium tenens:& per ianuam currit:& poſt hunc ſecundus & tertius ſimiliter armati:nihilq; tamen regem leſerunt. Poſtero die interempti pampi caput ferora decidens:pro ultione fratris:herodi tranſmiſit. Nam is manu ſua illius interfector extiterat. Deſinente uero hyeme regreſſus:inde ꝓpe hyeroſolymam peruenit:& iuxta ciuitatem caſtra ſua locauit:tertio regni ſui anno:ex quo romæ ordinatus erat.Poſtea rurſus ſua caſtra iuxta murum accedens tranſmigrauit:unde potuiſſet ante templum ciuitas expugnari:ſicut & prius a pompeio:& tribus aggeribus locum circundans: turres erexit. Cunq; multa manu ad opus uſus fuiſſet:& ſiluam deciſſet:& oportunos operantibus præpoſuiſſet:ipſe ad ſamariam pro nuptiis diſceſſit:ducturus alexandri filii ariſtoboli filiam:nã hanc ſibi deſponderat:ſicut & prius retulimus.

Quẽadmodũ hieroſolymã ſoſſio uel herode obſidentibus:antigonus ĩteriit. Cap. XXVII.

POſt nuptias autem uenit ſoſſius per phœnicem cum exercitum per mediterraneam præmiſiſſet:uenit etiam multitudo equitum & peditum.Tunc rex quoq; regreſſus eſt a ſamaria:non paruam ſuper priorem expeditionem producens:ſiquidẽ triginta milia fuerant.Omnes aũt prope hieroſolymorum muros congregabãtur: ubi circũſedebant p aglõis ptẽ muros ciuitatis.Quoꝝ exercitus erat undeci cohortes peditũ:&ſex milia equitum:necnon & auxiliatores ſyri:& duo duces ſylo & ſoſſius:qui & ab antonio miſſus eſt auxiliator.Herodes aũt decertabat pro ſe quatenus ab antigono principatum reciperet: qui romæ dudum hoſtis fuerat iudicatus: & pro illo rex herodes per ſenatuſcõſultũ ordinatus.Cum multa autẽ alacritate uel certaminibus iudei qui intra muros concluſi fuerant:herodi repugnabãt multaq; pro templo diuulgabant:multa etiam pro ſolaciis populi:tanq̃ liberante eos a periculis deo: & omnia foras ciuitatem diſtrahebant:nequid ad alimẽtum uel hoium uel iumẽtoꝝ relinq̃reẽt: & latrociniis furtim uſi:inopiam eis parabant. Quæ cum herodes perſpexiſſet aduerſum latrocinia quidem in oportuniſſimis locis inſidias pauit:de expenſis autem longius agmina militum tranſmittens.uenalia congregabat:ut intra paucũ tẽpus multam affluentiã eis nccãrioꝝ faceret abundare: manuq; multa frequenter operantes:tres aggeres citius eriguntẽ.Eſtas enĩ erat:& nullum uel ab aere:uel ab operantibus impedimentũ fiebat:ſed machinamenta inferentes:murum pmouebant: & omnibus experimentis utebantur:nec tamen terrebant intra ciuitatẽ exiſtentes. Nam illi reſiſtentes: contra iſtos non pauca excogitabant:quædã adhuc impfecta iſtrumẽta:alia uero pfecta cõburentes.Cunq; ad manus ueniſſent:non minores romanis audendo fuerunt:niſi quia diſciplina deerat militaris aduerſus machinas. Nãq; muros cõſtruebant:iam prioribus edificiis euerſis:& ſub terram fodientibus occurrentes confligebant: & deſperatione tamen potius quam prouidentia belli uſq; ad ultimũ permanebant:licet magna expeditione obſeſſi:uel famæ magna fatigati:uel inopia nccãrioꝝ fuiſſent exhauſti.Nam ſeptimus tunc annus acciderat. Inter ea aſcendunt quidẽ ſup murũ uiginti priores:poſtea uero centuriones foſſii.Nam primus murus captus iam fuerat diebus q̃draginta:ſecundus aũt quindecim:& aliquæ circa templum porticus incenſæ ſunt:quas herodes antigonũ incendiſſe dicebat:odium ei mercatus iudeoꝝ.Sed poſt dũ ibi capta exterior ps templi fuiſſet:& inferior ciuitas:ad interius ſacrariũ:& ad ſuperioré ciuitatẽ iudei confugierunt.Cunq; timuiſſent ne prohiberent eos romani deo quotidianas imolationes offerre per legatos ſupplicant:pmitti uictimas ſolitas introduci. Herodes aũt dum putaret eos iã quieuiſſe conſenſit.Sed cum nihil uideret fieri quæ putaſſet:immo fortiter repugnare ꝓ ãtigoni principatu inſtanter accedens:ciuitatem expugnabat:& oĩa ſtatim internitionibus ſunt cõpleta. Siquidem romani pro mora obſidionis iraſcebantur:herodes aũt nullos ab iudeis aduerſarios relinqui uolebat.Occidebant igitur ꝓ uicos & ꝓ domos quoſcunq; inueniſſent:fugantes eos & i templo concludentes:neq; infantibus:neq; ſenibus:neq; infirmitati mulieꝝ miſericordiã pſtantes:ſed & rege deſtinãte & petente ut parcerent:nemo fuit qui dextrã retineret imotã:ſed furioſi cunctã ætatem extinguebant.Vnde & antigonus nec prioré nec præſentem fortunã cõſiderans: a turre deſcendit:procidens ante pedes ſoſſi.Ille nequaq̃ eum miſertus pro calamitate:ſed plauſibus incontinenter uſus : antigonam eum tanquã fœminam nominauit:quẽ non ut mulieré ſine cuſtodia remiſit.Et ille quidẽ ligatus cuſtodiebatur:herodes uero prouidebat prohibendo alienigenas auxiliatores.Nam feſtinabat multitudo peregrina tẽplum uidere:& ſancta in ſacrario cõſtitura.Rex autem quoſdam petẽs:aliis interminatus:multos autem & armis uetebat:pditionem priorem uictoriam eſtimans:ſiquid inuiſibilium uiſum fuiſſet.Reſecabat etiam rapinas ciuitatis multum contra ſoſſium altricatus dicendo.Si pecuniis & hoibus romani ciuitatem euacuauerit: deſertæ regionis meæ regem relinquent:ſed & ante ciuibus proſtratis:breuem uniuerſi iudei principatum iudicari:pro repenſione necis huiuſmodi.Ille uero cum pro obſeſſione. militibus iuſte prædam permitti dixiſſet:reſpondit ipſe ſe pecunias de ſuo mercedem ſingulis præſtaturum:& ita reliquam ciuitatem promiſſionibus completis liberauit.Nam ita munificenter ſingulis militibus & ducibus merito regali:& ipſi Soſſio donauit ut omnes pleni pecuniis abirent . Hæc paſſio hieroſolymoꝝ ciuitati contigit:conſulibus marco agrippa:& canidio gallo:centeſima & octogeſimaquinta olimpiade tertio menſe: in celebratione ieiuniorum:tanq̃ reuerſa calamitate quæ ſub pompeio iudeis illata eſt.Nam tunc eodem die captiuitatis uigintiſeptem anni eſſe noſcunt. Soſſius uero cum auream deo coronam deuouiſſet reuerſus ab hieroſolymis:antigonum ligatũ ad antonium perduxit. Herodes quoq; ueritus ne cuſtoditus antigonus ab antonio:& romæ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

pductus:allegationibus ſuis ſenatui demonſtraret ſe quidem ex regalibus deſcendentem: herodē autem priuatum:& ꝙ oporteret filios eius regnare propter genus ſi ipſe romanis peccaſſet::multis pecuniis compulit Antonium:ut Antigonus interficeretur.Quod cum factum fuiſſet: Herodes quidem depoſuit.Deſtitit autem hoc modo Aſamonei principatus poſt centū uiginti annos. Nam de familia clariſſima genere uel honore ſacerdotali fuerat.Cuius cū multa pro gente iudaica parētes ægiſſent: propter mutuam ſeditionem principatum amiſerunt.Tranſiit autem ad Herodem antipatris filiū de familia populari:uel genere priuato:& ſubiecto regibus.Nos igit huns terminum cognationis aſamoneorum accepimus.

Incipit Liber.xv.antiquitatis Iudaicæ.

Qualiter capta ciuitate per Soſſium & Herodem: Antonius quidem Antigonum i Antiochia interimiſſet : Herodes autem quadragintaquinq; ex amicis illius primates Hieroſolymorum reuerſus extinxerit. Cap. I.

Oſſius quidem & Herodes qualiter hieroſolymam cœperunt:necnon & Antigonum captiuum in ſuperiore uolumine demonſtrauimus:ſequentia uero tunc explanabo.Cū totius iudeæ principatum Herodes ſumpſiſſet:quantoſcūq priuatos ſui fautores inuenit: in dignitatibus eos conſtituit:illos aūt qui contraria elegerant: nō deſtitit tormentis ſingulis diebus affligere.Honorabantur apud eum Polion phariſeus & Sameas diſcipulus illius.Siquidē obſeſſis hieroſolymitis:iſti perſuadebant Herodē ſuſcipi:pro quo & recompenſatione gratiaꝝ fruebantur.Nam hic erat Semeas:qui quondam i iudicio dum Herodi peperciſſet Hyrcanus:prædixerat indicans ei uel iudicibus:ꝙ Herodes liberatus eos oēs perſequeret:quod & factū eſt:deo ſermones illius adimplente.Eodem tpe cum Hieroſolymam tenuiſſet Herodes: oēm omatum ciuium auferens:in aula colligebat.Ex quo multū pondus argenti uel auri antonio:uel amicis eius donabat.Interfecit ēt quadragīraquinq; priores partes Antigoni. Nā cuſtodes per portas muri diſpoſuerat:ne quid deportari poſſit cū defunctis.Mortui uero cū excrutarentur: ſiquid argenti:aut auri:aut aliud neceſſariū fuiſſet inuentum:regi deferebat:nullus uero malorum terminus erat.Nam auaritia rectoris:male conquiſita deterius expendebat.Prouincia autē inculta permanſit:ſeptimo anno cogente:in quo agriculturā exercere:illicitum nobis eſſe probauimus.Antonius itaq; cum captiuū Antigonum ſuſcepiſſet:deliberauit ligatū in triumpho ſeruare.Sed audiens gētem rebellare Antigono fauentem:doniſq; herodis redemptus:iudicauit in antiochia illum perimere:quia nullatenus iudei quieſcerent. Quod teſtimonio Strabonis capadocis confirmatur:ita dicentis.Antonius antigonū iudeum in Antiochia perductū interfecit.Et uiſus eſt hic primum iudeorum regem occidiſſe:dum non æſtimaret:alio modo ſententias iudeorum flectere:quatenus ſuſciperent pro illo conſtitutum herodem.Nam nec tormentis ſubditi:regem eū appellari patiebantur:tanq̄ magnum aliquid de priore principe retinētes.Infamiam igitur uel odiū Herodis ita minuere putauit.Hæc quidem Strabo locutus eſt.

Quomodo Hyrcanus primus rex iudeorum:& princeps ſacerdotum a pthorum rege arſacē dimiſſus:ad Herodem reuerſus eſt. Cap. II.

Dum uero Herodē principatum tenuiſſe Hyrcanū princeps ſacerdotū audiſſet:q captiuus apud parthos tenebatur:redit ad Herodem:de captiuitate tali mō ſolutus.Barzafranes & pachorus parthorum duces cū captiuos Hyrcanum principem ſacerdotum prius conſtitutū:poſt autem & regem:& fratrē Herodis faſelum ad parthos perducerent:faſelus non tolerans uinculoꝝ obprobrium:& omni uitæ p̄ponens mortem glorioſam:ipſe ſuus peremptor ſicut p̄dictum eſt apparuit.Hyrcanum uero ad pthos perductū:fratres parthoꝝ princeps modeſtius attendebat:dū nobilitatem de proſapia eius audiſſet.Quapropter remiſſum a uinculis: babyloniæ ſeruari conceſſit ubi & multitudo iudeorum Hyrcanum tanq̄ principem ſacerdotum & regem:& omnes uſq; ad eufraten iudei habitantes honorabant. Qui dū his frueretur: & audiret Herodem principatum ſuſcepiſſe mutauit ſpem ſuam: ab initio ei amiciſſimus exiſtens:quem & gratiæ memorem putauit:ꝙ eum a queſtione & mortis dānatione:uel periculo tormentiſq; liberaſſet.Sermones ergo iudeis proferebat:feſtinando ad eum proficiſci.Qui uetabant & rogabant eū p̄manere dicentes:ꝙ officioꝝ ſimul & honoris in ſacerdotali uel principali dignitate nihil apud eos minus habuiſſet:p̄ſertim dū nihil ab hieroſolymitanis poſſet promereri pro diminutione corporis:quam ab antigono pertuliſſet.Retributiones autem non ſimiles a regibus dantur quas priuati a benefactoribus accipiunt:nam mutat eos fortunæ ꝓuentus: Talia cum ei ſuggerent:Hyrcanus deſiderio eundi tenebatur. Cui ſcribens herodes petebat fratrem &

illic iudeis ſupplicare:quatenus non inuiderent ei una ſecum cōmune regnum poſſidere.Nam extitiſſe dicebat:quo ipſe gratias ei redderet ꝓ beneficiis:cum ab eo nutritus & ſaluatus eſſet. Hæc ſcribens Hyrcano:mittit ad fratrem legatum ſaramallam:& dona multa: ſupplicans:me impedire gratias reddere:quas beneficio deberet.Erat autem ſtudium eius non pro hoc:ſed quomodo præter meritum principatum obtinuerat:timebat ne illi rationabiliter auferetur:& Hyrcanum properabat ſub poteſtate ſua redigere:uel penitus eum diſperdere:ꝙ & poſtea fecit. Tunc tamen flexo ptho:pecuniaſq; iudeis ei dantibus ut ueniret:cum omni eum honore ſuſcepit & in conuētu primum ei locum:& in conuiuiis primum ei lectum concedebat:quam etiā decipiebat patrē uocando:& omnibus modis inſidias inopinatas ei parabat. Diſponebat etiam reliquas cū eo ſui principatus utilitates:unde & in familia eius ſeditio exarſit. Nam dū obſeruaret ne nobiliſſimus quidam princeps ſacerdotum dei haberetur:inuitauit aliquem ex ignobiliſſimis ſacerdotem de babylone: nomine ananelum:& huic principatum ſacerdotii deſignauit . Quod non pertulit alexandra filia Hyrcani:uxor Alexandri: filii Ariſtoboli regis: ex quo filios habuit: unum quidem pulcherrimum ariſtobolum noīe & herodis coniugalē mariānē:forma nobiliſſimā.Turbata ergo & moleſte ferens infamiam filii ꝙ illo ſupſtite:alter aduena pricipatū ſacerdotii meruiſſet:ſcripſit cleopatræ:ſodali ſuo litteras deportante:ut peteret antoniū pricipatū ſacerdotii filio ſuo p̄ſtare: Sed antōio negligēte petitionē:amicus eius gellius ad iudeā cū pp aliquas cās pueniſſet:& uidiſſet ariſtoboli pulchritudinem & magnitudinem & iuuentutem:mirabatur:non mius etiam mariannem regi cohabitantem ſtupebat.Vnde Alexandram bonorum liberoꝝ matrem exiſtimans: & ad ſermones eius ueniens:flectit eam pingere amboꝝ imagines:& antonio deſtinare dicens:cū eas uiderit:petitōes eius modis oībus adimplebit:His elata uerbis:alexādra imagines antonio direxit, Cui gellius referebat dicens:non ab hoīe putari:ſed a quodam deo eſſe liberos alexandræ: dum uellet ad libidines antonium emolire.Qui puellam quidam erubeſcens herodi nuptā accerſire:uerūetiam cleopatram metuens contriſtari:ſcripſit ergo pueꝝ tranſmitti cum honore:adens ſibi gratū iuuenē uiſum fore.His deportatis ad herodē litteris:nō cautū extimauit:iuuenē excellentē ariſtobolū: & tunc iam ſedecī annos ducentē:genere noibiliſſimo:ad antoniū deſtinare potentiſſimum romanoꝝ:& patum ſuæ luxuriæ ſupponere pueꝝ:qui ēt libidinoſus p potentiam exiſtebat.Reſcripſit ergo dicens:ſi puer exierit a prouincia:ſtatim omnia bello uel ſeditionibus complebuntur: iudeis ſperantibus rerum nouarum mutationem. Quibus reſcriptis cum Antonium excuſaſſet:iudicauit non ultra puerum uel Alexandram humiliare:ſed etiam uxore ſua Marianne ualde petente : quatenus fratri ſuo principatum ſacerdotii redderet : quod prodeſſe arbitratus eſt:dum nec ad antonium proficiſci poſſet tali præditus adoleſcens honore. Conuentum itaq; faciens amicoꝝ:multum alexandram accuſabat:dicendo:latenter inſidias egiſſe pro principatu dum per cleopatram ageret:quatenus ipſe quidem regno priuaretur:puer autem ꝓ ipſo rerum gubernationem ab antonio ſuſciperet:& hæc quidem illa non iuſte poſtulaſſe:ꝙ & filium ſuum a poſſeſſo iam honore priuaret:& ſeditiones in regno moueret:cum multum ipſe laboraſſet ut poſſideret multis & nō fortuītis periculis:uerumetiā nullatenus memor ipſe maloꝝ illius: ſed beniuolus circa eos eēt:& nunc puero principatum ſacerdotii p̄beret:ideoq; olim ordinaſſe dicebat ananelū ꝙ ualde puer eēt ariſtobolus.Cū tamen hæc nō incaute dixiſſet:ſed ꝓ deceptiōe mulieꝝ & p̄ſentiā amicoꝝ: læta & non ſpans alexādra cū lachris ſatiſſecit:dicēs:& ꝓ ſacerdotio qdē oīa:& ꝓ iſamia feſtinaſſe:regnū uero nec deſideraſſe iqt:nec ſi oblatū eēt cupide ſuſcepiſſe: cū & nūc nimiū honorē habeā pp principatū eius & tutelā:cuius uirtute totū gēus meū effulget honoribus:nūc quoq; beneficiis uicta:ſuſcipio filii honorē:& ipoſteꝝ ad oīa ero ſubiecta.Petebat ergo:ut ſiqd pp genus & præſentē ſibi fiduciā temerariū pro indignatiōe feciſſet:ignoſceret. Poſtq̄ āt locuti ſunt dextris datis reconciliantur omni ut uidebaī ſublata ſuſpitione.

Quemadmodum herodes ariſtobolum uxoris ſuæ mariannæ fratrem:principem ſacerdotū ordinauit:& paulopoſt occidit. Cap. III.

Atq; rex herodes ſtatī principatu ſacerdotii ananelū p̄ter legem exiuit : ſeditiones domeſticas pacādo:nā nō licebat aliquē honore ſemel accepto fraudari:quod prius ātiochus epiphanes deſtruxit:dū auferret ab ieſu ſacerdotiū:& ordinaret fratrē eius oniāſ: ſecundus āt ariſtobolus Hyrcanū fratrē ſuū priuauit:tertius herodes principatū ſacerdotii adoleſcenti tradidit ariſtobolo.Tunc qdē putabat ſedaſſe contētionē:& licet recōciliati fuiſſent:non tamen ſecurus degebat:dum alexandrā ex p̄teritis conatibus ne tēpus nouarum rerum capet ualde timeret.Quapropter p̄cepit eā ita in aula conuerſari ut nihil ſub poteſtate ſua haberet:diligēter etiā cuſtodiebatur occulte ne quid p̄ter quotidianā cōuerſationē niteret q̄ paulatim magis illā exacerbabāt:& in odio ſuſcitabant:nā ſuperbia mulieris diligentiā cuſtodie indignabatur habere:dū oīa potius uellet pati q̄ fiduciā priuari:& fucoſum honorē cū ſeruitute uel metu poſſidere.Ad cleopatrā igitur in quibus exiſteret frequenter ſe lamentando deſtinabat:poſtulās ſibi auxiliū præberi. Quæ iuſſit ei furtim cum filio in ægyptum ad ſe confugere.Cunq; hæc ei placuiſſet:tale aliquid excogitauit.Duo locula tanquam pro mortuoꝝ exequiis parauit: in qbus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

imagines uel trophea non eſſe patrium in ciuitate admitti profitemur. Herodes aūt turbatus & intelligens nō facile eos reſiſtentes deuinci ſine ſolatio ; accerſit quoſdā primos eoꝝ ad theatrū: & oſtendens trophea conſuluit quid illis hæc uiderentur . Qui cū clamaſſent hoīum imagines: præcipiens auferri ornatū impoſitum:oſtendit ligna nuda:quæ ſtatim ſpoliata riſum plurimum ſpectantibus incuſſerūt.Tali modo multitudinis impetū mitigauit herodes: ut iam plurimi mutati non offenderent.Quidam uero permanebant in difficultatibus ſuis: q; ſolita minime cōtuebantur;& putabant initium patriis legibus deſtruendis.Vnde optimum exiſtimauerūt magis pericula pati quā mutatam rempublicam negligi:dum Herodē proſpicerent uiolenter introducere quæ non ſolita fuiſſent:& uerbo quidē regem:operibus aūté hoſtem oīum demonſtraret. Vnde coniurauerunt omne periculum ſe ſubire decem ciues:& gladios ſub ueſtimento portabāt. Inter quos fuit quidam oculis captus:qui per indignationē eoꝝ quæ audiebat fieri:ſe ipſum pati quæ & illi firmabat:qui non mediocrem eis impetū in conatibus periculoſis immiſit. Quod conſiliū cum deliberaſſent:ex compoſito ad theatrum pergebant: ſperantes nō poſſe Herodem fugere: ſi ſubito eum inuaderent.Cúq; parati cum audacia properarent:unus eorum qui perſcrutantes ſingula renunciabant regi:eorum conſpiratione intelligens:parato regi theatrum ingredi indicauit. Qui confeſtim ſciens odium q; plures in eū habuiſſent:& ſeditiones quotidianas: diſcedés ad aulam:noſatim accuſatos uocauit.Qui cum a miniſtris euidenter capti fuiſſent:ſcientes q; non euitarent periculum ornauerunt neceſſariū uitæ finem:nullam deponētes animi ſui fiduciam. Nec enim negauerunt actum ſed & demonſtrauerūt gladios:confeſſiq; ſunt bene:& pie coniuratione ſe feciſſe:lucri quidem nullius cauſa neq; pro ſuis doloribus:ſed pro cōibus cauſis:quas ſeruare: aut pro his mori cunctis dignum uideretur.Talia quidē illi de uoluntate inſidiarum fiducialiter ꝓlocuti:a regalibus miniſtris circūſepti ducebantur:oémq; pœnam paſſi perimuntur. Non multoplus eum qui talia nunciauit odio quidam rapientes non tantum interfecerunt: ſed & mébratim dilacerantes:canibus appoſuerunt. Videbant aūté multi ciuium quæ fiebant: & nemo núciauit:uſquequo Herodi acerbiorem & certiorem facienti inquiſitionē quædam mulieres torte cōfeſſi ſunt:quæ hæc uidiſſent.Herodes uero eos qui facimus commiſerunt ſimul cum tota domo peremit.Concurſus uero & audacia populi quā pro legibus habebant:non remiſſionem faciebāt herodem:ſed multo potius cautiorem qui ſtatuit undiq; ſeſe munire:ut ſiq nouis rebus ſtuderē: manifeſta fieret eorum conſpiratio:dum ciuitas ab aula qua conuerſabaē:& a templi cuſtodia tutaretur qua antonia dicebatur.Samariam quoq; deliberauit muris circundare:quam mutato nomine ſebaſtiā appellauit putans etiam prodeſſe prouinciæ locū munire qui de hieroſolymis aberat unius diei uia:& olim uocabatur ſtratōis turris etiam eum conſtructum cæſariā nominauit: & in maximo campo electos æquites deputans:locum ædificauit:qui in galilea gaba uocatur: & trans fluuium ſebōitidē.Hæc ergo paulatim ſemper pro tutela ſua molitus perfecerat:circundás cuſtodiis totam gentem ut nequaq̄ poteſtatem haberet ſeditiones promptas agere:quibus paruo motu facto frequenter utebantur:nec laterent ſi mouerentur:aſſiſtentibus ſemper in proximo q cognoſcerent:& multos quidē auxiliatores ſuos:plures āt ex finitimis inhabitare illic fecit: dum munificentia ductus templū conſtrueret:quo ſimile prius nec in nobiliſſimis ciuitatibus exiſtebat:quod magis pro tutela ſua cōſtruens:in honore auguſti cæſaris ſebaſten appellauit:& prouinciæ parté meliorem quæ prope fuerat diſtribuit habitatoribus: ut prono aío conuenientes in ea conuerſarentur:muroq; firmiſſimo circundans altiora loca:cuſtodiis cōmuniuit:ne magnitudine minor eſſet maximis ciuitatibus.Nam uiginti ſtadia habuit intus:in medio uero méſura unius & ſemis ſtadii locum ſtatuit undiq; decoratum.In quo templū altitudine uel publica pulchritudine excellens ædificauit:paulatimq; totā ciuitatem exornans:munitioni quoq; proſpexit:eius cuius pulchritudinem ob memoriam poſteris uoluit ſuæ relinquere largitatis.

De fame p iudeam & ſyriā facta:& ut ſeruauit populos & ciuitates herodes: & rurſus mira & clara opera eius ſeu fœlicitas:& de eſſeno quodā q diuinationis habuit noticiam. Cap. X.

EOdem tempore tertiodecimo anno regis herodis inſtante: magnæ calamitates ꝓuinciam occupauerunt:ſiue de ultione:ſeu caſu ſic occurrente.Siquidem prius gelu pcuſſa terra:fructus nullatenus inferebat:præterea & ciues per inopiam frumenti morbus & paſſio peſtifera poſſidebat.Qui continue malorum diuerſitate compræhenſi:dū indigerent cura uel alimentis:plus peſtæ moriebantur:morbus ita pereuntium & uiuentiū ſolacia auferebat.Nam corruptis frugibus terræ:horreiſq; exhauſtis:nulla ſpes alimentoꝝ pp peſtilétiæ malum ullatenus ſpectabatur.Neceſſitas ergo plurima inopiæ non minus ipſi regi quam populo imminebat . Siquidē uectigalia quæ de terra ſolitus erat accipere:minime colligere prævalebat : & pecunias cōſumpſerat:largiſſime ciuitates ædificando:nec erat quod dignū auxilio uideretur. Interea deliberabat tēpori conferre præſidiū quod difficillimū fuerat:dum nec uicini habuiſſent unde alimenta præberent:quia nec ipſi leuiora toleraſſent:& pecuniis deficientibus licet potuiſſent pauca plurimis comparare:bene tamen arbitratus:nequaq̄ auxilium negligere:ornatum regium incidit:neq; præcioſiſſimis uaſis:neq; artificio præcellentiſſimis parcens. Mittebat aūt pe-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

cuniam ad ægyptum petronio præsidia a cæsare cõstituto:& cum non pauci ad eũ confugissent pp eandem necessitatem:& amicus Herodis priuatim existeret:uolés subiectis eius subuenire primis ipsis deportare triticũ concessit:per oia eos & in emptione & in nauigatione releuans:ut maxima pars ipse huius auxilii fieret.Nam Herodes his deportatis: non tantũ sententias inhorrere se prius habentium mutauit:imo maximam ostentationẽ sui fauoris & patrocinii lucidauit. Siq dem primũ his quantum potuissent p se panificare triticum diuisit. Præterea multis existẽtibus qui senio uel altera infirmitate tenti non sufficerent alimenta sibi præparare:prouidebat eis constituendo pistores:qui paratos panes uenderent.Diligentiam aũt ne cum periculo hyemarent habuit:cum cõprehendisset eos ẽt uestium inopia.Nam corruptis & oino consumptis pecoribus: neq; lanæ;neq; alioꝝ uestimentoꝝ copiam habuerũt.Quæ cũ iam procurasset: & ciuitatibus finitimis conabatur prodesse:semina syris præbendo.Quod multũ etiam ei profuit:dum gratiam exinde sibi acquisisset.Terra enim post hæc fructus suos uberius ostẽdente:non minus quinquaginta milia hoium quos ipse pauerat ad propria destinauit. Cũ hoc modo calamitatibus oppressum regnum oĩ munificentia uel industria recuperasset:non parũ & in circuitu finitimos similibus passionibus afflictos releuauit.Nam non fuit qui p necessitatem ad eum ueniens:nõ eius auxilium inueniret secundũ suam dignitatem.Sed & populi:uel ciuitates & priuati ad eũ confugiẽtes solacium impetrarunt:in tantũ ut æstimaretur indigentibus extraneis plus decem milia tritici choros expendisse.Chorus aũt habebat modia attica decem. In ipso uero regno suo.lxx.milia expendit.Hanc eius diligentiã & solicitudinem apud iudeos tantũ contigit p̃ualere: & diuulgari apud alios:ut antiqua in eum odia cõmota pro præuaricationibus legũ:per quas ẽt regno totius gentis pœnæ priuari putaretur:liberalitate sua prorsus extingueret:animi sui magnificentiã præter opinionẽ demonstrans:populum ãt intantum mutauit:ut talem eũ arbitrarentur: non qualẽ experti sunt dudum:sed qualem in necessitatibus probauerũt. Eodem tpe & auxilia cæsari quingentos electos sui corporis custodes destinauit:quos elegiseus gallus ad mare rubrum perduxit. Post hæc ad meliora rebus sibi prouenientibus palacia in superiore ciuitate construxit : magnas exigens domos & ornatu p̃ciosissimas ut plures uiros ammiratione sui capere potuissent:secundum mensuram aũt & appellationes eis imposuit:nam una cæsaris:alia agrippæ uocabatur. Deiderio deinde cõmotus:cum nihil præponeret suæ libidini filiam symonis sibi coniunxit:qui hierosolymita filius buti cuiusdam alexandrini sacerdos inter nobilissimos cũ filiam haberet optimam:& tunc in hierosolyma noiatam:huius pulchritudo aĩum Herodis inflammauit & ne suspicaretur uiolentia uel tyrãni de hoc agere:melius arbitratus est nuptiis puellam ducere.Ideoq; symonem dignũ regia cognatione iudicãs:dum suum desideriũ cõplere uellet per honores euexit: statimq; iesum soabetis filium a principatu sacerdotii deposuit:& symonẽ ordinauit:atq; affinitati suæ coniunxit.Cum uero nuptiæ perfectæ fuissent:ædificauit castellum in loco quo prius iudeos cum a principatu per antigonũ pœnæ decidisset euicerat:quod est ab hierosolymis sexaginta stadiis natura munitum:ad ædificationẽ oportunissimum: instar collis manu factum:ut esset in rotundo circuitio eius.Concluditur aũt in circuitu turris: rectum habens scenasum ducentis gradibus ædificatum:intus aũt domus regiæ præciosissimæ & ad munimẽ & ad ornatum simul effectæ.Circa initium ergo collis habitacula constructionis perspicuæ:& aquæductus fecit:nam non ille locus proprias habuit aquas:sed longe pplurimis sumptibus deductas. Circa campũ uero ciuitas erat ædificata:quæ collẽ pro arce habebat.Cũq; oĩa ei secũdum spẽ euenissent: seditiones contra regnum nequaq̃ sperauit oboriri duobus modis subiectos regens: timore quidem: q̃ esset ad pœnam non meritis diligentia uero q̃ in necessitatibus magnanimus appareret. Circundedit aũt tutelam extrinsecus tanq̃ murum subiectis parans:nam & ciuitates extraneas diuersarumq; regionũ reges patriis muneribus ad amicitias suas flectebat. Vnde magnificentia sua cæsarem:& romanoꝝ potentissimos placabat:transgrediẽdo leges:dum tẽpla erigeret ritui nostro cõtraria.Nam nobis iterdicta sunt delubra uel figuras more paganorum honorare: quæ foras prouinciam iudæ pro cæsaris fauore faciebat in ciuitatibus:pro quaꝝ constructione multas pecunias expendebat.Attendens uero prope mare locũ oportunum ciuitati:qui quondam stratonis turris dicebatur:non qualemcũq; urbem illic sed lapide albo palatiisq; præciosissimis ciuitatem cõstruxit.Portum quoq; tranquillum magnitudine:simile pireo totumq; confugium nauibus præbentem constituit.Quæ ciuitas iacet in fœnicæ secundum pelagus ad ægyptum inter ioppen:& dora oppida maritima:quæ stationẽ nauium difficilimã habent propter affrici procellas.Cui difficultati remedium p̃stans:descripsit in circuitu portum:qui sufficeret maximis classibus locum p̃bere refugii:lapides ingentes in altum ulnis uigintiquinq; deponés: quorum longitudo.xxv.pedum erat:altitudo autem nõ minus decem & octo latitudo nouem: super quos turres disposuit: quarum maxima drusus nominatur a druso cæsaris priuigno:ostia uero portus contra aquilonẽ extabant:in medio autem in turris erat:super quam templum cæsaris positum:nauigantibus apparebat:habens statuas:unam quidẽ romæ:alteram aũt cæsaris:ciuitas uero cæsarea uocabatur: quæ subtus cloacas nõ minores superioribus ædificiis habet:quaꝝ aliæ quidem modicæ spatio

non longo ad portum & ad mare fundunt:una uero media est:omnium receptaculum purgamẽtoꝝq; ymbribus & mare influente diluuntur.Edificauit etiam theatrum ab australi latere porrus:amphiteatrum quoq; multa milia hominũ capiens:in conspectu pelagi construxit.Itaq; perfecta ciuitate:duodecimo anno:cum nec ab re lassaretur:neq; rex sumptibus deficeret:deliberauit filios suos romæ transmittere ad cæsarem:alexandrum uel aristobolũ.Qui cũ ascendissent:& in domo pollionis:uiri nimis strẽnui: & herodis amici conuersarenť:cæsar eos cum omni humanitate suscepit:pollicitus licentiam herodi præstare:quẽ uellet sibi successorem relinquere: insup & prouinciam draconem & bataniam uel auranitem ei concessit ; hmõi occasione. Zenodorus quidam conductor domus lisaniæ fuit.cui dum reditus non sufficerent:de latrociniis p traconẽ amplius acquirebat.Quæ loca habitant latrones damascenoꝝ prædam agentes.Hos zenodorus minime prohibebat propter communionem lucri. Cum ergo mala paterentur finitimi:uarronẽ tunc præsidẽ interpellabant:rogantes:ut cæsari patefaceret iniquitatem zenodori. Cæsar autem delata suggestione rescripsit latrocinia exterminari:prouinciam autẽ deputari herodi: tanq̃ illius diligentia indigentem:quia difficillima domicilia & aquarum receptacula:& deposita frumenta habentes:possent diu sustinere pericula:muniti speluncis. Cum hæc gratia cæsaris herodes accepisset:ad prouinciam traconem pgens:maliuolos latrones oppressit:&in circuitu desideratam pacem omnibus præbuit. Zenodorus autem contristatus:primum q̃ a magistratu depositus fuisset:magis aũt inuidia:q̃ præfectura herodi tradita esset:ascendit romæ accusaturus eũ unde nihil agens reuersus est . Interea agrippæ successori cæsaris trans ioniũ missо:circa mitilenẽ locutus herodes occurrit:pristinaq; amicitia renouata rediit ad iudeã. Gadarensiũ ãt quidã ad agrippã puenerunt accusantes herodẽ:quos ille nullo respõso dato:ligatos regi trãsmisit.Arabes quoq; iam dudũ infesti principatui herodis:seditionem conabantur rebus eius inferre:occasione hmõi nata.Zenodorus enĩ cũ iã de se diffideret:præfecturæ suæ ptẽ aliquã auranitidis:quinq̃gita talẽtis uendidit:quæ cũ in donatione cæsaris haberet:tãq̃ iniuste ea sublata contendebãt sepius qdẽ incursionibus uiolentiã inferre:necnon & inopes milites flectebant expectantes rebellionẽ quã desiderant:qui studeant male uitæ suæ consulere.Quæ cũ cognouisset herodes de prouicia sua seditionũ auferebat occasiones.Igitur septimodecio anno regni herodis:cæsar ad syriã puenit:ubi gadarensiũ plurimi herodẽ:accusabant:grauẽ eũ sibi:& tyrannũ in p̃ceptiõibus intimantes.Hæc aũt dicere cõpellabat zenodorus:cũ iurasset:nullatenus eos relinquere:usq;quo ab herodis iperio eos auferret.Quibus cõmoti gadarẽses:& cõfitẽtes q̃ nihil passi fuissent ab herode:cui eos agrippa tradidisset:qui crudelis quidem in proprios: humanus aũt erat in alioꝝ peccatis:accusabant rapinas & contumelias:pbantes & euersiones tẽploꝝ. Et herodes quidẽ indignatus:paratus erat satisfacere:cæsar aũt amplectabatur eum:nihil de fauore suo dicens p seditionẽ multitudinis cõmutandũ.Et in primo qdẽ die de his sermones prolati sunt:iposteaq; uero nulla,pcessit cognitio; Siquidẽ gadarenses uidentes cæsaris & concilii intentionem:timore territi:ne regi traditi afficerentur:quidam sese noctu gladio percusserunt:alii præcipites sese dederunt: quidam ĩ fluuio spõte submersi defecerunt:quæ uidebanť temeritatis:nõ peccati fuisse supplicia.Quapp nequaq̃ cæsar remoratus:herodem a reatu soluit necnon occurrit etiam non mediocris ei fœlicitas. Nam zenodorus præcordiis ruptis malo sanguine profluente:in antiochia syriæ uitam finiuit.Cæsar autem & huius possessionis ptem non paruam herodi concessit:quæ inter draconem & galileam erat:ulatha:uel paniada:& in circuitu terram.Dimisit autem eum:& curatoribus syriæ præcepit: ut secundum illius sententiam omnia tractarentur:& in tantum fœlicitatis processit:ut cũ duo isti romanorum imperium regerent:cæsar uel agrippa:tertium sibi amicum coniunxerunt herodem.Qui cum in tanta fiducia consisteret:fratri suæ ferore petiuit tetrarchiam a cæsare:centum talentorum fideiussor existens:ita ut si quid ille pateretur filii eius immunes euaderent.Sed cum cæsarem commitatus esset usq; ad mare:rediẽs: in terra zenodori pulcherrimum ei templum cõstruxit:iuxta paniada:ubi spelũcha pulchra in monte consistit:sub qua terræ altitudo iacessibilis est:aquis immobilibus plena:indeq; fontes iordanis fluuii nascuntur.Quem locum templo constructo:cæsari deuouit. Tunc etiam tertiam ptem tributorum concessit subiectis suis,occasione sterilitatis:plus autem reconcillians eos:ne aduersarenť ulterius . Nã in talibus operibus pietate soluta molestе de p̃uaricatis legibus referebãt adiuicẽ . Qui dũ his icitarenť:diligentiam habuit hæc sedare:auferens quidem otium.& præcipiens semper in laboribus eos occupari. Nam neq; communis deambulatio fiebat:neq; conuentus in ciuitate:sed omnia custodiebantur:& sæuissima tormenta captis inferebantur:cũ multi palã uel furtim in carcerem Hyrcani tracti illic extinguerenť:& intus i ciuitate piter & in uiis.nã erãt q̃ cõuenientes in unũ speculabanť eos.Dicũt ẽt: nec ipsum hoc neglexisse:sed sepius priuatũ accipiens habitũ:nocte cũ populus cõuersabať:experimentũ faciens:quid de principatu suo sentirent:& si quos omnino atroces:nec approbantes sua opera inuenisset:oibus modis p̃sequebať:& reliquã multitudinẽ sacramentis impellebat sibi fidelem existere:& cogebat fauorẽ cũ iureiurando sibi:uel principatui custodire.Quoꝝ multi placãtes eum:uel timentes;ueniebant ad quod postulasset:alios uero seruantes suã opinionem:&.gra-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
CREDOS.USAL.ES

uiter ferentes q̄ cogerentur:modis oĩbus occidebat. Flectebat autem & pollionem grauiter pha riſeum:& ſameá:ſocioſq̄ illorum ſibi iurare.Qui licet non obtemperaſſent:tamen non ſunt tor ti,dum uenerationes eius per pollionem impetraſſent.Liberati ſunt ét de hac neceſſitate hii qui dicuntur apud nos eſſeni.Genus aũt hoc eſt:quod conuerſatione utitur: quá apud græcos pyta goras tradidit.De his itaq̄ in aliis certius explanabo.Eſſenos át ex hac cã ſic honorabat:quia ma ius quiddam de his ſentiebat:q̃ de mortali natura dicere puto.Nam non inhoneſtus ſermo uide bitur:in hiſtoriaꝝ genere de his talibus intimare.Quidam eſſenoꝝ noíe manaemus fuit:p oẽm uitam benigna uoluntate probatus p̃ſcientiam a deo futuroꝝ habens.Is dum adhuc herodé pue rum ad doctorem euntẽ uidiſſet:ut regem iudeoꝝ ſalutauit.Qui illuſum ſe reputans commone bat eum ſermonem adhuc priuatus.Manaemus hic ridés:& feriens manu poſteriora eius: regna bis inquit fœliciter:nam iam a deo dignus iudicatus es:recole manaemi plagas:ut hoc tibi ſit ſi gnum de peccatis in regno cõmittendis.Iam optima eſt ratio:ſi iuſtitiam & dei pietatem dilexe ris:& modeſtiam circa ciues habueris:ſed non talé & futurum intelligo dum oía cognoſcá.Fœli citate náq̄ omnes p̃cellis:& habebis gloriam eternã:obliuionem uero pietatis uel æquitatis poſ ſidebis.Hæc non latebunt deum in ultimo uitæ pro tuo facinore.Quibus nullatenus aim inten dit:dum ſpes herodi deeſſet:paulatim uero:cũ eleuatus uſq̄ ad regnum fuiſſet: & fœliciter prin cipatum ægiſſet:accerſit manaemũ:& de tpe quantum regnaret conſuluit eum. Manaemus aũt cum oíno nihil dixiſſet:ſed tacuiſſet:interrogauit ſi decé tantum anni regni ſui eſſent:reſpondit: &.xx.&.xxx.ſed ſinem non addidit.Herodes aũt iſtis cõtentus:manaemũ cum honore dimiſit:& oẽs eſſenos propter illum honorabat. Hæc ſibi licet miranda legentibus demonſtrare feſtinaui mus:& oſtendere:multos apud nos talem diuinationis habuiſſe noticiam.

Qualiter téplum poſt ſexcentos annos depoſuit:& aliud duplũ condidit. Cap. XI.

INterea decimo & octauo anno regni herodes poſt prædicta ædificia:opus non mini mum inchoauit.Siquidé dei templum maximũ conſtruere:& murum altum & decoꝝ erigere iudicauit:dum putaret id nobilius oĩbus ſuis factis perfícere: & ad eternã me moriam peruenire.Sed dum non facile populo perſuaderi cognoſceret:propter operis magnitudinem:conuocans eos hac oratione mulcebat dicens.Alia quæ a me í regno ſunt facta o uiri contribuli alias contribules:ut de his laudem proferã:credo ſuperfluum: tanq̃ mihi quidé minorem:licet uobis utilitatem maiorem ferre uideanť.In difficultatibus enim nec neglexi quæ ad ueſtra cõmoda pertinerent:neq; in extructionibus mihi magis:quá uobis oĩbus feſtinaui tu telá impendere:& puto q̄ dei conſilio ad hanc fœlicitaté euectus ſum:ad quantã non prius gens iudeorum aliquando peruenit.Conſtructæ náq̄ ſunt per prouinciá ciuitates:quas habitatoribus plenas:munitionibus ornátes:genus noſtrum exaltauimus: quas operoſum uideť mihi ſciétibus enumerare.Quod autem nitor efficere:omni pietate p̃cellentius:explanabo.Bene enim noſtisq̄ iſtud maximo deo templũ noſtri patres ædificauerunt:cũ a babylonia remeaſſent:& quia deſunt ei ad magnitudiné in altum cubiti.lx.ſecundũ inſtar illius:quod ſalomon cõſtruxerat.Nemo ne gligentiam pietatis parentum noſtroꝝ accuſet:nõ culpa illoꝝ factum eſt breuius templũ:ſed ci rus & Darius idaſpe filius huiuſmodi menſurá ædificationis fieri p̃ceperunt.Quibus illi ſeruien tes:uel ſucceſſoribus eoꝝ:& poſt illos macedonibus: non habuerunt aptum tp̃s quod ad eiuſdé antiqui formam iſtius menſurã perducerent. Nunc aũt quõ nutu dei principatui meo pax larga conceſſa eſt:& diuitiaꝝ poſſeſſio:& multitudo reddituũ:& quod maximum eſt:amicitia fauorq̄ romanoꝝ:qui oĩum rerum domini exiſtunt:cur non ſtudemus relictũ neceſſitate ſeruitutis tpe opus corrigere:& integrum deo p̃bere pro beneficiis eius in meo regno collatis. Talia concionã te herode:multis ammirationé ſermo pronunciatus præter opinioné impoſuit: nec aliqua deſpe ratione cõmoti ſunt niſi q̄ anxiabantur:ne eo ſoluto aliquid emergeret:& opus moraretur ad fi nem uſq̄ perduci iccirco maior illis & difficilis putabatur magnitudo conaminis . Quos eũ he rodes cerneŕt dubitantes:adhortabatur eos dicens:ſe non prius deponere templũ:niſi oía præpa rarentur:quæ ad perfectioné eius pertinerent.Nam neq; mentitus eſt:ex hoc quod promiſerat.Il le enim plauſtra parauit:quæ lapides ueherent:decé milia elegit peritos artifices & mille nume ro ſacerdotes:qui & ſtolas ſecundũ eoꝝ honorem habitumq̄ parauit:ſed & quoſdam cementari os:alios aũt fabros:alios lignarios eruditos ad templi fabricã hortabatur . Cũq̄ oẽm apparatum alacriter aggregaſſet:antiquis fundamentis ſolutis noua impoſuit:ſuper quæ téplum erexit:lon gitudine centum cubitoꝝ:latitudine centum cubitoꝝ:altitudine centũ uiginti. Qui uiginti cu biti:per tp̃s fundamentis deſiccatis reſederunt:quod poſt hæc tpibus Neronis renouare delibera uimus.Edificatum eſt uero téplum ex lapidibus albis & tenaciſſimis:quoꝝ magnitudo in longi tudine uigintiquinq̄ cubitoꝝ:altitudine octo:latitudine duodecim erat.Totius náq̄ templi cir cuitus & porticus undiq̄ humillima:altiſſimũ uero medium fuit:ut a multis ſtadiis conſpiceret & in prouincia conſtituris:& contra habitantibus aut accedétibus cerneret:ianuas aũt introitus & ſupliminaria:necnon & uela:iuxta templi magnitudiné uario ornatu decorauit.Aureos flores ambientes colũnas fecit;ſuper quaꝝ capita uitis tendebatur:botros aureos habens pendétes:qui

mirandam magnitudinem & artificii claritatem uidentibus exibebant propter materiei pulchri tudinem. Circundedit ét & porticibus maximis omne templum:& ſecundum quãtitatem uniuſ cuiuſq̄ rei ſumptibus omnia priora ſuperauit.Porticus uero duæ maximis parietibus fulcieban tur:ipſi autem parietes opere inaudito conſtructi erant . Nam collis erat ſaxoſus : paululum erec tus a parte orientali ciuitatis pronus ſuper arcem: quẽ dudum rex ſalomon per dei prouidentiã magnis operibus muro circũdederat:ab inferioribus partibus incipiens:quem uallis altiſſima cir cundabat.Saxa uero ab affrico expoſita plumbo ligauit:ut interiora loca complecterentur mul tum ſpacium ſtructura compræhendente:& in alto quadrangulo facto:ut uaſtitas lapidum a frõ te uideretur:ab interiore uero parte ferro ligati:compaginem munirent imobilem per omnia tẽ pora.Cunq̄ ita factum opus continuaret uſq̄ ad ſummitatem collis perduxit:& foſſas circa mu rum poſitas complens:planum ſuper equalemq̄ confecit:quadriporticus in circuitu: unaquæq̄ porticu longitudinem ſtadii concludente:& intra hanc porticum:circa ipſam ſummitatem alius murus ſuperius ſaxoſus ambiebat omnia. Ad orientali uero parte pari longitudine porticũ dupli cem habebat contra templi ianuas conſtitutam : quam multi reges priores conſtruxerant circa omnem uero ſacrarii orbem ſpolia barbarorum fixa:quæ rex herodes deuouit:addens etiá quæ & ipſe a barbaris cœperat.Per latus autem aquilonis turris alta:angulóſa:munita ualde fuerat: quam ante Herodem reges & ſacerdotes generis Aſamoneorum conſtruxerunt: & Barin deno minauerant:ut illic ſacerdotalem ſtolam deponerent:qua cum opus habuiſſet ut immolaret prí ceps ſacerdotum induebatur.Hanc rex herodes ſuo loco reſeruauit:poſt cuius obitum:ſub róma nis fuit uſq̄ ad tempora tyberii cæſaris:ſub quo uitellius ſyriæ procurator cum profectus hiero ſolymis:& ſuſceptus a populo clariſſime fuiſſet:uolens eis uices retribuere:ut ſacerdotalem ſtolá ſub ſua poteſtate haberent:ſcripſit Tyberio cæſari:& ille conceſſit.Et permáſit ſtola ſub poteſta te iudeoꝝ:uſq̄quo obiſſet rex agrippa. Poſt quẽ caſſius longinus cui tũc ſyria parebat:cũ cuſpio ſado iudeæ procuratore imperauerunt iudeis in antonianam turrim eam deponere:dicentes:ro manis oportere dominos eẽ:ſicut & prius.Deſtinauit igíf legatos ad cladium cæſarem:ut de his peterent.Qui cum perueniſſent:iuuenis agrippa romæ rex conſtitutus:petens ab imperatore po teſtatem eius accepit:ſcribente uitellio ſyriæ procuratore.Prius aũt ſub ſygillo principis ſacerdo tum:& cuſtodum pecuniarum fuerat:qui ante unũ diem celebratiõis ad principem cuſtodiæ ro manoꝝ aſcendentes:& requirentes ſuum ſygillum ſtolá tollebant:tranſeunte uero feſtiuitate in eodem loco deportantes:& principi cuſtodiæ oſtendentes:ſimiliter cum ſygillis deponebat.Hác aũt barin:ideſt turré:iudeorum rex Herodes munitioré conſtruens pro tẽpli cuſtodia ad gratiã antonii amici quidem ſui: principis uero romanoꝝ:antoniam nominauit.A parte autem occidé tális muri quatuor porte ſtabant:quarum una ad aulam tendebat interpoſita ualle quæ erat í me dio eius uiæ:die autem ad ſuburbana:quarta uero ad ciuitatem:multis gradibus ad inferiorem uallem tendentibus:& exinde rurſus ad ſuperiora aſcendentibus.Nam ex aduerſo templi ciuita tis in modum theatri iacebat:circundata ualle altiſſima:per omnem auſtralem tractum. Quarta autem frons quæ ad meridianum ſola alias ſolem poſita erat:habuit & ipſa quidé in medio por tas ſuper quas regia porticus triplici longitudine terminata:ab oriente ualle incipiens:ad occidé talé finita amplius tendi non potuit. Opus autẽ fuerat dignum narrari omnibus q̄ ſub ſole ſunt. Siquidem altiſſima uallis ſic erat:ut nullatenus uideri potuiſſet:ſiquis eius altitudinem attendiſ ſet:ſuper quam porticus ille ſteterat.Ex qua ſiquis a ſummo:ideſt a tertio tecto notaſſet: & profũ ditatem edificioꝝ uidere uellet:tenebris profundebatur:ita ut non poſſet uiſus ad immenſam altitudinem peruenire. Columniarum autem ordines conſiſtebant in quadra longitudine nã q̃r tus paries colligebatur pariete lapideo:groſſitudo uero uniuſcuiuſq̄ columnæ tres coniũctas ul nas habebat:lõgitudo autem pedes uigintiſeptem: duplici ſpina ſuppoſita:multitudo autem om nium centum ſexaginta duæ fuerunt.Capita uero columniarum ſecundum modum corinthium ſculpta ammiranda propter magnitudinem operis.Cunq̄ quatuor ordines fuiſſent: tres quidem media loca tenebãt: quoꝝ duo eodé modo facti:latitudiné habebant pedũ triginta:longitudine ſtadia tres altitudine quinquaginta pedibus tẽdebanť:medius uero ordo latitudiné uigíti pedũ habebat:altitudiné centũ:nã dupla ſup utrũq̄ fuerat.Tecta uero lignis ſculptis í figuras diuerſas apparebant:mediæ uero porticus altitudo in ímenſum tendebant:habés colúnas compoſitas po litas undiq̄ quaꝝ cõpago incõpræhenſibilis omnibus uidebať. Talis qdé primus murus fuerat: a medio uero nõ multũ ſecundus diſtabat:gradibus paucis aſcendendus:qué paries circuibat la pideus:titulũ habens:q̄ ꝓhibebat alienigenas ingredi morte interminata. Interior autem murus per auſtralé ptem & aquilonis tractum:tres in pariete ianuas habebat a ſeſe diſtantes:per orien talem uero unã maximam per quam tranſiebamus:purificati cum mulieribus.Inacceſſibile autẽ ſacrariũ fuit:intra quod tertiũ erat:ubi ſacerdotibus ſolis ingredi licebat.Ante quod ſacrarium ara erat:ſuper quam immolationes & holocauſta deo imponebanť. Hoꝝ atriũ nullomõ rex he rodes intrauit,cũ utiq̄ prohiberetť quia ſacerdos nõ exiſteret:ſed operibus muros & porticus ex teriores curabat.Quæ cũ octo annis edificaſſet:templo p̃ ſacerdotes í uno anno:& quinq̄ men

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA CIDOCUSAL.ES

sibus peracto:ois populus letitia completus est: & primũ quidem pro celeritate gratias deo agebant:deinde de alacritate regis quã in dedicatione habuit laudibus eum extollebant. Rex aũt trecentos boues optulit deo:& alii secundũ uires suas:quoꝝ numerus nullatenus æstimabatur. Nã cum occurrisset templi dedicatio: regisq; natalitius dies quo principatum assumpserat: insignis est celebrata festiuitas. Construxerat & effossam uiam ad aulam ab Antonia intra templum ducente per ianuam orientalem:super quam & turrem ædificauit: quatenus & subterraneum haberet ascensum:propter populi seditiones. Dicitur aũt per illud tempus dum templum construeretur:quia in die quidem non plueret:nocte uero ymbres descenderent quatenus templi constructio non prohiberetur. Quod uerbum nostri patres tradiderunt: nec est incredibile:si & aliã dei prouidentiam aliquis consideret. Templum qdem huiusmodi constructione finitum est.

Incipit Liber.xvi. antiquitatis Iudaicæ.

Quemadmodũ Herodes filios suos Alexandrũ & Aristobolum de Roma in domum suã reduxit:q; reuersi:uindicare cogitabãt morte matris suæ in Salomæ & cæteris quoꝝ accusatiõe mater eaꝝ dãnata fuit:& qa pater eoꝝ hoc dissimulãs:uxores nobilissimas eis iunxerit. Cap. I.

IN amministratione regꝝ studium Herodes habẽs rex oẽs iniquitates prohibere quæ p ciuitates & ꝓuincias fiebant: legẽ statuit nullatenus priori similẽ in q̃ ipse firmauit fures uendi. Quæ res non pœna tantũ gruis:sed ad confusionẽ patriæ:solutionẽq; consuetudinis existebat. Nã alienigenis & non eundẽ uitæ modũ habentibus seruire in his quæ imperasset: peccatũ in religionẽ: non pœna excedẽtium erat:dũ in prioribus cautũ fuisset de hac pœna. Nã iubebant leges quadruplũ fures reddere:non habentẽ uero tantũ uenundari nõ tamen alienigenis:neq; iperpetuũ seruire iudeũ: sed sexto anno absolui. Ergo ꝓter constitutionẽ & preter legẽ reddi hanc pœnã superbũ uidebat:nec regis sed tyráni in uniuersos subiectos tormentũ atrocissimũ excogitatum:quod populi parabat discordiã. Eodem tpe herodes ad ytaliã nauigauit Cæsarẽ desiderans salutare:& uidere filios suos romæ degentes. Cæsar quidem amicabiliter eum suscipiens:perfectos ei doctrina filios reddidit: quos & ad propriã domum reduxit. Cum uero ab Ytalia redissent:studium populi circa iuuenes erat:& perspicuos eos omnibus fecit magnitudo corporis:& regius ornatus:forma non deficiente. Et inuidiosi statim usi sunt Salomæ sorori regis:& illis qui accusationibus mariánem damnauerant: dum putarent: si prævalerent ultionem exigerent de his quæ in matrem suam commissa uidebantur. Causam uero timoris ad illorum criminationem transferebant:dum dicerent:non libenter cũ patræ eos commorari propter matris interitum:& quia iniustum eis uideretur simul cum interfectore genitricis manere:& ex ueritate sumentes initium ad uerisimilitudinem descendentes affligere eos tentabant:& fauorem patris quem erga filios habebat auellere. Quod non manifeste ei dicebãt: sed in multitudinem rumorem spargentes:Herodi nunciari credebãt: unde odium in eos patris exarsit. Interea omni suspitione uel accusatiõe prætermissa:rex amore filiorum honores largitus est & uxores eis nobilissimas iunxit:Aristobolo quidam filiam Salomæ beronicẽ:Alexandro uero Archelai regis capadocium filiam Glafiram.

Qualiter Herodes ad agrippam ueniens:inuitauit eum ad Iudeam uenire:& profectio agrippæ ad Oniam. Cap. II.

CVm hæc dispositisset:& audisset Marcũ agrippam nauigasse rursus ab Ytalia ad asyã festinauit ad eum:a quo petiit:ut ad regnum eius accederet: ut obtineret quæ oportebat ab hospite uel amico. Qui cum flexus eẽt:lætus ad iudeam peruenit. Herodes autem nihil quod ei placuerit reliquit:in nouis ciuitatibus eum suscipiendo:ædificia demonstrando amplissima:& omni deliciarum apparatu reficiẽdo eum cum amicis in sebastia: uel cæsareæ portu a se constructo:& in oppidis Alexandrio:& Herodio:uel Hyrcanio. Ducebat etiã eum ad ciuitatem hierosolymorum:occurrente cuncto populo cum laudibus. Agrippa autẽ deo quidem centum boues immolauit: pauit etiam magnifice populum. Qui licet multos dies illic uellet remorari:tamen propter tempus nauigationis festinauit rursus ad Oniam: muneribus ab Herode multis donatus:una cum suis amicis nobilibus peruenit.

At Herodes multis nauigationum circuitionibus secundo uenit ad agrippam. Cap. III.

REx autem post hyemẽ ueris tpe ꝓperauit rursus ad eum: sciens exercitum ad bellaꝝ ꝓducturum. Cunq; per rhodum & choo nauigasset:putauit eũ in lesbo iuenire. Flaru uero aquilonis in chio remoratus est: ubi multos sibi occurrẽtes donis regalibus honorabat. Cunq; ciuitatis porticum uidisset dirutam:quam in bello mitridatico depositam:non facile propter magnitudinem & pulchritudinem restaurari contigerat:pecunias prebẽs q̃nte superabundare potuissent ad operis perfectionẽ:præcepit ciuibus:ut non negligerent:sed citius ornatum suæ ciuitatis erigerent. ipse uero cessante procella:ad mitilenã accessit:& exinde ad bizantium profectus:cum audisset ultra cerulas cautes iam agrippam nauigasse:festinauit & ad sinopẽ ponticam descendens:subito illi insperatus apparuit:a quo libenter exceptus: honoribus fruebatur. Cum quo & totius expeditiõis tempore labores partitus est. Cunq; prouincias põticas ordinassent:per paflagoniam & capadociã:& exinde per maximam frigiam profecti:epheso perue nerunt:unde ad samũ nauigauerunt. Multa uero per ciuitates singulas beneficia regis secundum petitiones interpellantium fiebant:dum largitionibus minime parcerent:sed & si qui aliquid ab agrippa petissent:arbitrio suo postulata cõplebat. Cũq; bonus & largus præstando petẽtibus eẽt: nullũq; contristaret:agrippam similiter ad beneficia prouocabat. Nam iliẽsibus alias militẽsibus eum reconciliauit iratum:persoluit & pecunias quas procuratoribus cæsaris chii debebãt: alioꝝ quoq; petitiones munificenter complebat.

Interpellatio iudeoꝝ ad agrippã in onia p̃sente herode:de qbus græcos accusabãt. Cap. IIII.

CVmq; ad oniã pueniissent:iudeoꝝ populi p ciuitates habitantes:tẽpus & fiduciã nacti uiolentias referebant q̃s patiebant dũ & legibus ꝓpriis uti nõ sinerent: damnata etiã p calũniã exactoꝝ in festis diebus darẽt: & pecunias q̃s ad hierosolymã alias ab hierosolyma transmittebant:& multis calamitatibus opprimerent:romanis semp præcipiẽtibus eis secundũ ꝓprias leges uiuere. Quæ cum suggessissent herodi:præsentauit eos ut audiret agrippa eoꝝ allegationes:nicolaũ ãt quendã ex suis amicis dedit:qui ꝓ eis poraret. Agrippa uero romanoꝝ nobilissimos:& reges & potentes qui tunc præsto erant cũ ad cõciliũ secũ pduxisset: nicolaus ita ꝓ iudeis locutus est. Omnes quidẽ o maxie agrippa indigentes oportet ꝓ necessitate confugere ad eos:qui uiolentiã possint auferre. Hi uero qui nunc interpellant: fiduciam prius a uobis datam quã sepius optauerunt:nullatenus se ꝓdere ꝓ uos postulant qui dedistis. Petũt enim ut hæc quæ acceperunt a uobis qui soli potestis præstare seruentur. Nam damnis afficiuntur:nõ ab aliquo meliore:sed ab his quos pariter secum subiectos uobis esse cognoscunt. Et siquidẽ maxima sunt quæ a uobis meruerũt laudabiles uidentur:q; ita se probauerunt beneficiis dignos:si uero minora sunt:inhonestũ est:si nec hæc firmauerunt q̃ pstiterunt. Hi qui uiolentiã iudeis ingerũt nisi putarent bonos eos esse: q; a uobis talia meruissent:non eis iuiderent:& uestra beneficia cessare niterentur. Quod siquis interroget:utrum uelint patriis legibus ipsi priuari. i. immolationibus & pompis qua factis alias fictis diis offerunt:scio libẽter eos omnia pati:quam patrias leges amittere. Nam & bella propter hoc multi amplectuntur uerentes:ne transgrediantur patrias leges:& libertatem quibus nũc uniuersum hominum per uos potitur:quod nos etiam petimus ut liceat nobis per prouinciam seruare solẽnia. Cur ergo hi quæ pati uolunt:in alios committunt: Illud uero consideremus. Nũquit est populus:aut ciuitas:aut gens aliqua hominum: quibus maximum bonum apparuit continentia uestri imperii:uel potentia romanorum:uel audet aliquis eorum beneficia infirmare:licet sit amens. Nam nemo est:qui non horum particeps:uel publice uel priuatim existat. Quod & siquis auferat quæ uos donastis:nihil firmum:neq; sibi quod per uos habuerit obtinebit. Vestra enim beneficia quis enumerare prævaleat. Si recordatus fuerit regnum antiquum & modernum imperium:multa existunt:quæ a fœlicitate uestra concessa sunt. Nostra uero licet clara sunt:non tamen inuidiosa:propter uos qui donastis. Hoc tantum perfrui postulamus:ut sine impedimento patriam religionem seruemus. Quod & per se inuidiosum esse non debet:siquidem deus letatur honoratus. Ex nostris uero solẽnis nihil inhumanum est:omnia enim religiosa & iustitia salutari deuota. Neq; celamus mandata:quibus utimur monimentis pietatis & humanaꝝ ꝓfessionum. Septimum uero remittimus doctrina nostroꝝ solẽnũ ibuti. Quapropter nullatenus peccamus:boue nãq; probantur leges quas colimus siquis per se eas reqrat:& antiquæ existentes:licet & aliquibus non sic esse uideantur:ut earum honor ꝓ longitudinẽ temporis non facile repellat ab his qui & eas caste custodiunt:quibus nos priuant per uiolentiã. Pecunias nãq; q̃s deo cõferimus:rapientes manifestum sacrilegium committũt. Vectigalibus uero grauantes nos in festis diebus:ad iuditia & ad mercemonia nõ necessaria nos pertrahunt: pro contumelia religionis quam nos colere cognoscunt:de qua non iustum odium habent. Siquidẽ uestrum imperium q; omnibus dominatur probitatem quidem laudat: contumelias autem fortiter abhorret. Postulamus igitur maxime agrippa uiolentias auferri:ut non prohibeamur legytimis nostris in solẽnitatibus perfrui:& ne substantiæ nostræ rapiantur ab his quibus nullam uiolentiam inferimus. Nam petimus nõ tantum iusta:sed etiam a uobis primo donata: possumusq; pro his senatusconsulta:& tabulas in capitolio positas legere quas certum ẽ experimento nostræ circa uos fidei datas. Et si nullatenus fideles uobis apparuissemus:deberẽt tamen firma esse quæ donastis:& nõ tãtũ nobis:sed etiã oĩbus hoĩbus p̃statis:eos beneficioꝝ largitionibus ampliãtes: quoꝝ singula siquis enumerat:post immensam orationẽ longo sermone cõficere. Nos uero hæc fuisse impetrasse si uelimus ostẽdere:sufficiat nobis ut priora taceamus hic noster rex:q; uobiscũ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

p̄sens reſidet. Qualiter eius fides erga ueſtrā familiā claruit. Quis enī fauor eius: aut quis in uos non cogitatus eſt honor: aut cauſa qua defuit. Quis cohibet ueſtra circa nos numeranda beneficia explanare. Sed bonum puto: prius patris eius antipatri res geſtas explicare. Qui cum ægyptū cæſar intraſſet: cum duobus militibus armatis ei auxiliaturus occurrit: nec iterreſtribus certaminibus: neq; nauallbus minor apparens. Et quid oportet dicere: quantū profecit illo tpe: tot donationibus cæſaris accumulatus. Singulas uero memorare cæſaris epiſtolas q̄s: tūc ſenatui prō ipſo deſtinauit: publicos etiam honores: q; ciuem romanum antipatrum ordinaſſet: ſuperfluum puto referre. Sufficit enim me demonſtrare: iuſte nos beneficia ueſtra poſſediſſe: q̄ per uos poſtulamus confirmari: quæ etſi prius non extitiſſent ſperabamus affectū circa uos noſtri generis: & ueſtri erga nos acqrere. Nunciat̄.n. nobis ab hieroſolymoꝝ iudeis: q̄liter puinciā igreſſus eſſes: & deo pſectas imolationes: honorādo eū integris ſupplicationibus pſoluiſſes: & quō populū pauiſſes & ab illo munera ſuſcepiſſes: quæ p gētes & ciuitates ſigna uel iudicia hoſpitalitatis & amicitiæ ueſtræ putantur: quæ meruit iudeoꝝ gens p herodis prouidentiam. Hæc admonentes una cum iſto tibi confidente rege: petimus te nihil ſupfluum: ſed ut quæ uos dediſtis ne concedatis ab aliis auferri. Cum hæc nicolaus diſſeruiſſet: nulla eſt facta a græcis cōtrouerſia. Non enī in iudicio hæc ſed i conuentu uentilabantur: hac tamen occaſione pro ſatiſfactione uſi ſunt dicentes: q; inquilini per prouinciam iudei uiolentiam habitatoribus eius ingererent: dum illi indigenas ſe demonſtrabāt: & licet ſuis ſoléniis uſi: tamen nil lederent eos.

Quēadmodū agrippa confirmauit eis leges: Herodeſq; ad propria rediit. Cap. V.

ERgo intelligens agrippa uiolentiā eos pati: hæc reſpondit: ꝓpter herodis amicitiā uel fauorē: paratū ſe eſſe cuncta iudeis concedere. Tamen inquit qua poſtulant p ſe iuſta perſpicunt̄: & ſi amplius petiſſent: non me piguiſſet: quæ nō lederent romanū imperiū eis concedere. Sed quō hæc & prius acceperunt: infirmari nullatenus cōcedo: quos uolo ſine moleſtia propriis ſolénis potiri. Cum hæc interlocutus fuiſſet: eōciliū dimiſit. Herodes autem affectui eius gratias exoluebat. Ille pariter eum amplectabatur: & ita tunc diſceſſerūt.

Qualiter allocuturus eſt Herodes hieroſolymitas: & quartam partem eis fiſcalium præteriti anni conceſſit. Cap. VI.

REx autem domi reuerti uolens: nauigauit: & ad cæſarem ductus: non multis diebus proſpero flatu uentorum ad hieroſolymam peruenit. Vbi cōcilium totius populi cōgregans: cum multi ex prouincia conueniſſent: contōne habita: oratiōnem totius fuæ perfectionis explanauit: & quæ iudeis in aſya per eum proueniſſent: ut ſine uiolentia impoſterum poſſent degere. Narrauit etiam quæ fœlicitas uel gubernatio ſui principatus eis profuiſſent: necnon & quartā partem fiſcalium præteriti anni conceſſit. Quā illi oratione uel gratia lætati: cum ſumma exultatione: bona orantes regi receſſerunt.

Vt perturbatio domus herodis facta eſt: alexander & ariſtobolus filii herodis indignationē habentes aduerſus ſalome ſororem regis: & ferora fratrem eius: propter mortem matris ſuæ: & illi econtra maliuolis in eos accuſationibus utentes. Cap. VII.

PRocedebat autem ſeditio domeſtica: & acerbiorem accipiebat prouectum: cum tanq̄ hereditarium odium ſuſcepiſſet circa adoleſcētes ſalome: & ſumpſiſſet de matris eoꝝ morte audaciam: dumq; uellet neminem illis relinquere: qui poſſet mortem eoꝝ uindicare. Cunq; adoleſcentes a genitore diſcordarent: memoria matris quæ falſis accuſationibus fuerat interempta: & imperii cupiditate: rurſus ſimile malum priori ortum eſt: dum derogationes ab illis circa ſalome & ferora fierent: inſidiæ uero ab his circa adoleſcentes. Nā odiū par pro alterutris fuerant: modus autem odii non ſimilis dum illi quidē manifeſte detraherent: inhoneſtum putantes iram celare: illi uero non tali modo: ſed callide & maliuolis accuſationibus uterentur: ſeducentes ſemper adoleſcentes: quorum audaciam putabant ad necem poſſe fieri genitoris. Qui nullarenus pro matris flagitio confundebantur: nec eam credebant iuſte periſſe: immo magis feſtinabant in auctorem homicidii uindicare. Deinde cuncta ciuitas iſtis ſermonibus completa miſerabat̄ innocentiam adoleſcentium: diligentia uero ſalome creſcebat: & ab illis occaſiones accipiebat: dum ſic contriſtarentur propter indignum matris interitum. Dicebant enī: miſere quidem contigiſſe matris obitum: ſe uero miſeriores: qui compellerentur cum interfectoribus matris cohabitare. Hæc autem ad peiora abſentia regis procedebant.

Quemadmodum herodes indignatus filiis alexandro & ariſtobolo: præpoſuit eis antipatrū depriuata uxore gentium: ipſos autem ad cæſarem deducens accuſauit. Cap. VIII.

VM ergo herodes rediſſet: & populo iterlocutus eſſet ſicut prædiximus: ſtatim ſermones ad eum per feroram & ſalomen proferebantur: magnum ei ab adoleſcentibus periculum imminere: q; minime ſuſtinerent inultum matris interitum. Addebant etiam: q; archelai capadocis ſpe niterentur: tanq̄ per illum ad cæſarem profecturi: & patré herodem accuſaturi. Per quæ confeſtim conterritus herodes obſtupuit: quod & alii eadem nunciaſſet. Recordabatur autem priſcas calamitates: q; nec uxore priuatus: ſeditionibus liberata domus

eius fuiſſet: quæ priorum grauiora & peiora pateretur. Quapropter contriſtabatur: q; omnia præter ſpem fœliciter ei forinſecus deus præſtitiſſet: & domeſticis calamitatibus uinceret̄. Turbatus ergo & huiuſmodi calamitatibus afflictus: in deiectione adoleſcentium antipatrum filium ſuum ante principatum ſibi gentium depriuata uxore illis præponeſ: omnia in eum tranſtulit: dum putauit ſic conterere filiorum fiduciam mariamne: & temeritatem eorum damnare: dum illi crederent alium præter ſe patri ſuccedere: depoſitoq; de antipatris prouectione ſupcilio poſſet eos ad meliora conuertere. Quod non ſicut putauit euenit: nam pueris omnino ſua deiectio grauis apparuit. Qua antipater fiducia potius quam prius non habuit feſtinauit fratres affligere: eorumq; accuſatoribus conſentire: quibus pater facile credebat: alienatus a filioꝝ amore. Sodalibus ergo miniſtris uſus ne ipſe in ſuſpitionem ueniret: patris animum in fratres accedebat: nam multos iā acquieſcerat ſuæ uoluntatis miniſtros propter ſpem quam de regno iam habuit: fide uero patris putabatur hæc facere: unde plus triſtitiæ adoleſcentibus occaſiones creſcebant. Nā ſæpius ab eis lachrymæ pro contéptu ſuo & matris recordatiōe fundabantur; patremq; manifeſte apud aſcos tanq̄ iniuſtum accuſabant. Quæ maliuoli per antipatrum herodi renunciantes: non paruam in aula ſeditionem cōmouebant. Quare exacerbatus rex accuſationibus: & humiliare nimis mariāne filios uolens: maiora in honorem antipatri excogitabat: adeo: ut & matrem eius dudum contemptam reduceret: & cæſari ſæpius pro eis ſcriberet. Agrippa uero poſt diſpenſationē decēnalē aſyæ romam aſcendente: rex a iudea nauigans ad eū: ſolum antipatrum ſecum duxit. Cui eum cū multis donis commendauit: quatenus romæ cæſari amicum faceret: ut iam omnes crederent cōtemptis adoleſcentibus in illum regnum patris tranſferri. Ipſe quoq; ſcribens romæ: multis amicis antipatrum commendabat. Qui contriſtabatur: q; abſens fratres ſuos ſolite accuſare minime prævaleret: timebat enim: ne mutatus pater: modeſtius filios mariamne diligeret. Cunq; hæc cogitaſſet: ſua maligna uoluntate uſus: exinde incitare patrem ſperabat: unde contra fratres frequēter ſcribens: uereri patris iteritum ſimulabat: uſquequo herodem ad tantam iram uel furorē perduxiſſet: ut iam a patre contra filios niteretur. At ille ne tantum facinus perpetraret: melius putauit romam nauigare: & filios apud cæſarem accuſare: nihilq; ſibi tale permittere: quod propter magnitudinem impietatis periculoſum exiſteret. Cum uero romam peruenisſet: & ad aquileiam ciuitatem perrexiſſet: cæſarem compellare feſtinās: tempore apto de maximis ſuis calamitatibus intimauit: filioſq; ſuos præſentans: inſolentiam & audaciam eorum accuſauit: q; feſtinaſſent patrem ſuum perimere: regnumq; tyrannico more inuadere: dum ipſe licentiam haberet non neceſſitate: ſed recto iudicio tradere regnum permanenti filio circa paternam pietatem quā a cæſare præcepiſſet: ut quem uellet ſibi ſucceſſorem relinqueret: cum illi non ſolū regno ſed & uita mererentur priuari: qui tale facinus hi patrem moliti ſunt: quorum temeritatem diu portans: nunc cogeretur cæſaris aures talibus uerbis polluere: cum nihil paſſi ſint moleſtū aut grauare a patre: cur uero iniuſtū eis uideretur: ſi principatum quem multis laboribus uel periculis ſuis acquiſiuit concederet & præberet ei quam meritum eſtimaret. Nam hoc inquit præmium cum aliis iuſtitiæ donis exiſtit: ſi meritis quiſq; gratiam præcedentem recompenſauerit ei qui talem diligentiā habuerit: ut retributione tanta dignus exiſtat. Impium enim eſt uel de hoc ipſo cogitare: dum nō poſſint ad regnum niſi patre perempto accedere: quibus hactenus pater honores uel diuitias adminiſtrauit: coniugeſq; nobiliſſimas genere copulauit: ariſtobolo quidem filiam ſuæ ſororis: alexandro uero filiam archelai regis capadocum. Pro quibus commiſſis dum talia feciſſent: poteſtatem habens non in eos ſe uindicaſſe dicebat: ſed ad communem benefactorē cæſarē adduxiſſet: & auferens a ſe totum quantum aut pater leſus: aut rex inſidiatus potuiſſet agere: pariter eos in iudicio ſecum fecit aſtare: & reliquū eſſe: aut eos occidi: ne cum timore maximo ipſe uiueret: aut ſe opprimi: quatenus utriq; fabula hominum uel obprobrium forent.

De alexandri ſatiſfactione coram cæſare: & reconciliatione cum patre. Cap. IX.

CVm hæc herodes apud cæſarem filios ſuos accuſando dixiſſet: iuueneſq; eo dicente lachrymarent̄: & confuſi de tali accuſatione licet liberū ſermonē ac fidelē a conſcientia poſſediſſent: tamē patris criminationibus difficilē ſatiſfactionē putabāt fore: dū arbitrarent̄ honeſte & cū fiduciā patrē redarguere. Erat ergo eis inopia dicendi & lachrymæ cum gemitu: dū timerent: ne putarentur mala cōſcientia ſatiſfactionē non iuenire. Turbatione āt eoꝝ cæſar attendens: ſicut erāt innoxii: credidit: q; cōſciētia nō facinoroſa: ſed imperita moneſtia minime ſeſe prævaleret purgare. Vnde etiā facti miſeratione digni cunctis præſentibus patré cōmouerūt ad uerā miſericordiā: uiuēteſq; propitiū eū & cæſarē: & alios præſentes: unus eoꝝ alexander accuſationes diſſoluere niſus eſt. Pater inquit: tuus quidem erga nos affectus euidenter manifeſtus: ex ipſo iudicio apparuit. Nā ſiqd in nos crudele recogitaſſes: non nos ad omniū ſenatorē cæſarē deduxiſſes: dū tibi quod uelles liceret ut patri. Nemo enī quēq; uolens iterficere: ad tēpla eū ſacrariaq; producit: unde uita congrit̄: quæ morte nobis peior exiſteret: ſi tale aliqd i patre cogitaſſemus. Siquidē ſermonē fiducia ueritatis inuenit: cū beatos nos fore ſciamus: te mitigantes: & picula fugientes: ſi uero accuſatio prævaluit: ſolē iā uidere ſupfluū iudicamus. Quod

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOSUSALES

ergo dicis:regnum desiderare nos uerisimilis contra iuuenes causa uidetur:& ꝙ de misere matris interitu subiungis:a priori calamitate argumenta ꝑcipiens:nobis ingeris crimen. Cõsidera tamẽ: quia næc cõmunia cunctis existunt:& similiter in aliis dici possunt:dum nihil prohibeat:si regis filii sint iuuenes:& matre eorum defuncta:omnes in suspitione patris esse tanq̃ insidiatores. Sed opinio eorum ad talem crudelitatem nõ sufficit.Dicat uero quisquam si tale aliquid præsumptũ est a nobis:unde credibilia hæc appareant.Nunquit hoc manifestis ĩdiciis poterit approbari:aut ueneni confectio:aut equalium coniuratio:aut seruorum corruptio:aut litteræ contra te destinatæ:dum & hæc possent licet nõ facta criminationibus cõfingi:domo regia nõ cõcordante. Principatum etiam quem tu dicis præmium esse pietatis:sæpius euenit causam fieri maligne rei.Culpam nãq; nostram nullus probabit.Accusationes uero quemadmodũ soluat:qui excusatiões non uult audire.Locuti sumus quiddam:sed non contra te:nam hoc iniustum esset:sed in eos:q̃ siquid dictum fuerat minime tacuerunt.Matrem uero quidem nostram planximus:nõ ꝙ defuncta esset sed quia derogabatur ei ab indignis:uolentibus principatum inuadere.Scimusne patrem possidere quicquam & nos non possidemus. Et dum regis honoribus fruamur: frustra festinamus:si te occidendo regnum tenere uoluerimus:quibus pro hoc facinore nec terra peruia:nec mare nauigabile uidetur.Nunquit subiectorum pietas: & gens religiosa cõcedere habuit parricidas rempublicam obtinere:aut sanctissimũ a te confectum ingredi templũ.Vt uero hæc omnia omittã:homicidium multum uiuente cæsare posset dimitti. Sed neq; filios impios creasti:neq; stultos:sed infœlices:teq; indignos.Si uero neq; causas habes neq; insidias iuuenis:quid tibi ad fidem sufficit:in tali crudelitate.An putas de matris interitu coniecturam sumere:quæ nos non incitare:sed magis mitigare posset.Ampliorem quidem satisfactionem uolebamus sermone inserere:sed non recipiunt prolixiorem orationem:quæ minime commissa cernuntur. Quapropter ante omniũ dominum cæsarem præsenti tempore paciscimur:si sine suspitione tua cum ueritate circa nos tuum affectum ostendis: pariter possumus uiuere:licet non fœliciter:quia maxima mala sæpius ex falso crimine generantur permanente utiq; in te aliquo merore culpæ nostræ. Nam nobis una iocunda non uidetur:si tu eam ut immeritis largiaris. Cum hæc dixisset:& cæsar:nec prius magnitudinem criminationis crederet:tunc magis placabatur:& frequenter Herodem attendens:uidebatur mitigare. Cunq; præsentium miseratione rumor ĩ aula diuulgatus esset:regem faciebat inuidiosum incredibilis accusatio.Nam adolescentum ætas:corporis pulchritudo mirandum eis auxilium conferebat:plus uero:quia oratio conuenienter & sapienter in alexandri uerbis occurrerat. Cæsar autem modicum remoratus:ad adolescentes quidem licet ab accusatione extranei uiderentur:hospicium tamen peccasse eos pronunciauit:ꝙ non tales se patri præbuissent:ut non darent criminationi occasionem.Herodem uero petebat:ut omnem opinionem abiiciens reconciliaretur cum filiis:dum non esset credibile ab eis scelus hoc potuisse committi. Cum hæc persuasisset:iuuenibus innuit ad uestigia patris sese proiicere.Qua supplicatione pater eos lachrymabiliter & flebiliter est amplexus:quod cernentes qui aderat flexi miseratione in lachrymas facile proruperunt.Illi autem gratias cæsari agentes pariter discesserunt:& una cum his antipater simulans letitiam pro eorum reconciliatione celebrata. Postero die Herodes quidem cæsari donauit trecenta talenta: ad spectacula & munera populo romano tribuenda.Cæsar autem metalli eius ciprii dimidios redditus:& dimidiam ꝓcurationem præbuit: & hospitalitatibus eum & muneribus honorauit:& de regno potestatem concessit:quem uellet filiorum successorem relinquere: uel partiri unicuiq; regnum:ut ad omnes perueniret: illo tamen uiuente hoc agere non permisit dicens:oportere eum dum uiueret & regni:& filiorum donationẽ possidere. Hæc dũ ordinasset rursus rediit ad iudeam.In cuius absentia non parua pars regni defecerat traconitidis : quos relicti iudices iterum sub imperium eius redegerunt . Herodes aũt cum filiis dum nauigaret:& peruenisset in eleusiam ciliciæ:quæ postea sebaste dicta est: inuenit cappadociæ regem archelaum expectantem:& de filiorum reconciliatione gaudentẽ:& ꝙ alexander qui filiã eius habuit ab accusatione solutus esset: donationesq; sibiinuicem ut reges dederunt.Vnde cum herodes ad iudeã peruenisset:& ingressus in templũ fuisset:de suis prosperis actibus allocutus est populũ cæsaris in se munificentiam explanans.In fine uero ad persuasionẽ filiorum sermonẽ conuertit:ut in aula:& in aliis cunctis cõcordarẽt:quos & post reges futuros demõstrauit:primũ ãtipatrũ:postea uero filios mariãne:alexandrũ & aristobolũ:hortabaturq; eos dum ipse uiueret sibi in omnibus obedire:qa nec per ætatem impediretur:nec per senectutem suã rempublicã gubernare.Cũ hæc dixisset:contione dimissa multi sub expectatiõe filiorum eius nouis rebus studebant.

Quemadmodum Herodes celebrauit quinquennale certamen in honorem cæsaris:& mira uel clara opera eius. Cap. X.

HOdem tẽpore perfecta ẽ cæsarea:quã edificauit decennalia tẽpore:uicesimooctauo anno regni sui:olympiade centesima:& nonagesimasecũda:cuius ĩ dedicatiõe celebratio uel apparatus munificẽtissimus fuit.Nã præceperat carmina musica uel palestras conuenire.Præpauerat ẽt feras:uel gladiatores:cursusq; equorum:& reliq̃ mirãda spectacula in honorẽ q̃nquẽnalis cæsaris.Cui cæsar cũ sua uxore iulia ꝓ dedicatione ciuitatis maxima liberalitate summũ ditexerãt apparatũ:quorum summa q̃ngentis talẽtis estimata ẽ.Cũq; multitudo ad ciuitatẽ conuenisset pro spectaculis & legationes quas populi destinauerant beneficiis eius gratias agẽtes pariter occurrissẽt:cunctos suscepit ĩ diuersoriis & cõuiuiis per dies q̃ndeci:ac spectacula uel delitias ministrauit:unde insignis eius magnanimitas potuit diuulgari.Quapropter perhibent cæsarem uel agrippam sæpius dixisse:ꝙ magnitudini Herodis ĩperium eius deesset:& e dignum eũ esse syriæ uel ægypti regnum possidere. Post huius urbis dedicationem ĩ campo qui ca farsalam uocabatur: loco aquoso & optima terra arboribus : & fluuio circundata ciuitatem edificauit : q̃ nomine antipatri antipatridam nuncupauit: pulchritudine uel amenitate decoratam: necnon & nomine matris locum iuxta hierichuntem ædificans munitione uel domiciliis optimum cyprum nominauit: immo & nomine fratris faseli:propter amorem quam in eum habuerat cõstruxit turri in ea ciuitate: non minorem faro alexandrino ꝓ munitione ciuitatis:quam in fratris memoriam faselum uocauit.Appellationis uero eiusdem & ciuitatem circa hierichuntem cõdidit.Beneficia ipsius quæ aliis ciuitatibus per syriam & ellada uel apud quos eum contigit ꝓficisci donauit minime possumus explanare:nobilissima uero uel maxima facta eius in rhodios extiterunt.Siquidem pithium ipse suis sumptibus construxit: & præbuit multa talenta ad nauiũ confectionis.In nicopolitana etiam ciuitate:quã ĩ acciaco cæsar edificauerat:multa publica loca condidit.Antiochenis magnam ciuitatem syriæ habitantibus plateam longam in media ciuitate posita ex utraq; ꝑte porticibus ordinauit:& uiã lapide polito strauit:ad ornatum & uoluptatem habitantium: necnõ & olympiacum certamen appellatione dignum propter pecuniarum inopiã melius redditibus deputatis effecit:& immolationibus uel reliquo ornatu celebrationem eius isi gnem reddidit.Pro qua munificentia perpetuus agonitheta nominatus est. Aliis quidem mira ui detur differentia uoluntatis naturæ eius. Nam si largitiones considerentur:qua omnibus donauit hominibus:quis potest negare: munificentissime naturæ eum fuisse. Si uero tormenta & iniquitates in subiectos uel domesticos eius attendantur:durissimus & ferus omniq; pietate alienus putatur.Vnde inconstantem & sibi contrariam eius uoluntatem estimabant. Quod ego minime puto:dum unam causam in utroq; dominantem considero:nam dum ad immensam largitionẽ munificentiamq; perduceretur:si alicubi præsentis gloriæ spes occurrisset uel futuræ:sumptibus profusis:alacriter eam emere festinabat. Quapropter compellabatur seruus ĩ subiectos existere: dum præsentibus consumptis pecuniis:alias uellet acquirere.Cunq; cognosceret propter uiolentias suas se subiectorum odio teneri:corrigere quidem uitia non facile poterat:conabatur autem odium suum occasione pecuniarum ulcisci.Familiarium uero qui eũ uerbo non placuisset: se seruum dicendo:aut si suspicatus fuisset aliquem de principatu cogitare:nullatenus se poterat moderari:sed persequebatur & cognatos & amicos:tãquam hostes.Et dum uellet solũ se honorari: talibus delictis succubuit.Testimonium &enim perhibent huiusmodi passionis eum fuisse:in cæsarem uel agrippam:uel ĩ alios amicos honores exhibiti. Nam qualiter ipse adulabat maioribus: similiter sibi a subiectis fieri expetebat.Sed gens iudeorum lege hoc agere prohibetur:& cõtenta inani gloria:solam expectat iustitiam. Vnde rex eos exosos habebat:ꝙ non potuissent eum templis uel imaginibus honorare.Huius rei gratia arbitror in suos quidem seuissimum:in extraneos uero munificum paruisse.

Oppressio iudeorum per asyam & libiam:& legatio ipsorum pro hoc ad cæsarem: exemplar quoq; cæsaris & agrippæ:quod pro ipsis ciuitatibus scripserunt. Cap. XI.

INterea iudei per asyam & libiam atrociter affligebantur:dum nõ eisdem legibus sicut sub antiquis regibus uterent:sed uiolentia paganorum opprimerent:ut pecunias sacras uiolenter amitterẽt:ideoq; ad cæsarem pro his legationem destinauerũt.Qui scribens ꝑ ꝓuincia:suis eos legibus uti præcepit:quarum exempla subiungimus quæ demõstrant uoluntatem quã ab initio pro nobis romani ĩperatores habuerũt.Cæsar augustus pontifex:tribunitiæ ꝑtatis dicit.Quõ gens iudeorum fidelis non solũ præsenti tẽpore:sed etiã priori:& magis patri meo dictatori & cæsari populoq; romano:& priceps Hyrcanus apparuit:placuit mihi & senatui:cum sentẽtia populi romani iudeos suis legibus:& patrio iure frui ꝑmittere:sicut ab Hyrcão principe sacerdotum altissimi dei:& sacraria eorum iuiolata permanere: & pecunias ab eis ad hierusalem transmissas:reddi custodibus pecuniarum:neq; uadimonia sabbato uel sexto die ab hora nona exigi.Siquis autẽ inuentus fuerit auferens sacros eorum codices:aut pecunias a synagogis: huiusmodi sacrilegiis teneatur:& substantia eius publico romæ deputetur.Suggestiõe uero eorum ꝓ pietate mea quã habeo super omnes hoĩes:per gaium marciũ cesorinum mihi porrectã:& hoc decretum præcipio ꝓponi in nobilissimo loco:quẽ omnis asya meo nomini dedicauit. Siqs aũt transgressus fuerit hanc constitutionẽ:non mediocrem pœnã exsoluat.Scriptum est in tẽplo cæsaris.Cæsar norbano flacco salutem.Iudei qui antiqua consuetudine solent pecunias sacras ad hierosolymam transmittere sine impedimento hoc faciant.Hæc quidẽ cæsar iussit:agrippa uero scripsit pro iudeis hoc modo.Agrippa magistratibus:senatui:populoq; æphesiorum salutem. Pecu-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS

niaꝝ ſacraꝝ quæ in hieroſolymorum templũ tranſmittuntur:diligentiã & cuſtodiam in aſya iudeos habere præcipio:ſecundum patrium morem. Hos autem qui ſacras pecunias iudeorum auferunt:& ad aſylum confugiunt iubeo retrahi:iudeiſq; tradi:quos iure etiam ſacrilegii retrahunt. Scripſit uero ſilano magiſtratum gerenti ne ſabbato iudei compellant uadimonia præbere. Marcus agrippa:cirenẽſium magiſtratibus:ſenatui & populo ſaluté. Iudei qui per cirenẽ habitant:pro quibus iam auguſtus ſcripſit in libia fabio magiſtratum gerenti:altiſq; ibi prouinciæ procuratoribus:quatenus ſine impedimento pecuniæ hieroſolymis ſecundum morem ſuum tranſmittant: nunc me interpellauerunt:qui ab aliquibus calũniatoribus affligunt occaſione tributorum quæ nequaq̃ debent:& prohibẽtur ſolẽnia ſua peragere:quod nullo modo impedire admoneo. Sed & ſi quas ſacras pecunias ciues ab eis abſtulerunt:has ipſis reddi præcipio:& in reliquo corrigi: ne talia cõmittantur. Gaius norbanus flaccus proconſul:ſardinenſium magiſtratibus & ſenatui ſalutem. Cæſar ſcripſit mihi præcipiens nequaq̃ iudeos prohiberi patria conſuetudine pecunias colligentes ad hieroſolymam tranſmittere. Scripſi ergo uobis:ut ſciatis:quoniam cæſar & ego ſic uolumus. Nihilominus & iulius procõſul ſcripſit ita. Epheſiorum magiſtratibus:ſenatui & populo ſalutem. Per aſyam iudei habitantes idibus februa. epheſum mihi iudicanti:demonſtrauerunt cæſarem auguſtum:& agrippam cõceſſiſſe eis propriis uti legibus:immo & primitias q̃ ſinguli eoꝝ ſua uoluntate:pietatis cauſa quam in deum habent ſolent tranſmittere:habeant licentiam ſine impedimento hoc agere. Petierunt autem ut ego ſimiliter cum decretis a cæſare uel agrippa meã ſententiam confirmare. Volo igitur uos cognoſcere:quomodo decretis auguſti & agrippæ parẽs: præcepi eos uti & ſeruare ſine impedimento ſua ſolemnia. Hæc ideo explanauimus:quomodo cõ ſcripta noſtra amplius apud græcos uentura ſunt:ut demonſtrem eis:quia cũctum honorem ab initio impetrantes:nihil ex patriis legibus prohibiti ſumus a magiſtratibus agere:ſed & defendebamur religionem & honores in deũ ſeruantes quorum factio ſæpius mentionem:ut mutatis ſeculi odiis cauſæ quæ nobis ob hoc uel illis irrationabiliter inſertæ ſunt euellantur. Nam legibus hiſdem nulla gens ſemper utitur:dum & per ciuitates multa religionis differentia ſeruetur iuſtitiæ uero a cunctis hominibus ſimiliter ſtudeatur:quæ commoda græcis uel barbaris exiſtit:de q̃ noſtræ leges multam rationem habentes omnes homines debent nos ut amicos: & hoſpites ápleẽti. Nam oportet non differentia religionum nos alienos facere:ſed non ſeruatus benignitatis affectus:quæ omnium hominum communem uitam poterit cuſtodire. Redeo uero ad reliqua monumenta conſcriptionis.

Quemadmodum egens herodes pecuniis:deſcendit ad ſepulchrum dauid:& terrore imaginũ territus:tumultum deſuper ſtatuit:& rurſus de perturbatione magna domus herodis:qua etiam alexandrum filium ſuum iecit in uincula. Cap. XII.

IGitur herodes ſicut prædixi conſumptis ſuis pecuniis audiens Hyrcanum ante ſe regẽ aperuiſſe tumulum dauid:& tria milia talẽtorum inueniſſe:multoplus credẽs depoſita: quæ ad omnes ſumptos ſuos ſufficerent tumulum ingreditur noctu:dum nequaq̃ uellet hac ciuitatem ſentire. Vnde fideliſſimos amicos tantum ducens:pecunias quidem depoſitas ſicut Hyrcanus non inuenit:ornatum uero:& uaſa aurea plura tulit. Dumq; omne ſtudium poneret:& inquiſitionem diligentiorem faceret:ac uellet interius ingredi ad urnas:in q̃bus dauid uel ſalomonis corpora poſita erant:duo eius ſatellites flammis exuſti ſunt ab interiori pte occurrentibus. Tunc ille timore perterritus egreditur:& pro piaculo monumentum ex laide candido ante ianuam magnificentiſſimus conſtruxit expẽſis. Cuius & Nicolaus hiſtoriographus meminit:ſed deſcenſum regis obticuit:dum inhoneſtum hoc factum cognoſceret:quod ſemper in ſuis egit cõſcriptis. Nã uiuente rege:& cũ eo degẽs ad gratias eius & fauorẽ illa tantũmodo dicebat quæ ad gloriã eius pertinebant:multas uero iniquitates eius mutabat:& cũ multo ſtudio celabat. Nam mariãne filiorũq; eius mortes crudeliter factas ad ſatiſfactionẽ cupiẽs perducere ut luxurioſam illã:& adoleſcẽtes patris inſidiatores accuſauit. Rex geſtas ãt regis:amplioribus laudibus extollens:delictis eius ſtudioſe ſatiſſecit. Cui uenia danda eſt:quia non hiſtoriã:ſed laudẽ conſcripſit. Nos uero genere aſamoneoꝝ regũ propinqui:& cum honore ſacerdotiũ habẽtes: aliquid mentiri fœdũ putauimus ideoq; cũ ueritate geſtoꝝ memoriã recẽſemus. In domeſticis uero malis Herodes cõſtitutus affligebat:nam multi ex regis ira capientes audaciã:accuſabant propiquos & amicos eius. Quibus ita inter ſe diſpoſitis nulla requies erat. Siquidẽ ſalome inimica filiis mariãne:ariſtobolo ſuã filiã coniunctã nullatenus fidẽ eius ſeruare dimittebat:dũ flecteret eã ut qcquid locutus ſecrete fuiſſet nũciaret ſibi:& i altricationibus quæ iter cõiugales ſæpius cõtingũt: cogebat puellã dicere:q̃ de marito ſciebat. Illa uero dicebat:q; ſæpius memoriã ſuæ matris mariãne faceret: & q; patrẽ odio haberet:frequenter autẽ interminaret: quia ſi principatũ obtineret:filios quos herodes ab aliis uxoribus habebat traditos magiſtris litteraꝝ:in agris cõſtitueret: dum magis apti eſſent ad hoc opus:quam haberent circa ſtudia diligentiã:uxores uero ſi quãdo uideret maternum indui ornatũ:pro præſentibus ornamentis cilitiis intercludi:ne ſolẽ uideret. Quæ confeſtim per ſalomen regi nunciata:dolorem eius inflammabant. Vrgebatur uero multo peius

omnibus credens:& inuicem ſe accuſantibus. Tũc autem filiis interminatus:ſatiſſactionibus eorum ad præſens molitus:impoſterum atrocius exarſit. Nam ferora cum ad Alexandrum ueniſſet filiam Archelai Glafirã ſicut prædiximus habentem Salomen inquit dicentem audiui: q; Herodes in amorem Glafiræ ſuæ nurus ſi cidiſſet:& minime deſiderii ſolacium poſſit inuenire. Quod ille audiens adoleſcentia uel emulatione commotus:quæ honoris cauſa circa puellam ab Herode fiebant:propter amorem hæc eũ facere ſuſpicabatur. Dolorem ergo minus tolerans:patri nũciauit cum lachrymis:quæ ferora dixiſſet. Herodes autem multomagis feruens: & mendaciũ impudice criminationis non ferens:turbabatur:& ſæpius exclamans maliuolentiam familiariũ:qua lis ipſe erga eos fuiſſet:& quales eos inueniſſet cõuocauit feroram. Quem huiuſmodi aggreſſus peſſimæ inquit omnium:in quo ad tam imenſam uel infandam indeuotionem peruenisti: ut talia de nobis exiſtimes aut loquaris. Nonne uideo tuam uoluntatem: quam non in meam iniuriã te talia uerba producere:ſed inſidias & uenena immittere filio pro mea ꝓditione feſtinaſti. Quis enim alter niſi bonitate dei retentus quam hic puer in ſe habet:portare potuiſſet in patrem non uindicare tam crudelem opinionem. Primus enim gladium in dextra: quam hoc uerbum in animo eius debebas immittere contra patrem. Quid autẽ canaris male loquendo de me: niſi ut eorum fauorem fraudibus tibi concilies. Nam talia dixiſti: qui tuæ tantum impietati fuiſſent cogitanda. Abſcede iam peſſimæ circa fratrem ac benefactorem: & tecum quidem hæc malitia conſcientiæ conuiuat. Ego uero uindico ſicut ſoleo in meos:nec uindicãs merito in eis:ſed magis beneficiis exornans:quibus indigni eſſe noſcũtur. Talia quidem rex. Ferora ſtatim meſtitia plenus: Salomen iquit hæc perſuaſit:& ab illa ſermones audiui. Quæ mox ut audiuit nam præſens erat: exclamauit:q; nihil tale ab ipſa dictum fuiſſet:& q; feſtinarent omnes ad odiũ regis eam perducere:cunctiſq; modis eam occidere: propter fidem quam erga eum ſemper habere cognoſcerent in præſenti ſibi inſidiari:quia ſola reflecteret fratrem:ne uxorem quam nunc haberet repudiaret:regiſq; filiam in matrimonio ſibi coniungeret. Quapropter me falſis inquit accuſationibus eſt aggreſſus. Cum hæc dixiſſet:crines ſuos dilacerans:& pectora manibus tundẽs:ueriſimilis ad negationem eſſe conſtabat:maliuolentia uero morũ:diſſimulationem redarguebat. Feroras autem in medio reſtitit:nullam habens ſatiſſactionem. Nam Alexandro ſe dixiſſe cõfeſſus eſt:audiſſe uero a Salomæ minime comprobauit. Vnde diu confeſſione ſermonum inter eos facta: rex fratrẽ uel ſororem auerſatus, filium pro conſtantia laudauit:q; ſibi ſermones feroræ nunciaſſet. Hac lite facta:Salomæ ut accuſationis commotæ caput omniũ odio tenebatur:quam uxores regis ut maliuolam abhorrebant:q; natura malignã eam cognoſcerent. Occaſione ergo data:ſemper eã accuſabant Herodi:quarũ fiducia ex huiuſmodi cauſa magis accreuit. Rex arabum oriadas nomine naturaliter regnis & regni negociis pœnæ ineffica x:habebat diſpenſatorem regni ſui aſtutum:iuuenem:& in omnibus nimis ornatum:cuius edictioni omnis arabia ſubiacebat. Is pro cauſa quadã cum ad Herodem peruenisſet:& cœnaret cum rege:uidit Salomẽ:& deſiderio eius captus eſt:audiens præſertim q; uidua eſſet:amplius inflammatus loquitur de nuptiis eis. Salomæ uero male tunc a fratre tractata:iuueniſq; accenſa decore:libenter conſentit ad nuptias. Et cũ rurſus ad cœnam conueniſſent:monſtrabantur non mediocria ſigna cupidinis eorũ. Quæ mulieres regi nunciauerunt:deridentes impudentiam illius. Herodes uero cum feroram interrogaſſet & obſeruare præcepiſſet in cœna quid illi facerent inter ſe:nunciauit ei q; nutibus uel oculis non laterent de ſuo pudore. Poſt hæc arabs quidem in ſuſpitionem ueniens receſſit. Cunq; tribus mẽſibus remoratus eſſet:rurſus rediit:ad hoc ipſum ſermonem Herodi facturus: poſtulans dari ſibi matrimoniali iure Salomen:dum nõ incommoda ei foret affinitas eius:cum arabum principatu: quẽ iam ſibi nunc adeſſe:magis uero futurum explano alias exemplo credebat. Cũq; hũc Herodes ſermonem ſorori retuliſſet interrogans: ſi ad nuptias conſentiret: illa ſine mora conſenſit. Tum illum quoq; inquirit:ſi uellet inſcribi legibus iudeorum & circunſcidi:eo q; aliter non poſſet Salomæ pœnitus ſibi iungi. Ille reſpondit:nullatenus iſta conſentire:quia ſi actum fuerit:ſe ab arabis non ſolum regno:ſed & uita priuari. Quo dicto receſſit. Salomen autem ex illo die feroras iam de luxuria criminari cœpit:nec tamen tantum quantum regis uxores:quæ dicerent eam cum adultería commiſiſſe. Puellam nãq; quam fratri ſuo ferore rex deſponſauerat: ipſe quidem non accepit uictus amore:ſicut prædiximus:uxoris abſentis. Salomæ autẽ rogabat filio ſuo de cuſtobaro nato eam coniungere:& diſuadetur rex a ferora:dum adoleſcentem ſuſpectum haberet propter patris interitũ:iuſtius aũt eſſe:ut duceret eã filius ſuus:q; magiſtratus tetrarchiæ ſucceſſor extabat. Cũq; ptiore pacto ſoluta puella duceretur:a filio ferore:præſtitit rex dotẽ centumtaléta. Itaq; diſſenſiones familiares non ceſſabant:ſed maiores ei turbæ creſcebant:& incidit tale aliquid ex cauſa non honeſta:& citius ad difficultatem uſq; proceſſit. Fuerunt enim eunuchi regi propter pulchritudinem non mediocriter acceptabiles:quorum unus pincerna: alter infertor:alter uero lectuli regis creditarius qui & conſilio eius intereat. De quibus nũciauit quidam regi: q; hii ab alexandro multis pecuniis corrupti eſſent. Qui requirenti regi de facta quidem communione uel permixtione confeſſi ſunt:aliud uero nihil acerbum ſcire de patre dixerunt. Cunque magis tor-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

querentur:& in neceſſitatibus eſſent:ſemperq; miniſtri atroces in eos inſiſterent ad gratiam anti patri:hoc confeſſi ſunt:quod odium circa patrem & inimicitias Alexander haberet: & perſuaderet eis Herodem ſpernere:uelut ſuperfluum:& cooperiente ſenectutis ſuæ tpa:dum annos ætatis celaret:& ad ſe iam reſpire:tãq; regnum habentem inuito patre:& quod alii nullatenus ſed ſibi citius primus locus uenturus eſſet:non pp genus tantum:ſed præparationibus patratam ei dominationem eſſe quia plures ex ducibus & amicis ſecum haberet : qui cuncta pro ſe pati uel facere eſſent parati.Hæc cum Herodes audiſſet:totus in furore metuq; tractus:ea quæ ad cõtumeliam dicta cognouit moleſte tulit.Aliam uero ſuſpitionem periculoſam ſuſcepit.Vnde ex utriſq; incitatus timebat:ne pro ueritate conflata fuiſſet in eum coniuratio fortior priore: & cuſtodias undiq; communiens:ſecrete quæſtionem fecit.Speculatores autem eis de quibus ſuſpicabatur oppoſuit:& dum in opinione uel odio cunctos haberet:arbitrium pro tutela concipiens:multum contra inſontes acerbus factus eſt.Sed magis ac magis ualidi uidebanť ei & terribiles:quos non frequenter nominabat:propter inſolitam conuerſationem:& ſi forte uocaſſet:ſtatim de iteritu ſuo ſecuri non erant.Poſtea uero omnes propinqui dum nihil habuiſſent firmum ad ſpem ſuæ ſalutis:contra ſe conuerſi exiſtimabant utile:ſiquis anticipans alium accuſaſſet: & hoc ſibi ſaluté poſſe conferre:ſi ſuis facinoribus alios onerarent & eo cadebant in quo cæteros inſidiabãtur immittere.Nam regis penitentia ne filios occideret q̃ non manifeſte peccaſſent intercedebat: ipſi uero quod peius eſt non deſiſtebant ſimilia committere:ſed ad pœna currebant parem:dum ulciſceré tur in eos qui prius eos accuſaſſent.Talis ergo dum fuiſſet in aula turbatio:multis amicis rex palacium interdixit.Quam interdictionem maxime conſtituit his:qui fidutiam potioré habebant. Siquidem Andromachum & Gemellũ uiros ab initio amiciſſimos : qui multũ in republica eius legationibus & conſiliis domeſticis profuerunt:eiuſq; filios docuerant:& qui præ filiis primum fiduciæ locum haberét recuſauit ſuſcipere:Andromachum quidem:q̃ filius eius Demetrius amicus Alexandri eſſet:Gemellum uero fidelem illi ſciens:quia & in conuiuiis & in ſtudiis romæ cũ ipſo degebat.Quos honeſte quidem expulit ne indecens aliquid contra uiros nobiliſſimos conſtituere uideretur:ſed caute agens:fiduciam eorum cum honore amputauit:ne per potériam aliquid in eum committerent.Horũ autem omnium malorum auctor erat antipater:qui patris inconſtantiam intellexerat:cũ iam dudum ei conſediſſet.Vnde magis ſuadere uidebatur:ut auferetur unuſquiſq; potentium.Tunc ergo rex Andromacho cum cæteris expulſo de colloquio uel fiducia:reliquos fideliſſimos Alexandri cum tormentis interrogabat:ut ſiquid contra ſe conflatũ ſcirent edicerent.Equidem moriebantur dum non haberent quod dicerent.Ille uero cõſumebatur:quia tales quales exiſtimabat non inueniebat.Callidus autem antipater:q̃ ex ueritate ad conſtantiam & fidem deducere non ualebat:plus incitabat requirendo a pluribus latentem coniurationem.Proinde cum aliqui ex pluribus retuliſſent:q̃ cognoſcerent adoleſcentem cũ laudaretur corporis ſui magnitudo:uel ſagittãdi pitia:cũq; alia quæ ad uirtutem ſuper omnes haberet ; hæc ſibi dixiſſe potius bona naturæ officere:dum pater inuideret: & iccirco ambulando cum eo ſeſe humiliare:ne longior appareret:in uenationibus uero cum ſagittarent illo præſente non recte iaculari propter genitoris inuidiam:quam de gloria ſua haberet.Cunq; uerbum ſcrutaretur: & remiſſio pœnarum corporis interueniſſet:addebat:q̃ fratrem Ariſtobolum conſcium haberet : ut in uenatione patrem perimentes:ad romam confugerent:regnumq; peterent:repertas uero & literas adoleſcentis ad fratrem Ariſtobolum:in quibus patrem accuſãbat nõ iuſte feciſſe: dum terram tribuiſſet antipatro ducentoꝝ talentorum reditus. Quibus dictis putauit Herodes uerum exiſtere:quod de filiis ſuſpicabatur:& ſtatim appræhendens Alexandrum ligauit.Deinde uero remiſit ſuam atrocitatem:dum nec quæ audiſſet crederet:& æſtimaret nihil dignum pro iſtdiis ex his conflatum apparuiſſe:ſed quærela eſſet uel iuuenilis temeritas:& q̃ eum manifeſte interficétes romæ confugerent:non ueriſimile uidebatur.Et maius aliquod ſperans inuenire iniquitatis filii ſignum dicebat non ſibi placere temerarie filium colligaſſe . Torquens autem amicos nobiliſſimos Alexandri non paucos:nihil pœnitus de quibus ſuſpicabatur confeſſos inuenit.Cũq; in hoc multus apparatus exiſteret:& terrore uel turba palaciũ plenum eſſet:unus quidam iuuenis: ut in neceſſitates peruenit:romam dixit tranſmiſiſſe Alexandrum & petiſſe: ut citius euocaretur a cæſare:habere ſe manifeſte cauſam ſuggere contra patrem q̃ regem parthoꝝ mitridatum contra romanos ſibi reconciliaſſet: addens quia uenenum etiá Alexander in Aſchalonæ ei paraſſet. Tum Herodes hæc audiens:& credens q̃ ſolaciũ temeritatis inueniſſet:ſtatim de ueneno præcepit inquiri quod tamen nullatenus potuit inuenire.Magnitudiné ergo maloꝝ Alexander uolés confirmare:negare quidé diſtulit incitãdo temeritaté patris ad multo maiora delicta: forſan aút & per hoc amputare uolens fœlicitaté eius q̃ in accuſationibus credendis habebat:tamen nullatenus obtinuit:dum omne regnũ concutere uoluiſſet.Siquidé litteras in quatuor libris deſtinauit dicens:q̃ non oporteret torqueri quéq̃:nec ulterius hoc procedere:quia reuera inſidiæ factæ eſſent:in quas cõiuraſſe ferorá uel fideliſſimos amicos eius aſſerebat:ſalomé auté noctu ſuper ſe ingreſſam:& cũ inuito concubuiſſe:cunctoſq; ſimul illic contra eũ iure uenturos: q̃tenus eũ oc-

cidentes:perficerent:quod ſemper inexpectatione meditaſſent.Inter hos etiam Ptholomeus & ſapinius fideliſſimi regis accuſantur.Nam nihil aliud uidebatur:quam ſi rabies quædam incidiſſet beluarum more:aut amiciſſimi contra ſe armarentur . Iccirco nec ſatiſfactio ueritatis habebatur ſed indiſcrete perditiones pronunciabátur.Cunq; aliquibus uincula:& aliis mortes: aliis uero inſperatos dolores infligeret:turpiter regnum a priore fœlicitate dehoneſtatum eſt . Et ſæuiſſima erat Herodi uita:dum turbatus nemini crederet:magnumq; expectationis tormentum haberet: quod ſæpius ſuperuenturum ſibi filium crederet . Itaq; noctu uel die turbatus:in furorem & inſaniam pœnæ lapſus eſt.

Vt Archelaus rex Cappadociæ reconciliauit Alexãdrum patri:& ipſe ad cappadociam:Herodes autem Romam profectus eſt. Cap. XIII.

ARchelaus autem rex cappadociæ:cum hæc de herode audiſſet:territus pro filia:uel de adoleſcente contriſtatus:pro tantis amici turbationibus in iudeam uenit:nec in conté tu quæ contigerat ponens diligenter prius cuncta percunctatus eſt : nec tamen in aliquo quaſi culpans Herodem:q̃ temerarie feciſſet aggreſſus:uerens ne pro reconciliatione ad furorem eum perduceret:ſed alium ordinem tenens: emendare quæ acciderant cœpit . Nam iuueni interminabatur:Herodem autẽ mitem dicebat:dum nihil temerarie feciſſet:matrimonium quoq; filiæ ſoluere promittens:& nec ipſi parcere:ſi in aliquo reperta illi conſcia nõ iudicaſſet.Cum talem præter expectationem Herodes Archelaũ uidiſſet:& quia plus ipo furorem ſuum demonſtraſſet:rex mutatus ad iracundia ſua:dum putaret iuſte acta quæ feciſſet:paulatim ad patris affectum rediit.Miſericordia ergo inter utroſq; apparuit:cum aliqui pro iuuene ſatiſfeciſſent:& Herodes ab ira mutaretur.Tum Archelaum ſimiliter increpantem attendens: petit ne nuptias ſolueret quod minatus eſſet: quia q̃is parum ire adhuc habebat in his quæ iuuenis cõmiſerat:Archelaus tamen ut modeſtiorem eum faceret:criminationes in amicos referebat: dicés illorum eſſe:quod iuuenem malignitate ſua corrumperent: fratremq; regis in ſuſpitionem mittebat.Nam dum Herodes iram contra ferorã habuiſſet:& ferora indigeret regis reconciliatione:ſimulq; credens:quam eum Archelaus flectere potuiſſet:acceſſit ad eum cum ueſte nigra petens:ut fratrem pro eo peteret.Quem Archelaus nec ſpreuit:nec cõfeſtim ſe Herodi ſuadere poſſe promiſit:immo hortatus eſt ad regem eum accedere:& ſupplicando confiteri ſe omnium malorum auctorem extitiſſe:quia prodeſſent hæc ad eius indignationem mitigádam pluſq̃ ſua ſuggeſtio.His flexus ferora quæ inter ſe ambo conſtituerant:præter ſpem adoleſcentis accuſationes abſoluit.Cũq; & feroam Archelaus reconciliaſſet:ad cappadociam reuertitur: gratus tãq̃ nemo alter illo tempore factus Herodi.Quapropter & muneribus eum munificentiſſimis ornauit præ omnibus magnifice:& inter neceſſarios amiciſſimum arbitratus eſt. Conſtituit & romam proficiſci:quomodo de his cæſaris ſcripta ſuſceperat.Et uſq; Antiochiam eis ſimul eũtibus ſyriæ procuratorem ticium:inimicum Archelai:ei Herodes amicum fecit.Cũq; romæ fuiſſet: & ide reuertitur:factum eſt bellum inter ipſum & arabas:ex huiuſmodi cauſa.Qui traconem alias traconiti dé habitant regionem:quam Cæſar a Zenodoro tollens:Herodis prouinciæ addidit:latrocinandi licentiam non habebant:ſed agrum colere:uel ſub quiete uiuere cogebantur: quod illis minime commodum erat:multaq; Herodi gloria pro hac diligentia ſua ſurrexerat.

Diſceſſio habitantiũ tracone a regno herodis & uaſtatio pduces eius:& de trãſſugis q̃ de tracone puincia ad arabiá receſſerũt:quos recepit ſylleus procurator regis arabiæ. Cap. XIIII.

GItur quãdo nauigauit romæ:ut filium Alexandrũ accuſans:cæſari antipatrum cõmẽdaret:fama uulgauit mortuum eũ eſſe.Qua comperta traconitide habitantes ſubtrahentes ſe ab eius principatu:rurſuſq; ad ſolitum reuerſi morem finitimos agros depopulabantur:contra quos egreſſi procuratores regis:oés domuerunt.E quibus q̃dragin ta principes latronũ cum cognatione ſua a tracone prouincia ad arabiam receſſerũt: ſylleo ſuſcipiente eos:pro cauſa ire quam habebat:negatis nuptiis Salomæ.Quibus cũ locum munitũ dediſſet:illi non tantum iudeá ſed & infetioré ſyriam deprædabanť:refugia ſibi præſtante ſylleo.

Qualiter Herodes a Roma reuerſus in arabam tranſſugas poſtulabat:quos cũ non obtinuiſſet exercitum contra eos produxit:arabas quoq; debellauit. Cap. XV.

HErodes autem roma reuertens:compẽrit plurima regni ſui a latronibus male tractata: nec poſſe duces ſuos latrones compræhendere nec habere qualiter tutelam ſuam munirent:illis arabum patrociniis fultis.Cũq; grauiter ferret:ipſe traconem peruenié familiares eorum peremit.Vnde illi potius ad iracundiam incitati: legemq; habentes ut in eos uindicarent:qui familiares eorum occidiſſent:cunctam herodis terram uexabãt:& deprædabantur.Ille uero referebat hæc Cæſaris ducibus ſaturnino & uolũnio:uolens latrones ad pœnam petere. Nam illi fortiores & plures facti : omnia perturbabant: affligendo regis Herodis : prouinciam : & uillas deprædando : & captos homines interemendo : ut bello ſimilis eſſet uiolentia quam faciebant : nam iam plus mille extabant . Herodes autem latrones quidem petebat : & debitum quod per Sylleum mutuaſſent Obado alias Ouado talenta quingenta : iam

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

conſtituto die tranſacto:in quo ſtatutum fuerat pecunias reddi.Sylleus aũt obadum alias ouadũ
deſpiciens:dum ipſe gubernaret:latrones quidem denegauit ꝑ arabiam eſſe:de pecuniis uero dif
ferebat.Quapropter cognitiones corá ſaturnino uel uolũnio procuratoribus ſyriæ cõmitteban
tur.Qui ſtatuerunt intra triceſimũ diem Herodem pecunias debere recipe: & eos qui de utroq;
regno confugiſſent inuicem reddere.Et apud Herodé quidem arabum nullus pœnitus eſt:nec ꝑ
affectionem:nec alio modo tentus.Arabes aũt paſſi ſunt latrones apud ſe teneri. Cunq; conſtitu
tus dies tráſiſſet:nec ſylleus de quo ſtatuerat aliquid compoſuiſſet:romá aſcendit. Redditionem
uero pecuniarum uel latronum Herodes exequebať.Cum ſaturninus & uolũnius præcepiſſet in
deuotos perſequi:exercitum aſſumens herodes:arabiam ingreſſus:tribus diebus ſeptem manſio
nes fecit:Cũq; prope caſtellum ubi latrones erant perueniſſet:cœpit quidem omnes eos inſidiis:
euertit uero caſtellum quod repta uocabatur:cum neminem pœnitus leſiſſet. Itaq; arabis ad au
xilium uenientibus cum nacebo duce pugna committitur : in qua pauci quidem Herodis nace
bus autem dux arabum cum uigintiquinq; ſuis ceciderunt:reliqui uero ad fugam conuerſi rece
dunt.Puniens autem horum rex tria milia circa traconé idumeorum locauit exercitum:& latro
nes ibi conſtitutos arcebat:& de his ducibus circa fœnicem exiſtentibus mandauit demonſtran
do:quia nihil amplius in ideuotos executus arabas quem oportebat egiſſet.Quæ illi quidem re
quirentes:inueniebant nequaq̃ mendacium eſſe.

Quemadmodum Sylleus accuſauit coram cæſare Herodem de incurſione quam in arabia fe
cerat & ꝙ indignatus Cæſar dura uel grauia reſcripſit ei:quare Herodes placare uolens cæſarem:
miſit romam Nicolaum damaſcenum. Cap. XVI.

NVncii uero Sylleo cum romæ geſta indicaſſent: & magis ſingula exaggeraſſent & ille
in aula permanerent tunc inter cæſaris amicos ſtatim hæc audiens: mutata nigra ue
ſte ad eum ingreſſus:ſuggeſſit ꝙ bello cuncta arabia conflicta:totumq; regnum com
motum ab Herodis exercitu fuiſſet:& lachrymis fuſis:quingentos quidem cum duo
bus milibus arabum primates ꝑiſſe dicebat:interfectũ autem & ducem eoꝝ nacebũ propinquũ
& affiné ſibi:diuitias aũt reptis caſtello conſtitutas depꝺaſſe:dum pro egritudine contentus oba
dus alias ouadus ei non ſuffeciſſet occurrere:quia nec ipſe nec exercitus arabũ interfuiſſet.Talia
ſylleo dicente:& inuidioſe inſuꝑ addente:ꝙ nec ipſe rediret ad prouinciá:niſi crederet:quia cæſar
de pace oium cogitaret:neq; ſi pſens fuiſſet cõmodum eſſet cum Herode bellum cõmittere: his
dictis cæſar irritatus:pſentes herodis hoies ꝑcontatus eſt:qui tunc a ſyria ueniſſent ſi exercitum
Herodes ad Arabiá deduxiſſet.Qui cum ei hoc dicere compellerenť nec cauſam facti ſuggererét
ira cæſar cõmotus ſcripſit:Herodi cũcta quidem grauia:ſumma uero æpiſtolæ huius erat.Olym
amico nunc uero ſubiecto.Scripſit aũt de his ſylleus arabis.Qui releuati neq; latrones ad ſe fugi
entes reddiderunt:nec pecunias reſtituerunt:ſed ét & paſcua quæ mercede tenebant minime ſo
lito reditu poſſidebant:iudeoꝝ rege cæſaris furore humiliato.Tunc quoq; traconitide habitátes
cum arabis aggreſſi cuſtodiá iudeoꝝ:afflixerunt eos:non tantũ pro ſua utilitate:ſed & memoria
prioris belli:ꝑ Herodem ſibimet irrogati.Quæ rex ferebat ꝑdita fiducia quá in cæſaris amicitiis
habuerat:dum ſecundo legationes ſuas ſatiſfacturas pro culpis non ſuſceptas cognoſceret.Eſtua
bat etiam de ſylleo:cui credebať a cæſare:qui pſens romæ conabať defuncto obado alias ouado
rege arabum in regnum ſuccedere:multis cæſari promiſſis pecuniis:aliiſq; in aula potentibus.In
terea obado alias ouado moriente:dinea:qui poſt arethæ dictus eſt:regnum arripuit. Cæſar auté
arethæ minabať ꝙ regnare præſumpſiſſet:priuſq̃ ſibi de hoc ſcriberet.Ille uero cum donis mul
tis Cæſari coronam auream multorum talentorum deſtinauit:& æpiſtolam per quam ſylleũ cri
minabatur ut maliuolum ſeruum:& obadum alias ouadum ueniens eius peremptum : uxoreſq;
arabum ab eo adulteratas:dum cauſas reipublicæ rege uiuente gubernaret:immo & ere alieno ſi
bi uellet per pecunias principatum acquirere.Quibus nullatenus animo cæſar intendens: remi
ſit dona.Arabia uero uel iudea pluribus malis affligebantur:dum regum unus quidem quia nec
dum firmum imperium habebat prædatores nullatenus prohiberet:Herodes autem iratum cæ
ſarem pro ſua uindicta uidens:omnes illorum iniquitates portare cogebatur . Deinde tantis cir
cũ inſtantibus malis:iudicauit iterum romam tranſmittere:ſi poſſet mediocriter per amicos cæ
ſarem placare.Direxit autem Nicolaum damaſcenum. Domus autem eius uel filii ſui multo pe
ius illo tempore erant diſpoſiti:& licet ſine ſuſpitione nunquam fuiſſent : malum tamen ex hu
iuſmodi cauſa præualuit.

Criminationes euricleri lacedemonis cõtra filios ad patrem Herodem:& quia ligaſſet eos pa
ter:& ad cæſarem ſcripſiſſet. Cap. XVII.

MAcedonius euricles:nobilis domi:malus aũt aio luxurioſuſq;:ad herodem ueniés:mul
tis donis eius fauoré cõparauit:ut inter neceſſarios amicos eius deputaretur.Qui ma
nens apud antipatrũ:aditũ uel cõſuetudiné cum alexádro habebat.Ná archelai cappa
doci:ſeſe dicebat hoſpité:& ideo per glaphirá ualde honorabat eum:cunctiſq; blandie
batur.Semper aũt dicta uel facta notabat:ut exinde poſſet accuſationibus cõſertis gratias Hero

dis conquirere: unde ſinguli exiſtimabant multũ ſibi fidelem exiſtere.Quapropter Alexander ut
adoleſcens & dolés de his quæ paſſus fuiſſet:narrauit:quá pater alienatus fuiſſet: & mater ſua in
terfecti ab eo periſſet:antipatrum aũt ſibi præpoſuiſſet:& quéadmodum ille intolerabilia de eo
patri dixiſſet:& ad odium illum incitaſſet:ut nec in conuiuiis eum:nec conuentu dignareť adeſ
ſe.Cum uero talia dolens defleuiſſet:ſtatim euricles antipatro oia nunciauit dicens . Nõ pro mea
utilitate tibi hæc nuncio:ſed tuis iam uictus honoribus & rei magnitudine:præcipio cauere Ale
xandrum.Nam hæc non ſine dolore dicens:ineſſe ſuis uerbis audaciam demonſtrabat. Igitur an
tipater cũ eum ſibi fidelé eſſe exiſtimaſſet:magnas ei donationes optulit:& deinde flectit herodi
eadem explanare.Qui non ſicut ab Alexandro audiuerat intimauit:ſed uerbis ſuis aliquá uerita
tem accuſationi addens:aium regis imutabili odio filioꝝ compleuit.Quia a rege donationé qn
quaginta talentoꝝ accipiens ad archelaum regé cappadociæ profectus:Alexandrũ modeſtũ: uel
bonum referebat:multumq; laboraſſe:quatenus eũ recõciliaret pater.Quapropter ab illo quoq;
multa dona ſuſcipiens receſſit.Qui nec in lacedemonia talia facere deſiſtés:multis iniquitatibus
immerſus:patria priuatus exceſſit. Rex aũt iudeoꝝ non ſicut prius contra Alexandrum uel Ari
ſtobolum tantũmodo accuſationes audiebat:ſed & ſi nullus aliquid ei nunciaſſet:ipſe perſcruta
batur licentiamq; dedit uolentibus quiddam contra eos referre.Tum uero euaredum quendá li
cet uellet tamen non libenter accuſanté audiuit:quia & ipſum ut conſcium abhorrebat.Superue
nit aũt contra adoleſcentes aliquid peius:dum oés præmiorum promiſſione dicerentur : aliquid
acerbũ contra hos nunciare:& táq̃ pro ſalute regis dicentes:etiam falſa ſuggerebant.Duo eni fue
runt Herodi fortitudine uel magnitudine corporis præcellentes:iocũdus & tyrannus noie. Qui
cum offendiſſent regem expulſi:Alexandrũ ſecuti in exercitationibus ab eo honorabantur:pecu
niaſq; & donationes accipiebát.Quoꝝ ſtatim rex in ſuſpitione ductus:torquebat eos. Qui cum
multo tꝑe ſuſtentaſſent:poſt uicti:dicebant:ꝙ eis ſuaſiſſet Alexander Herodem in uenatione fe
ras ſequentem ab æquo deiicere:ut ita facile eum ſuis perfoderent.Quod olim ei cõtigebat.De
monſtrauerunt ét aurum in oppido celatum:& præpoſitum uenationis conuincebant ꝙ ſibi te
la regalia Alexandri iuſſionibus dediſſet.Poſt hæc princeps cuſtodiæ Alexandri oppidi appræhé
ſus torquebatur:quaſi uellet ſuſcipere cuſtodiam adoleſcentiũ : & præbere eis in caſtello poſitas
regales pecunias.Et ille quidem nihil tale confeſſus eſt:filius uero eius iſta facta fuiſſe dicebat:
litteraſq; porrexit:quaſi manu Alexandri factas:quæ ita continebant. Cũ dei auxilio quæ propo
ſuimus oia confecta ſunt.Ergo ueniemus ad dos;ſed ſicut ꝓmiſiſtis in caſtello nos ſuſcipite.Poſt
hanc æpiſtolam:Herodes quidem de filioꝝ inſidiis credidit.Alexander át dyoſantum inquá ſcri
ptorem imitatum ſuam manum:& has ꝓpter antipatrum litteras aſtute ſcripſiſſe. Dioſantus eni
talis erat.Quapropter in huiuſmodi & aliis rebus coniunctis interiit. Rex auté cum coram mul
titudine produxiſſet in hierichunte filios & accuſatores eorum:hos quidem multi manu iaculá
tes interemerunt.Cunq; impetum & ſuper alexandrum occidendũ feciſſent rex eos per Ptholo
meum & feroram prohibuit.Cuſtodiebantur autem:ne quis ad eos ingrederetur & ſpeculabanť
ne quid facerent uel dicerent.Et quid amplius.Cum dánatorum infamia tenerétur horum unus
Ariſtobolus:exiſtimas ſuam ſocrum condolere ſuis calamitatibus:& regem in odio habere: & tu
inquit periculo perditionis cõicas:dum accuſata de nuptiis ſyllei:cuncta putaris prodere.Hæc át
illa ſtatim fratri nunciauit.Qui nullatenus ſeſe continens ligari eos & diſtractos ab iuicem quæ
male de patre ſenſiſſent:ſcripto porrigere præcepit . Qui præceptis coacti:ſcribũt:inſidias quidé
cõtra eum nec cogitaſſe nec inſtruxiſſe:fugam uero meditatos:& hanc propter neceſſitatem: dũ
in ſuſpitione uel difficultate uitam ſuam haberent. Eodem tempore cum ab archelao de cappa
docia legatus mela nomine nobiliſſimus perueniſſet : Herodes uolens erga ſe perfidiam archelai
manifeſtam facere:uocauit Alexandrum ſicut in uinculis erat:& rurſus conſuluit de fuga quali
ter:& ubi ſtatuiſſet diſcedere:cum Alexáder ad Archelaum dixiſſet:& ab eo promiſſum ſibi fuiſ
ſe:ut romæ deſtinaretur:nihil uero aliud neq; importunum:aut acerbum í patrem cogitaſſe:nec
ea quæ per maliuolentiam aduerſariorum conficta eſſent uera exiſtere: ac uelle ſi adhuc tyránus
uideret:ut quæſtione cautiore facta:ueritas appareret:ſed hunc citius periſſe: antipatro per ami
cos populum incitante.Cum talia retuliſſet:iuſſit melam cum Alexandro ſimul ad Glafiram du
ci:ut interrogaretur:ſiquid ea cognouiſſet de inſidiis in Herodem conſtructis . Qui cum ueniſ
ſent:ſtatim Glafira ligatum Alexandrum uidens:caput ſuum percuſſit: & ſtupefacta nimis inge
muit.Fuerunt autem adoleſcentis & præſentium lachrymæ:& ſpectaculum dolore plenum: nec
diu potuerunt interrogare uel reſpondere. Dein multo poſt Ptolomeo qui iuſſus erat eos perdu
cere interrogante Glafiram:ſiquid de his quæ fiebant cognoſceret: Alexander reſpondit . Quid
meũ hæc ignoraret quæ aía mea plus mihi diligitur:dum & cões filios haberemus.At illa clama
uit:ꝙ nihil cognoſceret íportunũ:ſi tamen aliqd ſaluti eius ꝓdeſſet non recuſaret ét mentiendo
cõfiteri.Alexander át nihil impiũ inqt:nec quod pater ſuſpicabať.quia nullatenus hoc ipſe cogi
taui.Tu uero mulier:qd aliud ſcis:niſi ꝙ ad archelaũ fugere deliberauimus:& exíde romá aſcéde
re.Eadé & illa cõfeſſa eſt.Herodes át in archelaũ de ꝑfidia ſuſpitionem habuit.deditq; olymphe

& uolũnio litteras:præcipiens eas transmittendo per Eleusiam ciuitatem cilitiæ archelao tradere:culpans eum q̃ insidiaꝝ particeps cum filiis suis esset:& exinde romam nauigarent:ubi si Nicolaum inuenirent aliquid profecisse:ne Cæsar in eadem difficultate permaneret:darent litteras uel argumenta:quæ contra iuuenes constructa destinauerat. Archelaus aũt litteras accipiens: suscipere sẽ quidem adolescentes confessus est:quia prodesset eis uel patri:ne quid per eius discordiam eueniret:ad Cæsarem aũt transmittere:uel aliud perfidum contra illũ agere:nihil adolescẽtibus pœnitus promisisse. Legati uero cum hæc audissent:& romã peruenissent:litteras porrexerunt:quia cæsarẽ placatum inuenerunt. Nam de legatione Nicolai taliter euenit:ut hic ad aulam ascendit:primũ quidem non pro quo uenerat:sed sylleũ accusare deliberauit. Quod multi intelligentes: Nicolaum adeuntes:iniqtates oẽs sylllei nunciabant:& q̃ multos obadi alias ouadi peremisset. Quorum indicia manifesta ex litteris eius demonstrabantur.

Vt per Nicolaum accusatione liberatus Herodes est apud cæsarem: Sylleus autem accusator Herodis morti adiudicatus est. Cap. XVIII.

Nicolaus fœlicitatem quendã sibi existimãs oblatã:moliebatur p accusationẽ syllei cæsarem Herodi reconciliare. Sciebat enim:qa si uellet satisfacere de factis eius non permitteretur:si uero sylleum accusaret:tẽpus pro Herodi dicendi posset inuenire. Cõstituto ergo die Nicolaus psentibus legatis arethæ accusabat sylleũ & cum cæteris addebat regis multorumq̃ arabũ simul interitũ:& pecunias quas mutuas accepisset pro nullo reipublicæ cõmodo:necnon & adulteria:non tantũ per arabiã:sed ẽt romanaꝝ mulierum. Addebat aũt:quod acerbius concitaret regis aium:nihil ueꝝ docuisse de factis herodis. Cũq; ad hunc locum peuenisset:cæsar qdem interrogauit:si Herodes exercitum contra arabiam non duxisset:nec duo milia quingentos occidisset:nec captiuos traxisset:prouinciãq; deuastasset. Ad quẽ Nicolaus respondit:pro his magis se uelle suggerere:q̃ nihil:aut multo minus ut audierat factũ fuisset. Sed tu inquit ut iustus hæc atrociter estimasti. Quod cũ præter opinionẽ cæsar audisset:& iussisset ut diceret:Nicolaus satisfaciendo:quingentoꝝ talentoꝝ conscriptionem ꝓduxit. In qua cautum fuerat:licere herodi constituto die transacto pecuniisq; nõ redditis totã arabiam inuadere. Introductã uero per prouinciã militiam:non expeditionẽ dicebat:sed multitudinẽ suas pecunias uolentẽ exigere nec constituto die:sed multo post introductã. De qua re cũ sæpius quidẽ saturninum & uolũnium procuratores syriæ interpellasset: deinde corã illis in beritho cũ sylleus p tuã fortunã iurasset:intra tricesimũ diem pecunias se põbere:necnon & eos q a regno Herodis transfugissent:nihil hoꝝ eo faciente:rursus ad procuratores herodes puenit. Cui cũ præcepissent pignora sumere:statim ꝓuinciã cum suis ingressus q̃ isti bellũ dicit ad inuidiã procuratoꝝ tuorũ qui hoc fieri denũciauerunt secundũ conscriptionum statuta. Iste uero inqt non tantũ deos: sed & tuũ numen piurans decepit. Restat mihi tã de captiuis differere. Latrones tracone habitantes: quadraginta primũ:deinde multi torméta factoꝝ timentes:refugium sibi fecerunt arabiã: quos sylleus cum suscepisset:contra oés hoes uastabat terram:quam eis habitandam:& lucra latrocinii cum eis ptiebatur. Spopondit aũt per eadem sacraméta & eos reddere:die quo promiserat se debitum solutuꝝ. Quid ergo? Potestne monstrare in præsenti quẽq̃ alium ex arabum prouincia quam hos abstractos quos refero:nec cunctos ut ait:sed qui nequaq̃ latere potuerunt. Ita ergo, calũnia de captiuitate declarata:maximũ cæsar intellige mendaciũ:& falsitatẽ ad tuam excitandã iram ab isto confictã. Nam cũ ingressus arabiã noster exercitus fuisset:& unus uel alter de sociis herodis concidissent:coactus resistere:nacebũ ducem eoꝝ cum uigintiquinq; prostrauit. Quoꝝ pro uno quoq; centum iste referens:duo milia quingentos perisse dixit. Hac oratione cæsar permotus:& an sylleum conuersus:furore plenus:interrogauit quanti arabum perissent. Qui cõturbatus:errasse se dixit. Deinde pacta debiti leguntur:litteræq; imperatoꝝ & ciuitatum quæ latrocinia criminabantur. Mutatus ergo cæsar:sylleũ quidem mortis sententia dánauit: Herodi uero reconciliat:satisfaciens:q̃ ex falsa criminatione atrociter ei scripsisset. Nam ita sylleo respondisse phibetur. Quis est iste:qui me impulit mendosa suggestionem uiꝝ mihi amicum offendere. Sylleus qdem pecunias creditoribus redditurus & post puniendus destinatur. Cæsar auté adhuc irascebat arethæ:quia principatũ non suis præceptis:sed propria psumptione eœpisset. Cogitabat ergo & arabiam Herodi tradere sed impedierunt litteræ quas rex miserat per olymphiũ & uolũnium. Qui cũ cæsarem audissent placatũ:statim præcepto herodis litteras uel probationes quas de filiis miserat porrexerunt. Quas cũ cæsar legisset:principatũ alium addere seni & male sentiẽdi de filiis non æstimauit. Videns ergo legatos arethæ:& improperans q̃ temerare nisus esset nõ ab se regnum accipere:dona suscepit:& principatum ei firmauit.

Qualiter cæsare ptãté pbente:cõcilio i beritho habito accusauit filios herodes. Cap. XIX.

Herodi uero scripsit:q̃ placatus ei fuisset & de filiis eius contristaret:præcipiẽs ut siqd aceri bũ cõtra eũ præsumpsissent:psequeretur tãq̃ in patris præuaricatores: nam hmõi ptãtem ei dedit:si uero fugã tantummõ cogitassent:ut improperans mitigaret eos. ne aliquid crudele peragerent. Admonuit uero:ut cõcilio i beritho cõgregato:quo multi

romani habitant:& simul imperatoribus syriæ & archelao rege cappadociæ:quantosq; alios existimaret amicitiis eius uel honoribus clarissimos:eorum sententiis quod oporteret impleretur. Herodes autem cum litteræ ueniissent:lætus pro reconciliatione:& q̃ sibi potestas super filios fuisset concessa:statim accersiit cunctos a cæsare constitutos ad concilium:quem præter archelaũ: quem propter offensam noluit interesse:nequid uoluntati suæ impediret. Cunq; in beritho imperatores & alii conuenissent:filios non permisit ad concilium accedere: sed in uilla quadam sydoniorum palestum nomine iuxta ciuitatem reliquit:ut uocati ad concilium præsentarent. Solus autem ingressus. cl. uiris considentibus: accusabat filios:& causa quidem non erat acerba: quãtũ ad ueritatis:indicia:multum uero dissimilis patris filios criminantis. Nam uiolenter perorabat:& approbatione causa turbabatur:& maximi furoris uel ferocitatis signa mõstrabat. Defendebat ẽt tanq̃ uera:quæ in odio filiorum dicta fuerant:& quæ ipse contra filios scripserat legebat i qbus insidiarum nulla conscriptio fuit:tantum uero q̃ fugere cogitassent:& derogationes quædam:& obprobria propter odium quod in eos habebat. Quæ cum legisset:clamauit iurando:q̃ melius uita priuaret :quã talia uellet audire. Deinde cũ dixisset:q̃ & natura & cæsare concedente potestatem haberet:addidit & patriam legem sibi præcipere:si quando parentes filios accusarẽt:& super capita eoꝝ manus suas imponerent:necesse populos circũstantes eos lapidare:& huiusmodi morte perimere:quam legem ipsam paratam in patria quidem uel i regno facere uoluisset:sed expectare illoꝝ iudicia:cognitores ât inuẽisse eos in manifestis filioꝝ & non paruis criminibus: ut tempus habentes dignum:nullatenus deberent negligere:ne aliis talia prouenirent. Cũ hæc rex itaq; dixisset:nec adolescentes ad satisfactiõem transissent:uidentes iudices q̃ modestiam uel reconciliationem minime assumeret rex:potestatem ei confirmauerunt. Et primus quidem saturninus:uir consularis:& in dignitatibus clarissimus:mitte sententiam protulit dicens. Damno filios Herodis interfici uero non iustum arbitror:quia & ipse filios habeo:& regem puto sic uelle:q̃uis infœlices filios se habere consentiat. Post qué saturnini filii tres qui eius erant ligati:sentẽtiã eandẽ cũ patre ꝓtulerũt. Voluminus ât ecõtra morte puniẽdos filios herodis respõdit:ita circa patrem iniquos inuentos. Eadẽ cũ plures dixissent:ut nihil ambiguũ esset quo minus intelligeret morte damnatos adolescentes:statim Herodes ad tirũ puenit:ducés miseros adolescentes. Cunq; nicolaus ad eũ roma delatus eẽt:& prius ipse sententias in beritho de filiis ꝓnũciatas audisset:herodes cõsuluit qd amici eius de hoc romæ deliberassent. Ille ait. Quod & mihi uidetur : scilicet impia esse q̃ illi de te senserant:oportere uero legatos & custoditos cohercere:& siquid tibi aliud uisum fuerit. Prouide tamen:ne plus iracundia quam modestia usus esse uidearis. Nam minime dimitti solutos puto:ne talia committant:quæ nullatenus possent corrigi. Multi etiam tuorum amicorum eadem romæ deliberauerunt. Herodes autem cum tacuisset mestitia tentus:post iussit nicolaũ secũ nauigare. Moxq; ut ad cæsareã delatus est:rumor a populo de filiis eius euolabat: cunctis sustinentibus ubi causa eueniret . Dum sic periclitarentur & doloribus eoꝝ condolerent dicere aliquid palam:aut dicentem audire sine periculo non erat: Vnde misericordiam cũ dolore concluſam sine uoce comprimebant. Vnus autem miles nomine tyro:cum filio suo equeno uel amico alexandri:cuncta q̃ alii timore tacita dolebant cum libertate loquebatur:& sepius clamabat inter multitudinem dicens:q̃ periisset ueritas: q̃ iustitia ab hominibus recessisset. Vigent iqt mendacia uel malignitas:tantamq̃ nebulam humanis negociis intulerunt:ut maxime calamitates uel miseria pro nihilo iudicentur. Cum talia sepius exclamasset:licet non sine discrimine:ueritas tamen omnes mouebat. Quapropter singuli timentes se occultabant:sed hæc illũ dicentem libenter audiebant. Qui cum regem petisset:ut solus soli q̃ uellet edicerẽt: concessumq; ei non fuisset: non possum inquit rex continere pro tali dolore fiduciam uel audaciam meam necessariã quidem tibi & commodã:siquid utile uellis ab ea suscipere:meæ uero tutelæ contrariam. Deide subsecutus ait. Quo tua mens sagacissima recessit:aut cur superabundans sapientia sensu multat: quo plures uel maximos acquisisti triumphos . Quid est : q̃ cognati uel amici remorantur petitionibus tuam flectere pietatem :quos tibi minime iudico esse cognatos uel amicos si despexerit tale scelus:in tuo beatissimo fieri principatu. Tu uero non præuides quid eueniat si duos adolescentes ab uxore tibi regia creatos:& in omni summitate uirtutis præcellentes occidis: teq; solũ in senectute relinquis:cum uno filio male uitam tuam disponente:& cum cognatis quos totiens iam morte damnasti. Nonne cogitas:q̃ multitudo tacens crudelitatẽ tuã conspicit & odit: exercitus quoq; cũctus & primatus eius misericordiã qdẽ de infœlicibus:odiũ uero in te hæc faciẽte concupiuit. Cum hæc rex in initio non libenter audisset:& cõmouissent eũ uerba tyronis:p quæ manifeste familiariũ pfidiam exprobrauerat:paulati imẽsa & militari fiducia usus tyro cõcidit: & turbatione compleuit herodẽ. Qui cũ magis increpari q̃ admoneri se putasset:& quia milites eũ abhorrerent:& primatus eoꝝ indignarentur:præcepit noiatos cunctos cũ tyrõe ligatos i custodia detineri. Cum hoc factũ fuisset:& triphon quidã tonsor regis inuẽta occasiõe regẽ adisset: ait. Suasit mihi tyro sæpius dicens:ut regẽ tondens:guttur eius incideré:nam inter primos apud alexãdrum poteris esse:magnasq; donationes ab eo accipere. Quæ cũ dixisset:eũ rex cõprehendi

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

præcepit:& tormentis tyroné:& eius filiũ:atq; tonſoré ſubdi.Cũq; tyro ita cõſiſteret:uidẽs filius patrem ſuum crudeliter laceratum:nec habentem ſpẽ ſaluris: futurumq; ſibi iudicium ex tormẽtis paratum intelligens:ſe inquit ueritatem nunciare:ſi uerbo confirmaret torméta patris & ſua remittere.Cũq; rex fidem dediſſet:dixit ſibi conſtituiſſe tyronem manu ſua regem adire & occidere ſi copia daretur:ut ſolum eum inueniret:multaq; pati quatenus Alexandro præſtaret,Quæ cum ille dixiſſet:patrem a neceſſitate ſoluit. Incertũ autem eſt:utrum hæc ueritate an neceſſitate retulerit:ut aliquod perfugium in præſentibus malis inueniret.

Mors iuuenum & ſepultura corporum eorum in Alexandrio. Cap. XX.

HErodes autem licet deliberaſſet iam dudũ filios interimere:tunc tamen feſtinatuit crudelitati ſuæ finem imponere:& in contione producens:trecẽtos priores militum reos factos cum tyrone filioq; eius:& accuſatore tõſore:criminabatur coram omnibus. Et illos quidem multitudo peremit:Alexander autem & Ariſtobolus in cæſaream tracti patræ præcipiente laquæo perimuntur. Corpora uero noctu Alexándrium ponuntur quo matris eorum pater:pluresq; cognati:uel proaui poſiti eſſe uidebantur.

Incipit Liber.xvii.antiquitatis Iudaicæ.

Qualiter antipater odio habitus eſt ab oĩ gente ꝓpter interfectioné fratrum ſuoꝝ. Cap. I.

ANtipatro autem poſtq̃ fratrum extitit accuſator : & ĩ primis facinus extremæ impietatis & crudelitatis impulſor:haut ſane pro uoto ſpes uitæ ſequentis apitur.Nam q̃is amittendi regni metu fuerat liberatus:q; iam uidelicet illud cum fratribus ſe cõmunicaturum fore nõ cernere:operoſius tamen & ambiguum regnum ſibi fieri magis magiſq; ſentiebat,Siquidem odium uniuerſæ gẽtis: aduerſus illum erat exortum.Fuit uero illi etiam hoc ualde contrarium:q; totam contriſtabat militiam: dum aduerſam ab ea gereret protinus uoluntatem: in qua proculdubio omnia regni munimenta conſiſtunt:& maxime quotiens gentem aut populum uniuerſum nouarum rerum cupidine perturbari contingeret.Tantum etenim periculum ei fratrũ procurauit interitus.Verũtamen cum patræ pariter participatur regnãdi negocium:non aliter quam ſi rex etiam ipſe conſiſteret:amplioraq; ei negocia credebantur: & unde pire debuiſſet:firmitatem magis fauoris iuenerat:q; quaſi pro Herodis tutela fratrum ſuorum proditor extitiſſet & non inimicitia qua circa illos & circa patrem ipſum detinebatur.Talibus enim eum maliloquiis induxerat. Quæ omnia machinationes erãt uiam conſtituentes qua aduerſus Herodem tenderet:ut antipater accuſatores non haberet de his quæ patrare cogitabat: Herodes autem omni refugio nudaretur:nõ habens qui ſibi auxiliaretur: cũ antipater hoſtis manifeſtus exiſteret.Proinde odio paterno illas fratrum inſidias perpetrabat.Pulſabat autem amplius ut ab incepto non deſiſteret:q; cernebat moriente quidem Herode certe ſibi principatum eſſe uenturum:prolixius autẽ uiuente:multa ſibi ſurreptura pericula:ſi eius factio proderetur cuius extabat ipe compoſitor:& quæ ſi palã fieret hoſtem illi patrem compellebat exiſtere.Propter quæ ad donandum erat largus & affluens:& etiam eos qui circa patrem erant lucris pulſabat ingentibus ut aduerſus eum hoĩum odia concitarent:& maxime illos quos romæ poſſidebat amicos miſſionibus magnorum numerum ſibi beniuolos comparabat. Ante omnes autem ſaturninum qui tunc curam ſyriæ gerebat inducere magna ſpe incitabatur:ſed etiam ſaturnini fratrem promereri feſtinabat,Ad hæc ſororem regis uiro inter primos apud Herodem coniunctam : ſuo modo utens:ad ſe uolebat attrahere.Erat quippe ad fingendas amicitias colloquentibus ſecum callidus & ad odium diſſimulandum ualde credibilis:& ad celandum ſemetipſum ſatis aſtutiſſimus.Non tamen decipe ualebat ſuam nutricẽ quæ illum iam ante abunde cognouerat: & ab eo falli nõ poterat.Siquidem omnibus eius factionibus iam antea fuerat reluctata: ob morum eius improbitãtem:q̃is eius filiã hẽret uxoré prouidẽtia matris antipatri:& eius ipſius inſtãtia illam ſuſcipiens:quæ primo fuerat Ariſtoboli ſociata cõnubio.Nam alteram calleas filius uiri eius habebat uxorem ſed nullum hoc ei tutamẽ erat:quo minus eius intelligeretur iniquitas: ſicut nec prius cognatio quicq̃ obſtiterat:quominus odibilis haberetur. Interea Salomæ feſtinantem ſyleo arabo coniungi corporali libidine concitatam:Herodes compellit cum alexa ire connubiũ cooperante quoq; illi Iulia:& perſuadente Salomæ:ne illius rẽueret nuptias:ne inimicitiæ inter eos maturius orirentur.Iurabat quippe Herodes:nunq̃ ſi circa Salomæ beniuolum fore:niſi conſugium alexe ſuſciperet:& obediret Iuliæ utpote cæſaris coniugi:ad hæc etiam utilia ſuadenti.Interim filiam archelai regis Herodes ad ſuum deſtinat patrem:quæ fuerat Alexandro iugata:doté etiam reſtituens:ut nullum inter eos certamen oriretur.

Qualiter Herodes rex filios alexandri & ariſtoboli filioꝝ ſuoꝝ adoptans:filiã ferore illis deſponſauit & antipatri:& q̃liter antipater pſuaſit patri deſponſationẽ in ſuos trãſferre filios: & q̃liter herodes aduerſus traconitas uolẽs munitus exiſtere: zamarim iudeũ q de babilõe diſceſſerat: & ĩantiochia degebat euocans ibi cõſtituit:& utebaꝰ illo oppoſito aduerſus draconitas. Cap. II.

IPſe aũt enutriebat filioꝝ filios diligenter admodum. Erant enim alexandro quidem ex glafira uirilis ſexus duo:ariſtobolo autem ex berenice ſalome filia maſculi tres:puellæ duæ & ſæpius amicis præſentibus coram ſe Herodes eos conſtituens : filiorum quoq; fortunam cauſamq; deplorás:orabatme tale quicq̃ filioꝝ filiis accidiſſet:ſed & cum uirtute creſcentibus uiciſſitudinem illi nutricationis & educationes exoluerent.Deſponſabat autem eis maturo iam tempore decurrente:maiori natu quidem alexandri filiorum filiam ſeroræ:ariſtoboli uero filio filiam antipatri:filiam uero ariſtoboli denominat ãtipatri filio alterã uero ex filiabus ariſtoboli herodi filio ſuo:fuerat autem is regi natus ex filia pontificis. Paternus quippe mos erat:ut ſimul plures haberemus uxores.Agebat autem filiorum deſponſationem rex miram infantulorum parentibus orbatorum:ad beniuolentiam eoꝝ per ſocietatem coniugalem antipatrum prouocare deſiderans.Antipater autem non ceſſabat circa ĩfantulos ea uolũtate uerſari:q̃ circa fratres quoq; fuerat agitatus, Incitabat ãt eum ſtudium patris quod circa infantulos gerebat:ſperans eos maiores ac meliores ſuis fratribus fore:præſertim cum in uirilem ætatem prumperent: archelao etiam auxilium nepotibus præbituro:uiro in regni culmine cõſtituto:& ferora in murum unam ex eis ſuſceptro filiam:tetrarches enim erat iſte . Excitabat autem eũ uniuerſa quoq; multitudo:quæ circa infantulos quidẽ miſericordi mẽte mouebatur:aduerſus eum odium autem in omnibus gerebat:propter quod claruerat tante in fratres iniquitatis aſtructor. Machinabatur quoq; diſſoluere quæ patri placuerant aduerſum ſibi reputans:ſi tanta contra ſe talium adunaretur potentia. Et differebat quidem herodes ſequi poſtulationes antipatri ut ipſe quidem ariſtoboli filiam in cõnubio ſuſciperet:ferore uero filius fratris eius alexandri filiam. Et ſponſiones quidem nuptiaꝝ huiuſmodi gerebantur:regem tamen inuito.Herodi uero ea tẽpeſtate uxores erant nouem:antipatri mater & filia põtificis:ex qua etiã omonimus illi filius fuerat,p creatus.Erat autem ei ẽt fratris filia cõiuncta:& cũ ea neptis altera:ex his quidẽ ꝓles nulla germinauerat. Erat etiã ĩ uxoribus ex gẽte ſamareoꝝ una:ex q̃ filii extiterãt ãtipas & archelaus & filia oliphias noĩe:& hãc qdẽ poſtea ioſippus ſuſcepit uxoré:qui regi fuerat fratruelis. Archelaus autẽ & antipas romæ apud quendã familiarẽ educabaꝰ.Coniũcta illi erat etiã cleopatra ſed hieroſolymites:& filii ex ea fuerant nati:herodes & philippus qui etiã romæ educabãtur.Erat in uxoribus etiã pallas:quæ faſẽlũ ei peperat filiũ. Sup has quoq; fedra:& helpis erant uxores ex quibus duæ filiæ fuerant procreatæ:examana noĩe:ac ſalome. Filiæ aũt maiores natu:ex una matre ꝓcreatæ cũ alexandro quaꝝ intuebatur ferora nuptias:coniũcte erant una quidẽ antipatri ſororis filio:altera uero faſẽlo:& iſte quoq; fratris herodis fuerat filius:& hoc quidẽ ex diſpoſitione factũ erat herodis.Tunc aũt uolẽs aduerſus traconitas munitus exiſtere:cogitauit uicũ iudeis edificare non diſtantẽ magnitudine ciuitatis:ut pro hoc inacceſſibiles hoſtibus faceret limites ſuæ prouinciæ. Et cognoſcẽs uirũ quẽdã iudeũ ex babilonia:cũ equitibus quingentis & ſagittariis plurimis:cognatorũ etiã multitudinẽ:uſq; ad centũ ferme numeꝝ uirorum eufraten fluuiũ tranſmeaſſe:& ĩ antiochia in loco qui dicitur dafne ſyriæ cõuerſari cũ ſaturnino qui tunc ibidẽ impator militiæ cõſiſtebat:illũ ei locũ ad habitandum benigna largitate cui balatha nomen erat cedere promiſit. Euocabat ergo eũ cũ tota multitudine oĩum qui eũ fuerant conſecuti:ſpondens datuꝝ ſe terrã ĩ regione quæ dicitur bathanea. Deſtinauerat enĩ eũ intra traconitidẽ cõſtituendũ uolens eius habitationẽ obſtaculũ cõtra hoſtes habere.Promittebat itaq; illã regionẽ ſine tributis eẽ datuꝝ: & liberos fore quæ moris erat illius regionis habitatoribus exhibere:ĩmunẽq; eis terrã & nullis illationibus obnoxiã ꝓbituꝝ.His pſuaſus babilonius uẽit:& ſuſcipiens regionẽ:oppida:& municipia plura cõſtruxit.Et uicũ bathyra noĩe cõſtituens:obſtaculũ erat & oppoſitũ quoddã alias oppoſitio quædã ille uir aduerſus traconitas iudeis de babilonia hieroſolymã p ſacrificioꝝ tpa uenientibus:ne quis eoꝝ latrociniis traconitaꝝ inſidiiſq; lederetur & aduentabant ad eũ plurimi: maximeq; illi undiq; cõcurrebãt:a qbus paternus mos iudeoꝝ & inſtituta colebantur. Quibus rebus illa regio breui populoſa facta eſt:ꝑpter quod ĩmunis ab oĩbus functionibus ꝑmanebat: uiuẽte dũtaxat herode. Cæterũ poſtq̃ philippus filius eius prĩcipatũ regni ſucepit:modicas puote illis functiones ĩpoſuit agrippas uero maior & filius eius q omonimus quoq; illi conſtabat eos admodũ grauauere:nõ tamẽ eis delibertate ipſoꝝ cũ poſſent ullã itulere modeſtiã.Sed rõani deide dominatũ illius regionis adepti:libertatis quidẽ eoꝝ etiã ipſi ſeruauere dignitatẽ ĩpoſitionibus ãt eos functionũ uſqueq̃q; grauauerũt.Et hæc quidẽ oportuno tpe diligenter exequar oratione ꝓcedẽte. Zamaris ãt babylonius iter hæc uita defungitᷤ:qui ad poſſidendã illã regionẽ ab herode fuerat acquiſitus:quinq; cũ uirtute uiuẽs:filios quoq; optíos reliquerat:iacimũ qdẽ qui fortitudine clarus extabat:is equites babylonios q ſub illo fuerat cõtinebat:& hely:quos rex afficiebat abunde muneribus. Sed iacimus in ſenectute defunctus:philippũ filium dereliquit:& manu

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

bonũ: & aliis uirtutis artibus usui supra quẽlibet accõmodum. Ob hoc fida illi amicitia: & firmissimus fauor cum agrippa rege prouenerat: militiamq; totam quam rex habebat: iste curabat: & ubicũq; deducendam rex postulabat: eius regimine ducebatur.

Qualiter antipater oblectabatur eos qui circa feroram erãt: uolens per illos insidiari patri & qualiter agnoscens soror regis salome: canculo denunciauit fratri: & de interfectione phariseorũ regi aduersantium Cap. III.

HErode autem in quibus retuli cõstituto: in antipatrum spectabant cuncta negocia: propterea quia utilis ac promptus a rege putabatur: & rex hanc firmitatem non amiserat potestatis: quam ei pater promptius indulgebat: spe quasi fauoris eius ac fidei. Ad hæc erat etiã ad deriuandam in se audacissimus: quomodo incognita erat patri eius neqtia: & quõ ad fidem faciendam in dicendo callebat. Erat etiam cunctis terribilis: non tantum magnitudine potestatis: quantum peruersitate moꝝ: & quod erat ad male loquendum procacissimus. Maxime autem eum feroras accurabat: uicissimq; curabatur. Nam eum callide ualde circũuenerat antipater: & maxime per mulieres ad occupandos eius animos ambigerat. Deditus qppe fuerat feroras uxori matriq; eius atq; sorori: licet mulieꝝ genus horreret: ob iniuriã filiaꝝ suarum uirginum: uerũtamen has patiebatur: ab hisq; ducebatur: & nihil ab eo sine illis mulieribus agebat. Nam hominem illum etiam medicaminibus accurabant: sed & sibimet inuicem cooperari nequaq; mutuo fauore cessabant. Ita enim eas omnimodis antipater induxerat: partim p semetip sum: partim etiam per propriam matrem. Nam idem he quatuor mulieres sentiebant: idemq; loquebantur. Ferore tamen circa antipatrum in nonnullis minimis sane rebus sentẽtia habebatur. Erat autem illis in contrarium nitens regis soror: iam diu cuncta circũ ispiciens: & amicitiã eoꝝ in pniciẽ herodis construi cernens: & ãnunciando non abstinens. Illi aũt sentientes molestam ẽ regi suam adinuicem beniuolentiam: consilium inuenit: ut manifesta eorum amicitia non esset neq; palam cõtentum facerent: odium autem & maliloquia ubi tempus exigeret contra semetip sos confingerent: maxie autẽ sub Herodis præsentia: ut ad eum de semetipsis talia deferrent: secrete uero beniuolẽtia inter eos firmior certiorq; constaret. Et sic quidem illi gerebant: salome autẽ nihil prorsus latebat: neq; primũ eoꝝ propositum ad huiusmodi negocia festinare neq; tunc: quãdo secretas machinationes construebant. Cuncta quippe illoꝝ mulier indagabat: quæ ãplificans & atrociora faciens: ad fratrem propriũ perferebat secretos eoꝝ conuentus insinuans & cõuiuia: & cõsulationes occulte inuotimq; consertas: quæ ad eius interitum tenderẽt: nisi matu. ius pderẽtur. Indicabat quoq; illos in manifesto quidem aduersarios suimet quasi constare: & ad lesiones mutuas ficte loqui: finemq; festinare: secrete & ab alterutris remoti beniuolẽtiam in se cõfirmare maximam & quotiens in quibusq; negociis singulis fierent illud agere quod amicitia postularet: & polliceri sibi etiam pugnare contra quos opus esset: mõ ut illud astu uel fauore muruo nõ sentiretur efficere. Illa quidem hæc & hmõi inuestigabat oĩa: & integra ad fratrem cõueniens cuncta deferebat: sentientẽ quidem iam etiã ipsum plurima per semetipsum: sed ad audiendum aliquid licet excitatus esset sororis accusationibus retardanté. Erat enim porcio quædam iudeoꝝ hoium de scropolositate & subtilitate paternæ legis gloriantium: & culturã dinitatis simulantiũ: a qbus inducebant mulieres ille supra memorare: hi dicebant phariséi: qui possent maxime regi nõ modicũ afferre præsidium. Erant enim procaces ad bellum gerendũ: legionesq; iferendas imaturius eleuati. Cũ igitur cuncta gens iudaica iureiurando iurasset cæsaris se propriam fore: & omnibus regis regionibus fauere: isti uiri non iurauerunt. Erant autem numero supra sex fere milia: quos rex pecuniario dãno multauerat. Quod damnum uxor pro eis ferore contulerat: illi uero beniuolentiam quasi pro uicissitudine referentes: futuroꝝ sibi agnitionẽ nutu dinitatis infusam eẽ pdicabant: qua herodi uidelicet terminus regni iam esset ex superna maiestate decretus: tã ipsi: quã uniuersæ cognationi eius: illã autem regnum possessuram: atq; feroram: uel filios: qui ex eorum semine descenderent. Et hæc quidem regi nunciabantur: non enim salomen ista fugiebãt: & quomodo plurimos regalis aulæ corrumpere niterentur. Rex autem interficit phariseos: qui causa seditionis extiterant: & uagoan eunuchum: & sibi earum quendam: qui tunc primatũ inter eos habebat honestatis dignitate decoratum filioscq; eius peremit: omnesq; ei cognatione uel familiaritate coniunctos: quibus ille phariseus præsagabat. Magnificabatur apud etiam uagoasituti pater: & plurimis rebus bene meritus ac profuturus apud regem futurum. In manibus enim eis cuncta fore prædicabat: præbente illi & coniugi firmitatem: & filioꝝ: ueluti propriis filiis.

Qualiter rex Herodes præcepit fratri suo feroræ: ut excluderet uxorem suam: aut eius regno discederet: & qualiter antipater suspectus patri factus timens eũ scribebat amicis in roma: ut scriberent patri eius ac persuaderent: ut mitteret eum ad cæsarem cum pecuniis quod persuasum est herodi filium: q; transmisit: & de morte feroræ fratris herodis. Cap. IIII.

HErodes itaq; ultus ex phariseis qui fuere conuicti: conuentum congregat amicorum & accusationem feroræ coniugis: iniuriamq; uirginum & audaciam illius mulieris exponens & crimen uxoris ad diminutionem dignitatis illius referens & honoris: q; ei cete-

taminum seditiones aduersus fratrem: & bellum ex illius ingenio ac uerbis operibusque consurgerent: quantum poterat hortabatur ut illa inter eos simulatio solueretur: quod fore firmabat: si societatem illius effugeret propter illa quæ gesserat. Nihil enim cum fratre ferora gratiæ permanere posse definiebat: si secum illam haberet: quæ bonum ingenium circa se fratris euerteret, lubebat igitur uxoré abiicere: quæ inter fratres cã belli constaret: & si magni præcii cõsanguinitatem suam duceꝛ: illam coniugaret: sic enim posset nullomodo caritas fraternitatis imminui. At ferora licet illo sermone moueretur: tamen affirmabat neq; aliquid iuris ex germanitatis necessitudine detracturum: neq; dilectionem coniugis abnuere: eligere se potius mori dicebat: q̃ illa muliere priuari: quæ sibi gratia constaret. Herodes uero differebat circa feroram super hoc ira cundiam q̃is cuperet sumere pro rebus gestis ultionem. Antipatro tamen iterdixit & matri eius: cũ ferora miscere colloquium: uel cũ illis mulieribus: quæ cũ illo erant: obseruarentq; si alias ne in unum aliq̃tenus cõuenirent. Illi uero profitebantur quidem: conueniebant tamen quando tẽporis oportunitas prouocabat: & simul etiã conuiuabantur feroras & antipater. Ferebaꝛ etiã sermoq; antipater feroræ coniugi misceretur: eo operante illis ad cõuentus faciendos: antipatri matre. Suspectum autem patrem habens & timens antipater: ne circa se amplius eius odium procesisset scribit amicis romæ: postulans ut scriberent herodi: quatenus celeriter ãtipatrum mitteret: simulq; cũ eo munera digna: mandaret testamentum etiam in quo post regẽ declararet antipatrũ quõ iam defunctus erat herodes: qui ei ex filia pontificis fuerat procreatus. Quo facto: pgit una quoq; cũ antipatro: & sylleus arabs: nihil ex his quæ præceperat cæsar peragens: unde quoq; antipater ante cæsarem eius accusator extiterat: pro quibus nicolaus patiebatur iniuriã. Accusabaꝛ et & ab aretha sylleus: eo q; plures occideret ĩ petra castello beneemeritoꝝ hoium pter suã conscientiã: maxie ãt sondũ uirũ omni uirtute decoratũ: iustitiaq; pollẽtẽ: sed ẽt sabatoné cæsaris seruũ Sylleus ãt cãs habuit ex hisdẽ criminibus propagatas. Erat q̃dẽ corithus herodis regis unus custodã corporis: cui maxie cura plurima cõmittebaꝛ. Huic persuadet sylleus pecunias maximas pollicens ut Herodem occideret: hoc ẽt ꝓmiserat. Quod agnoscens sabbatus sylleo indicante: statim regi denunciauit. Ille uero corinthũ tormentis examinãs: fecit oĩa depalari. Detinuit ãt secũ duos arabas: cõfessioni corinthi credens: & filarchũ: q; syllei fuisset amicus. Qui etiam ipsi: nã eos rex tormentis afflecerat: cõfessi fuerant: quod eos exortaret: nuncians corinthũ non agere molliter: & sicubi opus esset rei: ferro cooperarentur ad ꝓpetrandũ facinus inter eos cõplicitũ. Ad hæc etiam saturninus omnibus ei ab herode denunciatis romæ eos destinat. Feroram uero fortiter ĩ amore coniugis permanẽtẽ: discedere ad propria herodes præcepit. Ille uero gratanter accipiens: ad suã terrarchiam non moratus abscessit: plurimum se iureiurando cõstringens: non prius reuerti: ãte q̃ mortem herodis aduerteret. Proinde ab herode morte cõstricto petitus: ut ueniret pro aliq̃bus sibi mandatis si mors contingeret iniungẽdis: nullo mõ persuasus est aduenire: ne iurisiurãdi uiolator existeret. Non tamen herodes in his rebus imitatur illius exemplum: meliorem circa feroram uoluntatem suæ mentis ostendens. Nam paulopost: ipse cœpit egritudine laborare. Ad quã herodes non solum non euocatus aduenit: sed etiam mortuum eum recepit atq; ad hierosolymã detulit: & iuxta morem exequias ei honorabiliter: magnificeq; celebrauit: ingentẽq; luctum sup eum supra q̃ quisq̃ ratus erat exposuit. Hoc antipatro licet romam nauigasset: maloꝝ tamẽ extitit aduersitatumq; principium: ex hinc enim iam cœpit fratricidii factio denudari. Narrabo itaq; omnem super hoc hominis rõem: exemplum generi humano in futura tempora permansurũ: ad utilitatem his qui uoluerint uirtutis esse cultores.

Accusatio uxoris feroræ a filiis feroræ: q; ueneno perisset: & qualiter herodes exquirens reperit contra se uenenũ patũ a filio ãtipatro: & pscrutatus antipatri cognouit insidias. Cap. V.

HErora igit̃ mortuo: humatoq; celebritate magnifica: duo ex liberis eius: q ab eo ĩ honore habebant: ad herodẽ uenũt postulãtes: ne inultã mortẽ fratris relinq̃ret: q̃n potius inq̃sitionẽ faceret acerbæ mortis & calamitosæ repentinæq; trãslationis: illo aũt attonito facto liberoꝝ sermonibus fidelia nanq; narrabãt apud cõiugẽ die ꝓxima anteq̃ egritudinẽ icurreret eũ cœnasse retulerũt: uenenũ ãt in cibo sumpsisse: ex eoq; pisse: quod uenenũ allatũ eẽt ab arabica muliere: amoris faciendi gratia. Amare se nanq; fingebat: re ãt uera ad interitũ erat feroræ petitũ. Sunt qppe ad uenena cõficiẽda artificiosissime arabice mulieres. Persuasum enĩ illi dicebãt: ut uenenũ uenũdaret: ad loca qppe illa uenisse referebãt matrẽ feroræ cõiugis & sororẽ: unde illud uenenũ ad portãtes: cœnã illi ꝓparauerẽ: in quo ille ueneno sũpto piit. His uerbis ꝓtinus excitatus: ãcillas eaꝝ mulieꝝ tormẽtis examinat: inter q̃s ẽt aliq̃s liberaꝝ. Et adhuc in occulto remanẽte negocio: qa nulla eaꝝ aliq̃d depalauerat: nouissime quædã inflictis ei magnis ex torméto doloribus: nihil qdẽ aliud dixit: nisi deũ inuocans: ut talibus suppliciis ãtipatri matrẽ traderet ĩprecata ẽ: quæ oĩum illoꝝ maloꝝ cã consisteret. Hæc ad instigandũ alias instãdũ herodẽ magis magisq; coegerũt: ut cuncta mulieꝝ illaꝝ secreta tormẽtis erueret. Tũc oĩa palam facta sunt: & conuiuia: & cõuentus secreto facti sepissime: sed ẽt sermocinationes: quæ ad ipsos & ad filiũ solũ fuerant factæ uel illa quæ ab eo ad mulieres feroræ deferebant. Erant ãt mu-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS USALES

nera centum talentoꝝ:ut ſecreto feroræ perſuaderent:quicquid ātipater impetraret.Prodebatur etiam odium quo in patrem concitarentur:& lamētationes:quas ad matrē propriā frequētabat: quod tā prolixe pater aduiueret:ſibi iam iminere ſeniū:ut ét ei ſi regnū ueniret: nō liceret iocun de iam uiuere ꝑ ætatis grauitudiné atq; moleſtiá:ad hæc ét multos ſibi fratres ī regno illo coaleſcere:& frattū plures filios:ex q̄bus oībus minus ſpē ſuá tutá haberet. His ét addebat dixiſſe q̄ ꝑ idem iá tempus fratri potius in regno ſuo licentiá habere cōcederet:crudelitatē quoq; plurimam regis accuſare:& filioꝝ cedes:ſe quoq; timere:uſq; ad ipſum hoc malū pertingeret.Arcē quoq; romam pergendi conſiliūq; narrabat:ferorā quoq; ad ſuam tetrarcham ex eius diſceſſiſſe ſententia. Quibus herodes auditis: cognoſcebat feroris ſuæ ſermones quos ad ſe ſepe detulerat. Incitabat autem rex ſuper antipatri nequitia: iuſſitq; matrem eius ornamenta ſua cuncta contradere: quæ multoꝝ præcio conſtarent talentoꝝ. Quæ poſtq̄ abſtulit:reiecit eā:& in amicitiam mulierū ſeroræ ꝑ damnatione dicauit.Amplius át aduerſus filiū iracundiam regis incēdebat uir ſamarites antipater nomine qui filio regis antipatro curator extabat. Nam cū alia quidē ei in tormentis aperuiſſet: illud quoq; prodiderat:quō uenenū mortiferum confecerat:dederatq; feroræ:iubēs:ut poſt eius abſceſſum cū iam ſpatium aliquanti temporis cucurriſſet:ubi ratio prouocaret:patri ꝑtinus propinaret:& dicebat attuliſſe illud uenenum ex ægypto antifalū unum ex amicis ātipatri: tranſmiſſum aút feroræ ꝑ theudionē fratrem matris antipatri:& hoc mō ad uxorem feroræ deueniſſe:dante marito ad cuſtodiendū.Quod illa quoq; fatebatur rege ſcrutante negociū:& ꝑcurrens tanq̄ uenenū allatura:miſit ſe de tecto deorſum:non tamen interiit:quō cadens in pedes:terra ſuſcepta ſit:ac deinde poſtq̄ recreauit animā:promittit ei herodes ſalutē:eiuſq; domeſticis dūmō ab ea nequaq̄ occultaret ueritas neq; ſe illi malū ꝑ ingratitudine redditurū iurabat:ſi cūcta cū ueritate proderet:uel modū quo geſta cōſtarēt. Ad hæc illa dicebat iſta ab aliis enunciata:firmabatq; allatū eſſe uenenū ex ægypto ab antifalo:modicū quippe eſſe fratrem eius aiebat a quo prouiſum fuerat:ꝑ theudionem át uiro ſuo trāſmiſſum:ſe uero cuſtodire illud a ſerora ſuſceptū: aduerſum ipſum ſane ab antipatro præparatū. Cū igitur feroras egritudine inquit teneret: & eū aduentu tuo conſolationeq; curares:uidens circa ſe beniuolētiam tuam condidit mēte directa & me conuocās:o mulier inquit induxit me antipater aduerſus patrē ſuū fratrem meū:cōſilia iniq̄ cōſtituens.Nam uenenū in eius perniciem nundinatus eſt. Núc itaq; quō frater erga me nec ante iniquū aliquid geſſit:& nunc propoſitū bonæ uoluntatis oſtendit:me autē non poſt multum de hac luce ſentio receſſurum:age:ne cū cōſciētia fratricidii ad noſtros ꝑgenitores abierim:illud uenenū adportās:epiſtolāq; antipatri:me uidente combure.Ego át plurimū eius igni contradēs:aliquantulū reſeruaui:ut ferora defuncto:ſi me o rex male fortaſſis attenderes:illo uſa ſeculi huius neceſſitates effugeré.Hæc dicens:& uenenū & pixidā in medium protulit.Sed & frater antifali & mater eius eadem fatebant:tormentoꝝ uehementia compulſi:& pixidam illam quoq; nihilominus agnoſcebant.Accuſabat quoq; filia pontificis:uxor regis:tanq̄ oīum conſcia fuiſſet:ſed ea celare maluerit.Ob q̄ illam herodes emiſit: filium át eius ex teſtamēto deleuit ī cæteris pmanente: ſed ét ſocerū pōtificatu priuauit ſymonē boeti: ſubſtituit uero mathiā theopholi hieroſolymité genere.Dum ea gerunt bathillus quoq; libertus antipatri uenit ex roma & tormentis examinatus inuenitur uenenum aliud attuliſſe quod matri antipatri daret:ab illa feroræ tradendum:ut ſi primum uenenum minus fortaſſe regem peremiſſet:& hoc maturius uterētur. Apportabat etiā litteras ab amicis herodis romæ conſtitutus conſilio antipatri & dictatione compoſitas accuſationem habentes archelai atq; philippi:q; quaſi de patre quererentur pro nece ariſtoboli & alexandri:ſemetipſos quoq; herodi miſereri nunciabant:& euocabantur quidem a patre:ueluti non ob alias res:niſi ut etiam ipſos extingueret.Hæc quippe magnorum munerum amici gerebant opitulantes antipatro.Scripſit etiam antipater pater de fratribus:culparum genera magna cōfingens omni mō eos adiudicās:ætatē eoꝝ auſam aſcribens:qua impelli poſſent neqtiā ſui patrare ꝓpoſiti.Ipſe uero certamini quod cum ſyleo gerebat:magno ſtudio fuit intētus:& accuſationi primorū uiroꝝ romæ conſtitutoꝝ ſe totū dederat. Monilia quoq; præcioſa ducentis talentis empta parauerat.Miretur fortaſſe aliquis:quoniam tantis aduerſus eum in iudea motis turbinibus ferme.vii.menſium tempore decurrente nihil illi fuerit nunciatum.Cauſa uero huius rei erat obſeruatio uiarum atq; cuſtodia & odium hominum quo circa eum execratione tenebantur. Nullus etenim erat:qui pronus eſſet proprio periculo illius tutamen ſalutemq; conquirere.

Nauigatio antipatri de roma ad patrē:& q̄liter a nicolao damaſceno herodis aſco fuerit accuſatus:ꝓſidētibus in iudicio uarone qntilio & ipſo herode cū amicis utrorūq;:ī quo iudicio antipater multifariæ cōuincit de facta cōſpiratione ī patrē intantū ut uenenū patri a filio ꝓparatū: ī mediū ꝓferetur quod ad expimētū iuſſu uaronis bibēs unus dānatoꝝ:ſtati morit. Cap. VI.

HErodes ſane antipatro ſcribente q̄ cuncta quæ oporteret peragēs: maturius adueniret celans ſuam indignationē:reſcribit iubens: ne ulla deſidia ꝓpediretur ne quid ī eius abſentia ipſe forte pateret.Et ſimul quoq; de matre ipſius minimū qddā expoſtulāda cātur;ꝑmittēs tamē ei ſe reconciliatū iri:cū ipſe ꝑtinus aduenirēt: & ī oībus erga eū dile

ctionē ſuæ mentis apiebat:formidans:ne forte quicq̄ ſuſpicās differret ineundæ uiæ negotium: atq; romæ demorans:aliq̄s ſibi difficultates pareret:& in regno romano rumoris alicuius fieret adminiſter.Has itaq; in cilicia litteras accepit:alias át tarēto: in quaꝝ textu feroræ declaratur caſus.Quibus lectis:egre ſatis tulit & aſpere:nō propter feroræ gratiam:ſed quia patris interitus ut promiſerat:non pacto defecerat.Circa celendeꝝ autē celiciæ ueniēs:cœpit de cauſa nauigationis ambigere:utrū deberet domū ſicut inſtituerat tendere:abiectione matris adductus in dubiū. Tunc ex amicis pars ſuadebat expectare:donec agnoſceret:quæ domi mota geſtaq; fuiſſent. Alii uero hortabantur ne nauigationem domi differret:ſolutuꝝ enim ſuo aduentu omnes cauſas aduerſitatis aiebant:nam neq; tunc aliunde illos fluctus eueniſſe:niſi q̄ eius abſentia facultatem accuſatoribus uirtutēq; præbuiſſet. His perſuaſis protinus nauigauit:& exceptus eſt portu nomine ſebaſta:quem herodes magnis opibus conſtructum:ſebaſtam ad honorem cæſaris appellauit. Inapertis autem iam malis erat antipater:nullo ad eum cominus accedente:nullo colloquente:ſicuti cum fuiſſet egreſſus uotis eum ac ſecundis præcibus proſequebantur:nunc ecōtra aduerſis eū maledictis non prohibebantur excipere.Verebant enim cuncti:q̄ pœnam eſſet fratribus pro ſua impietate ſoluturus.Ea tempeſtate contigerat forte uarum quintilium in hieroſolymis agere:q̄ ſucceſſor ſaturnini ad ſyriæ regionem fuerat deſtinatus.Venerat quippe conſultatum herodi:ab eodem poſtulatus:pro cauſis in quarum diſpoſitionibus heſitabat.Quibus una conſeſſum habitantibus:uenit antipater:cunctis illi rebus incognitis. Quiq; cum ingreſſus eſſet aulam regiam: indutus purpura ipſum quidem ianitores excipiunt:amicos autem qui circa illum erant: aulam accedere ꝓhibebant.Cœpit itaq; perturbari:in quæ mala deuenerit manifeſto cognoſcēs.Deniq; pater ſalutatum accedentem repulit:fratricidii ſimul accuſans:& conſilia obiectans ſuper ſuimet ipſius interitum: quorum omnium auditorem ac iudicem in craſtinum uarum fore confirmat. Et ille quidem tanto malo audito pariter atq; imminente:ipſa magnitudine fatigatus abſceſſit. Cui mater & uxor accurrunt:quæ reſidue fuerant de filiabus antigoni:qui ante herodem in iudea regnauerat:ex quibus uniuerſa cognoſcens: cœpit ſe certamini iudicioq; præparare: Sed die poſtera conſceſſum faciunt uarus ſimul atq; rex:amici etiam utrorumq; conuocantur. Aderant quoq; regis conſanguinei:& ſalome ſoror:& ſi qui nunciaturi forent:quæ ꝑdiderant examinatione tormentoꝝ:ſerui deniq; antipatri ex materno illi iure conuenientes:qui ante fuerant cōprehenſi:epiſtolam deferentes antipatro:quæ fuerat in hanc perſcripta ſententiam:ne ad patriam redaret:q̄ cuncta uidelicet ad patris noticiam reuelata pueniſſent:ſolumq; illi ſuffugium remāſiſſe:uel apud cæſarem:& ſub patris poteſtate non cadere.Antipatro uero patris genibus ꝓuolutoatq; deprecanti:ne iudicium de illo rebus incognitis ꝓmereť quin potius facultate ſibi auditoris contributa purgatum iri ſe apud patrem poſſe firmabat:quem iubens herodes in medium produci:ipſe lamentari primitus cœpit q̄ tales illi filios habere contigiſſet:per quos ei fortunæ tales exurgerent aut inde tantam diuinitatis indignationem cōparauerat;ut ſua ſenectus in antipatri nequitias incidiſſet.Memorabat etiam enutritiones:& educationes: quas filiis ſtudioſe præbuerat:opum quoq; & facultatum affluentiam: in quibuſcunq; temporibus ipſi cuperent:ſemp illis protinus adiacere: & q̄ nullum eſſet impedimentum quo eorum conſilio periculum mortis incideret:dum illi regnū impie rapere feſtinarent:anteq̄ ipſe legi naturæ concideret. Vnde ſe ualde mirari dicebat antipatrum: quoꝝ ſpe ſubleuatus auderet ſine ulla refrenatione ad talia tārapere quandoquidē eum regni ſucceſſorem etiā ſcribendo declaraſſet: ſed ét uitæ ſuæ tēpore in nullo minor exiſteret:non claritudine dignitatis non uirtute potentiæ: quinquagita deniq; illū talenta ex reditibus ſumere: ad hæc trecēta taléta romam eunti dona dediſſe.Increpabat etiā illum de fratribus:q̄ ſi uelut malignos accuſauerit:cur eorum imitator extitiſſet:ſi uero innocētes fuiſſent:inique aduerſus conſanguineos crimina confeciſſet:nam illa oīa quæ de illis nunciata fuiſſent:a nullo alio niſi ab illo ſemetipſum ꝓtinus aduertiſſe:cōſilioq; eius geſtiſſe cūcta:quæ aduerſus illos fuerint geſta:quos nunc ꝓſus abſolueret:iſto illis in parricidii facinore ſuccedēte. Hæc ſimul dicens ꝓfundebat & lachrymas:quæ illum intercluſa uoce loqui amplius nō ſinebāt. Verū nicolaus damaſcenus:regis amicus:& in omnibus cū eo una ſemper uerſatus:& modū quo res geſtæ fuerint aſſecutus:rogabatur a rege:ut ipſe reſidua loqueretur:quæcunq; ad demonſtrationem cauſæ redarguitionéq; proficerēt. Sed antipater econtra conuerſus ad patrē:ſemetipſum excuſare nitebatur.Emuniebat itaq; cuncta ſuæ circa illum benignitatis exempla:honoreſq; ſibi a patre conceſſos:quos minime percepiſſet:niſi uirtute dignus & officiis erga illum meritis habere:ſeniuero ꝓdidiſſe ſe ſemper quæ uiui neceſſaria forent: conſiliūq; ſemper circunſpectis rationibus antecepiſſe:ac ſi quando ad rem explanandam manu opus eſſet:ſuo labore negotia cuncta peregiſſe:neq; credibile conſtaret:ut qui ſæpius ex aliorum inſidiis patrem ſtrenue liberaret:núc ipſum inſidiatorem patris effici:ut deleret oīa ſuæ uirtutis uetera monimenta molimine repenti ni facinoris:præſertim:cum ſucceſſor iam regni fuiſſet oſtēſus & ſimul ét bonoꝝ rex:honorūq; potiret:quæ uſq; ad præſens tēpus eum habere cōſtaret:neq; illud eſſe ueriſimile ꝓtius aiebat:ut q̄ cōctarū reꝝ dimidiū ſine ſui piculo:& cū uirtutis honeſtate teneret:uelle totū cū crimine atq;

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

periculis appetere:incertus utrũne ualeret affectum ſuæ cupidinis obtinere:præſertim cum pro tali cauſa ſuos fratres uidiſſet extinctos quoꝝ facinoris & nunciatorẽ & accuſatorem ipſum eſſe cõſtaret:ꝙ niſi ab ipſo proderetur occultum proculdubio permaneret:quorum etiam poſtmodũ ꝙ eſſet malignitas eorum circa patrem ad fidem perducta punitor extaret. Et ibi quidẽ hæc ſua dicebat eſſe monumenta:quibus conuerſationem ſuam cum magna beniuolentia circa patrẽ agi taſſe probaretur.Romæ uero quæ geſſerit:teſtem cæſarem conuocabat:quem iuxta ac deũ falle re nemo poſſet:quoꝝ fidem facere litteras ab eodem cæſare deſtinatas:ꝙbus litteris haud recte eſſe fortiores aut fideliores reputare accuſationes hominum uolentium inter eos turbas & iurgia concitare:quas accuſationes a ſuis inimicis confictas aiebat:quas ſe reuerſo ultra iam habere non poſſent.Cauſabatur etiam de tormẽtis:ꝙ eorum uiolentia factum eſſet ut falſa dicerent: doloris quippe ac neceſſitatis eam eſſe naturam:ut doceat eos qui ſubiecti ſunt illa loqui quæ uiderint grata dominantibus quorum ſe poteſtate tormentis adigi ſentiunt.His dictis:mutatio eſt totius facta confeſſus.Satis etenim miſerabantur antipatrum profuſione lachrymarum:& uultus humilitate miſerabilem:ita ut etiam inimicis lamentabilis appareret.Nam flectebatur quoꝙ herodis animus inclinatus:licet conaretur ſuam mentem aliis non eſſe manifeſtam. Nicolaus autẽ exorſus ab illis uerbis quibus rex principiũ fecerat: cauſam amplificare cœpit:& cuncta quæ uel tormentis eruta:uel teſtibus erant relata proferens congregabat undiqꝝ criminis probamenta: maxime uero uirtutem regis & clementiam longa narratione proferebat:qualiter nutritiones & edificatiões in ſtudiis doctrinarum filiis ſuis impenderat:quarum rerum labor in nullo ei profuiſſet ac commodo in alias ab aliis calamitatibus irruenti:quamꝙ ſe non imitari diceret propriam filiorum inconſiderationem:ꝙ & adhuc fuiſſent adoleſcentuli:& decepti facile a prauis ſuaſoribus corrupti:in tranſuerſum declinaſſent:naturæqꝝ iura reliquiſſent:ut immaturius quam oportet regnandi cupidine reperirentur:antipater uero furiam admodũ ſe prorſus expaueſcere:non modo propter paterna beneficia:in quibus eum affatim fuerat muneratus quæ cum eſſent tam magna:multaqꝝ:eius tamen animum lenem reddere non quiuerunt more uenenatorum repentium:licet illa repentia quamlibet ſint aſperſa:beneficiis aliquatenus leniuntur . Nõ ſolum ergo in hoc expaueſcere ſẽ dicebat prauitatem antipatri:uerumetiam ꝙ fortunæ iam fratrum pro exemplo præcederent:quo minus imitator eorum exiſtens:impetum ſuũ a crudelitate retineret:quãꝙ inquiens o antipater qui temeritatis fratrum nunciator extitiſti: & documentorum ſcrutator:& punitor redargutorum:cur non repuliſti animo quæ in illis te prodente culpamus:ſed potius ad imitandum flagitium illorum inſania & libidine raptus es.Vnde claret:ꝙ nec illa a te protutamine geſta ſunt patris:ſed pro fratrũ infœlicium interitu feſtinata:ut illorum odium oſtẽtando: amator quaſi patris crederis:quatenus poſſis ad eius inſidias iter facilius adipiſci:poteſtatem a patre percipiens: quod etiam ipſis operibus approbatur. Ambiebas enim:ut fratres interimerent: de nequitia redargutitut autem conſcii eis proderentur:minime curaſti. Vnde certũ eſt:te quoꝙ cum illis aduerſus patrem inſidias conſtruxiſſe:accuſationem illis præparando:ut ſi forte ad effectum ueniſſent:tibi lucrum patricidii proueniſſet:ut ex duobus procertaminibus tu fructus perperes gaudiorum:tuis moribus competentes.Et circa fratres quidem qualis extiteris manifeſtus es:nam ſuper eorum morte uelut de rebus gloriabare magnificis. Quod quidem eſſet dignũ ita te ſapere:ſi tu non deterior extitiſſes.Sed te occulto aduerſario patris extante:claret:quia illos nõ ueluti patris inſidiatores habebas exoſos:nam haud ita exorbitares ſimilem nequitiam cupiens perpetrare:ſed timens:ne regni fierent ſucceſſores:quos tibi uidebas iuſtius poſſe præponi:patrẽ ſuper fratres extinguere feſtinabas:ne celeriter tua aduerſus fratres factio proderetur:& pro quibus tu merebaris pœnas luere ab infœlici patre ſupplicium ſumere conabaris: ac parricidium nõ commune cogitaſti:ſed quale uix a quoquam nunc in uita hominũ uel uideri potuit uel audiri. Non ſolum enim filius patri inſidias præparabas:uerum diligenti quoꝙ & beneficia multa præſtanti.Socius quippe regni conſtabas:ſucceſſor in nomine:in diſpoſitionibus particeps:in fruẽdo communis.Nam & ſucceſſor ante iam denunciatus:& iocunditatem ac fructum regni iam ante capere in nullo prohibitus.ad ſpem etiam futuri gerendam ex ſententia es patris ac litteris communitus. Sed tu non ex herodis clementia rerum iudex eras:ſed tua uoluntate ac nequitia opera paterna penſabas:uolens patri in omnibus tibi obedienti etiam partem quam poſſediſſet abripere: & confingebas uerbis uelle ſeruare eum:quem rebus ipſis & operibus interimere nitebaris. Et non ſolum tu malignus extabas:uerumetiam matrem prauis tuis replebas inuentionibus:fratrumqꝝ uoluntatem aduerſam: ſeditioſamqꝝ reddebas:qui etiam patrem beſtiam appellare auſus es:cum habeas ipſe mentem omni ſerpente peiorem.Siquidem illorum aduerſus patrem uenena colligebas.Et quem patrem:qui te tantis beneficiis muneratus eſt. Econtra eum auxilia diuerſa poſtulabas:& artibus uariis per uiros atqꝝ mulieres utebaris:quatenus interimeres hominem ſenio & ætate confectum:quaſi ad nocendum non ſufficeret ſola tuæ mentis iniquitas.Et nunc ueniſti poſt tormenta liberorum atqꝝ ſeruorum:quæ propter te uiris ac mulieribus conſtant infligta:& contra denũciationes coniuratorum tuorum inficiatum ire feſtinas: Et non ſolũ patrem

hominibus auferre conatus es:ſed etiam leges:uirtutemqꝝ uari:& ipſius iuris naturã:ipſamqꝝ conaris interimere ueritatem. Ita ne confidis in tua ipudentia:ut etiã tormẽtis temetipſum ſubiici uelis:cum cauſeris de tormentis eoꝝ qui examinati ſunt:ut illi quidem quia ea dixerunt quæ ad liberationem tui patris attineant ueritatem minime tenuiſſe uideantur:tormenta uero quæ tibi fuerint adhibita uelis indagaſſe ueritatem. Nonne ſaluas o uare:nonne liberas regem:factionem a ſuo ſanguine ſuſtinentem.Per maieſtatem imperii romani:per uirtutem tuã obteſtamur:ut hãc atrociſſimam beſtiam:quæ pro perditione alias proditione fratrum pater ſe beniuolũ eſſe ſimulabat:quatenus poſſet ſolitarium & omni conſanguinitate deſertum de regno propellere:adiudicesiatqꝝ condẽnes.Non prouincias hunc ſceleratum ducendum ad necem.Scias quõ patricidium cõmunis iniuria eſt:& naturæ ipſius:& totius uitæ hominum:neqꝝ minus facinoroſus reputandus eſt qui cogitauerit:tametſi eum effectum non contigerit: adipiſci.Naturam ipſam iniuriat:ꝙ talibus ſupplicia nõ ſportat. Addebat etiã illa quæ mater antipatri ad aliquos muliebri locuta ẽ: aniolationes quoꝝ ac diuinatiões ſup rege factas:& ſacrificia memorabat.Aiebat itẽ & qcqd antipater cum feroræ mulieribus laſciuire dicebatur:cõmeſſationes quoꝝ ſordidas amoreſqꝝ narrabat.Deniqꝝ examinationes tormentorum:& teſtificationes plurimas inferebat:quæ ſane plurime conſtabant.Nam alias quidem ante parauerat: alias ex repentinis nunciis ſummitates acceperat: ex quibus priora magis firmabãtur.Plurimi quippe hoies:quæ antea timore antipatri ſilẽtio præteriida mãdabant:cernentes eũ accuſationibus primis adhibilem:& aduerſa fortũa inimicis eius aperte ꝓmpteqꝝ contradictũ:quia odio ineffabili aduerſus eũ nitebantur omnia tũc prodebant. Incitabantur quoꝝ ad accuſandum non ſolum honore factorum eius:& magnitudine ſcelerum eius quæ uel patrauerat:uel patratũ ire præſumpſerat:ſed etiã improbitate quã circa patrẽ & fratres exercuerat parricidiis & ꝙ ſuper eũ ſenſerant neqꝝ odiũ merito:neqꝝ amorẽ benignitate: circa quẽpiam habuiſſe:ſed ſuæ tantũ cõmoditatis intuitu.Quoꝝ oĩum illud eum amplius adgrauabat:ꝙ nulli extiterant:qui res ex equo bonoqꝝ iudicabant:ꝙ eoꝝ animus odio amicitiaqꝝ iure careret.Dicebant ergo ſe olym iſta ſenſiſſe:prohibitoſqꝝ ſemper ãnunciando: libertate uero data in medium cuncta deferre.A quibus proferebantur multiformia ꝓbamenta nequaq̃ accuſari de falſitate ualentia:quod neqꝝ benignitate circa herodẽ:neqꝝ timore periculoſo tacerent:ſed ſolo rerum iudicio iniquitatem antipatri proferebant:dicentes:ꝙ non in ſuis actibus antipater utilitatẽ Herodis & munimen attenderet:ſed ſola nequitia ad illa facinora fuerit cõcitatus:propter quod omni pœna dignum eſſe loquebantur.Multa etiam a plurimis ſine ulla interrogatione dicebantur:ita ut antipater quamq̃ in omnibus rebus impudens.& ad metuendum promptiſſimus atqꝝ callidiſſimus eſſet:tamen tunc tanta confuſione fuit oppreſſus:ut neqꝝ negare:neqꝝ contradicere ualuiſſet.Nicolao igitur finem dicendi redarguendiqꝝ faciente:uarus iubebat antipatrum:ut ſe de tantis criminibus expugnaret:ſi aliquas aſtructiones haberet:quibus obnoxius illorum quæ importata erant non eſſe monſtraretur:nam ipſe quoꝝ optare ſe patre certo noſſe dicebat:ut in nullo contra ſe cogitaſſe fieret manifeſtus.Ille uero in faciem prouolutus:in deo rem oĩbusqꝝ cõmendabat:qui ſibi teſtificarentur:nihil ſe improbum cogitaſſe:atqꝝ ſignũ a deo fieri poſtulabat: inſidiatorem ſe patris pœnitus non fuiſſe.Solent quippe uniuerſi quibus iuſtitia deeſt:quando facinorum aliquoꝝ ꝓpetratores exiſtunt dicere: ſibi libeꝝ arbitriũ ex diuinitate cõceſſum: quãdo uero in ꝓcula ceciderint iuſtũ recipientes iudicium:per inuocationem eius oſa teſtimonia conãtur auertere:quod ẽt antipatro cõtingebat. Cum tanta nãqꝝ uelut abſcente diuinitate ante geſſerit: tũc autẽ iuſto eũ dei iudicio undiqꝝ concludente:defectu purgationum ad dei iudiciũ abſolutionem ꝙ accuſationum criminumqꝝ ferebat:potẽtiæ diuinæ cauſam tribuens:ut eius teſtimonio in medio ueniret:quanta pro patre geſſerit:quantaqꝝ periculoſa pro eius ſalute præſumpſerit. Varus autem cum ſæpius interrogaret antipatrum:& nihil amplius ille quam dei proferret inuocationem:uidens in infinitum rem pergere:iuſſit uenenum ĩ medium proferri:ut experiretur:quænam eſſet uis eius.Et adductus quidam eoꝝ qui fuerant morte damnati:bibit iubente uaro:confeſtimqꝝ morit. Tunc exurgens:abibat cõſeſſu:& die poſtera in antiochiã perrexit:ubi frequens illi fuerat conuerſatio:eo ꝙ ſiroꝝ regnum ubi fuerat conſtitutum.

Herodes ãtipatrũ filiũ miſit ĩ uicula:& legatio miſſa ab herode ad cæſarẽ de filio. Cap. VII.

HErodes autẽ cõtinuo ĩ uinculis filiũ obſtrugi iuſſit.Incerte aũt erant plurimis confabulationes uari quæ ad regẽ habebantur.Dicebant nõnulli:ꝙ ex eius ſnia fecerit:quæcũqꝝ de antipatro geſta ſunt. Ligans ergo eũ:deſtinauit romã ad cæſarẽ litteras: omne declarãtes negociũ: ſed etiã qui præſenti relatione cæſarẽ docerẽt nequitias antipatri. Depræhenditur aũt in his diebus ẽt epiſtola ab antifalo ad ãtipatrũ ſcripta.In ægypo ãt erat iſte: Quæ ſoluta a rege:talia declarabat.Miſi tibi epiſtolã ab acmes:non parcẽs animæ meæ. Scis enĩ: quomodo periclitabor a duobus domeſticis:ſi hoc fuerit agnitũ . Tibi ãt proſperitas ad gerendã eim proueniat.Et epiſtola quidẽ talia loquebatur.Rex autẽ querebat alterã epiſtolam:quæ tamẽ inueniri nõ poterat.Nam & ſeruus antifali:qui lectã adportauerat epiſtolã aliã ſẽ ſuſcepiſſe denegabat. Cum aũt heſitaret rex:unus amicoꝝ herodis inſpiciẽs interiorẽ tunicã ſerui:nam duabus

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

erat indutus:arbitratus est in interioti tunica litteras obcelari:& erat ita.Inuenitur ergo epistolā in qua erant scripta hæc.Acmes antipatro.Scripsi patri tuo qualem uoluisti prorsus epistolā:& re scriptū faciens epistolæ quæ ad meā dominā ueluti a salome directa est destinauit. Quā cū legerit certo scio punitur⁊ salomē:tanq̄ insidiatricem. Erat autem epistola tanq̄ salome ad dominam suam ab antipatro dictata:sub salome nomine:quantū ad sententias pertinebat:stilo āt acmes cōposita:in qua continebantur ista.Acmes regi herodi.Ego studium habens.ne te quicq̄ lateat quæ aduersum te gerunt:inueniens epistolam Salomæ ad meam dominam contra te conscriptam:cū periculo quidem meo:sed cum tua tamen utilitate conscripsit:tibiq; direxi.Hanc āt illa conscripsit:uolens Sylleo coniungi.Scidi igitur hanc epistolam: ne fortassis ego de mea uita periclitarer. Ad ipsum āt antipatrum epistola scripta erat:q; eius iussionibus ministerium gesserit:ut ad herodem scriberet:eo q; quasi Salomæ insidias illi præparare festinaret.Sed ét rescriptū eius æpistolæ q quasi ad suam dominam fuerat a Salomæ destinata direxerat. Erat āt acmes iudea quidem genere:in seruitio āt erat iuliæ cæsaris coniugis:& hæc gerebat amicitia quā cū antipatro iunxerat:cōparata ab eodem antipatro magnis pecuniar⁊ muneribus:ut eius aduersus patrem & nutricē suffragaretur insidiis. Herodes autem stupefactus magnitudine nequitiarū antipatri:ipellebaf qdē: ut confestim eum perimeret uelut procerlam magnarum turbinēq; causarum & nō solū ipsum: sed etiam sororem insidiantem domumq; cæsaris sua iniquitate corrumpentem. Accedebat autē etiam Salomæ:crebro pectus percutiens:& se interfici postulans. siquid forsitan tale in ea probaretur.Herodes conuocans filium interrogabat:iubens:ut siquid haberet aperiret:increpabaturq; a patre dicente.Quō inimicus omnino repertus es:age nunc: & qui tecum ad hæc negocia opam dedere:nullomodo moreris aperire.Ille autem in antifalum cuncta referebat:nullūq; alium cām horum extitisse firmabat.Herodes uero admodum dolens uolebat romam ad cæsarem filium destinare:ut supplicium pro suis factionibus sumeret: sed timēs ne fortassis amicorum suffragio ualeret effugere:ipsum quidē uinctum sicut & ātea custodiebat. Verum legatos misit ad accusandū filium cū litteris:intimandaq; omnia:quæ acmes illi ad perficiendam factionē fuerat suffragata: exemplaria quoq; transmisit epistolarum. Interea legati romam proficiscūtur docti: in præsentia quæ loqui uel respondere debuissent.

De egritudine Herodis:& seditione iudeor⁊:& quia desperans omnes optimates iudeor⁊ fore pit occidi in hora mortis suæ & quia tpe illo deportate sunt ei littere ab legatis ad cæsarē missis: habentes damnationem antipatri in arbitrio eius & uoluntate esse positam:& quia inualescente egritudine malum purgans:cultro se interemisset si præuentus nō fuisset. Cap. VIII.

SEd rex morbo prægrauatus:testamētum scribit:iuniori filio regnum retribuēs:odio quod circa archelaum philippumq; ex antipatri accusatione conceperat. Cæsari uero mille talenta dereliquit: iuliæ quoq; cæsaris uxori:& filiis & amicis:& libertis cæsaris quingenta filiis etiam suis:filiorumq; filiis pecunias & reditus distribuit. Salomen sororem magnifice locupletauit:q; eā scilicet erga se beniuolā semp agnouerit: & nunq̄ aliquid ex aduerso molientem.Desperans autem contra morbum se posse subsistere:nam annum agebat circiter.lxx.exasperatus est:irrationabili furia:& amaritudine mentis incensus:uolebat si potis esset:iudeorum cuncta disperdere. Causa uero huius rei erat:q; se contēni putabat:eo q; cassum suum iocunde gentem totam extimabat accipere.Super hæc quoq; quidam popularium hominum seditionem excitauerant:propter huiusmodi causam. Erat quidam iudas arifei:& mathias margalothi:iudeorum eruditissimi:& supra cæteros legis expositores doctissimi populo etiam amabiles:propter iuuentutis eruditionem.Semper enim eos totos consumebant dies cupidi:quibus inerat studium:& cura uirtutis.Isti igitur audientes regem morbo prægratum:& remedii minime receptabilem:omnem excitauere iuuentutem:ut opera quæcunq; a rege præter patriā legē facta fuissent:euertētes,p lege dei glorioſa niterent exercere certamia.Eteni pp eius psumptionē: & pp quod ptor humanū morē fuerat cōuersatus in plures:oia illi mala cōtigisse firmabāt: egritudinē quoq; psentē nō ei ob aliud accidisse.Fecerat eni herodes q̄dā cōtra legē.q; iudas & mathias uociferabant.Nā cōstruxerat sup portā tēpli munus quasi deo propositū:aquilā aureā imanem uel qualitate uel quantitate opulentam. Prohibet aūt lex imaginum eleuationes uel animalium propositiones cōstituere:his qui uolunt secundū eius præcepta conuersari.Proide hortabant illi sophistæ aquilā illam loco diuellere.Enim uero mortalibus inquiunt multo iocūdius debet esse periculū:quod pro conuersatione paternæ legis:& pro uirtute suscipitur:quā uitæ quātacūq; dulcedo. Nam morte quidē fama & laus sempiterna cōquirit:& nascituris hoibus memoria iocūda relinquitur exemplū uirtutis & gloriæ.Nā ét si quisq̄ sine piculo ualeat aliquod præclarum opus efficere:post paululum tamen uēturam morte naturæ lege nō ualebit effugere.Proide pulchrum est his qui studiū habēt amorēq; uirtutis:cum laudibus & cum honoribus de hac uita discedere. Leuigatio quippe maxima est:pro bonis operibus interire : quæ non nisi mediatione piculi conquiruntur filiis atq; cognatis uel aliis quibuscūq; qui ab eodē stemate deducunt:siue fuerūt uiri:siue mulieres:siue quilibet alteri:quibus prouideri debet iposterū.ut ad eos utilitas gloriæ pue-

ueniat.Et illi quidem huiusmodi uerbis iuuenes excitarunt. Defertur ad eos repēte rumor:regē uita decessisse qui sophistis illis ad modum suffragatus est:mediaq; die ascendētes: euulsere aquilam & securibus concidere . Cūq; plurimus esset tumultus in templo ecce dux regis cum militibus uenit nunciatus quippe illi fuerat nisus eorum: & existimans ex maiore illos cōspiratione ēt manu congressuros ad prælium:ampliorem secū numerum militum duxerat:qui possent impetum sustinere illorum:qui moliebant anathema templi deicere. Qu› irruēte super eos:nequaq̄ eius sustinere ualuerunt:sed sicut solet turba uulgaris præsumptione magis stulta:quam cauta prouidentia congregata:omnes continuo fugierunt.Ex quibus.xl.soli iuuenes animi confidētia remansere:quos dux comprehēdit:cum principibus facti:iuda & mathia. Inglorium enim iudicauerunt loco cedere:aduentumq; ducis effugere.Hos omnes pducit ad regem.Quos cum interrogasset:cur intantam audaciam prorupissent:ut ornamenta templi euellerēt:illi gessimus inquiunt quæ gesta sunt:& consulto nos illa gessisse ,pfitemur:quæ ad uirtutem attinent:quam uiros docere certum est.Siquidem prudentum est defensare dignitatem legis & numinis: nec mirari debes: si tuis institutis instituta præferimus quæ nobis moyses inspiratione dei conscripta dereliquit.Mortem quoq; ac supplicia quelibet importes:cum iocunditate subimus. Nō enim pro iniusto facinore:sed pro amore pietatis nobis sustinenda sunt.Et illi quidem talia loquebātur in nullo minora uerba quam fuerat commissi psumptio præferentes.Rex autem uinculis eos constringi pcipiens:euocauit ex Hierichunte iudeorum principes.Quibus aduenientibus:conuctus omnium congregaf:ipse uero in lecto recumbebat q; præ inualitudine stare nō poterat.Enumerabat igit præsumptiones seditiosoq; iuuenum:in quibus sæpius fuerat deprehēsi:templi quoq; ornamentaq; suis fuissent magnis sumptibus constructa memorabat:qualia per ānos.c.xxv.neq; asomeum regem construere:neq; prosapiam eius ualuisse narrabat:se autem ad honorem diuinitatis illud templum anathematibus alias fabricis admiratiōe dignis ornassæ:quo post eius mortem gratam sui memoriam iocundāq; relinqueret.Exprobrabat etiā q; iniurias illi nō dubitarēt ingerere.Cæteraq; præsumptum facinus uerbo quidē ad suas ptinere iniurias:re autem ipsa & ueritate siquis uellet meritum examinare facinoris:sacrilegium cōmissum esse firmabat. Ad hæc illi pp eius crudelitatem ne contra se quoq; fortassis exasperatus ultiones in eos aliquas moliretur: humiliter responderunt dicentes:neq; ex sua sententia contigisse neq; illa cōmissa multa esse debere.Ille uero circa cæteros quidem quasi māsuetus extiterat mathiam aūt pontificem sacerdotio remouit uelut conscium:& causam seditionis exrantem ,pmouit aūt azarum pontificem: fratrem uxoris suæ.Mathiæ āt pontificatus tpe:prouenerat alter⁊ extitisse pontificem:ad unius uidelicet diei functionem:quā iudei cum ieiunio celebrant.Causa uero talis erat . Mathia sacerdotali fungēte officio nox in solēnem lucescebat diem:in qua futur⁊ erat ieiunium.Tum uisum est sibi oīno mulieri esse cōmixtum:,pterea q; sacerdotio pfungi non potuit:sed Iosephus elimi filius:cognatus eius secundū carnem:pro eo munere sacerdotali pfungit.Nunc ergo mathiā Herodes pontificatu remouerat:alter⁊ uero mathiā qui seditionem excitauerat: & aliquos uiros ex sociis seditionis illius:uiuos igni contradidit.Sed ét luna eadem nocte defecerat . Herodem porro amarior i dies morbus urgebat:supplicia deo cōmissi sceleris expetēte.Ignis quippe lentus inerat non tamen conflagratione insupficiem corporis agentem prodens quantum extrinsecus crescēs operabat incēdium.Auditas quoq; in explebilis sp inerat cibi:nec tamen sacietas unq̄ rabidis incitata faucibus ualebat implere ingluuiem.Intestina interius ulceribus tabida putrescebant dolorib⁹ quoq; coli sæuissimus cruciabatur:humor liquidus ac luridus erga pedes tumidos oberrabat.Simlis illi quoq; & circa pubē erat afflictio:sed & uerenda ipsa putredine corrupta scatebant uermibus spiritus quoq; incredibilis erecta tentigo quæ fuerat satis obscena diritate fetoris : & anhelitus respiratione creberrima:contractus quoq; p cuncta membra subsistens:uim noxiā operabatur:quæ omnem tolerantiæ contulerat firmitatem:Dicebaf igitur ab his:quibus inerat diuinandi peritia:diuinitus has pœnas ob impietatem eius & multa crudeliter gesta deposci.Ipsi tamen multum spes salutis instabat:si forte posset contra morbos aliqua remedia prouidere.Medicos quoq; aduocans ut uterentur si quid possent ad salutem proficere postulabat:& trāsiens iordanen fluuium:aquis calidis quæ sunt circa calliorā:die noctuq; fouebatur.Hæc igitur aquæ calidæ super aliaq; habebant commoda etiam portabiles erant. Pergebat autem aqua illa in paludem:quæ sulphurifera uocitatur.Præterea uisum est medicis:ut eum in dolio oleo pleno confouerent.Vbi cum missus esset:ita defecit:ut ab omnibus mortuus putaretur. Tunc grandis seruorum ululatus exortus est.Cum igitur nulla iam de eo spes salutis existeret: iussit militibus quinquagenas dragmas auras distribui:plurima quoq; ducibus & amicis suis munera tribuebat.Deinde reuersus in hierichuntem prævalentibus nigris coleribus:exasperatus iniquius est:ut ipso moriente:indignum facinus ageretur.Venerāt quippe ex locis omnibus per eius præceptum iudeorum optimates:& erant plurimi:siquidem ex omni gente fuerant conuocati. Ad hæc etiā fuerat mors contentoribus præcepti propolita.Magna igitur in omnes regis furia concitata est:propterea culpabiles & inculpabiles in yppodromio concludeas:sororē suam Salomē:utrūq; eius alexā

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

conuocat & mortem ſuam non in longum differri denunciat tantis ſe doloribus circũuentum: fore cunctis ſatis optabile:ſe aũt ſine luctu & deploratione perituꝝ:q̃ regibus: maxime autẽ ſibi magni meroris eſſe firmabat:neq̃ ſuum arbitratũ iudeoꝝ falli propoſito:q̃ & eis ſua mors amabilis foret & grata:nam ẽt ſe uiuente ſepius illos & ſeditiones & ſeceſſiones fuiſſe molitos: & in eius ſemper iniurias fuiſſe feſtinos: cæteꝝ leuigationem quãdam illis natam eſſe dicebat q̃ talibus ipſe doloribus urgereť:proinde petere ſe ab illis:q̃ eos ſciret contra eius gloriã in nullo uẽturos:ut agerent:qualiter eius exequiæ honorabiles ſup cæteros reges:& luctus amplior ageret: Quod futuꝝ dicebat:ſi peregiſſent ut iudei ex animo in eius morte deplorare lamentariq̃ cogerentur.Cum igiť me inquit aĩam uideritis expirantem:circũuallantes yppodromium omni militia nec dum mea morte uulgata:confeſtim oẽs illos incluſos iugulari pficite: & ita cunctis intereuntibus duo commoda ꝓuentura:q̃ & regnum illis poſt ſuam mortem firmum pſeueraret: hoſtibus amputatis:& ſuper ſuam mortem luctum celebrandũ eſſe magnificum.Et ille quidem lachrymandus talia lamentaťur:& cognatos oẽs beniuolentiam circa ſe fidemq̃ ſeruare poſtulat inuocationem diuinam interponens:ne cum inhonorificentia ſua mors: & cum indignitate tractaretur.Illi uero ꝓfitebantur in nullo ſe eius p̃cepta tranſgreſſuros. Sed ego competi illius hoſtis mentem conſiderans:etiam p̃ præſentia mandata nihil humanum pœnitus habuiſſe. Siquidẽ de hac uita diſcedens ꝓcurabat:quatenus omnem gentem orbatam & deſertam parentibus dilectiſſimis relinqueret:iubens unum ex unaquaq̃ domo interimi:qui nihil iniuſtum neq̃ in ipſum:neq̃ in alios admiſiſſe fuerant depræhenſi.Hæc igiť illo ſuis parentibus demandante:deportantur & litteræ ab legatis:qui ad cæſarem romam fuerant miſſi. Quaꝝ hæc erat ſententia:q̃ acmes indignatione cæſaris extincta fit:pro facinoribus quæ cum Antipatro perpetrare tẽtauerat: ipſum autem antiparrum in patris uoluntate dimiſſum:ut quod placeret ex eius ſententia fieret:ipſum etenim & patrem eſſe & regem:ſiue illum in exilium detrudi ſiue illum morte multari uellet: in eius ꝓpoſito conſtiturum.His auditis Herodes:pauliſper animum refouit:uoluntate ſcriptoꝝ & morte acmes in ſupbiam ſubleuatus:& poteſtate puniendi quam acceperat in filium Sed præualentibus creſcentibuſq̃ doloribus:interitui ꝓpinquabat:& quãq̃ in multo defectu contineretur appetebat tamen cibum:& poſtulans malum quæſiuit cultrum. Erat enim illi talis mos: ut ipſe per ſemetipſum malum accurans:& per partes modicas recideret:& comederet.Sumens ergo cultrum:circũſpicienſq̃ ne quis adeſſet:uoluit ſemetipſum interimere quod forſitan perfeciſſet:niſi præueniens manum eius atiabus contineret:nepos enim eius erat:& magnũ clamans: ſtatim ululatus per totam aulam exortus eſt & tumultus.

Qualiter Antipater putans Herodem defunctum locutus fuerit cuſtodi corporis de dimiſſione ſua.& propter hæc antipatri peremptio. Cap. IX.

QVæ cum ad Antipatrum peruenisſent:credidit ſuum patrem uitæ terminum ſuſcepiſſe præcipienſq̃ fiduciam tam uerbis q̃ motibus ita totus animo geſtiebat:tanq̃ ſi fuiſſet liberatus e uinculis:& regnum in ſuis manibus ſine ullo labore ꝓceperit.Tunc cœpit cum cuſtode ergaſtuli de ſua dimiſſione fabulari:magna ſe continuo ſpondens dona ei tributurum.Ille uero non ſolum non acqeuit ut faceret quæ uolebat antipater:uerũ etiam cuncta regi denunciat:intimans ei eius mentem:& quæ ab eo munera ſpondebanť. Tunc Herodes q̃uis & ante non minore odio ferretur in filium:cum audiſſet cuſtodem ergaſtuli illa narrantem:magnum protinus exclamauit.Tunc quaſſans caput: quãq̃ in extremo uitæ teneretur & cubito ſeſe attollens ſtatim deſtinans quẽdam armigerorum ſuorum ſine ulla dilatione celeriter necari iubet antipatrum ſepulturamq̃ eius in Hyrcania ſine ullo honore fieri.

Teſtamentum Herodis ad Cæſarem:& diſtributio inter eius filios:& qualiter Archelaũ præfecit deinde mors ipſius. Cap. X.

TEſtamentum interea ſcribebat mẽte mutabili:& Antipatrum quidem quem ſibi ſucceſſorem in regno deſignauerat: tetrarcham facit galileæ regionis atq̃ peroe: Archelao uero regnum contribuit.Gaulanitidem autem & thraconitẽ:& Bathaniam:& Baniadam Philippo filio quidẽ ſuo:fratri autem Archelai germano tetrarchiæ iure conceſſit:iamniã uero & azotum & faſelidam:Salomæ ſorori diſtribuit: ſed & argenti ſignati Miriadas quinquaginta. Diſpoſuit etiam de cæteris ſuis cognatis: atq̃ conſanguineis: opibus eos reditibuſq̃ locupletans.Cæſari ſane argenti ſignati mille miriadas:præter uaſa quædam aurea:quædam argenta:& metallis præcioſa:& artificis opere uenuſtiſſima dereliquit: indumẽta quoq̃ præcioſa:Iuliæ uero Cæſaris coniugi:& aliis nonnullis quingẽtas miriadas. His diſpoſitis: quinto die poſtq̃ Antipatrum filium necauerat defungitur regnás poſtq̃ Antigonum interemit: ãnos.iiii.&.xx.poſtq̃ autem a romanis regnum præceperat.vii.&.xxx.uir crudelis in omnes equaliter:ire quidem ſubditus:a iuſtitia uero effrenatus:fortuna uero propicia:ſuper quẽlibet affluenter abuſus:ex plebio in regnum aſſurgens:& pericula plurima eludens: quibus ſæpius fuerat circũſeptus:diurnitate uitæ ꝓfunctus eſt.domi circa filios quantũ quidẽ ad eius ſniam ẽt ibi proſperitate potitus eſt:eo q̃ ſe ſuos inimicos ſuperaſſe cenſebat:meo uero iudicio:ſuper omnes infœli

ciſſimus.At Salomæ & Alexas:anteq̃ mors regis diũulgata foret: ex yppodromio iudeos abire p mittunt:ad proprias domos:dicentes:regem iuſſiſſe : ut unuſquiſq̃ in ſuas regiones abſcederent. Hoc aũt fecerunt:beneficium illi genti præſtare cupientes.Interea mors magis diuulgatur.

Epiſtola Herodis ad exercitum:& admonitio fidei ſeruendæ circa filium eius Archelaum q̃ ſtatim eleuatur in regnum. Cap. XI.

IVnc Salomæ & Alexas cunctã militiã congregantes in Amphiteatro quod Hierichunte erat:primum quidem æpiſtolam regis legi fecerũt: quam ad milites fecerat:deinde gratias eius in eos pro fide ac beniuolentia quã circa eum exhibuerunt inſinuant:petitiones quoq̃ eius:ut ſimiles ſe circa Archelaum filium eius exhiberẽt: quem regẽ conſtituit intimabant.Ptholomeus etiam cui fuerat teſtamentum a rege creditum: anuluſq̃ de quo ſignauerat commiſſus:continentia teſtamenti denunciat:quod teſtamẽtum non poſſe robur firmitatemq̃ ſuſcipere dicebatur:niſi cuncta quæ in eo eſſent deferrenť ad Cæſarem.Fit continuo fragor ingens:honorantium Archelaum:regemq̃ proclamantium:milites quoq̃ cũcti: & uniuerſi duces:fauorem:& beniuolentiam promittebant:paratoſq̃ ſe ac promptos ad omnia profitenť adiutoremq̃ deum ſupplicationibus aduocabant.

Sepultura herodis i herodio caſtello:& fauor archelai regis ad populũ:&populi ad ipm.Ca.XII.

DEhinc ſepulturam regi præparabant.Curæ náq̃ fuit Archelao: ut exequiæ patris quã magnifica poſſent celebritate gererentur:utq̃ memoratum proferrẽt cum rege mortuo producendum.Portabatur itaq̃ in lecto aureo:lapidibus depicto uariis atq̃ ꝑcioſis:ſtramina ueruoſtro erant auroq̃ cõtexta:eratq̃ ipſe mortuus circũamictus purpureis ueſtimentis:caput eius diademate coronatum : ſceptrum quoq̃ in manu eius uelut ſi a uiuo teneretur erat appoſitum:circa lectum autem erat frequentia filiorum:multitudo cognatorum. Circa quos omnis militia ſtipata pergebat:per proprias diſtincta nationes:& diſcreta nominibus. Erant autem tali ordine diſtributi.Nam primi quidem pergebãt eius armigeri : per quos omnes therecũ manus:poſt iſtos etiam natio germanorum:atq̃ galatharum.Hos item ſequebatur cum ornatu maximo cũcta belligeratoria multitudo.Cætera uero militia poſtrema ſequebatur: in eũ ſcilicet modum digeſti:qualiter ſolebant in bellum procedere:& ſuis ducibus ordinari. Poſt hos ſequebantur ſeruorum eius quingenti:odores uarios:& aromata deportantes. Pergebant autẽ in herodium ſtadiis diſtante octo:illic enim eſt eius ſepultura ex eius iuſſione cõfecta . Et Herodes quidem hoc modo defúgitur . Archelaus autem per.vii.dies luctum ſuper patrem honore regio ex more gerit:tantos etenim dies lex paterna præcepit obſeruari.Conuiuia itaq̃ celebrans: & luctum exoluens:aſcendit in templum. Ibi magnis ei clamoribus fauebatur:magniſq̃: prædicabatur laudibus:ſecundum q̃ unuſquiſq̃ arbitrabatur maiora quam alius conferre ꝑconia.Tum uero tribunal ille conſcendens quod ſibi fuerat præparatum & conſidens:omnibus benigna loquebatur:& ſibi propitios comparabat:gaudio fauoris omnium & uoluntati quam ex beniuolentia circa ſe cũctorum acceperat gratias ſe illis habere narrabat:q̃ leſi a patre nihil circa ſe mali ab illis reciprocaretur:ſe autem aduiſurum:ut eis bonorum uiciſſitudinem redderet:eorumq̃ remuneraretur alacritatis affectum rogaret uero:ut nunc interim parcerent nomine illum regis honorare:ſufficere ſibi dignitatem poteſtatis aiebat:quam tunc firmam eſſe dicebat:cum teſtamẽtum a patre ſcriptum:a Cæſare firmaretur.Obquã cauſam neq̃ in hierichunte cũcta militia diadema illi imponere cupiente uoluerat ſuſcipere:ambiguum honorem eſtimans ex tali re ſibi prouenturum:q̃ eſſet adhuc incerta uoluntas eius:qui poſſet illi regnum proprie firmuſq̃ concedere:non ſibi defuturam circa illos benignitatem:quæ beniuolentiæ eorum uiciſſitudinem reportaret. Feſtinare quippe ſe in omnibus enarrabat meliorem ſe ſuo patre circa illos oſtẽdere.Illi uero ut plebeia multitudo conſueuit:in ipſis primis diebus uidentes regis lene principium: uoluntates ſuas laudibus & fauoribus aperiebant:& quanto manſuetius cum eis loquebatur Archelaus tãto amplius nomen Archelai prædicabant:deinde ad numerum petitiones: interceſſioneſq̃ uertuntur. Alii quidem functionum publicarum leuigationem cum clamore poſtulabãt:pars uero uinctorum ſolutiones expetebat:qui fuerãt ab Herode deuincti:alii uero grauedines quas Herodes inemptionibus & in publicis nundinis conſtituerat:auferri uociferabãtur. Archelaus porro in nullo illis contraria reſpondebat:ſed in omnibus accurate:æſtimans regni fore ſuffragium:ſi multitudinis beniuolentiam comparaſſet.Dehinc ad ſacrificia offerenda deo conuertitur:& cum amicis conuiuia celebranda.

Qualiter populus ſeditionem mouit aduerſus Archelaum in feſtiuitate azimorum: & qualiter Archelaus tria milia ex eis interemit:ipſe uero nauigauit ad Cæſarem: credens regnum Philippo fratri ſuo. Cap. XIII.

VM hæc interim aguntur:congreganť iudeoꝝ iuuenes plurimi:nouaꝝ reꝝ cupidine cõcitati:& cœperũt de morte mathiæ aliorũq̃ cum eo ab herode interẽptoꝝ tumultuoſa uoce cauſari:dicentes;q̃ iniuſte pempti:ẽt exequiaꝝ honore herodis timore caruerant.Erant aũt iſti:pro q̃bus turba loquebať:qui fuerant euulſionæ aureæ aquilæ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS

perempti.Magnum ergo turba proclamante: & clamitationibus utente: quasdam etiam iniurias quasi ex hoc posset ad illos mortuos aliqua leuigatio peruenire: proterue ꝓaciterq; iactante: cõ gregabatur magis magisq; numerosa multitudo:& ultionem mortuorum ab archelao fieri debe re poscebant:suppliciis eorum qui sub Herode fungebant honoribus.Et primum quidem oium sacerdotio remoueri pontificem quem Herodes fecerat proclamabant:uirum mundum:& secun dum leges suas dignum ad pontificatum promouendũ esse dicebant. Archelaus autem licet ista grauiter ferret:annuebat tamen:impetum eoꝝ mitigare festinans:donec iter ad romã quod pro positum habebat sine tumultu perageret:& cum de sese uoluntatem Cæsaris agnouisset: respice re dixit:quid agendum foret & de cunctis repetitionibus eoꝝ legytimæ dispositurum:neq; tunc tempus esse dissensionis:aut contumelias ingerendi:magis autem unitatis atq; concordiæ donec ex præcepto Cæsaris ad eos cum firmitate regni recurreret:tunc quippe in cõe consulere: de qui buscũq; tractandũ esse uideretur:tunc autem sustinendũ esset:ne forte seditionis quoq; crimẽ in currerent.Et ille quidem hæc dicens ducemq; suum edocens:mittit ad eos:hæc ipsa locuturum. Illi porro proclamantes:ducem loqui pœnitus non sinebat:periculum quoq; minabantur:siquis eos ab assumptione sua reuocare uoluisset:& instabant suam libidinẽ magis explere: quam impe rantium subiacere consiliis.Graue náq; illis uidebatur:si cum Herode uiuẽte amicis priuati fuis sent:eodem mortuo nullam ultionem fieri mortuoꝝ.Illud enim iustum legytimumq; dicebant: non ꝙ ratio dictaret:sed ꝙ eorum libidini uoluptatem posset afferre:fatui ad prouidendum:quã tum illis esset ex ea re periculum nasciturum.Plurimis itaq; ab Archelao missis:ut tumultum se ditionemq; mitigarent aliis ex regis persona loquentibus aliis autem ex illius quidem sententia: sed ueluti ex sua mente monentibus:illi nullum pœnitus aduertebãt:sed amplior firmitus:& tur ba mouebatur:cõcurrente etiam plurima multitudine:ꝙ illa tempestate iudeis dies festus immi nebat:quando azima secundum obseruationem paterni moris exercent.Pascha enim illa festiui tas uocitatur:ad recordationem & memoriam exitus ex ægypto : & sacrificat ab eis illo die cum alacritate magna pecudum etiam numerosa multitudo:quanta in nulla alia solẽnitate . Concur rit ergo ex uniuersa regione magna copia populorum:plures etiam ex montanis locis aduenit: religionem numini soluturi.Sed iuuenes qui seditionem excitauere:iudam mathiamq; lamen ta: tur:ueluti doctores expositoresq; legis antiquæ:& ꝑsistebant in templo:suffragione quoq; u.ctu a lium abunde subsistente. Nam seditiosis hominibus turpe nõ ducebatur ab aliis cibos expetere. Anxius autem Archelaus ne in deterius eorum processisset audacia: cohortes destinat armatorũ cum quibus etiam tribunum militarẽ mittit:ut eorum coherceat impetum:& primum quidem: ut illos sedicios repellerent & ab alia multitudine separarent.Sed uenientibus militibus:illi se ditiosi cum ingenti alacritate:excitata secum etiam turba: super tribunum ac tota præsidia cum uoce magna inuicem hortantes impetunt faciũt:ex quibus plurimi fusi:pauci autem cum tribu no sauciati diffugiunt.Archelaus autem cuncta pessumdare censebat nisi multitudinis illius im petum frangeret:tumultumq; illum resecatum extingueret. Cunctam igitur mittit militiam: ut eos qui sibi in templo habitacula construxerant:exinde repellerent . Cedũtur itaq; ab æquitibus circiter tria milia hominum: reliqua uero in montes proximos refugit multitudo . Cæterum ex edicto cunctos ad suas regiones discedere iubet Archelaus.Quiq; continuo discesserunt: festiui tatem deserẽtes minime celebratam:maioris timore periculi propulsati:licet essent in mortis te meritate præcipites.Interea Archelaus ad mare proximum cum matre descendit:Nicolaum secũ & Ptholomeum habens:& amicorum plurimum comitatum:Philippoq; fratri omnia gubernan da dereliquit:domum ei regnumq; commendans.Salomæ quoq; soror Herodis cũ eo simul egre ditur:omnẽm secum ducens pro sapientia:ad hæc etiam plurimi cognatorum:uerbo quidem:ue luti cum Archelao conlaboraturi:ut ei regnum a Cæsare firmaretur: re autem uera: ut aduersus eum niterentur:maxime illa quæ ab eo in templo gesta sunt accusando proponere . Obuiam fit Archelao Sabinus cæsaris curator:earũ rerum quæ in syria possidebat:in iudeam ꝓgens:pro con seruatione thesaurorum Herodis.Quem uarus ab hac intentione reuocauit:per Ptholomeũ qui transibat ab Archelao conuocatus . Sabinus ergo uari gratia neq; arces obtinuit quæcũq; fuerát in iudeorum ciuitatibus constitutæ:neq; thesauros cõsignauit:sed omnia sub iure dimisit Arche lai : donec quid de his Cæsari uideretur agnosceret . Proinde in Cæsarea se sustinuit sic enim re promiserat se esse facturum.

Qualiter Archelao romã ascendente:Sabinus q erat in syria Cæsaris curator ascendit in hie rosolymã uiolenter expetẽs Herodis pecunias & castella a curatoribus archelai. ¶Cap. XIIII.

Sed cum romã nauigasset Archelaus:uarus prexit Antiochiam: Sabinus ascendit i hie rosolymam:& aulas regias obtinet:euocansq; oẽs oppidorum præfectos:& quotquot rerum dispensatores fuerant ratiocinari cœpit:& arces ut sibi traderentur multos ex petere.Ex hoc iam illi quos præfecerat custodes Archelaus:mandata eius implere nõ poterant:sed custodiebant oia secundum interdicta Sabini:usq; ad Cæsaris ꝓceptum. Nauigat ét romã in illis diebus antipater Herodis filius:regnũ ét ipse petiturus hortatu Saloniæ

& promissionibus incitatus dicentis:iustiores causas illum habere Archelao ad regnũ ꝓcipiendũ ꝙ primũ testamentum in quo is successor regni fuerat constitutus:firmius:quia illud sinamente fecisset Herodes:hoc aũt iam sensu præ ualitudine diminuto conscripserat. Ducebat secum etiã matrem:& fratrẽ Nicolai Ptholomeũ:amicum Herodis satis honorabilẽ:sed ét sibi ualde gratissi mum atq; fauentẽ.Maxime aũt eum incitabat ad regnum yreneus rethor uir opinione clarus:& ad dicendũ acerrimus.Idcirco ét freti:eos qui ꝑsuadebant cedẽdũ archelao:siue ꝙ regio testamẽ to successor fuerit institutus:siue ꝙ maior natu esset aduertere conténebant. Sed cũ romam ue nissent:oés cognati ab Archelao discedentes ad istũ conueniunt:non beniuolẽtia circa eũ aliqua constricti:sed odio quo aduersus Archelaũ irritabant.Maxime ãt libertatem desiderabant: & ro manoꝝ iudices magis:q̃ reges ꝓprios habere cupiebant.Quod si hoc minus ꝓcederet:antipatꝝ magisq̃ Archelaũ sibi regem cõducibilius æstimantes:impetrare laborabant.Sabinus quoq; accu sationẽ archelai apud cæsarẽ deposuit.Inter hæc cæsar suscipiens ab Archelao litteras: in quibus iura a patre sibi relicta ꝓposuit testamentum quoq; cognoscens:& ratiocinia thesauroꝝ herodis cum anulo consignatorio quẽ Ptolomeus apportauerat:cœpit cõspicari quẽ ordinandũ ratio po stularet.Legẽs quoq; litteras uari & epistolas Sabini:summá quoq; thesauroꝝ uel quid pecuniæ per singulos annos impenderet aduertens litteras quoq; quas antipater pro regno promerendo transmiserat recensens:congregabat ad cõsultandum oẽs senatorii ordinis: & amicos: in quibus etiam Gaiũ filiũ Agrippæ:& Iuliæ suæ filiæ adoptiuũ. Deinde illis oibus in concessum inductis: copiam facit:ut quisq; de quibus moueret ediceret.Ibi primũ Salomæ filius antipater dicẽdi po tentissimus:& Archelao satis infestus:hmõi uerba locutus est:dicens Archelaum uerbo quidem pro regni petitione se fingere laborare:opere uero oẽm regni potentiam possidere:anteq̃ ei a cæ sare in quo cuncta potestas sita esset indulgeret.Huius testimonium esse dicebat eius audaciam; quam ꝑsumpserat in die festo multos interimere.Qui si iniustum aliqd gessissent:alius inter eos deberet ulcisci:qui eos possit legytima & ordinata ptãtem cõpescere:& non ab illo tantá cædem fieri oportere.Qui si ut rex illud fecisset:contumeliã grandẽ cæsari intulisse firmabat ꝙ ignoráns qd de eo adhuc disposturus esset regia iam uti ptãte ꝑsumeret.Si ãt uti priuatus illa gessisset:am plius eum deliquisse narrabat:ꝙ regnũ non possidens:supplicia quibuslibet intulerit:de qbus de cretum cæsaris debuit expectari.Opponebat illi etiá iudicum militariũ mutationes & ordinatio nes:ad hæc etiá illum in solio regali & cãs plurimas iudicasse:ac determinasse proclamabat:tãq̃ a rege legytime ius prãtis integrũ possidente petitionum quoq; plurimoꝝ promissa publice facta memorabat:nec quid eũ amplius iuris ac ptãtis habiturum:dũ in regno a cæsare firmaretur.Op ponebat illi ét:ꝙ ex yppodromio uinctos sponte dimiserit:& plurima alia:siue quæ facta fuerát: seu quæ facta quidẽ non erant:sed credibilia uidebantur ꝓp naturam sui:quod fieri posse iudica batur a iuuene:tum ét ab accenso regnandi cupidine. Dicebat ét luctum eum patris pœnitus ne glexisse:prohibitos quoq; oẽs a rege cum morereꝰ uidendo:unde initiũ quoq; seditionis affirma bat exortũ:ꝙ eum uidebant circa patrẽ suum mortuũ qui ei multa & magna bona ꝑstiterat tam nequiter conseruari:ut uelut in se lachrymas ꝑ diem publice configentẽ occulto aulẽ uoluptate regni ꝓcepti perfrui & noctes i deliciis agitare:erga cæsarẽ quoq; hmõi se ꝑbituꝝ archelaũ: cum ei regnandi iura tribueret:qualẽ se circa patrem exhibuisse cognoscit ; tripudiare nãq; & cautus exercere in morte patris:tanq̃ si hostis aliquis interiret:& ꝙ nunc aduenisset ad cæsarẽ callidita te usum dicebat:ut si regni ꝓcipere firmitatem desiderare simularet:cum oi iam usus esset ptãte: quanta illi nec amplior a cæsare reꝝ domino posset attribui.Maxime uero eadẽ quæ in tẽplo fa cta fuerant uerbis exaggerabat:& impietatẽ obiectabat: ꝙ in die festo sacrificiis diuinis instanti bus:multa milia hoium cæsa fuissent : in quibus multi peregrini plurimi insontes indigne mise rabiliter occubuerint:templũ quoq; plenum cadaueribus mortuorum:non alienigena forte peri mente:sed eo qui se regni iura legytime percepisse iactabat. Vnde apparet inquit illud opus cru delitatis libidine peregisse:ut integre se plenũ tyrannidis negociũ prosecutum esse testeꝰ per ini quitatem admissam qua cunctis hoibus constaret odibilis.Festinabat enim quoquo mõ regnum accipere:sciens ꝙ pro sui merito nunq̃ posset uel in somnis regiam ptãtem legytimo iure ꝓmere ri.Nam & patri suo certos esse suos mores agnouerat:unde se regni ab eo successorem disponi ꝓ culdubio desperabat:nisi per egritudinem ac morbos quibus non solũ corpore confecto defece rat:uerũetiam animo parum ualido erat.Cæterum quãdo mens eius sospes fuisset & sana: & cor pore forti ut digne ac merite negocia cuncta disponeret: in antipatrum potestatem regnandi cõ tulerat: testamento iure legytimæq; confecto: nam qualis porro rex iste possit existere: qui aut contento Cæsare ius sibi totius potestatis arripuit: aut si a Cæsare se dominum fieri:& ab eo re gnum sperabat accipere: cur ciues suos sine illius præcepto priuatus adhuc : & in templo die fe sto instante tam crudeliter interemit . Et Antipater quidem huiusmodi uerba locutus : testes etiam introduxit:& plurimos ex cognatis : per quos sua dicta firmaret . Tumque is loquendi fi nem faceret surgit Nicolaus pro Archelao uerba facturus : dicebat namque illa quidem que in templo contigerant:potius eorum qui passi sunt quam Archelai potestate contigisse ; siquidem

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS USALES

tantum eos facinus aggressos fuisse:ut non solum iniurias contumeliasq; iactarét: sed etiam eos qui deuoti humiliterq; uiuere disponebant:ulcisci pertéderent.Cúq; hostilia multa operarentur uerbo quidem aduersus archelaum:rei aút acerbitate aduersus cæsarem:necessariú archelaus iudicauit:ut eos ab insolentia & improbitate reuocaret.Sed illi eos quos Archelaus ad sedádas turbas miserat:interimere festinabant:sine ulla dei uel loci uel festiuitatis reuerentia. Mirari se sane dicebat:non confundi antipatrú:q; talium defensor existeret:dummodo inimicitiæ suæ quá contra archelaum gerebat libitum faceret:& odio magisq; natura iustitiæ iudicaret:illos purgare gestiendo qui cuncto scelere aduersus suos principes arma corripuerint.Cætera uero de quibus archelaú accusauerant:in eos ipsos accusatores referebat:dicens nihil sine ipsoꝝ consultatione uel consensu factú:gestumue fuisse:sed aío ledendi nunc in transuersum ab equitate discedere. Nam neq; scirent taliter res esse dispositas:qualiter accusabant:sed ad inuidiam archelai cuncta deprauare:& tantam illos cupidiné inuasisse obsistendi archelao:uiro quidé consanguinitate ꝓpinquo: conuersatione aũ. eis familiari per omne tempus adiuncto.Testamentú etiam patrem sana mente conscripsisse narrabat:firmiusq; illud esset quod posterius fuisset scriptum:q; in hoc posteriore dominú cunctæ ordinationis cæsarem constitueret:quem minime illoꝝ improbitaté imitaturum dicebat:qui herodi iniuriá faceret:in cuius uita oíbus essent bonis omniq; potestate perfuncti.Nunc aút ad contumelias quidem uoluntatis eius & intellectus in oíbus festinarent: sed nequaq; cæsarem iniurias illius uiri admittere:qui & amicus fuerit & auxiliator:& oía in sua potestate dimiserit:neq; pati ut testamentum eius solueret:quod de sua fide fretus scripserit: neq; uitutem cæsaris imitaturam esse illoꝝ accusatoꝝ:criminatorumq; nequitiam: fidem eius in omni mundo ad exemplar ꝓpositam & indubitatam cunctis gentibus esse referebat:unde nequaq; posit herodi alienationé & furiam mentis ascribere:quem p multum tps optime regnú gessisse cognouerit:successionemq; optimo filio dicasse:sed neq; iudiciú regis circa electionem successoris peccasse firmabat:imo magis prudenter & optime iudicasse:q; oía ad uoluntatem: potestatemq; cæsaris redegisset.Postq; hæc Nicolaus enarrauit:& finé loquendi fecit: cæsar Archelaum sibi ad genua procidenté cum honorificentia subleuauit:ꝓnuncians eum dignum regni ꝓceptione:magnúq; suæ mentis momentú gratiamq; declarauit:& non aliter esse se factuꝝ:nisi quæcúq; testamento continerent.Interea cúcti Archelao fauere:non tamen certú aliquid fuerat definitú. Igié facta solutione confessus apud seipsum cæsar considerabat: utrúne archelao regnum confirmare deberet:an omni herodis generi disptiri.Interea mater Archelai morbo p̃grauata defungitur: sed ét a uaro qui in syria militiæ magister erat:litteræ ueniunt : significantes seditiones decessionesq; iudeoꝝ.Postq̃.n.Archelaus nauigauerat:cuncta gens uariis motibus fuerat: tumultuatióibusq; turbata.Sed uarus aduenies eos qui causá seditionis extiterant:suppliciis & tormétis adegit:rebusq; compostis in Antiochiá repedabat:unú ordiné militum in hierosolymis derelinqués qui iudeis si forte aliquid seditionis molirent:obuiam irent:sed nec sic tamen seditio terminat. Nam postq̃ uarus abscessit:Sabinus curator cæsaris illic remanés iudeos cœpit opprimere:ex militia sibi multos armigeros faciens:quoꝝ satellitio aduersus iudeos affligendos utebatur. Vnde illi perturbati ad seditiones excitandas necessitate cogebantur.

Qualiter persuaserunt curatores populo arripere arma : & occidere Sabinum uel romanum exercitum in Antonia constitutum. Cap. XV.

Sed etiam arces uiolenter obtinuerat:& thesauros regios scrutatus sumpserat lucrorú & rapinarum cupidine concitatus.Imminente igitur penthecoste: festiuitas náq; hæc apud nos sic paternaliter appellatur:non tantú religionis gratia:quantú indignatione succensi pp improbitatem & oppressioné Sabini multa milia cõgregata sunt hominú galileorum & hierichũtinorum imméſa multitudo:& quotquot trans iordanem fluuium habitabant:sed etiam incolarum magna manus adunata:qui plus aliis incensi:in ultionem sabini conspirauerant.In tres itaq; partes diuisi:diuersa loca occupant.Et una quidem pars yppodromium tenuerat.Cæterarum uero duarum altera pars ab aquilone usq; ad austrum uersa circa templum erat:altera uero ad orientem loca posita detinebat.Tertia uero pars yppodromium:sicut diximus ad occidentem occupauerat:quo loco etiam aula regalis extabat. Erat autem illis tota festinatio ut romanos inclusos obsessosq; constringerent.Sed sabinus timens tam etiam multitudinem eorum: q̃ mobilitatem ingenii:quippe quibus mors contentui erat:dummodo cœpta perficeret confestim scribit ad uarum:postulans:ut q̃ citissime subueniret:in magno periculo esse cunctam a se ibi militiam derelictam:ipse autem altissimam turrim arcis ascendens cognomento phaselum: in honore fratris herodis phaseli edificatam atq; ita nominatam: qui in prœlio parthorum defecerat:annuebat romanis:ut iudeos exeuntes aggrederentur:cunq; ipse neq; ad amicos auderet ullo pacto descendere:alios ante se pro suarum facinore papinarum mortem hortabatur appetere.Sed romanis egressis cũ fiducia:pugna uirimq; aspersa satis exorta é:& licet romani opere bellico:& experientia superiores existeré:& plures ex iudeis occúberé:obstinatio tamé iudeoꝝ nequaq; tá dira belli facie frangebantur:sed circúeuntes pœnæ templum ascẽdunt in porticus quæ fani arei

continebant:& ibi multú prœlium ꝓfligatur:saxa quædam manibus uoluebant:quædam fundis uel tormentis cæteris emittebant:ad hæc ét cum arcubus intermixti romanoꝝ plurimos saucia bant.Nam oportunitate loci iudei superiores extiterát.Romani uero in incerto positi: nec ictus ancipites euitare:nec hostem ullis iaculis poterant uulnerare.Proinde cũ in hunc modú non bre ui tpe pugnaretur:postremo romani impune se talia perpeti:ignem porticibus submittunt:iudeis quia semp porticus erant non sentientibus:ignis porro a plurimis appositus:continuo in flammas exestuat:tectaq; corripuit:quoꝝ materies:q; erat cum pice ceraq; puncta:& in supficiem deaurara:ignem confestim suscepit:quo incendio opa illa magna & admiratione digna dispereunt. Sed ét eos qui sup porticus propugnantes astiterant:repentinus corripit : & insperatus interitus: alii simul cum tectis concidentibus pessum ibant:pars hostiú confixi perire uulnerati: pleriq; defectu concilii:& sub talis cladis stupore:aut igni sese contradunt:aut gladiis abusi suis intereunt: ut malum quasi quo se uidebant circúseptos effugerent.Quotquot aút retrorsum uia qua ascenderent recurrentes a ruina uel incendio liberanť:a romanis continuo sine ullo negocio necátur. Quippe nudi armis & animi timore soluti:ueniebant in manibus romanoꝝ.Proinde ex cunctis qui tecta conscenderant:nullus ualuit pœnitus euadere.Romani autem p illud incendium in fiduciam subleuati:interius ꝓgrediuntur:& erarium ubi tépli opes seruabanť arripiút: & plurima quidem a militibus furata sunt.Sabinus autem uix inde quadringenta talenta publice ualuit ratione conquirere.Interea iudeos plurimum contristabat tam interitus socioꝝ q̃ erarii: anathemathumq; direptio:& tamen quotquot eoꝝ uel peruersitate mentis obstinati uel pugnaces promptiq; constabant:aulam regiam undiq; uallantes:minabanť incendium:& cunctos ibidem una interitui dare:nisi celer abscessissent.Nam se quoq; copiam illis exeundi si id eligerent daturos:Sabino quoq; si ét ipso uellet exeundi tribuere facultatem:pollicebanť.Dum iste geruntur:nonnulli ex regiis militibus ad iudeos transeunt.Rufus aút & gratus tria milia pugnatoꝝ ex militia herodis sub se habebant:uiros corpore exercitatos & strenuos . Cum his igitur oíbus sese romanis adiiciunt.Rufus ét equites aliquátos habebat:ipsos quoq; secum romanis auxilio duxerat. At iudei obsidionem minime negligebant:sed etiam menia cuncta circuibant:hortabanturq; oés ut illam oportunitatem se saluandi:& in libertatem paternam respirandi non perderent.Sabino uero optabile fuit:ut egrediens abscederet:sed committere semetipsum non audebat:suoꝝ consideratione factorum:& q̃ hostes admodum infideli mente esse cognouerat:simul etiam uari ꝓstolabatur aduentum:eúq; si adesset obsidionem illam esse solutuꝝ.Ea tempestate etiá alia plurima:turbis tumultibusq; plenissima ꝓuenerunt:quæ totam iudeæ regioné grauiter desolabant.In q̃buscunq; nãq; locis:alii lucri cupiditate concitati:pars inimicitia iudeoꝝ ad excitanda bella ferebantur.Militauerunt quondam Herodi duo milia hoíum hincinde congregatorum.Hi ergo in unú collecti:& seorsum a cæteris decedentes:aduersus regios milites pugna congrediunť.Vtebantur aút alcibiade duce:Herodis nepote:quem sibi p̃fecerant:qui tam in campis ad pugnã strennue ferebatur:q̃ in locis asperis arte p̃ualebat:ꝓpter experientiam quam ex usu belli ꝓceperat.Iudas q̃dam erat filius ezechiæ p̃positi latronum:qui multũ quondam p̃ualuerat:sed temporibus herodis cum magno fuerat labore depḧensus.Iste igitur iudas circa sefori galileæ congregans multitudinem uiroꝝ perditoꝝ:atq; desperatorum:cum eis aulá regiam pugnaturus iuadit.Ex qua copiam armoꝝ:quantúcunq; ille locus habebat abripuit:exinde suos omnes armat sumit etiá cunctas opes quæ ibidem pro custodiam fuerát derelictæ.Hic terribilis uniuersus effectus est. Nam huc atq; illuc agebat:& ducebat exercitum:libidine rei maioris accensus:& emulatione regnandi sine ulla uirtute ullaq; prudentia:sed ad uim inferendam tantum:& ledendum pronior & procliuis extabat:sperans ex hoc sibi dignitatem gloriamq; uenturam . Extiterat quoq; Symon seruus quidem Herodis regis:uerum decoris uir magnitudine corporis ac fortitudine præstans cui magna fuerant credita commissaq; negocia:is igitur regꝫ intemperantia subleuatus:diadema suo capiti præsumpsit imponere:& aliquanta multitudine congregata:rex pronunciatur insania simul: furiaq; populorum: sed etiam ipe dignum semetipsum existimans super omnes qui regnum ante gessissent:aulam regiam in hierichunte succendit:& omnia quæ ibi habebantur abripuit.Multa itaq; in diuersis locis per uniuersam prouinciá:ubi regia consistebant tabernacula comburebat: cunctaq; exterminio dabat:ignibus concremando.Ampliora quoq; iste gereret:& amplius ab eo illa regio deleretur:ni celeriter mutatio cõtigisset:nam exercitus militum regiorum qui se romanis addiderat:tota manu:totaq; uirtute cõgrediens:occurrit Symoni:ubi multa ui die longo certatur.Sed pluꝛes qui ex locis trans iordanem cum Symone fuerant congregati:neq; ordinis: neq; dispositionis bellice gnari:siquidem temeritate magisq; disciplina pugnabant:a regiis occubuere militibus:sed etiam ipsum Symonem per fugas se & per montis fauces saluari cupientem gratus occurrens:caput ei abscidit.Incensus est etiam illis diebus super iordané locus nomine emachoes a quibusdam hominibus Symoni consimilibus.Sic igitur in illa gente multa demẽtia uagabatur:propter quod regem proprium non habebant:q; populú uirtute ac moderatione disponeret: & propter quos alienigene irruperant:per quod seditioſe mentes occasionem accipiétes: ad bella

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

concitanda ſuccenſæ ſunt:intentione ſola deuaſtandi & aliena rapiendi. Cæterũ & athonges uir neq; generis dignitate conſpicuus:neq; uirtute decoratus: ſed opũ tantum conſilus abundantia. Paſtor enim erat iſte:& cunctis in oibus rebus obſcurus: uerum magnitudine corporis & robore prævalens:auſus eſt ẽt ipſe in regni conſpirare potentiam. Erant quippe illi fratres quatuor ẽt ipſi corpore magni:& de fortitudine gloriantes:& ex hoc credebãt ſeſe regnum oĩbus modis obtinere:nam unuſquiſq; eorum turmã propriam ductabat.Congregatur itaq; ad eos plurima multitudo.Et illi quidem ductoꝝ fungebantur officio:& ſicubi opus erat diſcurrebãt: bellicos exercendo conflictus.Ille uero diadema ſuo capiti circũponens:ad conſultandum concilium conuocabat:ut quid facto opus eſſet decerneret.Videns aũt cuncta in ſua poteſtate: cœpit inſania ferri maxime q; rex a populo uocabatur:q; ſibi ad regendum quæ uellet nihil eſſe impediméto cernebat.Deniq; tam ipſe quã fratres eius magna conſpiratione frementes:odio romanoꝝ & regiorũ militum bellum gerere feſtinabant.Nam equaliter aduerſus utroſq; infeſta mente ferebantur:ad uerſus regios quidem milites propter iniurias:quas eos ſub Herode perpetraſſe reputabãt:aduerſus romanos aũt q; eorum in præſenti poteſtas exiſteret.Igitur aſperitas huius mali tpe percurrẽte creſcebat:nulluſq; interitum poterat euitare.Nam alios quidem ſpe lucri exterminabãt : alios aũt occidendi conſuetudine perimebant.Incurrunt ẽt aliquãdo romanoꝝ turmæ circa emmaũ: & circundantes arium centurionem qui ductabat exercitũ:quadraginta ex eis uulnerauere:q; fuerant manu excitatorie meliores:cæteri uero timore fugientes:a grato qui multitudinẽ regiæ militiæ ductabat defenſati ſaluantur:ſuos mortuos relinquentes.Et multa parte diei romanæ legionis milites inſequentes plurimos ſauciabant:ſuperantur tamen poſtea:& cõpræhenduntur: alius quidem cum graco confligens:alter aũt cum Ptolomeo.Maiorem uero fratrem Archelai milites compræhendunt.Nouiſſimus aũt eorum ſuper his quæ contigebant merore confectus hęſitare cœpit:qualiter ſaluaret.Nam ſe ſolum remanſiſſe cernens:& omni manu militum ſpoliatum:fidei patruelis archelai ſe cõmittit ac tradidit:ſed hæc quidem poſtea contigerunt. Igitur ſic iudea Iatrocinantium facta fuerat habitatio.Si quis enim manũ aliquam cõgregaret: quæ ſecum ad ſeditiones faciendas conſpirare præſumeret:ſtatim rex efficiebatur:exurgens ad cõem regionis interitum.In breui quidẽ & in minimis rebus iudei romanis noxii conſiſtentes:inuidia tamen contribulium ciuiumq; ſuorum ad oĩa nequitiæ opera ferebantur.Interea uarus mox ubi quæ geſta ſunt Sabino ſcribente cognouit:timens illi legioni quam in hieroſolymis dereliquerat:duas reliquas legiones aſſumens:tres quippe in Syria fuerant conſtitutæ:aſſumens ẽt equitum alias quatuor:& auxilia quæ reges tetrarchæ diuerſi mandauerãt:maturabat præſidium illis qui in iudea obſidione tenebant afferre.Dicebant aũt omnibus q; Ptholomaidã pergeret. Dant illi ẽt beneĩcii tranſeunti ſubſidium mille quingentoꝝ uiroꝝ.Mandat illi & arethas quoq; petreus:qui odium circa Herodem & amicitiam ãt cum romanis adduxerat non paruam peditũ & æquitũ manum. Congregato itaq; in Ptolomaida omni exercitu:exinde patrem filio tradens:unũ amicorum ſuorum deſtinat galileos expugnatũ:qui ſuper Ptholomaidã habitant.Ille autẽ galileam ingrediens: magna ui pugnare cœpit.Et primũ ſeforin capiens:habitatores quidem oĩs captiuos abduxit: ciuitatem aũt ignibus tradidit.Varus aũt Samariam cum omni manu ingredi:ſed a ciuitate abſtinuit:erat enim crimine ſeditionis immunis:ſed quodam uico Ptholomeiarus noĩe collocat: quẽ uicum arabes odio Herodis hoſtili more cõburunt.Iter quoq; agentes:alium uicũ faſſo noĩe: magnum atq; opulentũ:idem arabes compræhendentes:incendio cõcremauerũt:& quaqua uerſum exercitus ibat:igne cuncta & cæde replebant:ſuccenditur etiã emmaus caſtellum : uaro iubente gratia mortuoꝝ.Hinc itaq; in hieroſolymã tendit.Illi porro qui ad obſidiones fuerant congregati:faciem ipſam non ferentes exercitus:paſſim cuncti diffugiũt:imperfecta ſeditionis opera relinquentes:qui uero in hieroſolymis fuere iudei:uaro grauiter incuſante:excuſationibus diuerſis ſe metipſos purgare nitebantur: q; multitudo illa pp feſtiuitatem fuerit congregata: bellum at nequaq; ex eoꝝ ſniam contigiſſe:ſed temeritate aduenaꝝ fuiſſe commotum:ſeipſos aũt cum romanis obſeſſos potius q; obſidendi geſſiſſe ꝓpoſitum. Venerunt aũt in occurſum uaro Ioſeppus herodis regis nepos:& gratus atq; rufus oẽm exercitum quẽ ſub ſe habebant:ſecum pariter adducẽtes:occurrunt ẽt romam:qui obſidione tenebant.Sabinus aũt non uolens in faciem uari uenire: ex alia pte hieroſolymis egrediens:mare uerſus abſceſſit.Interea uarus p oẽm regionem ptem militiæ mittit:quæſitum eos qui cauſa ſeditionis extiterant.Deprehenſis aũt qui manifeſtabant:alios qui cauſa mali extitere ſuppliciis cruciabat:quoſdam uero dimittit: in quibus culpa leuior inuenitur.Fuere aũt qui pp hanc cauſam in crucem acti ſunt:ferme duo milia hoĩum.Hoc igiẽ modo rebus collectis:atq; cõpoſitis:maximam ptem militiæ ad ſedes ꝓprias dimittit : grauem eam illis locis exiſtimans:nam in plurimis exceſſerant:& eius iura contẽpſerant lucroꝝ ac rapinæ cupidine.Ipſe uero decem milia iudeoꝝ in unum locum fuiſſe congregatos audiens:feſtinus occurrit:ut eos comprehenderet.Illi autem anteq; comphenſi fuiſſent:ſemetipſos tradidere hortatu acibi.Tunc uarus multitudini quidẽ ueniam contribuit:ipſos aũt ductores : qui cauſam ſeceſſionis excitauerant ad Cæſarem mittit.Cæſar uero pleroſq; ex eis p̃mittit: illos autem qui Herodis cognati fuere:ſuppliciis adegit:q; nullum iuſtitiæ gerentes reſpectum:contra familiares & ſanguine os arma tentauerant.Et uarus quidem iſta diſponens:& propter p̃ſidia unam legionem qua etiã primo dimiſerat hieroſolymis derelinquens in antiochiam repedare feſtinat.

Qualiter cæſar teſtamentum herodi confirmauit:ſeruans filiis eius teſtamentum:& diuiſio regi iudaici in tetrarchias. Cap. XVI.

ARchelao uero apud romam commorante:aliorum negociorum principia:pullulabant: quorum hæc erat cauſa.Venerat Romam legatio iudeorum:ſuper octo milia hoĩum: petentium ut ſuis legibus uiuerent:& legati quidem qui ex decreto totius gentis fuerant:miſſi quinquagita fuere.Cætera uero multitudo romæ ad eos uenerat. Cæſare ãt concilium faciente cum amicis:cæteriſq; romanorum primatibus:& in Appollinis templum cõgregante:quod ab ipſo fuerat magnis opibus impenſiſq; fundatum.Legati quidem cum uniuerſa multitudine indigentium iudeorum cauſam acturi conueniunt. Archelaus autem econtra cum amicis aderat.Quotquot uero regis fuere conſanguinei:ab archelao per odium ſeparantur:iudeis autem aduerſus eum conſociabantur:non tamen ſemetipſos publice demonſtrabant:graue putantes:& ad confuſionem propriam pertinere:ſi ante cæſarem contra conſanguineum & familiarem loqui præſumerent.Aderat etiam philippus de Syria ueniens:uari concitatus hortatu:prima quidem cauſa ut fratri adeſſet.Nam ei plurimum uarus fauebat.Enimuero arbitrabatur:quia illo regno ſoluto per partes:poſſet diſtribui:ſiquidem plures eſſent:qui ſuis legibus uiuere poſtulabãt.Vnde uero philippum hortabatur ut pro ſe laboraret:quo poſſet etiam ipſe partem aliquam regni percipere.Data igitur iudeorum legatis copia dicendi:cœperunt pro diſſoluẽdo regno multa loqui:& primum ex iniquitatibus herodis argumenta multa ſumere:dicentes eum nomine tantum fuiſſe regem: re autem uera tyrannidis facinora perpetraſſe: & multam per eum deſolationẽ rerum factam eſſe iudeorum naturaliter eum etiam ad nouitates inueniendas pronum fuiſſe proclamabant:& tantos quidem iudeorum eius crudelitatibus interiſſe:quantos nunquam ex hiſtoria periſſe cognoſcerent:ſed multo amplius ſemet qui uiuerent infœliciores exiſtere ; non ſolum eis quibus oſtenſione uultus aſper : & indignatione mentis terribilis apparebat: ſed etiam eiſbus ſubſtantias ſuas arripuit: ciuitates quidem extraneas & ab alienigenis habitatas eum ornare & locupletare: cum perditione & exterminio eorum qui ſub eius regno habitabant:omnem gentem penuriæ & neceſſitati cõtradictam:cum paucis autem regno deliciiſq; frueretur: plurimos quoq; ex nobilibus ciuitatibus: & nobili natos genere perimeret : nullis rationabilibus ſubſiſtentibus cauſis niſi ut eorum ſubſtantias rapuiſſet:& quibus uitam fortaſſe conceſſiſſet:rerum ſuarũ amiſſione damnaret. Iam uero exactionibus inquiunt functionem aliam quidem pro muneribus publicis cum augmentis annalibus exigebat: alia uero lucrorum gratia poſt functiones a ſeruis exactoribus:uel amicis eius diripi ſolere cauſabantur: nec ſolum iſta quæ ad damnum auri & argẽti pertinebant agi:ſed uirgines etiam corrumpi: matronas pollui:quæ pudorem ſui tacebãt: ſicut ab illis qui gerebant deſiderabatur qui uidelicet facinora ſua timebant:ne in publicum proderentur: tantaſq; ſub herode ſe iniurias & contumelias paſſos fuiſſe quantas nec ulla beſtia poſſet ingerere:ſi facultas daretur ut hominibus imperaret . Et multas quidem ſæpius calamitates ſuam gentem paſſam dicebant:ſed nunq; ſe in tantam infœlicitatem: tantamq; cladem prorſus incidiſſe: exemplum namq; iniquitatis & facinoris herodem uniuerſæ genti fuiſſe. Et optabiliter ſe archelaum quidem regem denominaſſe firmabant:quia poſt Herodem quemlibet malum ferendũ & tolerandum utiq; decernebant qui tamẽ ipſis initiis ſe quaſi mitiorem herodi conabatur oſtẽdere:uerum poſtea uerens: ne non proprius herodis filius crederetur:nihil ultra diſtulit: ſed ſtatim aperuit ſuæ mentis indicia:& cum nondum erat regni conſecutus integram firmitatem: q; in cæſaris arbitrio conſiſteret:illius regni poteſtatem uel tribuere: uel negare: dedit tamen ingenii ſui propoſitiq; monimenta: qualiter poſſet in futuro illud regnum gerere: ex his quæ in ipſis initiis ꝓpetrare p̃ſumpſit:ut ciues in templo die feſto uelut numini eos offerens:auderet occidere:unde iuſte uniuerſæ genti illum fuiſſe exoſum: propter merita ſuæ crudelitatis & ſceleris.Ob id quoq; & has querellas:legationem totam gẽtem deſtinaſſe firmabant.Petebant ergo:ut eorum prouincia regibus careret: & ſyriæ iungeretur: ut ab illis iudicibus regerentur: qui illuc ex roma ad gubernandam ꝓuinciam mitterentut: & tunc cognoſci poſſe dicebant:utrum ne ſeditioſi eſſent: & tumultum concitatores:an ſubiecti & deuoti ſi ꝓbis iudicibus:& rectoribus uterentur. Talia iudeis dicentibus:nicolaus regem criminibus expurgabat:Herodem quidem: quomodo per omne tempus quo aduixerit nunq; fuerit accuſatus : non enim uera poſſe dicere confirmabat eos qui cum haberent aliquid unde cauſarentur:illo uiuente prætermittentes quando poſſent:in quibus leſi fuerant uindicari:illo mortuo querellas importunæ confingerent:illa uero quæ ſub archelao acta eſſent:ad illorum improbitatem iniuriaſq; redigebat: qui contra ius & contra leges talia cõmiſiſſe præſumpſerint quiq; cædis fecere principium in eis qui ſe a tumultibus prohibebant. Incuſabat eos etiam q; ſeditionis libidine tenerentur: & q; pernicaces eſſent ad obediendum uel legibus uel iuſtitiæ:dum cuperent in omnibus ſuis aſſumptionibus uincere. Hæc itaq; nicolao di-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

cerite:cæſar hincinde quæ dicta ſunt audiens:conuentum dimiſit & poſt paucos dies:Archelaum quidem nõ pronunciat regem:dimidiæ uero iudeæ regionis quæ herodi tributa reddebat tetrarcham conſtituit: ſpondẽs ei quoq; regiam dignitatem:ſi laboribus & fauoribus circa ſemetipſum meritus appareret alteram quoq; dimidiam biſariam diſtribuit alteri herodis filiis:philippo uidelicet:& antipatro:qui contra fratrem archelaum de uniuerſo regno certauerãt. Et huic quidẽ regio trans iordanem galilea tributa reddebat quæ conſtabant in talentis ducentis per ſingulos annos.Philippo autem bathanea cum traconitide & auranitis:cum aliqua ꝑte domus quæ zenodori dicebatur:reddebant talenta centum. Cæterum archelao idumea: & iudea:& Samaria. Hæc.n. leuigatæ fuerant quarta parte functionum ex decreto cæſaris: propter quod in ſeditione cæteræ multitudini participes non fuere.Erant autem ciuitates quæ archelao tributa reddebant: ſtratonis turris & ſebaſta cũ ioppe: & hieroſolymis:gaza uero & gadara:& ipſe fuere græce ciuitates:q̃s abſcidens a diſpenſatione ſyriæ additamento iudeæ regioni coniũxerat. Accedebant ergo archelao tributa per unumquẽq; annum talenta.cccc.ex omnibus regionibus quas in ſua poteſtate ſuſceperat. Et hæc quidẽ de filiis herodis ordinata ſunt.Salomæ autem ſuper illa quæ frater ĩ teſtamento reliquerat:erat autem iannia & azotus:& faſelis argenti ſignati miriade quinquaginta:cæſar etiam donat ei ad habitandum aulam regiam quæ fuerat in aſchalone conſtituta. Intrabãt ẽt & huic reditus ex omnibus ſuis talenta per annos ſingulos .lx. domus autem eius in regionibus erant quæ ſub archelai fuere poteſtate.Accipiunt: quoq; conſanguinei regis quecunq; in teſtamẽto declarantur. Duabus autem filiabus eius uirginibus præter illa quæ pater reliquerat: cæſar ẽt utriq; dona largitur uicenas quinas miriadas argenti ſignati: eaſq; coniunxit ferorræ filiis: cuncta uero quæ illi fuerant dimiſſa:per filios herodis diſtribuit.Erant autem quinquaginta & mille talenta pauca ſibi ſumens uaſcula:quæ non tam ei magnitudine uel præcio:quam recordatione regis accepta conſtabant.

De eo qui ſe mentiebatur eſſe alexandrum herodis filium:& qualiter fictio iſta depræhẽſa ſit: inueſtigante cæſare:& pœna qua multatus eſt. Cap. XVII.

HIs igitur a cæſare diſpoſitis:iuuenis quidam iudeus quidẽ genere: ſed apud ſydonios nutritus: a quodam romanorum libertino: qui eum in cognitionem herodis induxerat: ſimilitudine forme prouocatus: quæ uidebatur alexandro conſimilis filio herodis qui fuerat interemptus:teſtificabantur quoq; illi cuncti:quorum aſpectibus occurrebat ex hoc occaſionem ſibimet eſſe reputabat quo regnum poſſet excipere:& aſſumens ſecum adiutorẽ ſuæ gentis hominem ſcientem cuncta quæ in palacio gerebantur: & ingenio callidum ad magna negocia perturbanda: eo ſibi huius factionis magiſterium præbente conſcendit. Dicebat ergo ſe alexandrum eſſe herodis filium ex morte ſeruatum ab his quibus ut eum perimerent fuerat delegatus: occidentes quippe alios per quos imaginem completæ iuſſionis oſtenderent: & expectatores fallerent:illumq; & eius fratrem ariſtobolum ſaluauiſſe. His igitur figmentis & ipſe in ſupbiam extollitur:& alios quot occurrerẽt eludebat. Interea cretam appulſis iudeorum omnibus q cum illo colloquium miſcuere: perſuaſio facta eſt. Vnde illi quoq; pecuniarum abundãtia cœpit affluere:plurimis hincinde donantibus.præter uenit ad melium:ibi quoq; cõgregat meliora. Nã ei plures offerebantur pecuniæ fide qua ex regio ſanguine illum deſcendere iudicabant: & ſœpæ ꝙ poſſet paterni regni iura percipere:uicemq; præſtãtibus reportare.Ibat igitur romam plurimis in eius obſequio uenietibus:& dicearcheã appulſus:ibidẽ quoq; qui habitabant:iudeos ſimilibus fallaciis illudere decipereq; non deſiſtit.Accurrebant nãq; illi ueluti regi: & alii quidẽ alii: maxĩe tamen illi qui familiaritatẽ & amicitiã eum herode poſſederant. Cauſa uero maxima deceptionis erat hominibus qui illũ cum uoluptate a referentibus aduertebant . Ad hæc etiã accedebat fides ex formæ uultuſq; ſimilitudine:eteni etiam qui plurimũ fuerant cũ alexandro conuerſati:nihilo minus inducti fuerant ad credendum:illum non fuiſſe alteꝝ:ſed alexandrum herodis filium: ita ut etiam aliis neſcientibus iurare ꝓſumerent. Proinde ingredienti romam: & fama ſui cuncta replenti in occurſum egreditur iudeorum plurima multitudo: inſtar miraculi ſalutẽ eius factam diuinitus admirantes: & cum gaudio illum maiore ſuſcipiunt: maxime propter maternum genus: quod erat ualde clariſſimum.Proinde cum ciuitatem ĩtraret:per plateas & uicos ĩ ſella portabatꝰ cuncto regali cultu cõpoſitus ex opibus & queſtibus:quas per diuerſa loca perceperat.Congregatꝰ itaq; ad eum maxima multitudo: uoces plurimæ:clamoreſq; cũ fauore reddebant: & oĩa fiebant quæ ſolent ad gaudia mentes hominũ concitare:præſertim in tali euentu:ubi præter ſpem ſalutẽ illius factam eſſe mirabantur.Sed ubi cæſari nuncius ille allatus eſt:non quidẽ credebat:propter quod ſciret herodem non facile poſſe in quibuſlibet negociis decipi ꝑſertim in illis ĩ q̃bus aĩum intenderet:tamen ſperans potius ſe contingere:celatũ:alias celã quendã ſuũ libertũ q ſæpius fuerat cum illis infantulus collocutus mittit:ut uideret alexandrum. Ille ãt cũ uidiſſet nulla meliori diſcretione uſus eſt q̃ uſa fuerat multitudo . Verũ cæſar decipi oĩo nõ potuit:quõ erat q̃dem ille ſimilis alexandro:ſed non ita ut eos poſſet inducere:qui prudẽter inſpicere:diſcernereq; ualerent. Siquidem iſte falſus alexander ex labore & opere ualde conſtabat attritus: in illũ aũt delicatudo

ex deliciis:& fortitudo de frequenti exercitatione concurrerant:huic autẽ durius & groſſius erat corpus. Intuens igitur mendacia conſpirantem iuxta diſcipulum atq; doctorem : & cum fiducia uerba proferẽtes examinabat: rem etiam de ariſtobolo cunctam perquirens: q̃d de illo quoq; fuerit factum: & ſemetipſum obſtupere ſimulans:rogabat: ob quam cauſam ariſtobolus quoq; non ueniſſet:quo regnum etiam ipſe dignitatemq; ſibi depoſceret . Cunq; ille reſpondiſſet in cypro illum inſula remanſiſſe:marinis periculis ſimul fatigatum:& territum: ut ſi forte ſibi aliquid inoptabile proueniſſet:ſaltim ille ſaluaretur:ne omne genus marianne pœnitus interiret:talia enim illum doctor ille reſpondenda docuerat:cæſar illum ſemotim adoleſcentulum a cæteris abducens: tibi inquit mercedis gratia ſalus a me præſtabitur ſi non tentaueris etiam me arte deceptionis inducere. Dic itaq; mihi quis tu ſis: & quis te ad talia confingenda pertulerit: maior quippe eſt tua ætate hæc adinuenta calliditas.Tunc ille:neq;.n.ultra mentiri potuit:in periculo conſtitutus: aperte cæſari omne figmentum:uel quali modo:uel a quo fuerit commentatum.Tunc cæſar falli quidem alexandrum nequaq̃ contra quod promiſerat fecit: uidens autem eum aptum laboribus: in ordine conſtituit numeroq; nautarum : illum uero qui talia præſumenda perſuaſit : morte condemnat . Melienſibus autem condemnatio ſufficiens uiſa eſt : ut quantoſcunq; ſumptus uel pecunias in falſum alexandrum erogaſſent: irreparabiliter amiſiſſet.Et circa falſum equidem alexãdrum res cum magna temeritate præſumptæ:finem huiuſmodi perceperunt.

Qualiter archelaus accuſator a iudeis apud cæſarem:quem cæſar indignatus:regno priuauit: & truſit in exiliũ apud uienniã gallie:& ſomniũ uiſum archelao & glafire. Cap. XVIII.

ARchelaus autem tetrarchiam ſuſcipiens : mox ut iudeam attigit : iozarum boethii de pontificatu remouit: exprobrans ei: ꝙ cum ſeditioſis una conueniret: eleazarum autẽ fratrem eius ad pontificatum ſubrogat . Edificat etiam in hierichunte aulam regiam: cum elegantia & decore mirabili: medietatem quoq; aquarum quæ ad irrigationem agrorum influebant:tractu ductuq; conſtructo diuertit in campum: quod ab ipſo fuerat palmarum arboribus conſitum. Victum etiam edificat:cui nomẽ archelaidem cõſtituit: paternã quoq; legem tranſgrediens:glafiram archelai quidem filiam:alexandri uero fratris coniugem:ex qua filios quoq; ſuſcepat: ſibimet accerſiit uxorẽ. Iudeis uero fas nõ erat fratrũ uxores accipe.Sed neq; eleazarus in pontificatu diuturno tempore perſeuerat. Siquidem etiam ſuper ipſum conſtituit ieſum oſeæ filium.Interea decimo anno principatus archelai: omnis nobilitas iudeorũ primateſq; ſamariæ:non ferentes crudelitatem eius:moreſq; tyrannicos: apud cæſarem accuſationes ei inſtituunt:maxime quia cognouerant eum cæſaris mandata tranſgreſſum:nam ei præceperat: ut mãſuete:dementerq; conuerſaretur ad populum.Cæſar igitur ut hæc aduertit indignatione commotus: curatorem eiuſdem archelai rerum earum quæ romæ fuere: archelaus etiam ipſe dicebatur: protinus aduocat: cæterum ſcribendum archelao indignum exiſtimat: illum autem deſtinat: ut archelaum celeriter exhiberet.Ille continuò ſine ulla dilatione nauem aſcendẽs:nauigat celeriter: & in iudeam uenit:archelaumq; occupat cum amicis epulum celebrantem: mẽtem ei cæſaris aperuit:atq; ut confeſtim egrederetur ciuitatem compellit . Cæſar autem ueniente archelao aliquibus accuſatoribus aſtantibus:cãm hincinde cognoſcit:ſed ubi ſe parum ſe expurgat archelaus: in exilium trudi ꝑcipitur:in uiẽna ciuitate galliæ habitaculo cõtributo: pecunias uero eius rõnibus iuſſit ſociari fiſcalibus. Sed anteq̃ romam fuiſſet uocatus archelaus ſomnium ſuis amicis tale recitauit. Vidiſſe ſe namq; dicebat ſpicas decem numero: plenas turgenteſq; frumentis uigoremq; integrum poſſidentes: quas uidebat a bubus comedi. Sed hoc uidens magnis fluctibus eius aĩus fatigabatur:a quibus dum ſciſcitaretur:illi per diuerſas contrariaſq; opiniones ſolutioneſq; diſcinduntur. Tunc Symon:uir eſſeus ueniens:mutationem rerum illo ſomnio ſignificari dicebat: archelao non ſane in rebus ſecundis aut cõmodis ꝓuenturam. Boues nanq; labores & miſeriam ſignificare firmabat:propter quod ſoleat illud genus animalium laboribus affligi & conteri: mutationem autem rerum illo ſomnio demonſtrari dicebat: quod terra boum laboribus & operibus exarata in ſeipſa permanere pœnitus non ſinatur:perſpicax autem .x. periodum decem annorum terminari manifeſtabat. Vnam quippe futuram æſtatem & tempus ſuppleri aſſeuerabat archelao quo de principatu ſuæ poteſtatis exiret.Et ille quidem hoc modo ſomnium illud expoſuit.Quĩto uero die poſtq̃ illud ſomniũ archelao fuerat demõſtratũ : euocator eius archelaus ꝓcurator ſuus in iudeam uenit a cæſare deſtinatus. Similiter & glafiræ uxori eius: & regis archelai filiæ prouenit.Quæ primo ſicut ſupra oſtendimus:alexandro in coniugium ſociata:conſtabat herodis q̃dem filio:ſed fratri archelai.Poſtea uero quam idem alexander a patre fuerat interemptus iobato lybiorum regi coniungitur.Quo defuncto:item illam uiduatam in capadocia a patre archelaus ĩ coniugium ſuſcepit:marianne excludens:quæ ſibi fuerat coniugata.Tantus ſiquidem illum glafiræ amoris ardor incenderat.Cum uero iuncta eſſet archelao: tale ſomnium ipſa quoq; cõtuetur. Videbat quaſi alexandrum ſibi aſtantem: & ſe quidem illi adgaudere: eumq; libenter & alacriter amplexari:illum uero exprobrationes ei protinus imputare dicentem. O glafira:nempe uel nunc confirmas prouerbium quo dicitur:fidem mulieribus non habendam.Nonne mihi iureiurando

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cōſtricta es?ſed & iugali fœdere uirgo ſociata.Poſtq̃ filios quoq; ſuſcepimus:amores noſtros obli ta es ſecundarum cupidine nuptiarum:ſed neq; hoc tibi ſufficere iudicaſti:quinetiam cum tertio ſponſo cōcumbere præſumpſiſti:& ſine pudore domum noſtram ingrediens:thorum genialē pol luiſti:cum archelao ius coniugale conſocians ut illum uirum haberes : quem meum fratrem eſſe conſtaret.Verum ego nunq̃ tui pœnitus obliuiſcar:neq; beniuolentiæ qua ſemp circa te detētus ſum caream.Liberabo ſane te uniuerſis obprobriis:meam ſicuti fuiſti firmam ſtabilemq; perfici ens.Quæ cū illa familiaribus retuliſſet:poſt paucos dies uita defungit̃. Hæc ergo haud ſane im portuna huic noſtro operi ratus inſerui:primo quidem:quia ea quæ circa ipſos reges cōtigiſſe no ſcuntur innotui:deinde ut exemplo uera probent̃:dicere illi a quibus immortalitas diſputat̃ ani marum:aut etiam ut appereat diuina prouidentia reꝝ humanarum cuncta diſponi:ne increduli tate huiuſmodi rerum homines ledantur in moribus.Enimuero qui hæc crediderit:nullo modo prohibetur per dies ſingulos ad uirtutis augmenta procedere . Archelai uero regio tributaria fa cta: ſyriæ diſpenſationi coniungitur.Interea cyrinus uir conſularis a cæſare deſtinatur:cenſum in Syria diſpoſiturus:& domum redditurus.

ℭIncipit Liber.xviii.antiquitatis Iudaicæ.

ℭQualiter Cyrinus a Cæſare deſtinatur:ut ſyriam iudeamq; cenſeret. Cap. I.

CIrinus autem unus de his qui ſemper in conſultatione congregaban tur:uir per omnium magiſteriorum & principatuum officia celebra tus per cunctas adminiſtrationes conſulatus culmen aſcendens:& in cunctis adminiſtrationibus:& aliis dignitatibus clarus: cū paucis ue nit ad ſyriam cenſor gentis a cæſare deſtinatus: & appreciator uniuſ cuiuſq; ſubſtantiæ.

Qualiter Copinius ex æqueſtri ordine miſſus eſt in iudeam:& quia Cyrinus uenit in iudeam uniuerſorum deprædaturus ſubſtan tias:& Archelai redditurus pecunias:& quia iudei moleſtæ ferentes: tandem perſuadente Iozaro pontificæ paſſi ſunt deſcriptionem fieri ſubſtantiarum ſuarum. Cap. II.

MIttitur etiam cum eo Copinius ductor totius æqueſtris agminis:poteſtatemq; iudeoꝝ omnium gerens.Venit etiam Cyrinus iudeam:nam diſpenſationi ſyriæ fuerat aduna ta:uniuerſorum deprædaturus ſubſtantias:& Archelai redditurus pecunias. Porro iu dei licet in ipſis initiis deſcriptionis nomen dirū haberent:ſubiiciuntur tamen ne am plius ſubſiſterent:perſuadente illis pontificæ Iozaro:boethi nanq; erat iſte filius . Et illi quidem cuncti ratione pontificis:deprædari ſuas permiſere ſubſtantias:nihil amplius heſitantes.

Qualiter iudas galonites:& quidem alter perſuaſerunt multitudini:ne ſuas deſcribi ſubſtan tias paterentur. Cap. III.

SEd iudas gaulonites:homo ex ciuitate:cui nomen erat Gamalas:ſaddocū phariſeum ſibi coniungens:receſſionem facere feſtinabat:nam depdationem & cēſum nihil ali ud eſſe dicebant q̃ integram ſeruitutem.Proinde ad defendendā ſuam libertatem:to tam plebem diuerſis exhortationibus incitabant:omnem quoq; illis cooperaturā eſ ſe creaturam: ſi pro bono libertatis honorem ſuam & gloriā magnanimitate tuerēt ſed ēt deum non aliter illis auxiliatorem fore:niſi talibus conſiliis ad agendū procederent.

Qualiter populi eorum conſilia conſecuti : ſeditiones & bella ciuilia : ſeu latrocinia exer cuerunt. Cap. IIII.

HIs itaq; diebus amplius eorum animus īcitatur:ut etiam ab homicidiis ſe nullo modo arcerent:quoniam cum magna uoluntate quicquid ab illis dicebat̃ auriebant:atq; hoc modo in magnum malum ſeditio illorum & audacia prorumpebat:nihilq; fuit malo rum quod per illos non pullularet uiros:& ſupra quam dici poteſt:illa gens continua tionibus eſt repleta bellorum & clades īter eos & latrocinia:deprædationeſq; gerebant: obtentu quidem utilitatis defenſioniſq; communis: ſed reuera propriorum lucrorum gratia tota ſeditio gerebatur.Multæ itaq; cædes ciuium ſociorumq; perpetrantur:poſtremo in inuicem conuertun tur:non ſecus quam cōtra hoſtes infenſius ageretur bellum.Itaq; quotidie deprædationes:capti uitates cædes:ubiq; concurrebant:ita etiam ut templum dei ignibus cremaretur.Tantum ualuit nouitas & inſtitutionum mutatio paternarum.Siquidem iſte iudas & ſaddocus quartam philo ſophiam nouiter introduxerant:cuius amatores copiam conquirentes:ſeditionibus ac tumulti bus repleuere rempublicam.Sed etiam malorum futurorum radices peſſimas plantauere per in ſolentiam inconſuete philoſophiæ:de qua uolo pauca differere.

Quantæ ſint hereſes philoſophoꝝ apud iudeos: uel qualibus teneant̃ legibus. Cap. V.

IVdeis igitur philoſophiæ tres erant: etiam inde ab initio in inſtitutis patriis derelictæ eſſenorum:ſadduceorū:& tertia qua philoſophantur:qui dicebantur phariſei: & quāq̃ de eis explanauerim in ſecundo libro iudaici belli : tamen etiam nūc cōmemorationis gratia breuiter attingam. Phariſei enim quotidianam conuerſationem exiguā habent: & prorſus abiectam:nihil molitudini aut delicatudini pœnitus indulgētes ſe quæcūq; iudicio ra tionis oportere cōperta ſunt illa ſequuntur:præpoſitis nullo modo reluctantur: maiores natu cō petenti honore uenerantur:ita ut nec contrarium quiddam alicui aliquando reſpondeant: fato geri omnia credunt:ſed neq; liberum arbitrium hominis auferunt: iudicium dei futurū eſſe ſen tiunt:illic cunctos homines propria merita recepturos:tam eos quidem qui ſecundum uirtutem uixerunt:quam illos qui nequitia deprauati ſunt.Animas āt immortales dicunt:ſed etiam in īfer no congrua unicuiq; habitacula promerito:uel uirtutis uel iniquitatis attribui:ſicut unicuiq; ui uenti gerebatur ſtudium & alias quidem animas eternis trudi carceribus:alias autem facilitatem reuiuiſcēdi percipere: & ob hæc populis quidem ſunt acceptabiles credib:leſq;. Quantacunq; itē ad culturam diuinitatis pertinent orationum celebrationes: templorum cōſtitutiones:expoſitio nibus ſuis facienda eſſe prædicat.Nam tantum uirtutibus eorū prolatum eſt teſtimonium: ut ad eos plurime ciuitates:& maxima multitudo cum ſtudio grandi confluerent:opinione adducti:qa meliores cæteris eſtimantur.Sadducei aūt aīas mortales exiſtimāt:ſimulq; cū corporibus īterire. Nullas uero alias obſeruatiōes præter legē cuſtodiūt:aduerſus doctores aūt philoſophiæ ſuæ cer tari & reniti glorioſum ānumerāt ſed ad ꝑuos admodū doctrina eoꝝ ꝑuenit: & modus excitatio nis.Primates aūt apud eos dignitatibus honoribuſq; celebrant̃. Eſſeni āt ad deū cūcta redigunt: īmortalē animam dicūt iuſtitiā āt rem ꝑcioſam:ꝓ q̃ ēt uſq; ad mortē pugnandū eē ꝑdicant: in tē plo anathēata ꝓponēda ꝓhibent:ſacrificia uel hoſtias cū populo nō celebrāt:ꝙ ſe plurimū ab eis putāt mūdicia uel ſanctitate differre:& merito ſe a cōi cōgregatione diſcernūt:remotim ſacrificia faciētes:cultu uero moꝝ atq; cōuerſationibus optimi ad colendā terrā & exercendā omni ſtudio intenti. Illud etiā habent dignū:& ualde mirabile ꝙ in aliis non inuenias gentibus tam græcoꝝ q̃ etiam barbaroꝝ : ꝙ omnes illis opes in medio ſunt:& ab eis oīa poſſident̃: nihil amplius inter eos ditior fruitatur:nihil pauperior defraudat̃:ac ſi nihil omnino poſſideat.Et illi qdem hoc mō de ſe gerūt.Sum āt ſuper quatuor milia hoīum nūero.Vxores nō ducūt:neq; ſeruos habere feſti nant: aliud quippe iniquitatis:aliud ſeditionis oportunitatē eſtimant. Iſti ergo ſemotim apud ſe metipſos aduiuunt:mutuas ſibi uiciſſitudines miniſtrantes: ſuſceptores aūt reddituū promouēt: curatoreſq; conſtituunt:qui cuncta quæ terra profert in uſus: neceſſarios adminiſtrent.Sacerdo tes optimos uiros eligunt:cibus illis ſimplex eſt: habitus inſumptuoſus & mundus: Quare ergo philoſophiæ iudas princeps extitit: cuius fecimus mentionē. Huius ius ſequaces in ueſtitu:in ha bitu: cæteriſq; aliis phariſeis conſentiunt:circa libertatem uero imobilem retinent atq; īmutabi lem ſententiā.Nā huius rei cupido magna eoꝝ mentibus eſt infixa.Solum enim pricipē & domi num dicunt deum omnium: mortis aūt multas & uarias ſpecies ſuſtinere pro nihilo pendūt: uel cognatoꝝ ſupplicia:uel amiſſiones amicorum oīno contemnunt:dūmodo nullum hoiem domi num dicere compellantur.Nonnulli nāq; uiderunt: qualiter ſæpius aliqui eoꝝ in ſuppliciis īmu tabiles permanſere . Vnde plurimi quoq; illius gentis hoc ſtultitiæ morbo inſanabiliter egrota runt:geſſio fluuio principatum huius uanitatis obtinente. Nam ex hac quoq; ſuperbia ad ſeditio nes excitandas romanis: recedendiq; ab eis: & ipſe præcipitatus eſt: & alios præcipites dedit . Et philoſophiæ quidem genera hæc atq; huiuſmodi ſunt apud iudeos . Interea cyrinus opibus reſti tutis archelai:deſcriptioneq; perfecta:quæ facta eſt triceſimo ſeptimo anno: poſtquā antonius ac ciaco bello fuerat a cæſare ſuperatus:iozarum quoq; pontificem: ſeditionem a multitudine paſ ſum ſacerdotali deponit officio:ananum in pontificatu ſubſtituens.

37 anno

Qualiter herodes & philippus citates in honorē cæſaris fabricauerūt : & q̃liter ſamarite oſſa mortuoꝝ ī tēplo iactātes cū feſtiuitas azimoꝝ īmineret populū reddidere pollutū. Cap. VI.

HErodes autem & philippus tetrarchiam ſuam eorum unuſquiſq; ſuſcipiens:herodes ſe phorin muro circundedit:ad inſtar & ſimilitudinem galileæ:quam āthocratoridan ap pellat.Alia autem betharanta ciuitas:etiam ipſa eſt:quam muro circunſpiciens:iuliā ex nomine iuliæ uxoris cæſaris nominat.Philippus autem paniadā quæ eſt circa fontē ior danis fluminis conſtruēs cæſareā nūcupauit.Tū ēt bethſaidā ꝓximam ſtagno geneſar edificat: & dignitatem ei ciuitatis attribuit:habitatorumq; multitudīe replet: aliarumq; neceſſariaꝝ rerum copia refertam facit:& iuliam omonimam cæſaris filiæ uocat.Copinio autem iudeam illo tēpore gubernante: quē ſupra docuimus cum cyrino deſtinatum:huiuſmodi factum in iudea prouenit. Azimorum dies agebantur:quam feſtiuitatem paſcha uocamus:in qua mos erat: ex media nocte portas templi a ſacerdotibus aperiri.Et tunc itaq; apertis portis: uiri quidem ſamarite occulte in hieroſolymam uenientes per templi cunctas porticus: & per totum fanum oſſa iaciūt mortuoꝝ. Et ex illo cœpit in templo cuſtodia maior a ſacerdotibus exerceri.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

Mors Salomæ ſororis herodis quondã regis iudeoꝝ:mors ẽt auguſti:romanoꝝ ſecũdi ſperatoris.Succeſſio tyberi cæſaris ſub quo pontius pilatus mittitur in iudeam. Cap. VII.

Opinius aũt non poſt multum temporis romã reuertit̃ : cui ſucceſſor regendæ ꝓuinciæ marcus efficitur : ſub quo etiã Salomæ herodis regis ſoror uita defungitur : iuliæ cæſaris uxori derelinquens iamniam & oẽm ſuam toparchiã:& in cãpo faſelidam & archelaidam cõſtituas quæ ẽt plurimis conſite uere palmitibus: quoꝝ fructus optimus & ualde præcipuus.Sed huic quoq; ſuccedit annius rufus: ſub quo ẽt cæſar emoritur: romanorũ ſecundus imperator.vii.&.l.imperio annos aduiuens menſes.vi.dies aliquantulũ ſuper duos ex q bus.xiiii. annis ſimul cũ eo antonius reipublicæ gubernacula rexeret. Viuens itaq; annos.lxxvii. uita deceſſit.Huic ſuccedit in principatu Tyberius uero uxoris eius iuliæ filius qui fuit romanis iii.imperator:ſub quo quintus iudeoꝝ rector ualerius gratus efficitur:annii rufi ſucceſſor.Is ananum remouẽs ſacerdotio hiſmahelum filium iabi põtificẽ deſignauit.Sed & hũc non multo poſt abiiciens: & eleazarum anne pontificis filium ſacerdotio ſurrogauit.poſt annum uero etiam hũc arcet officio: & ſymoni cuidam camithi filio miniſteriũ põtificatus attribuit. Sed non amlpius & ipſe quam unius anni ſpacio eodem perfunctus officio:ioſeppum cui caiphas nomen fuit: habuit ordine ſucceſſorem.Et gratus quidem talia gerens:romam reuertitur poſtq̃.xi.annos in iudea cõpleuerat.Huic ſucceſſor pontius pilatus effectus eſt . Herodes autem tetrarcha ad magnam amiciciam tyberii peruenit: edificans ciuitatem:quam ex eius cognomento tyberiadã denominauit: menibus eam firmis ſortibuſq; circundans:in regione galileæ iuxta ſtagnum geneſar:unde aquæ calidæ non longe diſtabant:in uico cuius nomen erat amathus . In hanc confines plurimi cõfluxere:atq; etiam ex tota galilea non parua multitudo concurrit. Ex omni quoq; regione quæ ſub illo fuerat conſtituta:ab eo coacti conueniunt:ut ibidem commanerent. Multi etiam ex nobilitate illuc habitandi gratia tranſferuntur . Suſcepit etiam quotquot hincinde uenie bant inopes & ægenos:pleroſq; etiam quos liberos non eſſe conſtaret: quibus tamen ſecuritatem libertatis attribuit & beneficia plura contulit: ut hoc inuitamento nollent ex illa ciuitate diſcedere. Priuatas ẽt domos ex propriis opibus fabricabat: terras largiebatur: ut in his omnibus ſtabiles habitatores efficeret:maxime autem ex paterna lege tranſcribens: in qua ſignificatur ut habitatio ſeptem dẽ rum ciuem loci perficiat. In illis diebus moritur etiam fraates parthorum:imperator: inſidiis illi a fraate filio præparatis ſecundum hunc modum . Fraates imperator poſtq̃ legittimos filios habuit: aſciuit ſibi italici generis concubinam: cui nomen erat thermuſa . A cæſare iulio cum aliis muneribus hæc ei fuerat condonata:& primum quidem ea ſicut dixi pro concubina utebatur:captus mira pulchritudine mulieris. Procedente uero tempore filioq; ex ea fraate ſuſcepto: coniugem eam legittime deſignauit: quam honorabiliter tractabat in omnibus:& quicquid diceret ei obediebat.Itaq; feſtinans:ut parthorum principatus filio ſuo cõtingeret: quod uidebat aliter fieri non poſſe: niſi exinde legittimos filios aliquibus argumentis excluderet: perſuadet imperatori ut illos romam obſides deſtinaret.Proinde illi:nõ enim facile fuit fraati: diſpoſitionibus thermuſe reſiſtere:romam a patre mittuntur:& ſolus in regno fraatis filius enutritur.Sed poſtq̃ adoleuit graue reputans ac malitioſum: ut principatum patre tribuẽte ſuſciperet: inſidias præparat patri: cooperante ſibi etiam matre . Nam ſermo quoq; ferebatur: ꝙ ei concubitu miſceretur. Itaq; pro utroq; facinore genti factus eſt exoſus:tam parricidio quam amore matris nefando:ſeditionibus excitatis anteq̃ amplior fieret:ex regni poteſtate depulſus emoritur.Concordantes itaq; in unum parthorum fortiſſimi cernenteſq; ſine principe ſe non ualere conſiſtere:cœperunt inſpicere:quinam illis ex genere arſacidarum fieret imperator:nam aliunde fieri non licebat: unde quoq; uſq; in hodiernum diem pollutum:dicunt:& iniuriatu ex ſemine mulieris italicæ illud imperium.Herodem itaq; per legatos aſciſcũt.Sed poſtq̃ iſte quoq; ſuſcepit imperiũ:cœpit inuidioſus eſſe multitudini:atq; ſuſpectus propter immenſam crudelitatem:erat quippe ita ſeuerus:& omnibus modis immittis.Hunc ergo congregati ſimul extinguunt. Plericq; autem dicebant: ꝙ cum in ſacrificiis inter altaria peremerunt:nam eis moris erat in diuinis celebrationibus cultros portare.Apud plurimos tamen opinio illa eſt:ꝙ dum uenatum pergit:occiſus eſt.Legationem itaq; romam mittunt: unum ex obſidibus ad imperium poſtulantes: & mittitur illis bonones: cæteris ſuis fratribus antelatus:ꝙ iudicabatur fortunam ſuam: poteſtatemq; non inſoleter aut nimiæ tractaturus. Sed barbare multitudini celerrima conuerſio ſuboritur. Siquidem ſunt etiam natura mutabiles. Manſuetudinem itaq; eius cæperunt contemnere:indignum putantes:ut ſeruo ſubiicerẽtur alieno. Nam obſidatum ſeruitutem eſſe definiebant neq; enim iure belli datum: ſed quod penus putabant in pace ad iniuriam ſuæ gentis & regni alienigenis eſſe contraditũ.His ergo querelis gens uniuerſa commota: illum proturbat imperio: confeſtimq; artabanum euocant medorum regem arſacidarum genere deſcendentem Perſuaſus artabanus uenit cum omni militia.Cui bonones occurrit: & multitudine cõgregata parthorum:cum eo bello congreditur.Artabanus autem uictus confugit ad montes mediæ: & non poſt multum tempus congregans etiam ipſe magnas turmas exercitus cum bonone confligit ; & uictus bonones cum pauco ad ſeleuciam confugit equitatu.

Artabanus autem fuſum parthorum exercitum inſequens:magna ſtragem operatus eſt.Tũc barbaris grandi metu compreſſis ad contexti fontem cum magna multitudine pergit. Illo itaq; parthis imperante bonones in armeniam uenit:& primo quidem in illa regione cœpit imperare:deinde uero ad romanos legtionem mittit. Sed ubi tyberius petitionem eius abnuit:ille item ad ꝓthos conuertitur & bellam artabano denunciat: quando quidem nulla illi recuperandi regni machinatione ſuccurrebat.Cæterum armeni qui circa niſatem habitant: artabano fuere ſociati:a quibus derentus bonones ſylano ſyriæ rectori contraditur.Ille autem ex uerecondia:quomodo eum romæ nouerat:cuſtodiuit:honorificeq; tractauit.Armeniam:eſt autem orodi artabanus uni ſuorum filiorum tradidit.Ea tempeſtate moritur etiam commagene rex Antiochus:& plebs aduerſus nobilitatem ſcinditur: & mittit utraq; pars legationem ad romam : nobilitas quidem ſtatum reipublicæ habitumq; mutare deſiderans : ut præſidali diſpenſatione regeretur : multitudo uero regnum habere proprio more cupiebat.Senatus autem utraq; legatione ſuſcepta: ex decreto germanicum mittit : cuncta ſyriæ forte negocia correcturum agente fortuna quo facilius interiret. Nam ueniens in partibus orientis:& in melius cuncta diſponẽs: a piſone ueneno perimitur ſicut iam in aliis indicatum eſt.

Qualiter pontius pilatus uoluit latenter itromittere in hieroſolymam ſtatuas cæſaris cognoſcens autem populus ſeditionem aduerſus illum commouit : donec illas ab hieroſolymis in cæſaream tranſmitteret. Cap. VIII.

Pilatus autem iudeæ rector exercitum de cæſarea ſecum aſſumens: tendit ad hieroſolymã:ut leges ſolueret iudæoꝝ.Nam ſecũ ſtatuas cæſaris:quæ in ſignis militaribus inerãt intromittit.Imagines ãt:aut aliquid huiuſmodi facere lex noſtra prohibet & propter hoc ãte illum oẽs iudeæ rectores:ſine ſignis ingrediebant̃ menia ciuitatis.Primus itaq; pilatus ignorantibus populis introgreſſus ſigna quæ ſecum apportabat in ciuitate cõſtituit. Illi uero mox ut rem cognouerũt:congregati uenit̃ cæſareã:diebus plurimis ſupplicãtes: ut imagines de hieroſolymis auferrent̃ . Pilato uero abnuente:ꝙ iniuriam cæſari facere ſi fieret eſtimabat:iudeꝰ nullo mõ diſcedunt.Tunc ille occulte inſidiis armatos milites collocat.Cunq; ꝓ tribunali ſediſſet: quod ei fuerat in ſtudio nam eũ locũ in inſidiis quas præparauerat aptũ eſſe ꝓſpexerat:iudeiq; iterum ſupplicarent:ſigno dato:milites proceſſere:iudeis undiq; circundatis; cœpit pilatus mortẽ cõminari:niſi quieuiſſent.At illi mortem ſe potius electuros: quã cõſtitutiones legis ſuæ tranſgreſſum iri firmabant.Tunc pilatus ámirans fortitudinẽ iudeoꝝ in conſeruandis legalibus cõſtitutis:cõfeſtim imagies de hieroſolymis auferri ꝓcepit: cæſareãq; ꝓduci.Voluit ẽt ex opibus tẽpli aqueductũ ꝓgentem in hieroſolymã fabricare:ſuſcipiens initiũ torrentis quod ſtadiorũ duũ miliũ interuallo diſtabat.Sed iudei non libenter accipiũt & circa eos q operabant̃ multa milia hominũ cõgregata: clamabant ut ab illo opere ceſſaretur.Plericq; ẽt maledictionibus utebantur:contumelias quoq; iactantes:ſicut uulgaria ſolet multitudo. Ille uero milites a dorſo iudeos circunuenire præcipiens:iubebat ut cederent.Illis aũt ad contumelias iniuriaſq; conuerſis:dato ſigno militibus:iuſſit ut iudeos inuaderent. Milites porro ampliora quam iuſſi erant perpetrãtes:multitudinem magna cæde proſternũt.Plures igitur ibi deficiunt : plericq; autem ſauciati diſcedunt.Itaq; hoc modo ſeditio illa terminatur.

De ieſu chriſto. Cap. IX.

Vit autem hiſdem tẽporibus ieſus ſapiens uir:ſi tamen uirum eum nominare fas eſt. Erat enim mirabilium operum effector:& doctor omnium eorum hominum qui libenter audiunt quæ uera ſunt.Et multos quidem iudeoꝝ:multos etiam ex gentibus ſibi adiunxit.Chriſtus hic erat. Hunc accuſatione primoꝝ noſtræ gentis uiroꝝ: cum pilatus in crucem agendum decreuiſſet:non deſeruerunt hi qui ab initio eum dilexerunt . Apparuit enim eis tertia die iterum uiuus ſecundum ꝙ diuinitus inſpirati propheræ uel hæc: uel alia de eo innumera miracula futura eſſe prædixerant. Sed & in hodiernum chriſtianorum q ab ipſo nuncupati ſunt:& nomen perſeuerat & genus.

De facto quod contigit romæ in templo iſidis:& quæ iudæis per illud tempus romæ prouenerint:omnibus urbe expulſis per tyberium: & de ſeductione ſamaritici populi : uel oppreſſione eius per pontium pilatum. Cap. X.

Iſdem temporibus alia iudeos ſeuiora pertur bãt.Nam etiam in templo iſidis:quod romæ fuerat conſtitutum factum quoddam turpitudine plenum obprobrioq; contigit quod primũ explanabo:tũ demum ad illa quæ apud iudeos euenere tranſibo. Paulina quædam mulier erat romæ: maiorum dignitate præclara ſtudio caſtitatis intenta: honeſtatis opinione perſpicua.Erat ẽt opum magnitudine locuplex:& uultus pulchritudie decoroſa ætate autem quando maxime mulieres pudicitia decorantur.Hæc nupta erat ſaturnino: etiam ipſo genere:opibus: cæteroq; cultu conſimili . Huius itaq; amore detinẽt̃ iuuenis quidam nomine mundus: ex numero equeſtri: ſed in gradu iam emerito conſtitutus: & dignitate magna ſublimis : idoneus etiam ad munera largienda : ſumptuſq; faciendos . Nam memoratæ quoq; mulieri

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

maiora dona promiſerat:quæ illa contemnente maximo fuerat amore ſucceſſus:ut etiã.xx. miria das dragmarum atticarum ſe daturum pro uno concubitu ſpopondiſſet : ſed neq; ſic illa deflexa eſt.Tum ille nimiam infœlicitatem morbi ſuſcipiens:ſiquidé nec cibú ualebat accipere: morti ſe addixerat:hoc unum ſibi iudicans tanti mali fore remedium . Et ille quidem tale decretũ animo infigens:per dies ſingulos agebat:ut celeri morte raperetur.Erat auté mundo liberta quædam ex parentibus noíe ida: oíum maloꝝ & iniquitatum coagulũ: Hæc grauiter ferens:q; ille iuuenis ſe damnaret in mortẽ:nam clarebat oíno periturus : accedens erexit eum:& cœpit cũ eo talia fabulari:quæ aſum eius bonæ ipſe facerent.Promittebat ſe nãq; acturã apud paulinã:ut qnq; miriadas accipiens:cõcedere iuueni quod uolebat.His itaq; dictis: iuuenẽ de morte reuocãs:ſumpſit ab eo pecuniæ quantũ placuerat:ſed nõ eadé uia paulinã aggredit':q̃ fuerat ante tentata:cernens animũ mulieris nullo mõ capi pecuniis.Sciens uero q; admodũ eẽt illa cultura iſidis occupata:tale aliqd machinat'. Accedit ad quoſdã ex tẽplo iſidis ſacerdotes:quibus interpoſitiõe iurandi fidẽ ſeruare perſuaſit :dans etiã in præſenti duas miriadas & dimidiã:promittens ẽt aliud tãtũ: ſi quod uellet: habuiſſet effectũ. Tũc cauſam aperit:amoré iuuenis indicat:orat ut & mulieré q̃bus poſſent modis inducerent.Illi ãt pecuniaꝝ cupidine capti promittunt quicqd imperaret ꝓtinus ipleturos:ꝑſertim ãt ipſe maximus ſacerdotũ:ut paulinã cõueniret: ac ſuis uerbis ipleret polliceť.Finxit auté ſe ex ægypto ueniſſe::ab anubio deſtinatú: q; is grandi circa paulinã amore teneretur: eumq; deũ ſibi iuſſiſſe:ut romam ueniret: mulieriq; præcepta numinis apportaret. Libenter illa & optabiliter ſuſcipit atq; ad amicas gloriãdo denunciat:q; ab anubio tali merito digna iudiceť. Hoc etiam intimauit marito: q; amborum cœnam anubius concupiſat . Ille auté grata conceſſit pudicitiam coniugis non ignorans. Illa igitur pergit ad templum & cũ cœnaſſet: tẽpuſq; quieſcendi ueniſſet uniuerſæ ianuæ a ſacerdote clauduntur:Cuncta quoq; lumina ſubtrahuntur:mundus auté intro Iarebat occultus. Qui poſtq̃ factum ſilentium eſt ad mulierem deuenit. Illa autem exiſtimãs deũ eſſe reuerenter accipit:atq; ita cum ea mundus pernoctans:circa uicinum lucis abſceſſit.Illa auté mane facto conſurgens:atq; ad ſuum uirum ueniens:aduentũ ad ſe numinis enarrauit. Similiter etiam loquitur ad amicas: magnã ſibi ex hoc glorificationem reputans proueniſſe: & quia uerba quoq; ad illam feciſſet:anubius indicabat.Sed ex audientibus alii non credebant:naturã inſpiciẽtes rei:pars ãt credebat:quia dum uerum ad miraculũ dicebant: pudiciciã attendentes: dignitaté quoq; referebant. Tertia uero die poſtq̃ factum eſt occurrens ei mũdus: o paulina inquit:ſaluaſti mihi.xx miriadas: quas poſſes familiaribus tuis rebus adiicere: nunc autem nec meis poſtulationibus defuiſti:& damnificatione liberaſti.Nam in tẽplo tota nox a te cum mũdo peracta eſt: nec mei nominis intereſt uoluptate præcepta. Nihil ad perficiendum negociũ obfuit:q; anubius uocitatus ſum.Et ille quidem talia locutus abſceſſit:illa uero in menté ſuam rediens: tunc primum illud facinus intellexit: & ſciſſis ꝓtinus ueſtimentis ad uirum cucurrit: factionẽq; aperuit:tã magni facinoris deprecata:ne ſuam iniuriam neglexiſſet.At ille imperatori cuncta denunciat. Tunc tyberius diligenter cauſãm examinans:uniuerſum ſacerdotum ſcelus inuenit: & ipſos quidem cũ ipſa quæ cauſa totius iniquitatis extiterat:adegit in cruces:templum autem ipſum funditus euertit:ſtatuamq; iſidis in tyberim fluuium iactari præcepit:mundum autem exilio condemnauit:dignum eum maiore pœna non iudicans : q; amoris uehementia deliquiſſet . Et ea quidem quæ in templo iſidis prouenere:tali fine concluſa ſunt. Nunc ad rem redeo: ut explicé quæ iudeis romæ eodem tempore contigerunt:ſicut ẽt ante præſtrinxi.Erat quidé uir genere iudeus: de ſua patria profugus: accuſabatur autem legalium tranſgreſſione præceptorum: unde apud ſuos quoq; reus habebatur:etiam malignus in omnibus.Iſte per multos dies legem ſe moyſi exponere ſimulabat: & tres uiros in omnibus ſimiles ſibi conſocians:ſeducunt uuluiam quandam unam de cetu nobilium ut legi iudaicæ animum ſuum dederet. Cui perſuadebant:ut oſtri & auri plurimum in hieroſolymam mitteret: templi ornatui profuturum.Quod illi ſumentes propriis uſibus abſumpſere:propter quod etiam argumentis & fallaciis antea cuncta peregerant.Tunc tyberius: nam & totum negocium ſaturninus inſinuat: uir uuluiæ pariter amicus & tutator iubet roma cunctos iudeos excedere . Conſules uero quatuor milia ex iudeis militantes mittunt in ſardorum inſulam: plurimos autem militare nolentes propter legis paternæ cuſtodiam affecere tormentis : atq; hoc modo ꝓpter nequitiam quatuor hoíum uniuerſã multitudo pellitur ex urbe.Sed neq; ſamareoꝝ gens turbis fuit exps: uel tumultibus aliena. Hos.n.puertit uir qdã mentiri ꝓculdubio iudicans caphedõ noíe:qui oẽm plebem ſuaſionibus artificioſis induxerat ut in monté garizim oés accurrerent: q; eum ſanctum haberent ac uenerabilem . Pollicebať enĩ ſe abſcendentibus oſtenſurum uniuerſa uaſa:quæ ibidem a moſeo fuiſſent obruta.At illi perſuaſi uerbis illius armantur:& confidunt in quodã uico:cuius eſt nomen tirathua: atq; hincinde plurimos cõgregabãt: ut cũ maxia multitudine montem aſcenderent . Sed hos in ipſo aſcenſu pilatus occupat : omnem equitatum præcedere iubens: & ductu uelociſſimos: atq; ibi circa memoratum uicum pugna cõmittitur:& alios obtruncant:pleroſq; in fugam uertunt: maximam partẽ capiunt: quoꝝ ſeditionis princeps uel eos qui in fugiendo tunc plurimum uulnerant:pilatus interfecit.

Accuſatio ſamareoꝝ aduerſus pilatum apud uitelliũ : & qualiter uitellius romã eũ ad cæſarẽ ire compulit: ut ibi rationem eoꝝ quæ contigerant redderet. Cap. XI.

SEd ex hoc ſameoꝝ gente turbata cuncti priores ad uitellium ueniunt:qui per id tempus gerebat principatũ ſyriæ: atq; apud eum pilatum accuſant:q; iniuſte tantos occiderit.Non enim a rõanis diſcedendo:ſed iniuriam Pilati declinando:in tyrathua cõgregatos eſſe promebant . Tunc Vitellius marcelium unum ex ſuis amicis qui curaret in iudæa conſtituit:Pilatum autem romam pergere:ut de his quæ a iudæis accuſabatur:ſe in iudicio Cæſaris expurgaret.Tũc Pilatus poſtq̃ in iudæa decimum compleuit annũ: pergit romam Vitellii iuſſione compulſus:nõ enim poſſet eius diſpoſitionibus reluctari.Sed anteq̃ Pilatus romam ueniret:Tyberius ex humanis rebus abſceſſit.

Vitellius aſcendens hieroſolymam : magnificus ac munificus extitit in populos : & qualiter Tyberius Cæſar ſcripſit Vitellio : ut amicicias componeret cum Artabano parthorum imperatore. Cap. XII.

VItellius autem ueniens in Iudæam: aſcendit hieroſolymam:& erat forte tũc feſtiuitas a maioribus inſtituta; quæ Paſcha uocatur . Vitellius itaq; magnificus ac munificus extitit in populos:nam & uenalium rerum præcia leuigauit: & in aliis plurimis circa eos liberalis apparuit:ſed etiam ſtolam pontificis : uniuerſumq; eius cultum atq; ornatum in templo haberi permiſit:& ſub pontificum poteſtate ſeruari ſecundum inſtitutionem moris antiqui.Nam anteq̃ Vitellius ueniſſet:in Antonia ſeruabatur . Arx enim huiuſmodi nomine cenſebatur.Vt autem ibidem ſeruaretur:talis extiterat cauſa.Pontificum quidam Hyrcanus nomine : unus ex multis: nam plures hoc uocabulo fuerant nuncupati : prius in loco templi uicino tabernaculum conſtruxerat:& ibi ex maxima parte degebat:ubi etiam ſtolam pontificalem habuit . Nam cuſtos eius extabat:propter quod ea ſoli licebat inducere: quando intrabat templum.Cæterum quando in ciuitatem exiebat:priuatis indumentis utebatur . Hanc itaq; conſuetudinem & ipſe & filii eius:& eorum filii:multo tempore conſeruabant. Sed poſtq̃ Herodes acceſſit in regnum:illud tabernaculum oportuno loco ſibi exiſtimans ſitum opulentius conſtruit:& Antoniam ex nomine Antonii:q; ei amicus erat appellat: ſed etiam ſtolam ſicut eam ibi reperit:ita etiam præcepit cuſtodiri exiſtimãs ex hoc nihil ſeditionis aduerſus ſe populum commoturum.Similiter etiam fecit Archelaus filius eius:poſtq̃ Herodi ſucceſſit in regnum.Et deinde Archelao excluſo:a romanis ſeruabatur ſtola pontificis in illo tabernaculo: ex lapidibus fabricato:ſub ſigillo ſane pontificum & in gazofilatio habebatur: a quo & cætera templi ornamenta & candelabrum quoq; ſeruabatur:quod tantum per dies feſtos ad uſum pontificum tradebatur. Tranſacta uero feſtiuitate:iterum in loco proprio reponenda reddebatur:& per tres utiq; feſtiuitates ſingulis quibuſq; annis & per ieiunia:dabatur atq; reddebatur.Vitellius autem tunc ſecundum morem antiquum ſtolam illam pontificum poteſtati contribuit neq; permiſit : ut quando uſui opus eſſet:a gazofilatio peteretur. Hoc itaq; beneficium iudæis in indulgens pontificem Iosippum cognomento Caiphan ſacerdotali remouit officio: cui Ionathã filium Anne in pontificale miniſterium ſubrogauit.Quæ cum egiſſet:tunc confeſtim quod in antiochiam ducit ingreditur.Mittit etiam Tyberius ad Vitellium litteras:iubẽs ei:ut amiciciam cum Artabano parthorum imperatore conficeret.Terrebat enim eum:q; inimicus extaret: & Armeniam inuaſiſſet: ne forte amplius eius concepta progrederetur audacia : mouetq; ut non aliter eius amiciciæ crederetur:niſi ſuos filios obſides præbuiſſet . Hæc itaq; ad Vitellium ſcribente Tyberio: ille magnis muneribus perſuadet hibeorum:& labanorum regi:ut cum Artabano ſine ulla dilatione pugnaret.At illa a pugna quidem abſtinent : uerum ſcithas conceſſo eis tranſitu aperientes caſpias pilas:in artabani regiones immittunt:atq; ita deuaſtatur armenia:omniſq; terra parthorum hoſtibus impletur & cladibus.Nam primi eorum paſſim ubiq; perimũtur:turbis & lucta cuncta complentur . Filius etiam ipſius imperatoris in ea pugna perimitur cum exercitu numeroſo . Nam multe miriades ibi defecere parthorum : ipſumq; Artabanum per munera Vitellius corruptis amicis eius: & conſanguineis pœnæ perdiderat. Sed cum dolos intelligeret Artabanus : ſeq; circunuentum irremediabiliter agnouiſſet : nam erant plures qui ei inſidias parabant : cum paucis fidelibus ad ſuperiores Satrapias abſceſſit:atq; ita ſe inſidiantium dolis eripuit . Poſtea uero magnam manum decoarum ſaorumq; congregans:cum reſiſtentibus ſibi pugna congreditur: & ſuperans ſuum tutatus eſt principatum. Hæc Tyberius audiens : iuſſit poſtea cum Artabano amiciciam fieri: quod etiam ille libenter amplectitur . Hoc autem quando gerebatur : circa Eufraten fluuium erant Artabanus & Vitellius : atq; ibi de pacis fœdere conlocuntur : in medio ſibi ponte fluminis occurrentes : paucos ſecum uterque qui ſibi munimento forent adducens . Ibi poſtquam de pace locuti ſunt : Herodes eis Tetrarcha conuiuium in loco medio præparat : tabernaculum ex uelamentis præcioſis exornans . Tunc Artabanus dat obſidem Tyberio Darium ſuum filium:cum quo etiam munera magna multaq; tranſmittit.In quibus etiam hominem magnitudine ſeptem cubitorum:genere iudeum: nomine Lazarum miſit: qui propter corporis ua-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

ſtitatem gygas uocabatur. His itaq; peractis:uitellius an ad antiochiam artabanus autē i babyloniam reuertitur.Herodes autem uolens ſemetipſum tali nuncio commendare:litteras per huiuſmodi deſtinat portitores:in quibus intimat pacem factam:obſidemq; ſuſceptum: poſtremo cuncta denunciat:quæ ad negocium pertinebant:nihil pœnitus prætermittes. Poſtea uero cum uitellio de his rebus deſtinarentur epiſtolæ:reſcribitur a cæſare:q; cuncta iam ante cognouerit:herode de omnibus edocente. Ex hoc uitellius ſupra quam quiſq; ratus erat indignatione turbat: non tamen ſuum animum aperit:ſed iram mente ſeruabat : donec reuerteretur : gaio ſummente regimen principatus.

Mors philippi fratris herodis iunioris:& q̄liter tetrarchia eius diſpenſationi ſyriæ: regiminiq; cōiuncta ē: & de ſimulatione quæ cōtigit inter arethá pethreū & herodē: qa eiecit herods filiam arethe:quā duxerat uxorē:amore captus herodiadis:quā ſubintroduxit loco uxoris: & quia tyberius ,puocatus ſcriptis herodis mādat:uitellio aduerſus aretham pugnare. Cap. XIII.

TVnc etiā philippus herodis huius frater uita defungit:uicesimo q̄dem ſecūdo āno imperante tyberio:ipſe autem per.xxxv.annos rector aduixit: ſub ſuo iure poſſidens traconitidis & gaulonitidis regionem. Ad hæc etiam uanutaneoq; uniuerſam gentē ſuo regimine gubernabat . Is moderatum & manſuetum ſe cunctis quibus imperabat exhibuit:nullas oppreſſiones aliquibus importans:nam eius ad ſubiectos cōuerſatio talis erat.Procedebat cum paucis:electis:ſibiq; gratiſſimis:in cauſis iuſta iudicia proferebat:in itinere occurſātibus uel opis ægentibus auxiliabatur impigre:ac ſi forte oppreſſionem ſenſerat alicuius:ſtatim i ſolio conſidens cauſam audiebat:iuſte pti adiutor iniuſte punitor exiſtens . Hic ergo moritur inualida: unde magnis exequiis in monimentum defertur: quod ab ipſo ante fuerat conſtitutum, iuxta paniadam:exequiæq; ſunt illi magnificæ celebratæ. Pricipatum autem eius tyberius cæſar: aſſumens:ſiquidem nullum reliquerat filium:diſpenſationem ſyriæ regiminiq; coniunxit:fūctiones autem tributarias quæcunq; colligerentur in eadem præcepit tetrarchia ſeruari . His quoq; temporibus inter aretham petreum:& herodem regem ſimultatō magna contigit:propter huiuſmodi cauſam. Herodes tetrarches uxorem habuit arethe filiam cum qua non paruū tempus aduixerat.Sed cum romam euocaretur: tranſiens in domo herodis exceptus eſt . Frater eius erat ét ipſe:ſed non ex una matre progenitus.Herodes enim ex filia Symonis ſacerdotis fuerat procreatus. Cūq; ibi eſſet:herodiadis amore captus eſt:uxoris alterius herodis: filia enim erat iſta ariſtoboli ſoror autem agrippæ maioris . Audet igitur de muliere de nuptiis in eundis miſcere ſermonem.Illa uero ſuſcipiente pacta firmantur:ut cum roma reuerſus fuiſſet: illa connubii iura ſuſcipere . Erat enim in pactis:ut filiam arethe regis excluderet . Et herodes quidem romam talibus pactis firmatis aduehitur. Sed cum reueſus fuiſſet: peragens romæ propter quæ fuerat euocatus uxor eius fideliter cuncta cognoſcens:quæ inter eum fuerant herodiademq; compoſita:anteq; ei ille cuncta cognouiſſe ſentiret:rogat uirum:ut in macherunta ubilimes erat arethæ herodiſq; regionis:ab eo mitteretur:nihil ſuæ uoluntatis aperiens.Hoc herodes libenter accipiēs:mittit uxorem:nihil eam ſenſiſſe pœnitus arbitratus.Illa uero:permiſerat enim ante multum tempus ad patrem:ut ei apud macherunta omnia parārētur quæ itineris uſus expoſceret:a ductoribus arethe ſuſcipitur:confeſtimq; intrat arabiam atq; ibi ab illis ductoribus ad alios:ab illiſq; rurſus ad alteros tranſmiſſa cum ſumma celeritate patri perducitur:cui cunctam Herodis aperit uoluntatem. Ille uero exhinc inimiciciarum ſumpſit initium:atq; ab utroq; exercitu cōgregato in regione gamalica bello confligitur:non quidem ipſis præſentibus:ſed ductoribus ab utraq; parte tranſmiſſis.Pugna atq; facta:& exercitu Herodis afflicto:proditione profugarum: qui de Philippi tetrarchia ad Herodem quaſi auxiliandi cauſa conuenerant:hæc Herodes ſcribit ad Tyberium. Ille autem indignatus q; arethas talia perpetrauerit:ſcribit uitellio:ut ei incūctanter bellum inferret & aut uiuum eum uinctum adduceret:aut certe mortui caput auferret.Tyberius quidē ut hæc ageret:rectori ſyriæ demandabat.

De Ioanne baptiſta ab Herode paſſo:& uitellii præparatio in pugnam aduerſus arethá ſecundum q; ſcripſerat ei Tyberius:& quia Vitellius aſcendens hieroſolymā fauorabiliter ſuſcipitur a populo:deſcriptio quoq; ſuccincta de uniuerſa maioris Herodis proſapia. Cap. XIIII.

QVibuſdam autem iudæorum uidebatur ideo periſſe Herodis exercitum q; in eum ſatis iuſte indignatio diuina commota ſit:pro uindicta iohānis:qui uocabatur Baptiſta. Hūc enim Herodes occidit:uirum ualde bonum qui præcipiebat iudæis uirtuti operam dare:iuſtitiam colere:in deum ſeruare pietatem:& per baptiſmum ad unum coire: tum demum enim baptiſmū acceptabile fore:ſi non ſolum ad abluenda peccata ſumatur: uerū etiam ad caſtimoniam corpis:atq; ad animæ iuſtitiā purificationem q; ſeruet: omniumq; paritet uirtutum uelut ſignaculum & cuſtodia quædam fidelis habeatur. Quæ cum ab eo præcepta hu iuſmodi docerentur:atq; ad audiendum eum per plurima multitudo concurreret: ueritus Herodes:ne forte doctrinæ eius perſuaſione populi a ſuo regno diſcederēt:uidebat enim: q; præceptis eius ac monitis parata eſſet plebs in omnibus obedire melius credidit priuſq; noui aliquid fieret:

præuenire hoiem nece:quā poſtmodū turbatis rebus:ſerā penitudinē gerere.Ex ſola hac ſuſpitione Herodis uinctus in caſtellum macherunta abducitur iohannes:ibiq; obtruncatur. Iudæis aūt ſicut iam diximus uidebatur pro eius ultione iteritum illius exercitui deum importaſſe quo herodes ſumpſiſſet digna ſupplicia.Vitellius uero cœpit omnia præparare: ut bellum cum Aretha perageret.Sumens igitur duas legiones:& peditum & æquitum uniuerſam manum:cūctoſq; auxiliarios ex regibus qui ſub romanis erant ſimul adducens: pergebat per iudeam tranſitum facere.Sed uenientes in occurſum eius primates iudæorum:poſtulabant ne per eorum regionem iter ageret:ne compellerentur contra legem ſuam imagines & ſigna ſuſcipere.Quibus auditis ille perſuaſus:mutata ſententia quā ante conſulto prouiderat:per campum magnum ire præcepit exercitum:ipſe autem cū herode tetrarcha & amicis aſcendit hieroſolymā de hoſtias immolaturus.Nā dies feſtus iudæorum propinquus inſtabat.Ad quam feſtiuitatem occurrens:fauorabiliter ac decenter ab omni multitudine iudæorum exceptus ibiq; peragens dies feſtos:ionathan pontificali remouit officio:quod eo filio eius fratri cōtradidit. Quarto autem die allatæ ſunt illi litteræ: in quibus ſignificabatur mors tyberii:& ut omnem multitudinē congregans: ad deuotionem gaii iurare compelleret.Milites quoq; & auxilia cuncta ad loca propria dimittebat: q; bellum iam gerere non ualeret neſciens gaii propoſitum:in quem poteſtas rerum trāſlata conſtaret. Dicebatur etiam q; hoc arethas ex augurio antea cognouiſſet.Nam cum ad eum uitellius nūcium belli miſiſſet:fertur uitelli militibus reſpondiſſe:impoſſibile eſſe prorſus:ut ad petreos romanus exercitus aduenerit:antea enim unum ex pricipibus moriturum:uel eum qui bellum imperauiſſet:uel illum qui impetrantis propoſito miniſtraret:uel illum aduerſus quem prœlium pararetur. Vitellius interea in antiochiam repediauit.Agrippa uero Ariſtoboli filius:anno anteq̄ tyberius moreretur romam uenit:uolens apud imperatorem agere:ut ſibi aliquam tribueret poteſtatem.¶Volo igitur plenius explicare:de uniuerſo Herodis genere:qualiter fuerit propagatum : ſimul enim & ſermo ad hanc hiſtoriam pertinens amplius eniteſcet:per quem probabit Nihil prodeſſe uel exercitus uim:uel corporis ualitudinem:uel alia quæ uidentē mortalibus appetenda: ſine pietate qua colitur deus.Siquidem intra.c.annorum ſpacium præter paucos:nam admodum plures erāt:cuncta Herodis origo conſumpta eſt.Super hæc etiam ad humilitatem & modeſtiam humanum genus adducitur:cum illius familiæ calamitates audierit poſtremo etiam: omnis res agrippæ declarabitur:digna maiore miraculo:qualiter & priuatus & abiectus ad tantam magnitudinem poteſtatis aſcendit:quod nullus ſciētium eum de illo homine aut ſperare poſſet:aut credere.Dixi quidem etiam antea de his:tamen nunc quoq; diligentius explanabo.Herodi maiori fuere ex mariā ne hyrcani:filiæ duæ:ex quibus una:ideſt Salomæ nupta fuerat faſelo nepoti ſuo: filio faſeli fratris Herodis:hanc enim pater ipſe tradiderat:altera uero:ideſt cypris antipatro:etiam ipſa nepoti quidem Herodis:filio autem ſororis eius Salomæ.Et faſelo quidem ex Salomæ procreantur filii v.antipater:herodes:& Alexander: filiæ autem Alexandra & cypris:quam in cōiugium acceperat Agrippas filius Ariſtoboli.Alexandram autem honorabilis uir Cyprianus ex nobilibus habebat uxorem:ſed nullos ſuſcipiens filios cypris emoritur. Verum ex Agrippa quidem pueri procreantur duo: filiæ autem tres:berenice:mariāne:druſilla.Agrippa autem & druſus pueri uocabantur: quorum druſus: anteq̄ ad adoleſcentiam ueniret emoritur . Agrippa autem a patre mittebatur. Herodes autem & Ariſtobolus:& berenice:etiam hii quoq; filii fuerunt Herodis maioris:berenice autem cuſtodibari fuit & Salomæ filia ſororis Herodis.Hos Ariſtobolus infantulos derelinquerat:occiſus a patre cum Alexandro fratre:ſicut ante iam diximus.Sed hii poſtq̄ adoleuerunt: ducunt quidem Agrippæ frater mariānem filiam olympiadis:Herodis regis filiæ:& Ioſippi qui erat Herodis regis frater Ariſtobolum.Tertius autem Agrippæ frater Ariſtobolus ducit iotapatam ſi gerammi filiam emeſorum regis:ex quibus naſcitur puella cuius audiendi ſenſus fuerat: obiurata:nomine iotapata: & iſti quidem maſculorum filii fuere : Herodiadis quoq; erathis ſoror progenita:quæ herodi herodis maioris filio fuerat iūcta:quem ex mariāne ſuſceperat Symonis pontificis filia.Ex iſtis etiam Salomæ filia procreatur qua procreata:herodiadis legem paternā tranſgrediens:Herodi coniungitur:fratri uiri ſui:ex uno patre progenita:uiuum deſerens uirum . Hic autem cui cōiuncta eſt:tetrarchiam habebat galileæ:filia uero eius Salomæ Philippo filio Herodis nupta eſt:tetrarchæ traconitidis regionis.Sed iſto ſine filio moriente Ariſtobolus eam in cōiugium ſuſcepit:filius Herodis:frater Agrippæ.Ex qbus filii quoq; naſcuntur.iii.herodes: agrippa:ariſtobolus.Et Salomæ q̄dem tali modo proſapia propagat.Ei aūt ex antipatro filia procreat cypris:quā alexas ſelcias ſumit uxorem.Alexe uero huiuſq; mulieris filia:fuit itē cypris. Herodes aūt & Alexander:quos fratres diximus antipatri:ſine filiis moriuntur.Alexandro aūt Herodis regis filio qui a patre fuerat interemptus:Alexander & Tygranes filii generant: ex archelaicha pradoco regis filia & tygranes q̄dem cum regnaret i armenia:accuſatus in roma:ſine prole defungit.Alexādro āt tygranes omonimus fratris eius gignit filius. Et iſte Alexāder q duxit antiochi cōmagenorum regis filiā iotapatā noie:leſidi ciliciæ ciuitatis a ueſpaſiano rex efficit.Et alexādri quidē origo cōfeſtim ut pullulauit:culturā gentis ſuæ dereliquit:ad ritus tranſiens moreſq; gen-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

filium:cæteræ uero filiæ herodis:nullam prolem pœnitus habuere.Herodis aũt quã memorauí prosapia permansit usq; ad tempus quo agrippa maior regnum accepit.

Multiformis calamitas & infœlicitas quæ prouenit agrippæ:adeo ut a proprio liberto romæ accusatus:& cõiuctus in uincula a Tyberio sit iniectus mors Tyberii:successio gaii:solutio agrippæ de captiuitate:& coronæ impositio per gaium. Cap. VX.

His itaq; de Herodis genere declaratis:nũc de agrippa narrabo: uel qualis illi aduersitas fortunæ prouenerit:uel qualiter omnes calamitates effugerit:atq; ad magnam dignitatem potestatemq; conscenderit.Ante paucum igitur tempus q̃ rex Herodes de uita discederet:agrippa apud romam erat:ubi maximam familiaritatem cum druso tyberii filio conquisierat:& cum Antonia drusi maioris coniuge:propter quod hæc matrem eius in honore magno haberet:& uenerabiliter appellaret.Agrippa uero magnus & natura largus existens: & ad donandum ualde munificus uiuente quidem matre suam uoluntatem non ualebat ostẽdere:ueritus:ne illã in aliquo contristaret.Mortua uero matre:& proprii factus arbitrii:cœpit opes suas abundanter effundere:& alia quidem quotidiani uictus gratia opulẽter erogaret:alia muneribus in diuersis expenderat plurima uero in libertis cæsaris dabat:q; per eos posset aliquid aduuari.Proinde hoc modo semetipsum exhibens:breui ad magnam penuriam egestatem peruenit. Accessit etiam illi aliud:unde romæ permanere prohiberetur.Contigit enim tyberii filium mori.Quo mortuo: Tyberius ꝓhibuit omnes amicos filii sui omnesq; familiares ante faciem suam accedere:ne illis uisis recordatiõe filii facta:dolor ei luctusq; moueretur.Ob hanc igitur causam in iudeam agrippa nauigando perrexit:uidẽs se apud romam miserabiliter uiuere: propter quod omnes suas opes amiserat:& nullus illi aditus eẽt:unde posset aliquos questus habere: nam multas etiam ibi pecunias sub fœnore acceperat:a quibus cum urgeretur: unde debitum cõsolueret: non habebat.Defectu igitur consilii & confusione q; se aliter uideret:discessit in quandam turrẽ quæ in malathoes fuerat constituta:addicens semetipsum:ut de hac luce defungeret. Quæ cum uxor eius cypris ita esse sentiret:cœpit omnibus modis laborare:ut eum a morte prohiberet. Inuenit ergo consilium:ut ad suam sororem herodiadẽ scriberet:quam herodes tetrarcha uxorem acceperat intimans ei in quibus agrippa esset constitutus uel qualiter se uellet morte damnare: oportere illam propter consanguinitatẽ auxilium ferre. Illi uero euocantes agrippam:habitationem illi in tyberiada constituunt:& aliquantũ eris per singulos dies:quod ad uictum eius subministraretur dare præcipiunt.Sed in hoc Herodes non multo tẽpore perseuerat licet etiã ipsa quæ darentur sufficientia non fuissẽt.Nam cum aliquo die per uinũ hoc Herodes exprobraret agrippæ:agrippa impaciens exprobrationis abscessit: atq; inde perrexit ad flaccum uirum cõsultatem cum quo romæ amicitiam non paruã induxerat. Is enim tunc gubernationem ſyriæ disp̃sabat. Cunq; ſuspectus esset a flacco:apud eum interim degebat.Retinuit etiã ibi flaccus Aristobolum fratrem agrippæ:sed simulate diuersum:haud sane per hoc in aliquo præpediebãtur: quo minus amicitiam consulis honoremq; mererent.Sed nõ tamen Aristobolus aduersando cessabat:donec eum flacco quoq; reddidisset inuisum:huiusmodi causam offensionis inueniẽs.Damasceni cum ſydoniis pro militibus certamen exercebant.Cunq; inter eos flaccus auditurus foret: illi cognoscentes agrippam:quod apud eum plurimum posset:rogabãt:ut eorum partis fautor existeret ac gentum ei plurimum promittentes.Et ille quidem omnia studiose gerebat: q; damascenis suffragaretur auxilium.Aristobolus autem:non enim eũ latuit pecuniarum quæ fuerat facta ꝓmissio: causam deportat ad flaccum.Quæ cũ fieret examinatione manifestior:a sua gratia repellit agrippam.Ille auté extrema penuria circũseptus ad ptolomaidã pgit : atq; ibi necessitate rei familiaris strictus:consilium capit in Italiam nauigandi.Sed cum eum sumptuũ prohiberet inopia : marsiũ libertum suum rogabat ut ei in tanto molimine adiutor existeret:ab aliquibus pecunias mutuã do:& marsias primum quẽdam berenice matris agrippæ libertum:sed iure testamenti eius:factũ ditionis antoniæ:postulat:ut ei aliquas pecunias daret scriptura & fide mediante. Ille uero queretur de agrippa pro cuiusdam fraude pecuniæ:& compellit marsiam:sub cautione dare milium atticarum facereq; ut duo milia minus quingentos acciperet.Ille porro concessit : quia non erat aliud quod egisset.Sumpta itaq; pecunia agrippa athedonam uenit & reperiens nauem tunc proꝑ positum peragebat.Hoc agnoscens etẽnius capito:ianniæ curator milites mittit: ab ut eo argenti.xxx.miriadas exigerent:quæ romæ thesauris Cæsaris debebantur. Quiq; uenientes:agrippam pecuniam dare compellunt.Ille uero facturum se quod uidebatur assimulans:nocte Alexãdriam profugit:ubi Alexandrum deprecatur alabarthum:ut ei.xx.miriadas mutuas largiretur . At ipse quidem sibi daturum se non promisit:Cypriæ autem similia postulanti non abnuit: obstupescẽs studium dilectionis eius erga proprium uirum : & q; eam uidebat honestatis cuncto genere decoratam. Alexander igitur quinq; illis talenta in Alexandria mutuatur : promittens: ut cum inde Archeam ueniret : ibi reliquum daret: timens Agrippam : q; esset in expensis profusior. Et Cypris quidem exinde uirum in Italiam nauigaturum dimittens : ipsa cum filiis in Iudeam reuertitur. Agrippa uero puteolis appulsus : æpistolam ad Tyberium Cæsarem scribit : qui

tunc capræis agebat:p̃sentiã suã significãs: ut dignus fieret uultui cæsaris appere: quo cõtinentiã ab eo mererẽf.Petebat ergo:ut ei capræas uenire cõcederet.Tyberius aũt nihil ſtilatiõe ꝓducens clementer illi & humane rescripsit: inter alia quoq; se gaudere significans illum ad se sopitem repedare.Cũq; ille capas aduenisset: nihil minus ei cæsar alacritatis exhibuit:q̃ p litteras ostẽderat. Nã & amplexatus est eũ:& magnifica hospitalitate suscepit. Sed postero die allatis litteris ab herẽnio capitone:in quibus significabatur:q; agrippa.xxx. miriadas debens soluendo nõ adesset:& ob id tempore quo se spoponderat redditurum profugit ex actores deuitans animus cæsaris immutatus est. Nam cum illam legisset epistolam:indignatione commotus: ingressum ad se interdixit: donec ab eo debitum redderetur.Ille autem nequaq̃ ex cæsaris indignatione commotus:antoniã deprecabatur germanici matrem:& gaii:qui postea cæsar effectus est:ut ei.xxx. miriadas mutuas impartiretur: ne ab amicitia tyberii decidisset. Illa uero berenicæ matris agrippæ recordatiõe nã se hæ mulieres admodum diligebant:siquidem pariter gaio lac præbuerant: pariterq; illum enutrierant: argentum quod postulat imptitur. Quod cum pro debito reddidisset: nullomodo post hæc ab amicitia tyberii prohibetur.Deinde tyberius cæsar eum suo nepoti coniunxit:iubens: ut ei in omnibus processionibus adhesisset.Agrippa uero:propter quod ab antonia cum magna gratia fuisset exceptus:cœpit omni nisu agere:ut gaium eius filium in omnibus accuraret: qui fauore matris in magnis habebatur honoribus.Erat ibi forte quidam genere samareus:libertus cæsaris:ab eo mutuatur:miriadas centum:ex quibus antoniæ restituit quod debebat:ex reliquo autẽ: gaium amplius accurabat:unde apud eum maiorem adipiscitur dignitatem.Per dies igitur agrippa circa gaium in melius procedente:quodam die sermo fit de tyberio. Cunq; agrippa ex affectu uota profunderet:ut celeriter defuncto tyberio:gaio daretur imperium:quem meliorem dignioremq; in omnibus esse firmabat: inter auditores horum uerborum forte fuit quidam etiam eunuchus agrippæ libertus & auriga : & tunc quidem silentio quod audiuerat tradidit : postea uero cum eum agrippa furti argueret pro uestibus aliquibus : & reuera aliqua uestimenta subtraxerat fugiens compræhenditur. Cunq; ad pisonem duceretur:qui tunc custos fuerat ciuitatis: causam fuge requisitus:uerba quædam secreta cæsari se núciare dicit: eius munimini salutiq; pro futura. Proinde uinctum mandat ad capreas. Tyberius autem more suo utens:habuit eum in uiculis custoditum.Magnam enim sollicitudinem pro semetipso gerebat: super quélibet aut imperatorem cogitans aut tyrannum.Nam neque legationes facile suscipiebat:neq; ducum suorum: uel curatorum : uel aliorum in cæteris constitutorum officiis remotiones : uel profectiones celebrabat : nisi forte:cum quisq̃ in aliqua depræhenderetur offensa.Alioquin nulli ab eo dabatur nisi morte successio:nam uinctorum aliquas secretas denunciat omnes suspectas habebat. Vnde cum amici causam huius dispositionis inquirerent:respondisse fertur : legationem uinctorum se quidẽ ideo nec facile suscipere: nec cito dimittere: ne cæteri uidentes alios facilius absolutos : ex hoc plures ad se uenire incitarentur: & sibi frequentia legatorum molestiam inquietudinis apportaret: præsertim cum necesse esset etiam eis dona largiri. Magistratus autem semel datos:ideo se iugiter pmittere dicebat illis quibus fuerint concessi q; intelligeret consuli per hoc & præstari ex magnapte subiectis.In natura nanq; omnem administrationem hoc habere firmabat:ut circa opes acquirendas faceret homines studiose festinare. Cum sibi non se aliquis perennem in officio pmanere prospexerit:manifestum:q; omne gerat studiũ:ut anteq̃ arceatur officio:q̃ plurimũ possit acqrat. Vnde quoq; ad furta plurimi & rapinas concitantur . Si uero perseueraturos se in administrationibus certo cognoscant:licentia plurima cõquirendi pigriores & quietiores fiũt ad furta uel fraudes aliquas faciendas. Cum autem celeres successiones dantur hominibus: nequaq̃ subiecti sufficiunt:ducibus deprædantibus: quibus largitas non est temporis attributa quo repleti essẽt studium omne lucrandi deponere.Exemplum etiam eis proferebat quendam uulneratum: ad cuius uulnus muscæ congregabantur plurimæ. Quem quidam transeuntium cum uidisset: miseratus est eius calamitatem:ratusq;:q; imbecillitate nimia muscas illas a se nõ posset abiicere: & opus haberet alterius beneficio:interrogauit eum causam cur sibimetipse non auxiliaretur:molestiam repellendo muscarum. Cui ille respondens amplius inquit mihi lesionis importas: si has præsentes fugaueris:istæ quidem iam repletæ sanguine:non eo modo molestæ sunt: quin etiam aliquantulum remissius insistunt:si uero his amotis aliæ famelicæ congregentur:ita illud uulnus inuadũt: ut etiam si intereant:non ualeant effugari. Propterea igitur & seipsum dicebat subiectis per rapinas iudicium fatigatis consulere:per hoc quod non crebro in administrationibus alios substitueret:qui more muscarum cum naturaliter ad lucra referentur tum etiam remotionis timore:amplius incitarentur ad rapiendi cupidinem.Testificatur autem huic meo sermoni q; huius esset natura tyberius:ipsum eius opus inspectum:quomodo quidem duobus &.xx. annis imperio actis: duos tantum dispensatores in iudeam misit:quorum illa gens gubernatione regeretur:gratũ atq; pilatum:qui ei successerat:nec ĩ sola iudea forte talis extitit: sed etiam in cæteris regionibus non aliter apparuit.Sed etiam uictorum examinatiões se differre ꝓpterea dicebat: qa si condẽnati morerentur liberatio per hoc hominum malignorum imminentium illis adesset:cum uero in custo

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

dia tenérentur maiorem illis ſicut meriti eſſent inferri calamitatem. Propter has igitur & huiuſmodi cauſas etiam euthicus auditus non fuerat: ſed retinebantur in uinculis. Tempore uero procurrente: tyberius ex capreis tuſculanum uenit: diſtantem a roma interuallo ſtadiorum centum. Agrippa uero rogabat antoniam: ut ageret: quo euthici aduerſum ſe diſcutereť accuſatio. Honorabilis quippe apud tyberium habebať antonia & cognationis & dignitatis gratia: nam druſi fratris eius extiterat: ſed etiam uirtute pudicitiæ. Aetate nāq; uiridi uiduata permanſit: ſpernens ſecundi uiri coniugium: cum etiā a ſebaſto cuicunq; nubere iuberet: omnemq; ſuam uitam liberā detractionibus geſſit. Tyberio quoq; beneficium grāde præſtiterat: cum fuiſſent a ſeano inſidiæ p̄parate: amico uiri ſui: & potentiam magnam tunc habente: eo q; multaꝝ tunc militiaꝝ ductor exiſteret & q; in conſilium eius plures ex nobilitate concurrerēt: libertorumq; ſe ad eum magna manus addiderit: ſed & militia omnis fuerat ante corrupta. Igitur omnibus p dies augmētum accedebat inſidiis: & pœnæ ſeianus totum opus implerat: niſi Antonia ſeiani malignitate prudentior ſuam exercuiſſet in hac cauſa fiduciam. Nam cum cognouiſſet: quæ de tyberio tractarētur: ſcribit ad eum omnia diligenter: & per pallantem quēdam ſeruoꝝ ſuorum fideliſſimum: litteras in capreas deſtinat ad tyberium. Ille autem inſinuata cognoſcēs ſeianum cū conſciis uniuerſis interimit: Antoniam autem licet etiā ante uenerabilem haberet: uenerabiliorē tamen ex eo habuit eiq; in omnibus obediebat. Ab hac igiť tyberius rogatus ut exanimi daret euthicū: ſiquidem inquit tyberius mēdacium eſt: aduerſus agrippam quod diciť: meritum habebit euthicus dignūq; ſibi ſupplicium: ſi uero in examine datus: quæ dicit uera claruerint: in illum qui cauſam examinari compellit omnis pœna reuertitur. Sed agrippa cum ei hæc ab Antonia dicerētur magis inſtabat: dep̄cans examinationem cauſæ fieri. Antonia uero: non enim ualebat agrippam conténere: q; erat uehemens in petendo: tempus oportunum inueniens: procedente etiam agio eius filio & agrippa pro meridiano: iam quippe pranci proceſſerant poſtulabat tyberium: ut uocato euthico: celebraretur examen. Tum ille: ſciunt inquit Antonia dii: quia non ex mea ſententia: ſed a te coactus geram: quicquid in hac cauſa fuerit geſtum. Hæc dicens: iubet macronem qui ſeiano ſucceſſerat: ut adduceret euthicum. At ille ſine ulla dilatione cum eſſet adductus: cœpit eum tyberius percontari: quid nam dicendum haberet aduerſus eum: qui ei libertatis munus indulſerit. Tum ille: o domine inquit: uehebatur carruca gaius & agrippa cum illo: ego autem ante pedes eoꝝ aſſidebam: & cum multi ſermones uerterenť: hoc etiam inter plura locutus eſt ad gaium agrippa. O ſi ueniat aliquando dies: quando iſto ſene defuncto: mundi tu ſuſcipias principatum: nihil enim tyberius filius eius impediet: q; a te facile ualebit occidi. Tum enim mundus beatus erit & ego cum eo beatus efficiar. Tunc tyberius credibilia quæ acta ſunt reputans: ſimul etiam q; iram ueterem reſeruaret agrippæ: propter quod eum iuſſerat tyberium ſuum filium: nepotem druſi frequentare ſuis conuentibus: & curare: quam iuſſionem agrippa contemp̄ſerat: totumq; ſe gaio dediderat: hunc inquit macro uinciri facito. Sed macro non ſatis intelligens: de quo illud uerius imperaret: nam nec ſperabat eum de agrippa tale unq̄ aliquid cogitare: ſed interrogauit: ut certius quod iuberet agnoſceret. Cūq; cæſar in yppodromio deambularet: puenit ad agrippam: eūq; manu compræhendens: dixit. O macro: hunc iuſſi uinciri. Illo etiam tum inquirenti quem nam p̄ciperet: agrippam inquit. Et agrippa ſubito perturbatus ad dep̄cationes conuertitur: commemorationem eius filii faciens: cum quo fuiſſet una nutritus: & tyberii: cum quo pariter fuerat educatus. Haud tamē proficiebat aliquid: ſed ducebať oſtro ueſtitus in uinculis: & erat ardor magnus: nam æſtatis tp̄s extabat: & ex uino quo in epulis multo fuerant uſi: cœpit ſiti uehementer incendi. Vnde quoq; anxius factus: præter decus atq; dignitatem cœpit cūcta reſpicere: unde poſſet ſitis inuenire remedium: conſpicienſq; quēdam ex famulis gaii taumaſtum nomine: aquam in uaſe portantem: petiuit bibere. Illo autem porrigente: ſuſcepit: atq; auide bibit: & ſpero inquit o puer: q; in bono tibi hæc effecta fuerit miniſtratio. Nam cum hæc effugero uincula: nullomodo tardabo libertatem tibi a gaio promereri qui mihi etiam uincto miniſterium p̄buiſti: ſicut etiam ante nunq̄ neglexiſti: cum fuiſſet in dignitate conſtitutus. Neq; enim hæc dicens mentitus eſt: ſed uiciſſitudinem ei meritam reddidit. Nam poſt modum rex effectus: taumaſto libertatem a gaio p̄meruit: curatoremq; eum fecit ſuæ ſubſtantiæ: ſed etiam moriēs filio ſuo agrippæ & berenicæ filiæ in eodem miniſtraturum officio dereliquit: atq; in hoc honore ſenio grandeuus defungitur. Et hæc quidem poſtea facta ſunt. Agrippa uero tunc uinctus ſtabat ante palatium: in quadam arbore præ anxietate reclinatus cum plurimis: qui ſimul fuerant uincti: & quodam aliter conſidente ſuper arborem in qua fuerat agrippa reclinatus: quem bubonem romani uocant: quidé ex uinctis germanus nomine contemplatus: interrogauit milites: quiſnam eſſet ille: qui oſtro ueſtireť: & agnoſcens: q; agrippa uocaretur: genere autē eſſet iudeus: ex his q; in illa gente primates haberentur: petiuit conligatum ſibi militem: ut ad eum copiam acciperet accedendi: q; uellet ab eo de patria eius aliquid percontari. Quod cum ei concederetur acceſſit & p̄ interpretem: o iuuenis inquit: affligit quidem te repentina mutatio: magnam tibi fortunam calamitatis importans: ſed uerba tibi denunciabo: quæ tibi ex numine diuino fugā totius mali portendunt. Scito ergo deos

tibi tam meæ patriæ quam huius loci teſtes inuoco: ex quorum prouidentia hæc nobis uincula prouenerunt: q; neq; cupidine fallendi neq; uanum tibi gaudium afferre deſiderans: dicam: quæ dixero. Siquidem tales prænunciationes quæ non ualent ipſis operibus approbari: magis faciunt meroris augmentum quam ſi nihil uerborum illoꝝ aduertas: ideoq; iuſtum putaui hoc deorum præſagium nunciare. Impoſſibile nāq; eſt: non te cōfeſtim de his uinculis liberari: & ad prouectū diuturnum magnæ dignitatis & poteſtatis aſcendere: ita: ut inuidiam ab uniuerſis habeas: qui te nunc miſeranter attendunt: exitus etiam uitæ in beatitudine te reppiet conſtitutū: diuitiaſq; plurimas: omniaq; quæ prima mortales dicūt tuis filiis qui tibi nati fuerint derelinquens. Memineris autem: quomodo cum iterum hunc alitem uideris: intra quinq; dies finem uitæ tibi uentuꝝ. Et hæc quidem tibi cuncta complentur: niſi uano hæc a numine diſponunť: cui placuit prænunciandi cauſa illum alitem deſtinare. Ego autem iniuſtum putaui ſi talia cognoſcens: te quoq; ne cognoſceres defraudarem. Nam utile tibi fore iudicaueris paululum afflictū eſſe meroribus: cū in manus tuas cuncta mortalium bona deuenerint: & omnem infœlicitatem in qua nunc detrahimur effugeris. Et germanus quidem talia prædicens: tantum riſum excitauit agrippæ: quātum poſtea apparuit dignus miraculo. Antonia uero grauiter ferens agrippæ calamitatem: intercedere quidem pro eo apud tyberium ſuſpectum eſſe cernebat: ad hæc etiam ifructuoſum fore. Sane inuenti ſunt ei a macrone milites tales: qui eum ſine diſtrictione ſeruarent. Adhibetur etiam talis centurio: qui illis præeſſet militibus: ſed etiam qui cum eo ligaretur talis inuētus eſt. Lauacra quotidiana concedebantur ſed etiam copia libertis & amicis ad eum intrādi tribuitur aliaq; omnia permittuntur: quibus ſollicite curaretur. Intrabant autem ad eum amicus ſylas & ex libertis marſias: & ſtocheus cibos afferentes quos libenter habebat: aliāq; diligentiam quæ neceſſaria ſolet eſſe in rebus talibus exercebant: indumenta quoq; deportantes: ſub oſtentu uendēdi. Cum autem noctis adeſſet aduentus: ſtramina componebant: conſciis fauentibus militibus. Nam eis macro commendans autem prædixerat. Et hæc quidem agebanť per menſes ſex: quibus agrippa in his infortuniis habebatur. Tyberius autem reuerſus in capreas: febrium ardore corripitur: & primum quidē mediocriter: ſed in peius egritudine procedente contrariā de eo ſpem habebat euodus amātiſſimus ei omnium libertoꝝ. Is iuſſit ad eum filios eius adduci. Oportere nāq; dicebat: ut cum eis loqueretur: anteq̄ terminum uitæ ſuſciperet. Erant autem illi filii: non quidem p̄prii ſed adoptati: nā druſus eius filius iam fuerat mortuus: cuius filius tyberius fuerat adoptatus cognomento gemellus: & gaius germanici fratris filius: iam adoleſcentibus: & liberalibus apprime diſciplinis iſtitutus: qui etiam & populo honorabilis erat & carus propter germanici patris eius uirtutem. Nam hic ad magnum honorem apud populos fuerat ſublimatus: propter manſuetudinem morum: & propter affabilitatem qua cunctis gratus extabat. Et cum ipſe clarus eſſet: nō ſe tamen p̄ferebat: ſed omnibus par eſſe uolebat. His igitur rebus non ſolum apud populum: ſed ét apud ipſum ſenatum magnus habebatur. Ad hæc etiam unuſquiſq; diuerſaꝝ gentium: alius confabulationis gratia alter fide ac manſuetudine quā in eius moribus motibuſq; cernebat: ad amorem fuerat excitatus. Cæterum eius morte luctus magnus apud uniuerſos expoſitus eſt: nō ſicut aſſolet: ut principi placaretur: ficto dolore monſtrato: ſed uera cuncti triſtitia merebant. Nā eius mortem unuſquiſq; propriam ſuam reputabat: ita eius mores eiuſq; colloquia cūctis hominibus grata fuerant. Vnde ad filium quoq; ipſius amor cunctorum fauorq; peruenerat: maxime autem omnis militia eius amore tenebatur: ita ut gloriā reputarent pro eo mori ſi ratio poſtularet quo ipſe ſuſciperet principatum. Sed tunc tyberius euodo iuſſit: ut ſub ipſo diluculo infantulos illos adduceret. Ipſe autem diis prīs ſupplicabat: ut ei ſignum manifeſtum oſtenderent quiſnam poſt eum in imperium ſuccederet: feſtinans quidem ut nepoti ſuo principatum relinqueret maiorem tamen credens ſua ſnia: ſuoq; conſilio diuinæ diſpenſationem prouidentiæ: ideo a diis ſibimet demonſtrari deſiderabat. Supplicāti deniq; illi omen tale monſtratur: ad illum uidelicet uenturum eſſe principatū: qui ad eum ſequenti die primus ex omnibus aduenisſet. Hæc ille cognoſcēs: mittit ad nepotis ſui pedagogū: iubens ut primo mane pueꝝ ad ſe perduceret: putās ulla re numinis ſuperare ſniam. Sed deus econtra de imperio decernebat. Illo igitur talia cogitante: ecce dies illuxit: & iubens euodo: ut quiſquis foris eēt infantulus: eum ad ſe primitus euocaret: illeq; egreſſus: gaiū ante tabernaculum reppit: nam tyberius necdum aderat: ciboꝝ acceptione tardatus. Ille aūt ignorās totum quid agebať: quicq; tyberius cuperet: ueni inquit: uocat te pater. Et hoc dicto: eū in tabernaculum introduxit. Tyberius autem ut uidit gaium: tum primū intellexit maieſtatis ſuæ potentiam: & q; non ſit in hoium poteſtate de imperii conſtitutione decernere. Tunc ille primum lamentatus eſt ſemetipſum quidem: q; eius conſilium fuerat infirmatum: & ei poteſtas ordinandi quem uellet ablata: Tyberium aūt nepotem: q; non ſolum de imperio decidiſſet: ſed ét ipſam ſalutem & uitam agere non illi ſine periculo fore cernebat: ad hæc etiam inuidiam illi ex cognatione futuram eſſe. Nam timore uel odio ſuſpectum fieri gaium rebatur: tam ex eo q; principatum accipere feſtinauerit: quam ex eo q; eum inſidiaturum ſibi putaturus eſſet: credēs: quaſi feſtinaturum in ſe redigere poteſtatem. Et tunc quidem in his malis erat tyberius: ex illo euentu

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

augurii:quod ei præſagum fuerat:eo q̃ eius nepos amiſiſſet imperium. Vnde multum anxius:ſe quoq; culpabat:q̃ illud augurium poſtulaſſet accipere:& q̃ cum liceret de hac uita meroribus liber abſcedere ignoratione futuroꝝ:per ſuam ipſius imprudentiã factum eſſe:ut cum infœlicitate magna:& magno dolore diſcederet. Tunc tamẽ licet ualde turbatus:q̃ impetum ad quos nollet cernebat eſſe uentuꝝ pugnauit cum animo ſuo:ut huiuſmodi uerba loqueretur ad gaium. O filii inquit cum habeam ꝓpinquiorem tyberium:tamen tibi ex mea ſentẽtia deorumq; decreto imperii cõtributo poteſtatem. Rogo autem te:ut nihil aduerſus aliquem recorderis: qui mihi in principatu adminiſter extiterit:uel qui mihi beniuolentiam exhibuerit aut fauorem:ne aliquem ledas pp me:qui te ad tantam ſublimo magnitudinem dignitatis:neq; circa tyberium minus aliquid charitatis exhibeas:q̃ te & cognationi debere cognoſcis:& mihi: qui tibi tantoꝝ bonorum auctor exiſto:ut dignam uiciſſitudinem meæ circa te beniuolentiæ reddas:& ſimul tyberium cures:ut etiam conſanguinitati quod debes exhibeas:& munimen tibi uel pricipatus uel ſalutis aquiras:cum tibi eum feceris adiũctum. Nam ſolitarius quiſq; amplius patet periculis maxime cũ in tanta regꝝ celſitudine alias mobilitate quiſq̃ fuerit conſtitutus:ad hæc quoq; quia nec dii ipunitum quicq̃ reliquunt:quod contra fas aut ius:aut cõtra fœdus naturæ fuerit perpetratum. Et hæc quidem tyberius loquebatur. Gaius autem & ſi ficta locutum tyberium ſenſerat:& ipſe longe aliter in animo gerebat:tamen pro tpe benigne reſpondit:& factuꝝ ſe omnia pollicetur. Cæterum in imperium ueniens:& tyberium extinxit:& ipſe nõ poſt multum tẽpus inſidiis interemptus eſt. Sed hæc poſtea. Tunc autem Tyberius Gaium ſucceſſorem in principatu ꝓnũcians:paucis diebus aduiuens uita defungit. Imperauit autem dies.iii.menſes.vi.annos.ii.&.xx. Gaius autẽ quartus romanoꝝ efficitur imperator. At romani audientes tyberii mortem: hilares agere cœperunt:proſpero letificati nuncio:non tamen ad credendum:uel exercendum gaudium fiduciã gerebant:non quia forte nollent:nam multis ſuis pecuniis comparare diligerent:illum nũcium uerum eſſe ſed timuere:ne ſi falſo nuncio concitati:gaudia ſua ꝓderent:ab illo cogniti perirent:q̃ eius morte gauderent. Plures quippe ille nobiles romanoꝝ extinxerat. Nam erat importabilis in ira irreuocabilis:ad quicquid perpetrãdum cupiditas impuliſſet:& ſine ratione quoq; iudeorum occiſionem inueniens:in omnibus quæ facienda decernebat aſper agreſtiſq; cõſtabat. Ob hæc illi mortem eius audientes ſuam leticiam manifeſtare uerebant. Interea marſias agrippæ bonũ deportans nuncium:cum in balneo reperiſſet:iam egrediẽti noto ei ſigno dato:hæbreaq; lingua locutus:mortuus eſt inquit leo. At ille uerbum intelligens:gaudio cœpit extolli. Tibi inquit ſuper omnia pro hoc etiam bono nuncio gratiæ abundantes repoſitæ ſunt: tãtum ut uera ſint quæ dicuntur. Tunc centurio qui agrippæ cuſtodiendo præerat:intendens iam feſtinationem marſiæ q̃ aduenerat:q̃ gaudium agrippæ quod ex eius uerbis illi contigerat: ratus nouitatem quandam ſignificatam:interrogabat eos quid uellet ille ſermo qui fuiſſet allatus. Illi tantiſper ſecretum auferre trepidabãt:ſed dum urgeret:nihil heſitans indicauit agrippa. Iam enim amicitiam magnam induxerat. Ille autem gaudium magnum ille ſermone præcipiens q̃ etiam proſperitatem ex hoc agrippæ cernebat conuiuium ponit. Eis epulantibus:potuq; indulgentiore procedẽte:uenit quidam dicens:uiuere tyberium:& intra paucos dies in ciuitatem uentuꝝ. Tũc centurio aſpere ualde illo ſermone turbatus:propter quod cernebat morte digna quæ geſſerat:q̃ morte cæſaris audita:cum illo uincto gaudens conuiuium celebrauerit:ex lecto ponit agrippam. Tu inquit falleꝛe feſtinaſti:mortem imperatoris falſo denuncians:ſed ſcito hunc ſermonem pœna tui capitis expiandum. Hæc dicens:confeſtim ligari iubet agrippam:& conſtringi arciore cuſtodia. Et nocte q̃dem illa agrippa in malis fuerat conſtitutus:ſequenti uero die per oẽm ciuitatem de morte tyberii ſermo firmatur:& iam iamq; hoies illum ſermonem confidenter ac publice proferebãt. A gaio quoq; deſtinantur æpiſtolæ:una quidem ad ſenatũ:mortem tyberii nũcians:altera uero ad piſonem cuſtodẽ tunc tpis ciuitatis:in qua iubebat agrippam ex militum auferri cuſtodia:& ad bonum tranſferri in qua primitus habitabat:anteq̃ haberetur in uinculis:& ibi tũc interim erat: in remiſſiori cuſtodia. Sed gaius poſtq̃ romam uenit:tyberii corpus ſecum adducens: iuſta ei ſecundum morem patrium opulẽter magnificæq; celebrauit. Agrippam uero cum ipſa die cuperet ab ſoluere:antonia prohibuit:non odio aliquo circa uinctum:ſed opinioni conſulens gaii: ne putaretur mortem tyberii gratanter accipere ſi eum tam celeriter abſoluiſſetq;:ille euinxerat. Verũtamen non multis diebus prætereuntibus:cum accerſiuit in domũ tondiq; præcepit: & ueſtibus cultuq; mutato:dyadema capiti eius impoſuit & regem confirma tetrarchiæ philippi: donans ei etiam liſaniæ alteram tetrarchiam. Pro catena uero ferrea quam gerebat auream ei parem ponderе condonauit. Magiſtrum autem æquitum in iudea conſtitutoꝝ maxillum deſtinat. Verum ſecundo anno gaii cæſaris agrippa poſtulat:ut nauigare permitteretur ad propria:quo prouinciam ſibi commiſſam:& aliqua neceſſaria certo diſpenſans moderamine:reuertatur. Et permittẽte imperatore:uenit in patriam:& præter ſpem omnium rex ab omnibus cernebatur cum magno miraculo & in hoc cunctis apparebat:quantam habebat in omnibus fortuna licentiam. Omnes etiã heſitabant comparantes penuriam hominis in quam tempore priori deuenerat:& proſperitatem

præſentem qua fuerat ſublimatus. Plærique etiam beatificabant hominem: q̃ non fuerit defraudatus recuperatione fortunæ. Alii etiam pene incredibilia putabant: licet ſuis intuerentur obturbus. Tantaq; quippe in Agrippa rerum mutatio cernebatur: ut quorundam mentes uterentur in dubium.

Qualiter herodes tetrarcha ueniens romam:accuſatus fuerit ab agrippa:& in exilium miſſus cum herodia.

Cap. XVI.

HErodias autem ſoror agrippæ quæ herodi ꝯuncta fuerat:tetrarcha enim erat iſte galileæ prouinciæ & trans iordanem:poteſtatem fratris ex inuidia non ferebat:q̃ eum in maiori dignitate cerneret q̃ maritum:& q̃ de prouincia quidem cum fuga diſceſſerit: debitum non ualens abſoluere:reuerſus autem eſſet cum ampliſſima dignitate. Cõtriſtabaꝫ igitur grauiterq; portabat:tantam mutationem fratris:maxime autem quando eum intuebatur cum regalibus inſignijs ĩcedentem:atq; hincinde circũferre multitudine populorum: infœlicitatem ſuæ tollerabat inuidiæ. Sed uiri aĩum concitabat: exhortando:ut romam nauigaret: ſimilemq; ſibi dignitatem imploraret a cæſare:intolerabilem nãq; ſibimetipſi uitam eſſe firmabat:ſi agrippa filius Ariſtoboli:qui culpatus a patre:mori meruerit:inopia magna compreſſus:ita ut aliter nõ poſſet euadere creditores niſi nauigatione diffugeret:atq; hoc modo patria decedẽs: cum regali fuiſſet dignitate reuerſus:ipſe uero cum eſſet filius regis:& frater eius qui tetrarchiã illam ante poſſederat:unde magis ei cognatiõis iure debereꝫ:ſederet ĩ humilitate: priuatæ degẽs uitæ. Quod ſi antea nihil herodẽ cõtriſtabat:q̃ minorem honorem parente proprio poſſideret: ſaltem tunc excitari deberet conſanguinei tam præclariſſima dignitate:neq; ſe pati debere:ſuperari ab eo:cui pecunia ſua ſubuentum eſt:cõfuſioniq; debere deputare ut ille præiret honoribus: qui ãteriori tempore ſua ſuſtentabatur miſericordia. Verum romam inquit pergamus:nec labori percẽtes:nec ſumptibus:non enim pro auro re peritura debemus prohiberi:ne ad honores ualeamus ampliores aſcẽdere:ſed omne quicquid nobis eſt expendamus:ut regnum ualeas adipiſci. Ille uero repugnabat ocium diligens & quietem:& moleſtiam romæ declinans:moliebatur eam ratiõe deplacare. At illa quanto uidebat eum quieſcere cupientem: tanto amplius inſtabat:iubẽs ne aliquid agendum prætermitteret:quo poſſet regnum a cæſare promereri. His igitur illa nullo modo ceſſãbat donec ſepius fatigando: in eum ſuam fecit tranſire ſententiam. Ille igitur præparans opulenter uniuerſa:& nihil ſumptibus parcẽs:nauigat romam:ſimul ſecum herodiam adducens. Agrippa uero intentionem eorum intelligens:uel qualiter præparabantur attendens:etiã ipſe ſeipſum præparabat. Cum autem nauigaſſe eos cognoſceret: mittit etiam ipſe romam quendam de liberris ſuis nomine fortunatum:plurima cæſari munera deportantem:& epiſtolã aduerſus herodem. Ipſum etiam inſtruit: quæ ore proprio gaium edoceret oportunitate reperta. Qui cum ſubſecutus eſſet herodem: epiſtolas cæſari reddidit. Nam ſimul in dicearcheam uenientes: gaium apud baias non inueniunt:quæ ciuitas eſt pua campaniæ.v.ſtadiorum interuallo diſtans a dicearchea. Habitacula quoq; ibi imperialia opulenter conſtructa ſunt opibus diuerſorum per tẽpora principum magnifice perornata. Lauacra callida ille locus exhibet:aquis ex terra ultro manantibus:aptis ſaluti corporum:quos alias quæ ibi lauari contigerit. Gaius autem mox ut herodem ſuſcepit & primum ſermonem cum eo commiſcuit:confeſtim agrippæ ſuſcepit epiſtolas: quibus accuſationes continebantur herodis. Accuſationes autem erant huiuſmodi:conſiliũ habuiſſe herodem cum ſeiano aduerſus tyberium:& cum artabano partho aduerſus gaium. Probamentũ autem huius rei dicebatur:q̃ haberet herodes conſtructionem immenſam armorũ. quæ. lxx. milibus pugnaturum ſuffeciſſet:hanc in armamentario herodis repoſitam dicebat aſſeruari. Quibus lectis motus gaius percontatur herodem:ſi uerum eſſet quod de armis nunciaretur. Ille uero cũ aliter dicere non poſſet:ne ueritate conuinceretur:reſpondit eſſe arma. Tunc cæſar ueram credẽs accuſationem tetrarchiam eius abſtulit:& agrippæ regnum cõiunxit: ſed etiam omnes eius opes ſimiliter agrippæ contribuit:ipſum autem eterno condẽnauit exilio: habitaculum illi conſtituẽs in lugdunenſi galliæ ciuitate. Cognoſcens uero herodiadẽ agrippæ eſſe ſororem: opes & alia quæ cunq; propria eſſe probarentur ei reſtituit: arbitrans in conſilio uiri conſciam non fuiſſe tutabatur enim eam q̃ ſororem agrippæ cognouerat. At illa:tu quidem iquit imperator magnifice ſatis ſicut dignitatem tuam decebat hæc mihi largiris:uerum ego tuo uti nõ poſſum beneficio: tuiſq; muneribus propter dilectionem qua marito meo cõſtringor: cui ſocia in proſperitatibus exiſtẽs: iuſtum non exiſtimo:ut eum in hac fortuna derelinquam. Tum ille magnitudinem animi eius in dignæ ſuſcipiens:ſtatim eam cum Herode miſit in exilium: eiuſq; ſubſtantiam Agrippæ contribuit. Et Herodiadi quidem pro inuidia quam circa fratrem gerebat: & Herodi ob id q̃ mulieбres orationes & uanitates aduertit: tale iudicium ex prouidentia diuinitatis illatum eſt. Gaius autem primo quidem ac ſequenti anno magnifice rebus utebatur: & mediocrem ſemet exhibens:fauor illi per dies tã apud romanos:q̃ apud cæteros ſubiectos amplior augebatur. Sed procedente tempore magnitudine dignitatis:humanum perdidit intellectum:& ſeſe uolebat diuinitate quæ uera eſt honorari.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS LEGALES

Seditio iudæorum & gentilium in Alexandria constitutorum & legatio utrorumq; ad Gaium. Cap. XVII.

ILlo tempore cum in alexandria seditio proueniret inter iudæos ibidem habitãtes:atq; paganos;terni ex unaquaq; parte legati mittuntur ad gaium.

Accusatio iudæorum ab Apione legato partis alexandrinorum propter quod statuam Cæsaris non haberent. Cap. XVIII.

PRat uero inter alexãdrinorum legatos unus:Appio nomĩe:qui iudæos plurimum blasphemabat:multa quidem & alia dicens:illud autem eos præ cæteris accusabat :quoniã cæsaris honores haberent omnino contentui . Nam cum romano imperio subiectos: templa gaio fundare altera constituere :atq; alia sicut diis celebrare firmaret:a solis iudæis duci proclamat inglorium:debere quoq; istos simulacris honorare cæsare : nomenq; eius habere iurabile . Hæc igitur appione: & alia huiusmodi durissima prolocuto:quibus eum in superbiam eleuari posse cẽsebat. Philo econtra susçepit : qui præerat legationi iudæorum uir in oĩbus utiq; magnæ gloriæ:nam alexandri alabarchæ germanus extabat philosophiæ quoq; non expers; idoneus etiam defensare causas:& perorare quæcunq; accusationibus subiacebant. Ad hunc ex secretario Gaius iubet excludi:absentemq; fieri. Nam indignatione successus est: ut crederet aliqd seuissimum perpetrare. Tum philo egredius e secretario dixit ad iudæos qui forte circa illum fuerant:ut animo confidentes existerent: neq; gaii furore tererentur:nam prope esse : ut ipsis operibus deum repugnare claresceret.

Qualiter iratus Gaius:mittit Petronium ducẽ ad syriã cũ huiusmodi mandatis: ut congregata manu pugnaret cum iudæis:si nollent eius susçipere simulachrum. Cap. XIX.

INterea Gaius grauiter serens : q̃ in táto despectu apud iudæos solos existeret legatum in syriam mittit Petroniũ:successorẽ uitellio:iubens ut cũ numerosa manu iudaã inuaderet:& si quidem sponte susciperent eius simulacrũ : erigeretur in templo dei: si uero resistere molirentur pugnando superans: idipsum incunctanter efficeret atq; ita Petronius in syriã decreta cæsaris exigens ꝑgebat:ut mandatis cæsaris minister existeret. Cunq; auxilia plurima quanto potuit congregaret duasq; romanæ militiæ legiones assumeret : ptolomaidã uenit:ubiq; hiberna peragens:ut primo ueris tempore p̃lium posse agere cũ iudæis:inde quoq; consilium suũ cæsari p̃ litteras intimauit . Ille aũt laudabat eius sententiã: iubens ut nullo mõ prætermitteret:& si minus obedientes essent:præliũ iudæis intẽtius importaret. Interea iudæoꝝ multa milia ueniunt ad petroniũ in ptolomaidã deꝓcantes : ne ad solutionẽ:& ad trãsgressionẽ paternæ legis cogerent. Si autẽ modis oĩbus statuisset simulacrũ in hierosolymã inferre:ibiq; constituere semetipsos primitus si placeret interimi postulabãt. Neq; enim possumus inquunt quoad uiuimus rem istã admittere:quæ nobis ne fieret interdicta est:ab eo legislatore: cuius autoritaté non ualemus omnino contẽnere: neq; illas cõstitutiones paruipendere possumus : quos proaui maioresq; nostri utq; ad suũ interitũ seruare. Petronius autẽ respondit. Si in primis essem: ut meis uterer ad agendũ quod oporteret cõsiliis:iusta uobis ad me hæc esset aratio:nũc ãt cæsare iubẽte:incubuit mihi multa necessitas:eius decreta cõplendi:ne si contẽpsero:aliud piculũ maius ĩcurram. Túc iudæi:quoniã inqũt ita sapis o petroni:ut trãsgredi cæsaris mãdata non audeas:neq; nos legis diuinæ p̃cepta trãsgredimur:q uirtute maioꝝ nostroꝝ & laboribus instituti:nũc utq; sine trãsgressione uiuimus:neq; in tantã ausi fuerimus nos p̃cipitare neqciã:ut quæ a deo interdicta sunt faceremus:uel aliqbus bonis illecti:uel metu mortis adacti:sed fixũ aio tenemus. ut pro seruatiõe legis nostræ cũcta picula subeamus:specie gerẽtes:fortissimã deũ nobis auxiliaturꝝ in p̃sentiã: & mercedẽ postea redditurꝝ:si ꝓ eius cultura fuerimus aliqua mala ꝑpessi. Si uero uoluerimus tibi obedire:non solũ infamiã debilitatis ĩcurrimus q̃ tiore trãsgressores legis efficimur: uerũetiã imaniter offendimus deũ:q ẽt te iudice multo ãtiqor tpe censẽt esse q̃ Gaius. Túc Petronius cõsiderãs ex uerbis eoꝝ imutabile firmũq; ꝑpositũ:& sine pugna nõ posse gaii p̃cepta pficere in eius erigẽdo simulacro:nec sine multa cæde negociũ illud euadere:assumens oẽs amicos: & cuncta sua seruitia : ĩ tyberiadẽ pgit uolens iudæoꝝ & cõstituta cognoscere uel cuiusmodi essent: uel qualiber ordinibus haberentẽ. Iudæi uero magnũ qdẽ sibi ex bello romanoꝝ cernebãt iminere piculũ:sed magis iudicabãt subigi:q̃ ipii efficerentẽ in deũ. Multa itaq; milia petronio in occursum ueniũt ad tyberiadẽ undiq; cõfluẽtes:& supplicationibus utebantẽ nec cogerentẽ ad talia:neq; pollueretẽ ciuitas erectiõe simulacri. Ad hæc Petronius:& pugnabitis inqt cõtra cæsarẽ: neq; illius potẽtiã neq; uestrã reputãtes infirmitatẽ. At illi:minime nos inquiunt pugnare disponimus: uerũetiam sumus mori ãte parati:q̃ legis nostræ mãdata soluamus. Simulq; in facié ꝓstrati : ꝓmi se paratos esse firmabãt. Et hæc qdẽ ꝑ dies .xl. gerebãt:culturã quoq; terræ negligẽtes: cũ maxie tẽpus exigeret. Nã iam ea parsãni uertebatẽ:quãdo solent femina terræ mãdari:tãtus quippe eos fauor moriẽdi accẽderat ne simulacrũ aliquod poneretẽ ĩ ciuitate. Taliter igitẽ si rebus habentibus:aristobolus agrippæ regis frater:& elicias maior:& alii quoq; optimi uiri ex eadẽ ipsa familia:& plures de primatibus ad petroniũ uenere deꝓcãtes ut bene de negocio p̃senti cõsuleret: neq; de tãtæ multitudinis

perditione cogitaret:quin potius scribendum gaio decerneret:significans imobilem animũ iudæorum: neq; eos cõstitutionem simulacri uelle susçipere:omnem quoq; culturã terræ negligere:sed in occursum suũ uenisse:& pugnare quidẽ nec uelle nec posse:mori tamen incunctanter paratos: anteq̃ trangressores suæ legis existerent:debere igitur consuli;ne in aliud intenta multitudine:terra inculta remaneat:& postea per inopiam latrocinia perpetrarentur . Fortassis enim possit Gaius tyberius emoliri:& nihil crudele decernere: neq; alia disponere quibus ad seditionem populus excitetur. Et aristobolus quidem:aliiq; qui cum illo erant: talibus petroniũ depræcantẽ . Petronius uero instante aristobolo & cæteris:uidens quoniam non pro rebus minimis supplicant : uidés ẽt iudæoꝝ constantiam seuũ quoq; ratus : ut multa milia hominũ per ipsum darentur in mortem: si uellet gaii furiæ ministrare:simul etiã se deũ offensuꝝ:& cum pessimis postea speciebus aduiuere:multo melius iudicat:ut scriberet gaio:aut eius animum mitigans : ut nihil per eum iniquum contingeret:aut si forsitan indignationẽ commoueretur q̃ eius minime mandata compleuerit:& aduersus eum aliquid mali decerneret: bene contentum esse iudicabat pro meliore causa : & pro tanta hominũ multitudine subire discrimen. Conuocans igitur in tyberiadã magnã multitudinẽ iudæorum:nam multa milia illuc fuerant congregata: & constituens in circuitu cunctas militias & turmas:uisus est primo non suam:sed cæsaris proferre sententiã dicés: timere se iracundiã gaii: proinde accessuꝝ ad perficienda quæ sibi præcepta sint oportere se firmabat:qui tanto fuisset ex eius beneficiis honore sublimatus:ut nihil cõtrarium eius uoluntati perageret . Verum non arbitror inquit iustum esse ut salutem honoremq; meum non pro uobis qui tam plures estis impendam:nec permittam:ut per me paternæ uestræ legis instituta soluantur: neq; adeo dignitatẽ tẽpli dei contẽnere:ut ꝑ potestates principũ:iniuriæ uestris religionibus ingerantur:sed scribam ad gaium uestras illi uoluntates:intimãs quantum possum causam adiuuans:& uestrũ in bono propositum:& spero quia aderit deus:cuius potestas potior est omni humano molimine:humanaq; uirtute:potens est enim:& nos in conseruatione legis uestræ ꝓtegere:& me tutari: ut nec ab ipsis ẽt excidam humanis honoribus: q̃ si etiam exaspẽ forsitan Gaius:ut iram suam in me uellet effundere:summã omne piculum:oẽm miseriam: quæcũq; corpori possit infligi: ne uos tãtos ꝑ rebus optimis peuntes intuear. Ite igitẽ unusquisq; uestrum ad opus ꝓprium: & terræ uestræ culturam impendite. ego uero romam litteras destinabo:& oĩa ꝑ uobis:tam ꝑ me q̃ ꝑ amicos:quæ rei cõueniant agere non omittam. Hæc dicens:iudæoꝝ dimitti congregationem iubet ut culturæ terræ diligentiam exhiberent. Omnes aũt nobiles populos alloquio adhortabatẽ ut spem meliorem gererent. Et ille quidem hoc mõ multitudinem letificare festinabat. Deus ãt suam manifestauit repente p̃sentiam & adiutoriũ suũ in oĩbus fore petronio. Simul enim ut finem loquendi fecit: cõfestim ingens descendit pluuia ꝓter spem omniũ nam illo die ab ipso solis ortu serenitas magna claruerat:nullumq; signũ pluuiæ in cælo fuerat uisum; sed ẽt omnis ãnus magna fuerat ariditate siccatus:ita ut desperatio fuisset exorta:non solũ pluuiæ : sed ẽt si unq̃ posset cœlum tectum nubibus apparere. Tunc igitẽ ẽt præter consuetudiné tanta inundatio uenit aquarum:ut iudæis spes magna fecit in nullo frustratum iri petronium ꝑ eoꝝ negocio laborantem . Petronius ãt ãplius obstupuerat:uidens manifestissime deũ iudæoꝝ se consolatorũ ostendere:& multum suã declarasse sententiam:ita ut nec illi forte contradicere ualerent: quibus religioni nostræ reluctari tota laborat intentio. Scribit ergo ad gaium postulans:ne tanta milia hoium contemneret: quæ nõ possent sine bello & ingenti cæde a transgressione suæ religionis impelli: perire quoq; tãta tributa q̃ ab illa gente darentẽ:memoriam etiã non bonã romani nominis in posteriora tẽpora relinqui:sup hoc quoq; uirtutem diuinã iudæis præbere præsidiũ. Nam probatum esse firmabat ꝓ iudæis euidenter inditium. Et Petronius quidẽ huiusmodi litteras destinauit: Agrippa uero rex iam enĩ tũc romæ fuerat amplius in amicicia gaii gratiaq; crescebat. Et forte quandã die epulum præparauerat cæsari:ubi magnam impenderat diligentiam:ut omnium in cibis elegantiam uinceret : oẽsq; suauitates : & delicias studiosius prouideret ita ut non solum cæteros anteiret adinuentionibus epularum:sed nec ipse Gaius multum cupiens ei posset equari. Tunc Gaius ad modum admiratus tam ingenium eius q̃ magnificentiam animi : q̃ super uirtutem suam sumptus expenderet ut sibi placeret:uoluit munificentiam agrippæ remunerare. Tum itaq; ex deliciis & uoluptate:ac uino hilarior effectus cum ab agrippa ad potum inuitaretur: & primum inquit quam tibi honorificentiam exhibui pro beniuolentia & fauore q̃ circa me semper habuisti : ut etiam apud tyberium periculum ingens incurreres:uerum quia in omnibus te uideo & uirtute præditum: & nos amore superantẽ:idecorum existimo tuo circa me studio superari . Volo itaq; quod antea minus feci:modo perficere:& tantas tibi munerum copias attribuere : ut magnum nomen tuis opibus: & tuis accedat honoribus. Et ille quidem hæc dicebat: existimãs q̃ posset aliquos reditus sibi denodare : uel ciuitates exhibere. Ille autem quãuis præparatũ haberet:quod petere cupiebat:timẽs uero:suam noluit aperire sententiam: sed confestim respondit gaio:q̃a neq; primo lucro: sed eius gratia delectatus: ut contra tyberii præceptum studium accurationis ei impenderet : neq; modo se aliquid agere intentione lucri:sed sola eius gratia semper fuisse contentum : nam & multa sibi

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS USAL

ab eo & maiora fuiſſe donata: quæ ſi tua inquit uirtute tuaq; potentia minora ſunt : meo tamen hoc eſt accipientes merito & dignitate mea:multum conſtat eſſe maiora . Gaius autem obſtupeſcens eius continẽtiã magis inſtabat:ut diceret quod ſibi cuperet donari.Ille quomõ inquit o domine magnanimitate nimia dignum mẽ muneribus tuis exiſtimas:poſtulem:nihil quidem quod ad diuitias opeſq; pertineat:nam me anterioribus tuis muneribus admodum locupletem reddidiſti:ſed illud peto:quod tibi & opinionem pietatis efficiat:& diuinitatis mereatur auxilium:una ẽt mihi gloria fuerit apud audientes: q̃ nihil a te petierim : ad uſus pertinens temporalium rerum. Poſtulo igitur:ut erectionem ſtatue quam in ĩ templo iudeorum faciendam petronio præcepiſti: ultra nolis effici.Et ille quidẽ licet periculoſum exiſtimaret illud expoſcere: nam niſi rectũ quod petebatur iudicaret cæſar:nihil aliud niſi mortẽ auferret illa petitõ:ergo quãuis periculoſum eſſe cenſeret:tamen contentis aliis ſibi neceſſariis:& utilibus:illud a cæſare poſtulauit . Gaius autem: tum ab eo q̃ ab agrippa taliter fuerat accuratus:quia indignum exiſtimabat mendax coram tantis arbitris apparere:ãte quos alacriter compellabat agrippam:quod uellet expetere:paululum ſui penitens:mox uero uirtutẽ agrippæ miratus:q̃ ſuum regnum nõ leditibus non pecuniis non alio quocunq; munere amplificare cupiuerit : ſed pro conſeruanda rege culturaq; diuinitatis illibata celebranda interuentor extiterit:conceſſit:ac ſcribit ad petronium: laudans quidem eum:q̃ exercitus inſtruxerit:pugnareq; cum iudeis fuerit præparatus:& omni niſu laborauerit iniuncta perficere.Verum ſtatuam inquit:ſi te contigerit erexiſſe: ut conſtituta eſt perſeueret : ſi uero necdum erecta eſt:nihil ultra fatigandum exercitum:& auxilia dimittẽda: teipſum uero ad ea quæ miſſus es curanda conuenit proficiſci:nam ultra iam opus nõ habeo ut erigatur ſtatua.Hoc enim agrippæ gratiæ conceſſum eſſe uolo: uitro honorabili mihi ſemper:ſed nunc amplius honorando .Et gaius quidem talia ſcribit petronio:anteq; ſeditio maior oriretur . Nam ita iam mentes omnium tumebant:atq; talia uoluntatum:eoꝝ indicia monſtrabantur:ut ſi forte contrarius nũcius adueniret:parati eſſent apertum bellum gerere cum romanis . Sed gaii amicus erat obnoxius turpitudini:alienus bono conſilio:& in omnibus quæ facienda decerneret : ita magis pertinax ad implẽdum:moderari ſe nullomodo ſciens:ſed beatitudinem iudicans: ſi omne quod ſibi eſſet uoluptati perficeret.Poſtea ſcribit petronio huiuſmodi uerba.Quomodo inquit dona quæ tibi iudæi dedere:meliora iudicas: q̃ mea complere præcepta:& cũcta quæ illis libita ſunt ſtudes efficere: mea mandata contemnens: iubeo tui temetipſum iudicem fieri: & eligere quid debeas pati qui me ad tantam iracundiam concitaſti:ut exemplum efficiare cũctis & præſentibus & futuris q̃ nullus audeat imperatoris mandata conténere.Hanc igitur epiſtolam deſtinauit quidem petronio:non tamen ipſo uiuente perducitur.Petronius autem tardius eam aliquanto ſuſcepit:remoratis nauigio portitoribus:intantum ut etiam ante hanc epiſtolam alias:petronius litteras accepiſſet in quibus de morte cæſaris certior rederetur. Nõ enim obliuiſci poterat deus tantoꝝ periculorum:quæ petronius cum alacritate magna ſubierat:ut iudeis in honore eius religionis gratiam præſtitiſſet:& gaium de medio auferens : mercedem illi dignam pro illius impietate reſtituit cooperatus é auté petronio. Nam tanta illi dilecto compata eſt:tam romæ:quam in uno quoq; regno : ut dei gratia ſuper eum euidens appareret.Romæ quoq; ſenatori ordinis & quotquot dignitatibus eminebãt: tam uirtutis merito:q̃ odio gaii:quod propter eius crudelitatem iniquitatemq; conceperãt: circa petronium magno fauore ferebantur.Mortuus autem eſt: non poſt multum temporis quam fuerat epiſtola ſcripta petronio:in qua eum morte damnauerat . Cauſam autem per quam extinctus eſt:& totum ordinem inſidiarum:narrabo procedente ſermone . Petronio uero primo uenit epiſtola:mortem iudicans gaii: poſt aliquantum uero temporis ea in qua propria manu ſemetipſum interimere iubebatur.Vbi miranda eſt diuinæ clementiæ prouidentia quomodo ſine ulla dilatione tantam illi retributionem mercedis indulſerit pro honore quem exhibuit templo dei : & pro adiutorio quod iudæis præſtitit:ut per eum beneficium ſalutis acciperent.

Peſtis quæ contigit iudæis in babylonia conſtitutis p aſineũ & amileũ fratres. Cap. XX.

CONtigit etiam per id tempus iudæis illis q̃ in meſopotania & babylonia habitabãt ualde magna calamitas:ubi quoq; multa cædes accidit: quanta nunq̃ ante refertur in hiſtoria. De qua cuncta diligenter abſoluam:ut cauſas ipſas ex quibus prouenit inſinuẽ. Neerda dicitur babyloniæ ciuitas:admodum pupuloſa : habens circa ſe plurimam ſecundamq; regionem:quæ cum aliis plurimum bonis tum etiam hominibus referta eſt: hoſtibus quoq; ipſa dicitur inadibilis.Nam eam eufrates undiq; circunueniens:in medio continet uniuerſam.Ad hæc etiam menibus eſt munita firmiſſimis.Eſt autem alia ciuitas:cuius niſibus uocabulum eſt:circa eiuſdem fluminis fluenta conſtructa: unde iudæi quoq; natura confidentes loco: cenſum quem ſolent in honore dei tribuere: ibidem cuſtodiendum illo tempore deponebãt.Sed etiam alia munera decora templorum illis ciuitatibus habuere:nam eis ueluti pœno:uel promũctorio munitiſſimo ſecurius utebantur: hinc auté in hieroſolymam cum tempus expeteret pecunias dirigebant.Plura quoq; inde hominum milia paſcebantur. Erant itaq; duo quidẽ homines: aſineus:& amileus alias anuleus nomine neerdatienſes quidem genere:& inter ſe germani fratres:

Hos præceperat mater:nam patre orbati fuere:ut nauium operarentur uelamina:quia non inde eorum apud eiuſdem loci ciues hoc opus habebatur : ita ut etiam plures apud iudæos uirorum: eis exerceantur operibus quæ uſui marino proficiant.Hos quadam die magiſter qui eidem operi præerat:apud quem etiam ipſam artem didicerant:de aduentu & tarditate culpauit: in eoſq; uerberibus ultus eſt.Illi ergo grauiter hoc ferentes:arma quæcunq; in eius domo ſeruabantur abripiunt:& pergunt in quendam uicum:qui diruptio fluminum uocabatur: ubi optima ſolebant paſcua germinare:ea quæ ibi repoſuerũt.Quo facto:congregãtur ad eos plurimi iuuenes:quotquot egeſtate laborant.Hos armis inſtruunt:ipſi uero ueluti ductores agebant. Ibi quandã ſibi extruẽtes aream:demandat uniuerſis:qui per illa paſcua armenta ſua ductabant:ut eis cẽſum redderẽt: atq; ex hoc & cum eis amiciciam haberent:& aduerſum hoſtilem quidem populum ſi forte prorumperet auxilio ſe fore firmabant . Illi uero dicto obaudientes fuere: non enim aliter facere ualebant:& ex pecoribus mittebant quantacunq; iubebanť.Hinc proinde manus illis & uirtus ãpliꝰ accedebat:& poteſtatem habebant quæcunq; animus uellet efficere:alios fugare uel ledere:alios regere uel curare:non ſolũ incolas regionis:ſed etiam quos ſorte tranſire contingeret:nomẽq; eorum formidoloſum ſatis habebatur & per dies ſingulos de eis ſermo creſcebat : donec ad regẽ parthorum uſq; peruenit auditus.Satrapa uero babyloniæ poſtq̃ iſte cognouit uoluit eos in ipſis initiis reprimere anteq̃ eis licentia creſcente:malũ amplius oriretur.Et congregans manũ quãpluriam potuit:ſed etiam ex parthis:babyloniiſq; quamplurimos:aduerſum eos repẽte:tendebat:nolens eos nuncium ſui anteq̃ ueniret accepere:per occulta ductãs exercitum. Et ueniens in quẽdã memoroſum locum:ibidem latuit. Et ſequenti die:illuceſcebat nanq; ſabbatum:quo iudæi nihil operantur:ratus eſt reſiſtere non auſuros:atq; hoc modo ſine pugna uinctos poſſet abducere.Paulatim ergo ac pedetentim accedebat ad locum: ut cum proximis fieret ſtatim in eos irrueret.Sed aſineus ſicut forte cum aliis nonnullis conſederat:ante quos arma fuere iacentia:o uiri inq̃t:hinnitus equoꝝ meas aures allapſus eſt:nõ equaꝝ amore:ſed equoꝝ uiros uehentiũ hinnitus exiſtere nã etiã ſtrepitũ frenoꝝ:ſimul aduerto.Vereor itaq;:ne nos circũfuſi hoſtes aggreſſi ſint. Sed citius q̃ſpiam ex uobis ſpectatum procurat:q̃ nobis quid nam iſtud ſit manifeſte denuncier . Opto autem falſa me locutum fuiſſe:& deceptum potius ueri ſimilitudine ſonitus:quã uera ſenſiſſe.Et ille quidem huiuſmodi uerba locutus eſt.Cũ ecce:ſimul quidã aduenĩunt ſpectabili negocium:& celeriter accurrentes:neq; tu inquiunt falleris:ſed integre coniectaſti : quæ aduerſus nos gerunť. Ab hoſtibus circundati quippe ſumus dolo:nihil brutorum animalium differentes.Nã plurimus equitatus inuadit:eo præſertim tempore: quãdo nudi oĩbus armis extamus:ob idq; lex paterna uacare nos:& nihil agere præcipiat.Aſineus porro non ſecũdum ſpeculatoris ſententiam q̃ deberet fieri decernebat:ſed legale magis exiſtimãs : ne dimiſſis manibus pereuntes leticiam hoſtibus exiberent:oportere iudicabat:ut non ſine hoſtium ultione operarenť. Arma itaq; corripit:alios q̃ circa illum erant ſimiliter adhortatur:eos in audaciã excitãs: ut uirtutis memores: hoſtes itinere feſſos inuaderent: atq; impetum facientes:multos obtruncant:alios effugauerunt. Nam eos ſecuritas qua ſe putauerant quaſi cuncta parata reperturos:ignauos & mollos effecerat.Parthorũ aũt imperator cum ei tale nuncium aduenĩſſet:obſtupefactus ſuper illorum fratrum audacia:deſideranit eos uidere: & cum eis miſcere colloquium: & mittit ex armigeris fideliſſimum qui diceret: quomodo impator Artabanus quãuis læſus a uobis & q̃uis ſua puincia depdata:tamẽ nulla circa uos indignatione quam debebat accenſus eſt: ſed cõſideratione uirtutis ueſtræ magis in ueſtram gratiam factus attonitus:miſit me: dextram uobis fidemq; præbiturum : ut ad eum ueniatis : & eius habeatis amiciciam:nullum dolum:aut inſidias formidantes:dona etiam ſe daturum promittit:& honoribus ſublimare: ex quibus potentia uobis maior acreſcat . Tunc aſineus ipſe quidem diſtulit:ſed fratrem ſuum anileum alias anuleum cum muneribus mittit quæ præparare potuerunt.Et ille quidem ita perrexit:atq; perueniens: ad imperatorem ingreditur . Artabanus autem audiens anileum alias anuleum uenĩſſe:interrogabat cauſam: cur etiam aſineus non ſimul adueniret.Cunq; audiſſet q̃ timore ſuũ aduentũ ſubtraxerit: tunc p deos cœpit patrios cõteſtari:nihil ſe mali facturum in eos: ſi ſe eius committerent fidei. Inter illos barbaros eſſe ſolet indicium: ut nunq̃ quiſq̃ inter eos poſtq̃ dextram præbuerit mentiatur : nec quiſq̃ de fide dextram dantis dubitauerit.Et artabanus quidem iſta gerens: mittit anileum alias anuleum perſuaſurũ fratri: ut ad eum etiam ipſe pariter aduenĩret. Agebat autem hæc imperator:opus habens illis fratribus: pro tutamine illius ſatrapiæ: propter quod in illa regione facile poſſent ab eius imperio decedere: ut anteq̃ tale aliquid contingeret:ipſe illos per amiciciam occuparet. Timebat etiam ne ĩ babylonia plurimi ſe aſineo coniungerent: & ille manu ualida congregata præſertim in illis locis tam munitiſſimis:facile ſe a perſarum imperio defenſaret. Et ille quidem talia reputans dimittebat anileũ. Anileus alias anuleus autem perſuaſit fratri:intimans ei munificentiam & alacritatem imperatoris:tum etiam iuſiurandum quod ei præbuerat : proinde ad artabanum cum alacritate pergebãt. Ille autem cum gratia magna eos ſuſcipiens: admirabatur aſineum:q̃ ita magnanimus extiriſſet: cum corpus poſſideret aduidendum breue: & quod contentui ab intuentibus haberetur : eiuſq;

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

prudentiam ſtrenuitatemq; conſiderans:fertur ad amicos dixiſſe:quod maior eſſet anima corpore tam minore. Oſtendenſq; aſineum uni ductoꝝ ſuorum abdagati nomine: atq; eius nomen indicans:omnemq; uirtutem & ſtrenuitatem eius intimans:qualis extitiſſet in bello: Abdagates poſtulabat permiſſum ſibi contribui: ut eum occideret:atq; iniurias eius & depopulationes quas in prouicias commiſerat : ultum iſſet. Non permittam inquit imperator hæc fieri in eum uirum q mea fide præſumens:dexteram a me: iurationemq; deoꝝ accipiens: uenire properauit. Tu quia uir bonus extas in bello:nihil periuriis meis opus eſt:ut parthorum iniurias ulciſcaris:deſcendentem uero ſi cupis in ſequere:eú ſi poteris iubelli ſuperato.Mane itaq; facto:accerſiri iubet aſineú. Tempus tibi eſt inquit:o iuuenis ad propria deſcendendi:ne forte plurimos ad te ductoꝝ irrites: & ſine mea cõſcientia pereas.Cõmẽdo autem tibi babyloniæ regionem: ut eam ledi a latronibus non permittas:ſed tua uirtute a malis omnibus defendatur. Dignus nanq; ſum a te optimo hoie hanc reciprocationem accipere: qui tibi fideles amicos oĩno ſeruauerim:neq; ad eos attendi: qui fuerant ad tuum interitum irritati: ſed ad ſalutem tuam tutandam ſedulo feſtinaui. Hæc dicens. eum donatum muneribus competentibus:in propriam deſtinat regionem. Ille autem domum reuerſus:opida conſtituit & caſtella: quæ primo fuere reſtaurando confirmat: atq; ita ex breui magnus effectus eſt:tantaq; per eum negocia gerebantur:quanta nunq̃ ab alio áte ipſum geri potuerunt. ergo fuerat factus:ut etiam ab ipſis parthorum ductoribus honoraretur:qui ad illá regioné per tempora mittebantur.Nam ſolam babyloniorum honorificétiam habere minorem ducebat: quam ſuæ uirtutis merito debere iubebat exolui. Omnia igitur negocia quæ in meſopotamia gerebantur:ex eius poteſtate pédebat:& amplius eius fœlicitas per annos.xv. amplificata creſcebat: & bonorum omnium uigore ac flore pollebat.Sed dum tali proſperitate fruerent̃ ſubito malorú illos occupauere principia:quæ huiuſmodi de cauſis acciderunt.Poſtq̃ enim ſtrenuitate ac uirtute ad magnam peruenere potentiam:conuertuntur ad iniurias perpetrandas:& tráſgreſſiones paternarum legum:cupiditatibus in tranſuerſum agentibus . Deniq; parthorum quendam ductorem inuadunt qui ad gubernandam illam miſſus fuerat regionem . Quem etiam propria uxor fuerat comitata.Hæc cum in aliis pluribus rebus laudabilis extitiſſet: tunc pulcherrime cunctas fœminas anteibat:ita:ut magnum decoris miraculum ſpectantibus apportaret. Hác anileus alias anuleus ſiue pulchritudinem eius auditu cognoſcens:ſiue proprio uiſu proſpiciens:adamauit. Deinde cœpit inſidias eius uiro præparare : eumq; hoſtiliter inuadens interimit: illam autem abripiens ſibi coniunxit.Quæ mulier haud equidem ſine magnis calamitatibus anilei alias anulei domum ingreſſa eſt ſed tam ipſi quam aſineo fratri : magnorum malorum deportauit aggerem per huiuſmodi cauſam.Cum enim illa poſt mortem uiri deorum ſuorum ſimulachra ſumpſiſſet:quæ more paterno tam ab ipſa quam uiro eius religione colebantur : cœpit ea domi habere : & ſimili ea cultu uenerari:ſed etiam cum alicubi forte pergebant in exteras regiões:ſecum illa ſimulachra portabat.Et primo quidem latenter hunc ritum religionis exercebat: poſtea uero cœpit etiá marito monſtrare:quali modo uel lege deos illos cum primi ſui coniuge coleret . Tum ſocii eorum: qui ab eis inter primos honorabantur:primum quidem inter ipſum anileum alias anuleum locuti ſunt: quia non deceret hæbraicorum cõtento:& neglectis ſuis legibus eam mulierem accipere: quæ contrario ritu aliam religionem habens:interdicta ſibi ſacrificia diis extraneis exhiberet: debere illú aiebant rebus ſuis bene conſulere:ne forte amore mulieris & uoluptate corporis captus illa celebrari permitteret quæ ſe regnumq; ſuú peſſundaret. Sed cú nihil proficerent talia cõmonentes:uirum etiam quendam illorum quæ maxime inter eos honore fungeretur: quomodo ampliore fiducia locutus ſit:interemit.Ille uero moriens : male dixit ipſi anileo alias anuleo: fratriq; ipſius aſineo:cunctiſq; ſociis:ut ſimiliter ab hoſtibus interirent:ipſi quidem:ꝙ tale in ſe facinus ꝑpetraret:illis autem ꝙ non prohibuerint:neq; ullum auxilium tulerint homini pro legibus paternis:& pro tota gente proloquenti.Cuius mortem omnes quidem grauiter ferebant:tolerabant tamen non ob aliud:niſi quia illoꝝ potentia ad infœlicitatem ducebatur.Cum autem culturam ẽt deorum parthorum audiſſent:ultra tolerandum non eſſe iudicabant opus anilei alias anulei: ꝗ i legem patriam iniuriæ gerebantur.Itaq; plurimi congregati ad aſineum acceſſerunt:& cú magnis uocibus increpabant dicentes.Bene quidem eſſet:ſi neq; primum tale aliquid fieret.Sed quia iam factum eſt: ſaltem nunc correctio conſequatur: anteq̃ illud peccatum tam illi: quá cæteris oíbus adducat interitum:eiq; exprobrabant propter nuptias cum alienigena muliere confectas: contra conſuetudinem legis ipſoꝝ & ſuperſtitionem mulieris quæ ad iniuriam dei ſui fuiſſet inducta. Ille aút:q̃uis peccatú fratris cognoſceret magnoꝝ maloꝝ fuiſſe cám & fore:uerútamé uictus conſanguinitatis fauore colerabat:ueniáq; fratri dabat: ꝙ fortiore malo libidinis uicebat̃.Sed cú plures ad eum ꝑ dies accuſatiões a pluribus aduenirent : tú de his anileo alias anuleo ſoq cõpulſus ẽ: increpás eum & qeſcere de cætero iubens ab illis operibus:& ut mulieré ad ſua propria: paréteſq; reuocaret.Sed nihil eorum uerborum præcipiebat effectum. Mulier autem ſentiens tumulum q propter ſe populos obtineret:uenenum inter cibos dedit aſineo. Quo ille accepto:defunctus eſt. At illa ſine ullo timore poſtea degere cœpit:ſolum ſui iudicem habens:quem ſentiebat ſuo amore conſtrictum.

re conſtrictum.Porro anileus alias anuleus ſolus regni moderamina excipiens:exercitum quæ ſumens:uicos mitridatis inuadit uiri apud parthos in primo loco conſtituti:& regis artabani filiá i coniugio poſſidentis.Vbi cum irrumperet:omnia prædę dedit:& multas pecunias inde:multoſq; captiuos abripuit:& numeroſum pecus abduxit:& alia plurima quæ ad diuitias opulentiamq; ꝑtineret noſcuntur. Sed cum hæc mitridates audiſſet:ꝙ talis in ſuis uicis præda & captiuitas fuiſſet effecta : grauiter ferens:ꝙ ipſe ante nihil leſiſſet anileum alias anuleum : anileus alias anuleus uero ꝙ exordium tantæ ſumpſiſſet iniuriæ:tanta in ſe dignitate contenta: congregans q̃plurimú potuit equitatum: ſed etiam ætate feruentium non minimam manum: aduerſus anileum uenit: & contendebat:ut cum eo bello decertaret.Sed anteq̃ ad eum ueniſſet: quodam uico occulte caſtra diſpoſuit:ut inde proxima die in hoſtes irrumperet alias irrueret: quomodo ſabbatum illuceſcebat quoniam a iudæis ocium & uacuitatu exercetur . Anileus alias anuleus autem iſta cognoſcens a quodam homine ſyro:alienigena ex alio uico qui cum alia integre nunciaret : tum etiam uicum intimabat:ubi nutridatus manſionem fecerat milites itaq; paratos faciens:caſtris egreſſus eſt:cunctis ignorantibus ꝙ aduerſus parthos tenderet. Et circa noctis fere quartam cuſtodiá hoſtes inuadit:alios dormientes obtruncat:pleroſq; in fugam conuertit.Mitridatem autem uiuum tenens:ſecum ducebat ſuper aſinum nudum imponens: quod ualde ignominioſiſſimum apud ꝑthos habetur.Cunq; ad locum proprium peruenit hortabantur amici ut mitridatem extigueret. Sed contra ipſum conſilium ille aliud dicebat: non rectum eſſe dicens: ut mitridaté extingueret: uirum primo genere apud parthos ortum:& neceſſitudine connubii apud regem Artabanú magnifice honorabilem: nunc autem ut cunq; tolerabile cenſeatur eſſe quod factum eſt: quoniá ac ſi iniuriatus eſt mitridates:uerumtamen beneficio ſalutis:erit ſe liberantibus gratiam debiturus: ſi uero quicquam patiatur : nequaq̃ regem artabanum patienter laturum : ſed magnam cladem iudæis importaturum babylonia conſtitutis.Parcere itaq; illi melius uidetur: & propter conſanguinitatem qua regi coniunctus eſt: & pro tanta dignitate qua inter ſuos honorabilis ac magnus habetur.Et ille quidem talia incontione loquens:oíbus perſuaſit. Dimittitur igit̃ mitridates.Sed ei reuertenti:eius mulier exprobrat: niſi feſtinaret utpote regis gener in táta dignitate cõſtitutus: ſupplicia ſumere de his qui contumeliam ingeſſiſſent . Turpe nanq; illi eſſe dicebat : ut ſalutem eligeret poſtq̃ captiuus in manus hominis uenit : & núc aut ultum ire ſuam iniuriam intenderet: aut ſe per deos iurare coniugi federa ſoluturam. Has ille exprobratiões per dies ſingulos minime ferens magnanimitatem etiam mulieris metuens:ne inter eos cõiugium ſolueretur:non ſpõte qdem neq; uolens congregans manum quam plurimam potuit aduerſus iudæos tendebat in tollénam:ſalutem eſtimans:ſi parthus impune fuiſſet a iudæis repulſus belli certamine . Anileus alias anuleus autem ut cognouit ad ſe tendentem cum multa manu mitridatem: inglorium iudicauit ſi in locis ſuis maneret:& non magis anteueniens hoſtes occurreret: ex proſperitate prima confidens:iterum ſe pugnaturum credens:audentibus uirtutis etiam robur acreſcere. Multi itaq; ſe illi ſuperiorum exercitus coniunxere:ſperantes prædam ſe ſicut antea relaturos:& ipſa prima facie horrorem hoſtibus illaturos.Pergunt itaq; illo die ſtadia.xc. per loca uaſta & inaquoſa iter faciétes.ſed medio die ardore ſolis ingens ſitis iudæos occupat.Mitridates autem apparens continuo: feſſos itinere:ac ſiti fatigatos inuadit.Illi nec eſtum:nec arma ferre ualentes profugiút.Parthi uero inſequentes:magnam cædem faciút: iudæorum multæ miriades alias plebes occumbunt.Anileus alias anuleus autem:& quotquot circa eum erant: in ſilua ſe recipiunt . Mitridates itaq; magnam uictoriá ſumens:magno gaudio cœpit exultare.Congregatur át ad Anileum alias anuleum infinita multitudo hominum peſſimorum: & ſuam ſalutem peruipendétium quos Anileus alias anuleus ſuſcipiebat:uolés ex his recompenſationem efficere multitudinis quæ bello perierat: ſed haud ſahe ſimiles illis:qui bello perierant.Nam erat uulgus inexercitum. Sed tamen cú hac multitudine irrupit í uicos babyloniorum : eoſq; paſſim depopulatur. Tum babylonii q̃uis ad bellú parati:mittunt tam in Neerdam:ad iudæos qui ibidé habitabant:tradi ſibi Anileum alias anuleú expetentes.Illi uero nequaq̃ illorum ſermonem accipientes:prouocabant eos ad prælium. Verútamen aditum legatis babyloniorum permiſere:ut ad Anileum alias anuleum peruenirent: & cú eo quicquid uellent protinus loquerentur.Babylonii locum integre ſpeculantes: quo ſe cõſtituerat Anileus alias anuleus: & cuncta diligenter inſpicientes occulti nocte ſomno depreſſos inuadunt:necant quantoſcunq; reperiunt: ipſumq; Anileum alias anuleum obtruncant:atq; hoc mõ babylonii iniuriis Anilei alias anulei:& grauedine liberati ſunt.Impreſſio nanq; eis illa magna cõſtabat:odio quo circa eos detinebatur.Nam pœnæ ſemper inimicicias exercebát.Cauſa uero huius ire fuit lex eorum paterna:quam ille oppugnabat:& propterea ſibi ſemper inuicem emulabátur:unde ſuorum quiſq; oportunitatem inuenerat ab iniuriis non parcebat . Tunc itaq; hoc mõ pereunte Anileo alias anuleo cœpere babylonii iudæis inſtare.Illi uero & grauiter ferentes ípreſſionem babyloniorum:& repugnare pœnitus non ualentes:in ſeleuciam cum ſuis omnibus emigrarút. Seleucia ciuitas eſt ad modum opulens & decora : quam ſeleucus nicanor fabricatus eſt. Habitant autem eam macedoniorum plurimi: & græcorum abúdatiſſimi. Eſt ibi etiá ſyriorú nõ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

minima multitudo.In hanc igitur iudæi refugiunt:& per.v.quidem annos illesi:& inexperti malorum fuere.Sexto uero anno:nam babyloniæ corruptio eoꝝ magna cõtigit & ruina: & ob hoc plurimi in seleuciam magis magisq confugiunt:eos amplior ibi clades suscepit:propter cãm quã breuiter enarrabo.Græcis in seleucia habitãtibus aduersus syros ex maxima parte inimiciciæ uitæ gerebantur:sed græci semper superiores extabant. Tunc itaq cohabitabant eis & iudæi qui aduenerant.Syri aũt seditionem mouentes:cœperunt superiores existere ex cõsensu & auxilio iudæorum:hoiũ considerate se in periculo præcipitantiũ: & intẽtionem solã ad bellum gerendũ habentium.Tunc iudæi ac seditione superant.Illi uero nullã aliam rõnem cernebãt: qua possent statum suum pristinum & dignitaté reformare:nisi syros a iudæis separent.Vnusquisq igitur eorum uerba faciunt ad syros cum quo quisq se familiaritatem habere cernebat:atq hoc modo pacem inter se:amiciciamq componunt. Primates itaq uiri ex utraq parte pacta quibus & pax & concordia seruaretur instituunt:atq hoc modo inuicem exhortantur:ut cum iudæis bellum gerant.Quos ex constituto repente inuadunt: interimuntq super quinquaginta milia hominum. Pereunt igitur omnes præter admodum paucos:qui forte aut amicorum aut uicinorum misericordiam conseruati sunt.Et cum iam ibidem uiuere non poterant:discedunt exinde in thesiontem ciuitatem uicinam seleucie:ubi consuetus est parthorum rex per singulos annos hiberna pagere:ubi etiam plurimæ eius opes:& plurimus regni cultus asseruatur. Nulla tamẽ iam eis spes uiuendi fuerat derelicta:nã etiam ibi omnis gens iudæorum terrore regis ꝑmebatur. Non enim tam babylonios q seleucos formidulosos habebãt:sed etiam omnis multitudo syrorum: quæ in illis locis habitabat ad ipsum cum seleucis loquebantur:ut bellum gererent cum iudæis.Ob hoc ergo discedunt etiam inde in Neerdam: & in nisibis : & propter munimẽtum illarum ciuitatum tutos se esse posse censebant.Super hæc etiam habitabantur ille ciuitates ab hominibus bellicosis.Et ea quidem quæ circa iudæos babyloniæ constitutos:acta sunt huiusmodi fuere.

¶ Incipit Liber.xix.antiquitatis Iudaicæ.

¶ Qualiter Gaius Cæsar insidiis a Cassio cherea extinctus est. Cap. I.

Aius nõ in solos iudæos:qui in hierosolymis fuere:& eos qui in his regionibus habitabant:iniustitiæ suæ demonstrabat insaniam:sed poẽm terram & per omne mare super eos ꝑcepta destinabat: quaqua uersum imperiũ romanum protendit: & pluribus cuncta calamitatibus adimpleuit:quales ante nunq̃ historiæ ꝓdiderunt. Maximeãt oium roma cladé perpetiebatur:quã in nullo honorabiliorem cæteris ciuitatibus estimabat. Nam cum oés cæteros libenter tractaret: haud alias non ita se natũ: & omnes quanticũq ex nobilibus uel generosis clarissimi constabant. Multa etiam crimina perpetrabat aduersus equites romanos. Quidã hoc dignitatis noie censebant:optimus aũt pene pares senatoribus existebant: ꝓp quod ét in conuentu senatus interesse solebant:quos ualde inhonores habuit:plurimosq ex eis morte dãnabat:quoꝝ etiã pecunias auferebat.Nam multas ét cædes non ob aliud: nisi ut eoꝝ auferret pecunias perpetrabat.Diuinũ uero sibi cultũ & honores uolebat non cum hoibus exhiberi:sed ét in templũ Iouis ueniens:quod capitolium qdem uocant:magis uenerabile ãt illis est omnium templorum:fratrem se iouis est ausus appellare.Sed etiam alia quæ gerebat non erãt furoris aliena.Nam etiam ex dicearchia ciuitate qui in campania constituta est:ad mesanam quæ alia quoq est martuma ciuitas:graue putans ut remis transitum faceret:putansq subiicere sibi ét hoc clementum posse:uelut domino maris existente: talia etiam uolebat fluctibus gerere: quales solet terræ natura sustinere.Voluit ergo & a litore ad litus stadia ferme.ccc.in medio marii: & intra tam uastum sinum pontem construere: super quem carrucis & diuersis uehiculis itinera ualeret efficere.Sed etiam templorum paganorum nullum despoliatum reliquit.Quæcunq enim pictura aut sculptura uenusta fuere:uel alio quolibet opificio pulchra simulare: atq omimodo anathematizata:deferri iussit ad se.Non enĩ alibi pulchras res eẽ dicebat oportere:nisi in pulchriore loco.Hunc autem romam esse firmabat. Nõ solum autem suam domum:sed etiam hortos aliasq sua habitacula ubicunq terrarum italiæ constabant:ex talibus repleuerat ornamentis. Nam etiã iouem olimpium qui maxime apud gentiles uenerabilis habetur:quem fideas ataneus fecerat ausus est in romanam transferre ciuitatem:nec tamen ad effectum res perducta est:architectis dicentibus ad Meminium regulum:cui res illa fuerat imperata:eo q si illud moueretur simulacrũ: aliquid malum posset accidere. Fertur autem Meminius etiã prodigiis propter hoc multis acceptis distulisse negocium. Verumtamen eiusmodi uerba scribit ad gaium: unde periculum mortis illi protinus imminebat:euasit tamẽ quomodo Gaius mørte præuentus est. Intantum etiam prorumperat eius insania:ut cum ei filia fuisset exorta: eam perducens in capitolium super genua simulachri cõstitueret:communem sibi natam:iouiq confirmans:duos patres uni proli constituens.Et hæc illum talia perpetrantem: proh nefas homines tolerabant. Molitus est etiam seruos ad accusationem excitare dominorum:quæcũq uellent impublicum crimina deportare.Illi autem quæcunq illis pessima oriebantur in animo:nulla prohibebantur dicere ratione:cernentes gratum illi fore:quicquid mali dixissent:ita:ut etiam claudium auderet polideuces seruus eius accusare: & ille patiebatur aduersus patruum suum geri capitale iudicium:sperans etiam ipsum quo facilioré potentiam aduersus cæteros adipisceretur extinguere:non tamen assecutus est quod uolebat.Repleta igitur uniuersa republica diuersis malis: diuersisq calumniis ex audacia seruorum aduersus dominos ubiq insidiæ gerebantur: ab aliis quidem ut suas iniurias pro his quæ passi sunt defensarent:ab aliis autem præuenire homines cupientibus cum sibi ab eis pro culpis suis aliquod supplicium imminere sentirent.Proinde quomodo corruptis legibus & hominibus in afflictione cõstitutis : non paruum beatitudinis momentum:illius mors hominis apportauit : sed etiam genti nostræ:quæ breui iam omnis interiret : nisi mors illum celeriter occupasset : uolo super eo cuncta differere. Nam alias de deo quoq magnam fidelitatem confert hominibus:& solatium in calamitatibus constitutis: at etiam correctionem his:qui putant prosperitatem esse perpetuam docetq:re rebus secundis quisq pessime commutetur:sed uirtute studium esse percollendum. Vias equidem tres mors illa parauerat : & harum unusquisq uiri boni primatum in consiliis habebãt. Emilius enim regulus ex corripe hiberiæ ciuitatem originem ducens : congregauerat plurimos : ut siue per illos: siue per semetipsum alacriter gaium interimeret:alterius autem principatum gerebat Cassius chereas tribunus:sed etiam minutianus nõ paruam partem hominum ad hoc opus congregauerat.Causa autem erat illis odium:quo circa gaium uniuersi tenebantur.Et regulus qdem iracundiam eius & iniusticiam qua in cunctos utebantur horrebat.Gerit quippe indignationis aliquid animus liber ut iniquitatem ferre non ualeat . Hic ergo cum multis aduersus gaium consilium capit:cum amicis & cum aliis:qui efficaces ei uidebantur ad causam Minutianus aũt: ut lepidum ulciscereturamicum suum:hunc enim cum aliquibus suis conciuibus gaius extinxerat.Super hoc quoq sibi timebat:ne a Gaio similiter pateretur . Nam uidens ex aliis exemplis sibi mortem imminere:festinabat suum præuenire periculum.Chereas uero confusionem suam & gaii obprobria non ferebat:quibus eum arguebat:q quasi nihil in se fortitudinis gereret:insuper etiam plurimum sibi per singulos dies imminere cernebat.Mortem quoq gaii omnes honestum opus & liberum : libenter excipere reputabant: cæteri uero cupiebant super hoc habere cõmune consilium uidentes tantas iniurias: & exemplum paruum dari cupientibus principatum. Omnes ergo ut tantis claudibus liberarent:desiderabãt aduersus gaium aliquid geri: decernamq ad talia negocia bonos uiros accedere:pro salute pietatis: & imperii macula auferenda : aiebant cum suo discrimine . Super omnia autem chereamad opus gerendum excitabat melioris famæ cupiditas: & quia cernebat facilem sibi aditum fore ad gaium:tribunus nanq erat:& per hoc se oportunitatem reperturum putabat:qua perimeret gaium.Interea ludi curules agebantur: circa quæ spectacula:magnum geritur a romanis studium . Concurrunt enim alacriter ad circum & pro quibuscunq rebus opus habuerint:ab imperatoribus congregatione facta deposcunt.Illi uero q multitudini non iudicant resistendum:confestim grate perita concedunt.Rogabant itaq tunc gaiũ:cũ omni intentione postulationibus utentes:ut censuum releuationes efficeret:& grauedines cúctas auferret.Ille uero nolebat ista concedere. At illi uoces amplius eleuabant. Tum ille diuersos ꝑ diuersa loca mittens:iubet clamantes abripi:& sine ulla dilatione confestim interimi . Et ille quidé talia iusserat:quibus ãt præceptũ erat: iussa cõplebant.Plurimis itaq pro hac causa morientibus: populus spectans:clamare cessauit.Tunc oibus suæ facultates in cõtentu fuere uidẽtibus alios ꝑ suis opibus ad interitũ peruenire.Hec & huiusmodi chereã excitabant:ut magnanimiter ingrediretur cãm:& insidias q̃s parauerat gaio perficeret:ut eũ tam negrit aduersus hoies exaspatũ reprimeret.Et sæpius cõuiuio gaii:uolebat rẽ aggredi:& tamé cõsideratiõe reuocabat:nõ secernens inuenire oportunitatẽ:qualẽ negociatã esse iudicabat:uerens:ne frustra ad tantũ opus accederet: sed ita rem moderabat:ut consiliũ sui animi cõsequeret effectũ. In hoc igit multo tpe militabat: nõ libenter conuersãtioné sustinens gaii.Cum aũt eum constituisset gaius super omnes publicas functiones:& cætera alia quæ Cæsaris erãt : iferenda thesauris:per illud omne opus a rato negocio priuabatur.In quo tamen maiorem sibi uirtutem iplendi opis aggregabat:q more suo magis rebus utebat quam gaii obediebat imperio:parcebat enĩ humilibus:atq depressis . Vnde ad iracundiam quoq prouocauit gaium:ita ut eũ de mollicie prius: & de socordia criminaret:non ualentem sicut ipse uellet pecunias congregare.Contumelias igitur illi plurimas ingerebat:& mulierbria oppingebat nomina:omni cõfusione plenissima.Et hæc qdé:cum in aliis increparet ipse magis gerebat:in qbusdã celebrationibus ministerioꝝ:quas ipse constituerat.Stolas nãq muliebres induebatur:& circũpositionem complicatoꝝ criniũ adhibens:aliaq quæ ad ornamentũ cultũq muliebrem pertinent:ipse sustinens:huius confusionẽ criminis audebat aliis exprobare. Chereas

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

autem:quando hæc ueſtiméta Cæſar ſumebat indignatione ferebatur:maxime cum illa ueſtimé
ta indignatione ferebatur:maxime cum illa ueſtiméta miniſtris irridentibus redderet: ita ut etiá
tribuni in deriſionem eum haberent & obprobrium.Nam cum ſumpturi eſſent miniſtri a Cæſa
re muliebria ueſtimenta prædicabant: aliquas ut cõſueti erant ad luſum illum proferre facetias.
Propter hoc etiam ei fiducia maior acceſſit:ut ſocios quoſdam acciperet: quibus ſe oſtéderet nõ
pro cauſis minoribus indignari.Nam erat etiam Pompidius ſenatorius:qui pene per oés ordines
& gradus adminiſtrationis tranſierat.Epicureus aũt erat:& pp hoc:ocii & quietis ſtudioſus.Hũc
dimidius inimicus eius accuſauit eo ꝙ poſſet gaiũ male loquiis turpibus infamare & eo aſſumés
quintiliam mulierem quæ in rebus ſcenicis erat pp pulchritudinem clara:& pulchritudine pluri
morum amorem habebat & ſtudiũ:nam etiam ab ipſo Pompidio diligebatur:accuſatio auté fue
rat falſa.Illa uero graue iudicante teſtimonium in cauſa mortis aduerſus amatoré proferre:puni
ri eam dixit debere dimidius.Tum Gaius excitatus iubet chereá ſine ulla dilatione continuo tor
mentis examinare quintiliá.Nam & in rebus capitalibus:& ubicũq; tormentis opus eſſet:eodem
cherea utebatur:propter quod eum crudelius arbitrabaẽ miniſterium exhibere:timentem:ne ab
eodé mollicie & ſocordie culpareẽ. Quintilia itaq; dum ad tormenta duceretur:conſocioꝝ cu
iuſdam pedem calce deprimens:ſignauit eos debere confidere:& nihil detormentis eius pœnitus
timere.Chereas tamen eam ac ſi nolens adegit:timens pp illam ipſe ſubire periculũ. Et nihil dif
ferens:eam inconſpectum gaii deducit:fedatá tormentis atq; deformatam ut etiá ab amatoribus
ſuis ſine ulla uoluptate uideretur.Tunc Gaius illam ſpecié non ſuſtinés:ſed admodũ compaſſus
quitiliæ:eo ꝙ grauiter tormentis fuiſſet affecta:liberam crimine:abſolutáq; pronunciat: & cũ ea
ſimul Pompidium.Ipſam ét pecuniarum dono muneraẽ:unde illi ſolatium eé: pp quod grauiter
erat debilitata tormentis.Nam non ſolũ ſanitas eius corporis ſuppliciis corrupta erat: ſed ét pul
chritudo defedata.Hæc igitur grauiter cheream cõmouerunt ꝙ per eum hoíes torquereẽ. Vn
de quoq; ſuam iracundiam non ſuſtinens dixit ad clementem:atq; papiniũ:quoꝝ clemens quidé
ſuper militiam conſtitutus erat.Papinius ſuper eos qui gaii fuere cuſtodes. O clemens inquit mi
nus fecimus in agendo quæ pro imperatore conſtabant.Nam ét eos qui aduerſus eius principa
tum coniurationé fecerant multa prouidentia uigilantes:& laboribus deſudantes:alios quidé ex
tinximus:alios aũt tormentis affecimus:intantum:ut etiá ipſi gaio miſerabiles uiderentur.Ita no
ſtram militiá cum nimia ſeueritate tractamus.Tacente aũt clemente:grauiter quidé ſe ferre quæ
imperabantur:tam oculis erat quá uultu:& colore manifeſtus:uerbis auté inſaniam imperatoris
aperire iniuſtum eſſe iudicauit.Chereas aũt clementem prouidenter præparans: cœpit fiduciali
bus uti ſermonibus & ad eũ enarrabat mala:quæ ciuitatem:& illud obtineret imperiũ:& ꝙ uer
bo quidé gaius illorum eſſe cauſa maloꝝ diceretur:ſi uero quiſq̃ rem inquit cum ueritate diſcu
tiat:inueniet o clemens ꝙ ego ſim totius mali cauſa:& hic papinius:& tu:qui romanis & uniuer
ſæ humanitati pro bonis omnia tormenta:& omnes clades ingerimus:non imperiis cõpulſi gaii:
ſed noſtra in hoc uoluntate progreſſi.Feſtinemus igitur comprimere tantum iniuriatorem in ci
ues ſocios:omneſq; ſubiectos:cui nos miniſterium exhibeamus:& ueluti ſatellites atq; carnifices
ad eius crudelitates implédas extamus:& arma quæ aduerſus hoſtes pferre debemus: in noſtros
ciues conuertimus:non pro libertate:non pro imperio romano:ſed pro ſalute eius:qui ſuæ iniq
tati feſtinat cuncta ſubiicere.Nam ſimul & noſtra corpora & noſtras conſcientias per ſingulos di
es polluimus tormentis & ſanguine miſeroꝝ:donec etiá alter aliquis inueniaẽ:qui in nos quoq;
tale gaio miniſteriũ exequatur.Non enim propter hæc quæ gerit cũ fauore circa nos conuerſabi
tur:magis auté cum ſuſpitione.Ad hæc etiá cum pereuntiũ multam ſtragé effecerit:nõ enim po
terit gaii unq̃ ſeuicia terminari:quomodo non iudicio in talibus cauſis intendit:ſed ſola libidine
ad hominũ cædem ipellitur:tum demum etiam nos cunctis pereuntibus coniunget.Ad hæc cle
mens conſilium chereæ manifeſtius approbabat:taceri auté iubebat:ne in plures ſermo ferretur:
& diffuſis paſſim rebus quæ gererent:anteq̃ res conſequatur effectum:ſecreto prodito:& inſidiis
propalatis:ipſi ducerentur ad pœnam ſed tépore procedente rem ſpei cõmittere:ut oportunitaté
fortuna tribuente opus nouiter adimplerent:ſe tamen dicebat per ſenectutem non poſſe audaciá
gerere:ad tantum negocium inchoandũ.His uero quæ a te o cherea tractata dictaq; ſunt:cautius
aliquid fortaſſis inueniam:decentius auté quis poterit inuenire.Et clemens quidé continuo mu
tare ſententiam:omnia quæ audierat:quæq; ipſe dixerat:cœpit efferre per plurimos. Chereas au
tem formidans:perrexit ad Sabinũ:extantem uirũ dignum:quem etiá libertatis cognouerat ama
torem:& propterea diſpoſitiones illoꝝ temporum hoſtiliter adhorrentem.Opus itaq; putans ut
celeriter quæ cogitabat inciperet:oportunũ eſt ratus:ut cum eorum cõicaret maximo duce timo
re:ne a clemente ſecreta proderentur.Super hæc etiam dilationes téporum aliquid cõtrarii repu
tabat allaturas.Cum auté libenter Sabinus ad talem cogitationé talemq; uoluntaté conſentiret:
tunc quidem tacere ſe dixit:& ad nullum de tali re ſuam proferre uoluntatem: nec manifeſtatu
rum eſſe firmabat:ſed ſi aliquid inquit uiriliter uolumus efficere:nihil dilationis pœnitus detur.
His igiẽ dictis:exinde conuertunẽ ad minutianũ:ipſis quidem ſtudiis & uirtute paré:& ſimilia ex

animi magnitudine cupientem:conſanguineum tamen gaii:ſed ſuſpectum propter mortem lepi
di.Multam náq; inter ſe amiciciam Minutianus lepiduſq; poſſidebant:& propterea ét ipſe timo
re periclitabatur:ne ſimiliter eum perimi contingeret.Erat quippe Gaius omni nobilitati terribi
lis:ut putaretur aduerſus unúquéq; ſingulari inſania proruptururus. Propter hoc enim alterutri ſi
bimet erant pro reꝝ neceſſitate formidini:& uoluntatem quam circa odium gaii gerebant indi
care non poterant.Ob cuius utiq; ſuſpitionem:nec deuotioné ſibimet aperte impendere pſume
bant.dum igitur conueniſſent:& Minutiano honorem ſicuti prius exhibuiſſent:erat enim digni
tate pclarus ciuium & cunctorum ore laudatus:inter principia ſermonum pcedens ille uerba fe
cit ad chereá:requirens quod ſignum illa die perceperit. Per totam náq; ciuitatem grata chereæ
uidebatur iniuria:quá pro ſignorum datione ipſe portabat.Et ille inter uerba iocanda nihil mo
tus:Minutiano reſpondit:eiq; ſermoné de rebus talibus faciédum eſſe cõmiſit:& tu mihi inquit
da libertatis ſignum.Gratias ago tibi:qui me amplius acuiſti:q̃ ego per memet implere cõſueui.
Neq; mihi ſermonibus iam pluribus opus erit:ſed hoc ſufficere iudico:ſi etiam tibi idem placeat
quod & mihi:quando etiam priuſq̃ conueniremus:eius noſcimur fuiſſe cõmunionis. Vno itaq;
gladio ſum accinctus:q ſufficere poſſit ambobus:in quo cõſenti fortiter: & accedamus ad opus.
Princeps aũt ſi uis ipſe conſiſto:iubens operibus imminere.Quod ſi cepero tui cooperationé ſo
latii:proſequar graſſatione ferri conceſſa mihi te cõfirmante fidutia : per hoc enim ipſum quoq;
ferrum efficacius ſolet exiſtere.Impellor enim ad actũ:non pro his quæ patior ego : dum ſpe ipſe
circũferar.Non utiq; hæc lenitas mea pericula tantummodo me conſiderare pmittit: dum & li
beræ patriæ:atq; legibus:& ademptæ uirtuti:& tantæ condoleá peſti:quæ cunctos ſimul pp Ga
ium appræhendit.Dignus enim ſum apud te iudicé fide rerum hmõi:quando etiam tu ſapere ta
lia comprobaris.Tunc Minutianus conſiderans ardoré ſermonum eius:libenter amplexatus eſt:
& eius audaciam approbauit atq; laudauit:& ualedicto cum uotis eum præcibuſq; dimiſit.Qui
dam enim aſſeruabant ea quæ cogitabanẽ quodam auſpicio fuiſſe firmata.Nam dum chereas in
grederetur curiam uox cuiuſdam de populo fertur emiſſa:quæ quaſi admoneret dicens. Perfice
quod agendum eſt:opitulante diuinitate.Quo facto:primum qdem chereas expauit:ne quis cõ
iuratorum uideretur prodidiſſe ſecretũ:nouiſſime uero conſiderans:quia hæc pro inuitatione di
cerentur:ſiue cõmonente aliquo conſcioꝝ:ſeu certe deo:qui cuncta humana reſpicit conſuléte:
omnibus ad confortationem inſidiarum cauſa patuiſſet:uniuerſi ſimul armati ſunt:alii quidé ex
ordine ſenatorio:alii uero romanorum & equitum qui conſcii eſſe uidebanẽ.Neq; enim erat uir
nobilitate ſeu fœlicitate præditus:qui gaii tranſitum non ardéter appeteret. Quapropter omnes
quo poſſent ſtudio ut uita priuaretur:totaq; confidentia atq; uirtute ad tyráni cædé erant & ſer
monibus & operibus præparati.Nam & caliſtinus libertinus gaii:uir unus potétia ſummi culmi
nis eleuatus:qui nihil aliud poteſtate ſua q̃ tyranno equus eſſe putaretur timore cunctoꝝ & ma
gnitudine pecuniarum quæ ei nimis acceſſerant eo ꝙ eſſet in muneribus accipiendis : & iniuriis
exercendis accerrimus:& uigorem ultra modum haberet:cum naturá gaii ſtabilem eſſe ſciret: &
in quibus declinaſſet nequaq̃ poſſe reuocari:& multas quidem alias periculi cauſas:necnõ & ma
gnitudinem pecuniarum haberet:accedit latenter ad Claudium ſperans quia ſi ei cæderet princi
patus deficiente gaio:honorem ſimilem ei præberet:eo ꝙ illi gratiam & uerba clementiæ impen
diſſet primitus.Ait ergo quia iuſſus a Gaio Claudium ueneno perimere crebras huius rei dilatio
nes exquiſiſſet:ne talia perpetraret.Sed mihi uidetur:quia fingebat hæc Caliſtinus uolens capere
Claudium.Nam neq; Gaius ſtudens interfici Claudium:honeſtas poterat occaſiones exquirere:
neq; Caliſtinus iuſſus optabilem rem Gaio perpetrare ſi diſtuliſſet mandata domini ſui pericula
potuit declinare. Sed Claudium diuinitas quidem a gaii ueſania liberauit. Caliſtinus autem pro
commendatione ſui finxit hanc gratiam:quæ ei nequaq̃ probabatur iniũcta.Hii quidem qui cir
ca cheream erant : differebant quotidie dum multos ſegnicies detineret : chereas autem nullam
moram gerebat: ſed omne tempus ad agendum oportuniſſimum iudicabat. Nam dum gaius in
capitolium aſcendiſſet:ut pro filia ſacrificaret:uenit frequenter ad eum:& in imperialis loci cul
mine ſtantem uidens ac populo auri & argenti pecunias diſpergétem:dum hæc in miniſteria ge
rerentur:præcipitem ex eminenti loco cogitauit impellere:cum ſe a nullo uideri putaret. nec in
ſidias feciſſe crederetur:& licet non optata mors eueniſſet: ipſi tamé acceſſiſſet audacia ut etiam
præter ferrum perimeret gaium.Tantum habuit cum coniuratis chereas ardorem ; metuens ne
tempora oportuna diffluerent.Illi uero uidebant quidem eum pro ſua libertate ſollicitum:poſce
bant autem:ut paratum tempus: uſq; ad ſolénitatem ſpectaculorum differret: ne dum conamen
nequiuerit implere alias impleri turba fieret ciuitati dum conſcii requirerentur a gaio: & inſidia
rum non ualeret utilitas in futuro ; ſed hoc utile fore: ut in celebratione ſpectaculorum res po
tius tentaretur agi. Hæc ſpectacula in palacio ob honorem Cæſaris in paruo eius rotundo tem
plo aguntur ; qui primus poteſtatem populi conuertit in ſeipſum : quæ ſcilicet Romani nobiles
cum filiis ſimul & coniugibus libenter ſpectare noſcuntur.Tunc enim Gaius negligens: ad om
nes ita facilis erat incurſus quando multa milia hominum paruulo concurrerant : ut potuiſſet

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

PVblius Petronius legatus tyberii: claudii cæſaris:pii germanici: primatibus doritenſium dicit.Audiuimus:quoniam quidam ueſtrum tantæ ſuperbiæ præſumptione abuſi ſunt:ut nec dictis cæſaris Claudii:pii germanici ſubderentur: quibus ſanctitum eſt:iudæos obſeruatione paternarum legum eſſe dimittendos: uoſq; omnia cõtraria feciſſe cognouimus:ſynagogam prohibentes conſiſtere iudæoꝝ cũ in ea poſueritis cæſaris ſimulachra: præuaricationẽ ſcilicet agentes non ſolum contra iudæos:ſed contra ipſum imperatorem:cuius ſimulachrum melius poneretur in omni iudæoꝝ templo:quam ĩ debito loco:cum utiq; decreto cæſaris ſit ſanctitum: unumquẽq; habere in locis propriis poteſtatem. Verumtamen cum edictũ imperatoris præcipientis:ut iure ſolẽnitatibus ſuis utantur: & cum græcis pariter conuerſentur: contempſeritis:riſibile eſt ſi dicam cur mei iudicii fueritis immemores. Quapropter eos qui cõtra dictum cæſaris talia commiſerunt:cum etiam eorum iudices indignentur quando non ꝓpria uoluntate aſſerunt:ſed impetu plebis impletum a cẽturione proclo uitellio ad me duci præcipio quatenus poſſint geſtorũ reddere rõnẽ. Primates uero ſeu principes moneo: ut ſi nolit uideri hãc querelam ſua uoluntate celebratam:culpabiles perſonas centurioni demonſtrent:nullam ſeditionis aut ſitis relinquentes occaſionem:quã ſcilicet maliuoli uenerari his operibus demonſtrantur. Mihi nanq; & cariſſimo meo regi agrippæ nulla potior cura eſt: quã ne gens iudæoꝝ occaſionẽ ſumat uindictæ gratia: ut ad tumulum ſeditionis accedat. Vt ãt apertius ſciaris quid & cæſar ex huiuſmodi cã præcepit:dicta eius alexandriæ deſtinata:huic ſcripturæ præpoſui quæ licet omnibus nota eſſe uideantur: tunc etiã apud tribunal meũ cariſſimus mihi rex agrippa hæc legit:allegans:ut non oporteat eis dona imperatoris auferri.Agite itaq; me ꝓnunciante ut deꝛtero nulla ſeditionis aut turbæ quæratur occaſio:ſed unuſquiſq; ſuæ religionis iura ſectetur.Petronius igit hoc modo quæ fuerant cõmiſſa correxit:ut denuo nihil poſſet huiuſmodi perpetrari.Rex autem agrippa ſymonẽ cantherum pontificatu priuauit:& denuo ionam anne cõſtituit: eum ſcilicet eſtimans digniorem:cui tamen gratum non fuit tantam recipere dignitatem ; pro qua reſupplicabat: hæc dicens . Tu quidem o rex meo honori congaudens : hanc mihi coſtituis proprio conſilio dignitatem:licet me ad pontificatum nunq̃ dignum iudicauerit deus:ſemel tamen cum indu-

tus ſim ſtola ſacerdotii ſufficit mihi:prius enim ſum dignus indutus: quã nũc denuo recepturus. Tu uero ſi mõ uis:ut accipiat: dignior hunc honorem : agnoſce: quia omni peccato mundior eſt apud deũ:& apud te rex frater mihi: qui poſſet ad hunc honorẽ dignus accedere. In his ergo ſermonibus rex agrippa collaudans ionæ uoluntatẽ:præbuit mathiæ eius fratri pontificatum:& nõ multo poſt tempore petronio ſucceſſit marſus qui ſyriam gubernabat. Sylas igitur ꝓfectus regis agrippæ:quoniã in omni fortuna ei fidelis extiterat:& nec in periculoꝝ eius cõmunione receſſerat:ſed cum eo ĩ manifeſtis laboribus atq; neceſſitatibus ſuccubuerat: circa eum magnã habebat fiduciam concedere ſibi petiit apud eum parem honorẽ pro amicitiaꝝ priſtina firmitate : & nequaq̃ patiebatur ei legaliter obedire:ita ut maxima ab eo beneficia poſtulando:honeroſus eſſe uideretur:cũ ſemetipſum immenſa arrogatione glorificaret: & regi ſæpius ad memoriam cauſas triſtitiæ produceret ut ſtudium quo tunc circa eum gerebat oſtenderet . Quod cum crebro faceret ut mihi uidetur improperare beneficia noſcebatur.Cuius rex apertam fiduciã tolerare nõ potuit. Non eſt enim temporis ignobilium grata memoria: neq; ſuauis agnoſcitur: qui frequẽter ea quæ præſtat:ĩproperat.Quid plura dum frequenter ſylas regis prouocaret iram:& ille plus indignationi quam rationi tribueret:non enim remouit a præfectura ſolũmodo:ſed etiam tradendum uinculis in patriam deſtinauit. Cunq; eius ira longo fuiſſet tempore mitigata & perſpecta ratione in memoriam reuocaſſet:quantos pro eo labores ille pertulerat:eius remiſſit culpam. Die ſiquidem feſtiuo natiuitatis ſuæ:dum cuncti quibus imperabat in letitia magna conſiſterent: ſylam reuocari iuſſit:ſecum ſcilicet cõmenſurꝝ.Ille uero modum libertatis quẽ iuſtũ eſſe credebat : ueniẽtibus ad ſe non tacuit dicẽs.En ad quẽ me honorem euocat rex:quem denuo poſt paululũ ablaturus é. Quippe nec primos honores deuotionis exhibite cuſtodiuit: qui iniuriis me afficere nõ quieuit. Cum qua ergo fiducia: aut qua conſcientia ad eum ueniam . Quantis eum malis eripui:pericula quanta ſuſtinui ut illi ſalus acquireret & honor: pro quibus omnibus retributionẽ merui:uincula & carcerem tenebroſum. Numq̃ ergo horum obliuiſcar malorꝝ: mihi enim pro bonis actionibus:etiam poſt ſolutionem carnis & animæ hæc memoria reſeruatur. Hæc loquens poſcebat ut regi dicerentur agrippæ. Qui dum eum cognouiſſet: animo non poſſet mitigari: dimiſit eum in carcere cuſtodiri.Hieroſolymorꝝ uero muros:qui circa nouam reſpiciunt ciuitatẽ: publicis ſumptibus munitiſſimos latitudine & altitudine fabricatus eſt. & omni humano reddiderat tutamine fortiores: niſi marſus ſyriæ ꝓſes Claudio cæſari:quod agebatur ſuis litteris indicaſſet. Quã orbẽ Claudius rebellandi cauſa ſuſpicatus hoc fieri agrippæ mandauit:ut a murorꝝ edificatione ceſſaret.Qui mox ut iuſſum agnouit:reluctandum ei non cenſuit. Fuit etenim rex iſte natura bonus: & ab beneficia munifica ꝓparatus:& ciuitatem propriis ſumptibus exornare nõ tardus:ita ut ſua claritate:muneribuſq; gauderet:& fauorabiliter ſuæ uitæ iura diſponeret: in nullo ſimilis herodi regi.Illi nãq; erat mens callida ad ſupplicia præparata:& aduerſus odioſos ſine retentatione pernicioſa:græcis magiſq̃ iudæis familiaris exiſtens: & alienigenaꝝ ciuitates ſæpe nobilitans: impenſa magna pecuniaꝝ balnea:theatra:& templa:porticuſq; conſtituens:iudæoꝝ uero ciuitatẽ nulla fabrica reparauit: nec aliquã eis ꝓbuit ĩpenſam: unde potuiſſent habere eius memoriã. Mores autẽ agrippæ erant manſueti circa omnes beneficia ſimilia conferebat. Alienigenis quoq; erat clemẽs etiã in illis dona ſuæ uoluntatis oſtendens circa ſuam gentem pro modo benignus: & potius cõpaſſione pronus.Grata ſiquidem ei cõmoratio:atq; frequens in hieroſolymis erat:ſeq; in paterna ſolẽnitate ſeu puritate ſeruabat:nullaq; dies præteribat:oſtiis uiduta ſolẽnibus.Quidã igit in hieroſolymis uir noĩe ſymon qui putabatur mandata legitima perfecte diſcernere multitudine in eccleſia congregata:cũ rex cæſareã prexiſſet:eũ accuſare ꝓſumpſit:quaſi nõ ſanctũ:& iuſtũ:ſuadens: uti rex prohiberet a templi limine:quo niſi dignis ingredi non liceret.Hæc ergo regi litteris idicata ſunt a præfecto:quia Symon talia cõcionatus eſſet. Quẽ rex euocatum dũ tunc eſſet ĩ theatro:ſedere iuxta ſe fecit:& ſub ſilentio mitiſſime requiſiuit. Dic mihi quid hoꝝ quæ hæc agunt contra legẽ eſſe cenſeãt:Ille uero nihil habens quod reſponderet:ueniã poſtulabat.Tunc rex circa eũ magis: placatus q̃ ab aliquo crederetur:iudicans etiã manſuetudinem conuenire regi potius q̃ furorem muneribus honoratum remiſit ad propria.

De honore quo beritho honorauit:& de aduẽtu regũ ad ipſũ ĩ cĩtate tiberiada. Cap. VI.

ET cum multis multa cõceſſerit:præcipue bericios honorauit . Inſtruxit enim theatrũ amplitudine & pulchritudine præcipua decoratum : & amphiteatrũ copioſa impenſa cõſtructum ſed:& balneas & porticus celſis operibus exaltauit:nullaq; tenacitate ſumptuum:aut pulchritudine fedauit:aut magnitudinem quãlibet imminuit:quorum omnium dedicationem largiſſime ac magnifice miniſtrauit. Cum igitur ĩ theatro ſpectacula celebraret:muſica quæq; illic inſtrumẽta ꝓduxit: & uaria delectationũ opa affluẽter exhibuit.In amphiteatro ãt multitudini monomarchoꝝ ſuam largitatem cuncte oſtẽdit. Vbi uolens numeroſitate concertantium delectationem ſpectantibus exhibere:alios ſeptingentos pugnaturos emiſit:quoſcunq; malignos habuit:in hac actione diſtribuens: ut & illic hoc modo pugnarent: & opus belli uoluntas pacis exiſterent.Hos itaq; paſſim hoc modo cunctos extinxit. Quibus ſpectaculis cele-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ꝓratis:in tyberiadam urbem galileæ migrauit:eratq; inter alios reges ualde conſpicuus: ad quem uenit cõmagenenſis rex antiochus: & damaſcenoꝝ ſi germanus: & cõtis minoris armeniæ qui ét in ponto polemõiaco regnabat:pariter & Herodes frater eius qui & ipſe calcidis habebat ꝑiritũ: habuitq; colloquium apud eos ſuſceptione & amicitiis ualde digniſſimũ ita ut oſtenderet ſuæ ſapientiæ culmen:& in præſenti eos uideretur regaliter honorare. Sed his apud agrippam ita degẽtibus:marſus ſyriæ præſes aduenit.

Qualiter proceſſit de ciuitate cum regibus in occurſum marſi:præſidis ſyriæ uel quali modo uitam finierit: cum non dediſſet honorem deo: populo ſibi attribuente honores diuinos & non humanos in theatro:quare confeſtim ſenſit plagam dei. Cap. VII.

VErum Agrippa rex ſciens eum honorabilem romanis eẽ proceſſiſſe ciuitate: occurſus ei:quaſi ab ſtadiis .vii. Hoc etenim principium inimicitiaꝝ circa marſum fuit. Sedens enim in tribunali Agrippa inuitauit alios reges:quoꝝ concordia marſo: & tanta pariter amicitia in ſuſpitionẽ repente uenit:& non credenti expedire romanis:reges huiuſmodi habere conſenſum. Mox itaq; ad unumquẽq; mittens:mandauit: ut nõ ſegniter ad propria remearent.Hæc agrippa dolenter accepit:& propterea quidem marſo factus eſt inimicus.Mathia uero pontificatu ſpoliato:pro eo conſtituit ſacerdotem Elioneum canthere natũ.Igitur cũ tertiũ annum iudeæ cõpleſſet in regno:uenit in cæſareã ciuitatem: quæ primitus turris ſtratonis appellabatur:ibiq; ſpectaculũ ad honorẽ Cæſaris pro eius ſalute celebrabat:ad quã feſtiuitatẽ omnis ꝓuinciæ multitudo nobilium:ſimul & procerum una conuenerant. Secunda uero ſpectaculorum die:ſtola ueſtitus undiq; argento contexta:ita ut textus eſſet ualde mirabilis:uenit ad theatrũ incipiente die:& primis radiis ſole oriente dimiſſis:argenti claritas repercuſſa fulgorem reddit ualde perſpicuũ:& oculis inſipientibus formidandũ.Mox autem adulatores uoces fauorabiles emittebant:quæ nec illi bone pro ueritate uidebantur:deũ ſcilicet appellantes eũ:atq; dicentes propitius eſto nobis:quia licet hactenus te uelut hominem timueris: attamen iam nunc ſuperioris naturæ te eſſe conſpicimus.Has autẽ uoces rex nequaq; compeſcuit:nec impia eoꝝ uerba cõpreſſit. Poſt paululũ uero reſpiciens uidit ſupra ſuũ uerticem in quodã culmine ſedentẽ buboneꝫ: quẽ ét mox eſſe maloꝝ caſum intellexit qui fuerat ei aliquãdo bonoꝝ. Mox ergo paſſionẽ mortiferam corde ſuſcipiens:& uehementer uteri dolore percuſſus:reſpicienſq; ſuos amicos:ergo iquit ueſter deus:uitam iam mutare compellor.Repente nanq; increpitus ſum: cum mendaces ad me clamarent:nam qui uocabaꝫ immortalis a uobis: eccẽ iam ducor ad mortem. Suſcipienda eſt ſententia quæ profertur a deo. Viximus etenim non praue:ſed claritatem beatitudinis appetentes.Hæc cũ dixiſſet:creſcente dolore comprimebatur.Tum cum feſtinatione ad regalia reportatus eſt:& ſemo apud cunctos egreſſus eſt:quia indubitanter moriturus eſſet. Mox itaq; cunctis cũ cõiugibus ſimul & liberis lege patria in ſaccis iacentes: deprecabãtur pro rege deũ & oia luctu gemituq; cõplebantur.Rex ãt cum in domo ſublimiore iaceret:deorſum reſpiciens: atq; uidẽs eos proſtratos eſſe:nec ipſe a lachrymis potuit abſtinere.Quinq; uero diebus continuo uentris dolore cõfectus: uita priuatus eſt habens annum ætatis quartum & quinquageſimũ: ſeptimũ uero regni. Quatuor nãq; ſub cæſare gaio regnauit annis ſub philippo tetrarcha tribus:quartum uero cum Herode tres ãt reliquos ſub Claudii compleuit impio in quibus & iudæam percepit:& ſamariam:atq; cæſaream:& tributa ſui innumera auxit imperii.Multũ tamen a diuerſis mutuũ ſumpſit.Nam cum eſſet ualde munificus ſupplicantibus larga munera conferebat:& dona ſine aliqua parcitate præbebat.Igitur cũ mors eius populis eſſet ignota:conſpirantes ſimul herodes calcidis rex: & thelcia præfectus:& regis amicus ariſtonẽ quendam fideliſſimũ miniſtroꝝ deſtinauerunt & ſylam quõ eorum erat inimicus quaſi iubente rege peremerunt.

Mortuo rege agrippa: cæſarienſes uel ſebaſteni indecenter blaſphemabant defunctũ: ſtaſtuas quoq; filiarum eius diripientes:contumelioſe tractauerunt. Cap. VIII.

REx igitur Agrippa hoc modo cõuerſatus diſceſſit a uita q de ſuo genere filiũ dereliqt Agrippã noie:agentẽ ſeptimũ & decimũ ætatis annum:& filias tres: quaꝝ alia quidẽ noie beronice ſexto decimo ætatis anno herodi patris fratri uidebaꝫ eſſe coniuncta: uirgines ãt duæ erãt:maria & druſilla:maria qdẽ decimũ agẽs ãnũ:druſilla uero ſextũ Eratq; deſpõſata a ſuo patre maria archelai celeuſi:alias cheleu filio:druſilla uero filio ãtiochi cõmagenẽſis regis q dicebaꝫ epifanes.Cũq; mors agrippæ cũctis inotuiſſet:cæſarienſis & ſebaſteni benefactoꝝ eius ĩmemores:peſſimas res egerũt blaſſemãtes uehemẽter iducẽterq; defũctũ.Sed & militũ q̃ tũc aderat multitudo ĩ domũ eius habeũtes:& ſtatuas filiaꝝ regis uirginũ diripiẽtes:piter ad loca fornicaria detulerũt:& ſtatuẽtes eas in publico reclinãtes:eis fœdas cõtumelias ĩferebãt:& turpiora facinora quã dici fas ẽ ſceleſtis actibus adiplebãt: celebrãtes cõuiuia publica coronati:& madẽtes unguẽtis & oleo:ſacrificia piter exhibẽtes:prãdiaq; ſibimet alterutri ꝓregia morte redentes. Erant ãt ĩmemores nõ ſolũ agrippæ: q multas eis ꝓbuerat largitates: ſed etiã aui eius herodis: q ipſas ciuitates inſtruxerat : porticuſq; ſimul & tẽpla claris ꝓbabaꝫ fabricatus impenſis:filius uero defuncti agrippa erat tunc romæ:& alebatur a cæſare.

Poſt mortem Agrippæ:Claudius cæſar Cuſpiũ fadum mittit ꝑfectum in iudæã: cui ét iniungitur ulcio exercẽda in Cæſarienſis:& ſebaſtenos pro defuncti Agrippæ cõtumeliis. Cap. IX.

VNc Claudius audiens Agrippam fuiſſe defunctũ:& ſebaſtenos atq; cæſarienſes e mortuo contumelias intuliſſe:graui dolore pculſus eſt:eratq; præparatus ut eius filium in Agrippam in illius regnum dirigeret ſucceſſorem:uolens etiã iuſiurandum quod cum illo habuerat confirmare.Et conuocatis amicis indicauit:quod deliberat ſup cõmendato ſuæ fidei puero:interrogans quid & ipſis uideretur:utrũ cogitata de hoc manere:uel non decernerent.qui perſpecto cæſaris aĩo prudentius aliqd conſiliati ſunt:collaudantes qdem benignitatis eius propoſitũ:uoluntatem aũt eius incautam eſſe dicẽtes:ut puero: q nec infantiles annos exceſſerat:magnitudinẽ tanti regni cõmitteret:cui eſſet impoſſibile tanta gubernacula detinere. Cũq; uideret eos recte locutos cæſar: ꝑfectum in iudæam totũq; regnum direxit cuſpiũ fadum. quo facto ét honorem defuncto præſtitit:ne marſum ad eius regnũ:qui illi fuerat inimicus eueheret.Præ oĩbus aũt fado præcepit Claudius:ut cæſarienſes & ſebaſtenos pro defuncti contumeliis coerceret.Cohortes uero cæſarienſiũ & ſebaſtenoꝝ quinq; numero in pontũ tranſferri iuſſit ut ibidẽ militarent:& ex neruis romanoꝝ in ſyria conſtitutis eligerẽt milites qui eoꝝ loca cõplerent.Sed nequaq̃ tali iuſſione migrati ſunt.Mittentes nãq; legationem ad Claudiũ ſupplicauerunt:& in iudæa conſiſtere meruerunt. Vnde etiã futuris temporibus cauſa maximaꝝ calamitatum iudæis effecturi ſunt:ſumentes in initio ſemina belli ſub floro . Quamobrem tempore quo Veſpaſianus uicit:ſicut poſt paululum referemus:eos ex illa regione migrauit.

ℂ Incipit Liber.xx.antiquitatis Iudaicæ.

ℂ Quemadmodum Claudius poſt Agrippæ mortem:in Syriam miſit ſucceſſorem Marſo Caſſiũ longinum : & quia Fadus miſſus procurator iudeæ indignatus iudæus qui trans fluuiũ erant poſiti:quia præter uoluntatem ſuam contra Filadelfenos arma ſumpſerunt : tres uiros priores ipſorum compræhendens:unum occidit:duobus fugam immiſit: & de Ptholomeo principe latronum ad eum deducto & occiſo. Cap. I.

AOriente itaq; Agrippa rege:ſicut in libro ꝓcedente narrauimus: Cæſar Claudius miſit ſucceſſorem Marſo Caſſium longinũ : memoriæ conferens hoc defuncti:a quo uiuente rogatus fuerat: ne Marſus ulterius ſyriæ ꝑſideret.Fadus inter hæc dum ꝑfecturæ culmine in iudæam ueniſſet comperit iudæos habitãtes trans fluuium contra Filadelfenos habentes cõtentionem pro finibus uici: cuius nomen eſt meas.Eratq; illic armatorum plurimi cõgregati: qui præter uoluntatem primatum ſuorum ſumentes arma : multos Filadelfenorum peremiſſe noſcunt.Hæc audiens Fadus:uehementer accenſus eſt:eo q̃ non eius reſeruaſſent iudicio q ſe dicebant a Filadelfenis fuiſſe leſos:ſed uſq; ad manum ueniſſent. Qui ſumens tres priores ipſius ſeditionis allegari ꝑcepit.Deinde quendam eorum Antibã noie iuſſit occidi:duobus aũt reliquis:Amaraco & Eleazaro: fugã immiſit.Ptolomeus ãt priceps latronũ:& qui multa mala idumeis & arabis freq̃nter intulerat:nõ multo poſt ad eũ deductus:morte multatus eſt.Hoc itaq; mõ cuncta iudæa latronibus eſt purgata:fadi prouidentia atq; ſollicitudine.

Qui? Fadus procurator iudeæ: & Caſſius longinus præſes ſyriæ præceperunt iudæorum primoribus ut talarem tunicam & pontificalem ueſtem in Antonia conſtituerent ſub poteſtate romanorum ſicut & prius. Cap. II.

AS quoq; fadus tunc cũctos uocans ſacerdotes & priores hieroſolymitarum:admonuit eos:ut talarem tunicam:& ſacerdotalem ſtolam qua ſolus pontifex indui ſolet:in antoniæ caſtro reponerent:ut ſicut prius in romanorum poteſtate iacerẽt.Illi uero nequaq̃ contradicere præſumpſerunt : ſed rogabant Fadum atq; Longinum:nam & ipſe cum multo exercitu ad hieroſolymam uenerat: metuẽs ne præceptis Fadi multitudo reſiſteret iudæorum:& ab eis ſuppliciter exorabant:ut cinerent legationem ad Claudium deſtinari: quatenus ab eo peterent:ut ſacerdotalem ueſtem haberent in propria poteſtate:& ipſi ſuſtinerent donec Claudii reſponſa perciperent.Illi uero ita ſe hæc præſtare dixerunt: ſi eorum filii obſides præberẽtur. Quibus obedientibus filioſq; dantibus legati ſunt miſſi.Cũq; romam ueniſſent: audiens Agrippa iuuenis defuncti filius cauſam aduentus eorum.Erat nãq; ſicut prædiximus apud prædictum Claudium:Cæſari ſupplicauit:ut eiſdem iudæis concederet:mittẽs ad Faduꝫ ſua ſcripta:quæ de ſacerdotali ueſte poſcebant.Vocans itaq; Claudius legatos iudæorum:promiſit ſe cõcedere quæ petebant:iuſſitq; ut Agrippæ gratias dignas exoluerent:cuius ꝑcibus hæc eis iura donaret.Quãobrem huiuſmodi ad Fadum miſit epiſtolam.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

Quomodo Claudius Cæſar rogatus ab Agrippa ſenioris agrippe filio: cõceſſit iudæis petitiones ipſorum:& ſado reſcripſit. Cap. III.

CLaudius cæſar germanicus:tribunitiæ poteſtatis:qnquies cõſul:ordinarius quater: ipe rator deciesſpater patriæ:hieroſolymitarꝫ pricipibus:curiæ populo iudæorꝫ : & cũctæ genti ſalutẽ. Agrippa meo cariſſimo:& piiſſimo:qué ego cõnutriui: & habeo mecum p ducente ad me legatos ueſtros:gratias agentes: eo q̃ habeã gentis ueſtræ ſollicitudiné & cum ſumma deuotione pro ſacerdotali ueſte atq; corona ſupplicante: ut ſub ueſtra poteſtate conſiſtant:quæ ſunt a me poſtulata concedo:ſicut uir fortiſſimus:& mihi cariſſimus uitellius fecit. Huic itaq; uoluntati conſenſi: primum quidem propter pietatem meam: uolens unũquemq; exhibere ſuam in paterna traditione culturam deinde ſciés : quia dum hæc fecero: & ipſius regis herodis:& ariſtoboli iuuenis potentium perſonarꝫ:quorum circa me pietatem & circa uos ſtudium eſſe cognoſco: ampliſſimas amicitias collocabo. Scripſi uero ob hanc cauſam & cuſpio fado meo procuratori. Nomina uero litteras deferentium hæc ſunt. Cornelius:leo:trifon: theodionis Dorotheus: Nathelis:loánes:louis:panis data.xiiii.Kal.iulii.cõſulibus rufo:& põpeio:ſiluano.

Quemadmodum herodes frater agrippæ defuncti petiit a Claudio poteſtate templi & ſacerdotum ordinationem:& impetrauit. Cap. IIII.

PEtit át a claudio cæſare & herodes frater Agrippæ defuncti:cui illo tempore calcidis regnum uidebatur eſſe cõmiſſum poteſtaté tẽpli & ſacerdotũ ordinationé:& oia piter ipetrauit. Ex illo uero fuit apud oés liberos eius hæc poteſtas:uſq; ad belli finé. Herodes itaq; a pontificatu remouit cantherũ:& ioſeph cani filiũ ei ſucceſſorem dedit.

Quemadmodum helena adiabenorum regina & eius filius iazates ſolẽnitates & ritus zelati ſunt iudæorum. Cap. V.

IN ſiquidem tempore helena adiabenorꝫ regina:& filius eius iazates ad ſollẽnitaté iudæorũ hæc cauſa prouenientes migrauerunt. Monobazus adiabenorꝫ rex: cui cognomẽ erat bozeus:ſororẽ helenam amore captus duxit uxorem. Quæ dũ ex eo haberet in utero: contigit: ut dum ea dormiente ſuper uentrem mulieris manum poneret per ſoporem: quandam ſubito uocem audierit: præcipientem ut manum de uentre eius auferret ne infantem in ea uexaret : qui prouidente deo & principium eſſet & finem fœliciſſimum poſſeſſurus. Qua uoce turbatus:repente ſurgens:hæc dixit uxori: & natum filium iozatum nuncupauit. Habebat autem ex helena & alium ſeniorem filium. nomine monobazum: & alios filios ex aliis mulieribus ,pereatos:maximã tamen deuotionẽ quaſi unigenito iazati deſiderabiliter ipendebat. Pro qua re ille inuidiã fratrũ ſuſtinebat. Habebat & odiũ quando cuncti contriſtabantur:quia eũ pater oĩbus præponebat. Hoc pater aperte cognoſcens:illis quidem ignouit: ſciens quia non hæc agebant pro malitia : ſed quomodo ſinguli fauorem patris deſiderabant . Iazatem uero cum pro eo ualde metueret:ne odio fratrum mali aliquid ſuſtineret: multis muneribus farcinatum: in caſtro paſmi miſit ad abnerigum regem : cõmendans ei nati ſalutem. Abnerigus auté libenter eum excepit:& pro multa deuotione filiam ſuam amacos nomine ei dedit uxorem:donauitq; prouinciã ex qua perciperet multa tributa. Monobazus át cum iam ſenectute grauaretur: & paucum ſibi tempus uidendi ſupereſſe uideret:uoluit aſpectum filii anteq̃ moreretur inſpicere:& uocás eũ: delectabiliter eſt amplexus. Cui dedit quoq; prouinciam quæ dicitur carrorum:terra fertilis amomi:in qua ét reliquiæ ſunt arce noe:quæ ex ymbrium diluuio liberata fertur: & hactenus uidere uolentibus demonſtrat. Commorabat itaq; iazatis in hac regione:& dartabanem parthicũ ad iudæã deſtinauit. Cũ eni legibus crederet iudæorꝫ:ſtudebat & ipſe cõuerti:& credens ſe pfectũ non eẽ iudæũ:niſi lignũ circũciſionis acciperet:erat hoc agere pparatus. Quod dũ cognouiſſet mater eius:phibuit:dicens ei fore p̃iculũ:quia cũ eẽt rex multorꝫ:acqreret inimicitias ſubiectorꝫ:cũ peregrinas ſolẽnitates & ſuæ genti extraneas adipleret:nec pati eos ſuper ſe regnare iudæũ. Et illa qdé hæc dicens:oĩno ,phibuit. At ille ad ananiã uerba referebat. Qui matri dixit:atq; interminatus ei: qa niſi acqeſceret:repéte decederet. Cui mater ait:metuere ſe:ne cã oĩbus iudicata:piculũ ipſe ſupplicii ſuſtineret:qui quaſi auctor & doctor exiſteret operꝫ indecentium apud regem. Tunc ille audiés hæc:reſpondit: qa poſſet ét præter circunciſionẽ colere diuinitatẽ ſi apud ſe omnino deceneret leges iudaicas obſeruare:& hoc eſſe firmius:quã circunciſionem accipere: ueniãq; illi daturum deum:opus hoc non implenti propter neceſſitatem:ſubiectorumq; formidinem. Tunc ergo rex hmõi ſermonibus acquieuit. Poſt hæc át cum nequaq̃ ſuum deſiderium abieciſſet:iudæũ quédam alium de galilea uenientẽ:melazarum nomine:& leges eruditum patrias:inuitauit:ut circũciſionis opus impleret. Qui cum intraſſet ad eũ; & ueniſſet legem moyſeos legentem ignoras inquit o rex moyſeos iura:& per hoc alias per hæc deo facere uideres iniuriam. Non enm ſolum facere te oportet eas:ſed primitus facere quæ præcepta ſunt . Quádiu ſine circũciſione permanens: legibus nequaq̃ noſceris obedire. Sed ſi nondum ex hoc legiſti legem:ut ſcias quapropter hoc geratur:uel nunc lege. Hæc audiens rex:actum differri non pertulit:ſed ad aliam cõuerſus eſt domũ & uocans medicum quod præciebatur impleuit. Tunc euocata matre:& anania doctore:eis quod

egerat explanauit. Qui repente non mediocri timore ſunt terri:ne cauſa cunctis manifeſtata rex periculum deiectionis incurreret:non patiétibus ſubiectis uirum extranei dei cultorem ſibimet ſupereſſe:ipſiq; pariter periculũ ſuſtinerent:quaſi huius rei uiderentur autores. Deus aũt præſens eratiqui illoꝫ metum non perduxit ad terminum. Nam cum multa pericula & iazates & eius filii ſæpius incurriſſent:eum ex ingentibus liberauit anguſtiis:& ſalutis dona conceſſit:oſtendens: quia reſpicientibus ad eum:& ipſi ſoli credentibus nequaq̃ fructus pietatis aufertur. Sed hæc quidem poſtea explanabimus. Igitur Helena regis mater uidés regem pacifice gubernari: & ſuum filium eſſe beatũ:& ultra cunctas gentes prouidentia diuina religioſum:deſideriũ habuit hieroſolymitarꝫ conſpicere ciuitatem:atq; cũctis hoĩbus diuulgatũ dei templum ſuppliciter adorare : & hoſtias pacificas offerre. Ob quá rem filio ſupplicauit. Quo mater petente prone conſentiente:& multam præparationẽ itineris faciente:& plurimas dante pecunias: deſcendit in hieroſolymam: etiam filio multo eam itinere deducente. Cuius aduentus hieroſolymitis tunc profuit ualde.

De fame quæ appræhendit ciuitatem hieroſolymorum:& mitigata per Helenã reginam adiabenorum & eius filium lazatem qui de paganiſmo conuerſus fuerat in iudaiſmum:& de artabano rege parthorum. Cap. VI.

NAm dum eorum ciuitatem illo tempore fames appræhendiſſet: & multi fuiſſent egeſtate conſumpti: Helena regina miſit quoſdam ſuorum:alios quidem ad alexandrinorum urbem:ut frumenta ex eius pecuniis compararẽt:alios cyprum:quatenus caricas ex abundanti deferrent. Cũq; ueniſſent hæc onera deportantes: alimenta indigẽtibus illa diuiſit. Quapropter genti noſtræ beneficioꝫ ſuorum maximam memoriã dereliquit. Cuius filius iazates audiens hanc famẽ:multas pecunias hieroſolymitarꝫ primatibus deſtinauit. Et alia quidẽ multa bona hi principes in noſtra ciuitate geſſerunt:quæ poſtea declarabimus. Artabanus itaq; rex parthorum ſentiés ſibimet ſatrapas inimicos: degere apud eos ſibi iudicauit incautum . Quapropter ei uiſum eſt:ut pergeret ad lazatem regẽ:ſalutem apud eum inuenire ſe credens : & ita ad regnum proprium remeare. Sumptis ergo cognatorꝫ atq; familiarium circa mille uiros:uenit ad regem lazatem. Cũq; ipſe illum aperte noſſet:iazates uero artabanum pœnitus ignoraret: inueniens eum in itinere conſtitutum & aſtans ei:prior ſecundũ morem patrium adorauit. Deinde:o rex inquit:ne me deſpexeris tum ſeruum:nec circa ſupplicem ſis ſuperbus: miſer enim rerũ mutatione factus exiſtens ex rege priuatus:tuum poſco ſolatium. Perſpice ſiquidé inconſtantiam fortunæ:& hanc ſcito eſſe cõmunem:& uim ſimilé habituram. Nam ſi me ſine uindicta deſpexeris:erunt audaciores plurimi circa alios etiam reges. Hæc ergo Artabanus cum lachrymis edicebat:capite reclinato deorſum. Iazates autem ut eius nomen audiuit:& Artabanum ſuppliciter ſibi reſpexit aſtantem:mox ex equo reſiliens:habe inquit fiduciam o rex:nec te præſentia facta cõfundant. Velociter enim erit tibi mutanda triſtitia:amicum namq; me & auxiliatorem inuenies pluſq̃ credis:aut enim in parthorꝫ regno te rurſus:aut in meo conſtituam regẽ. Hæc dicens:regẽ Artabanum impoſuit equo:ipſe uero pedibus ſequebatur:honorem tribuens ei: quaſi regi maiori. Reſpiciens igitur hoc Artabanus grauiter tulit: & per præſentem fortunã honoremq; iurauit: deſcenſurꝫ ſe:niſi ille rurſus aſcenderet atq; preiret. Tunc ille in equo aſcẽdens: eumq; ad regalia ſua perducens:oẽm ei honorem libenter exhibuit: & in cõſeſſu atq; conuiuiis primũ recubitum ei parauit:non præſentem fortunã intendens: ſed eius priſtinã dignitatem eumq; rõne frequẽter conſolatus eſt:quia cões ſunt oĩbus fortunæ permutationes hoĩbus. Scripſitq; parthis ſuadés eis ut Artabanum ſuſciperent regẽ promittens eum priſtinorum in ſe nõ habere memoriã: ſimul & iuramenta præbens. Parthis uero ſuſcipere quidem ſe uelle eum non negantibus:ſed nõ poſſe dicentibus habere regem:eo q̃ cinnamũ iam conſtituiſſent principem ne forte iter eos emergeret: agnoſcens eoꝫ cinnamus uoluntatem:mandauit ut ueniret artabanus:regnum propriũ recepturus. Cui utiq; credens Artabanus reuerſus eſt:occurritq; cinnamus:& adorans eum:& regẽ ſimul appellans:auferens de ſuo capite:impoſuit eius uertici dyadema. Sic igitur Artabanus per lazatẽ rurſus in regno unde per proceres ſuos ceciderat reſtitutus eſt:nec fuit ímemor beneficiorum in ſe geſtorum:ſed iazatem magnis muneribus redditauit. Nam & thiara recta permiſit ei uti: & in aureo lecto quo ſolis parthorꝫ regibus licet dormire conceſſit deditq; ei maximam & optimam regionem regis armenioꝫ:cuius terræ nomen eſt niſibis:in qua etiam primitus fecerunt Antiochiam ciuitatem:quam Migdoniã nuncupauerunt. His itaq; mulieribus a rege parthorꝫ lazates honoratus eſt . Poſt paululũ uero tps Artabanus regnum Perdani filio dereliquit. Is ueniés ad iazatem:ſuadebat ei:ut ſibi contra romanos pugnaturo ferret auxilium;cui tamen ſuadere nõ potuit. Iazates enim romanorꝫ ſciens potentiã atq; fortunam:putabat eum impoſſibilia bella tentare. Inſuper dum miſiſſet quinq; filios ætate nouellos ut linguam noſtræ patriæ & eruditionẽ ſub integritate cõdiſcerent:ſed & matré:ut templum ſicut p̃diximus adoraret:erat ſegnior ad bellandum. Sed & pardané ſæpius prohibuit narrans ei romanorum uirtutes : & credens eum per talia uerba terrere:quatenus a deſiderio contra romanos bellandi recederet . In his ergo parthorꝫ rex indignatus:bellum aduerſum lazaté repente pronunciauit. Sed nullam in hoc utilitatem habere

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

promeruit: deo ſcilicet ſpem eius adnihilante. Agnoſcentes enim parthi pardanis uoluntatem & quia contra romanos bellum ſuſcipere decreuiſſet:illum quidem extinxerunt: principatum uero cotardi eius germano contradiderunt.Cui etiam poſt paululum per inſidias rebus humanis ablato:ſucceſſit frater bologeſſis:qui duobus ex eodem patre germanis ſuis præbuit poteſtatem:pacoro quidem ſeniori medorum:tiridati uero iuniori dedit armeniam.Monobazus igiē regis frater:pariter & eius cognatio : uidentes iazatem propter pietatem quam circa deum habebat ultra omnes homines excellentem: habuerunt & ipſi deſiderium : ut mores patrios relinquentes iudaicis ſolennitatibus obedirent.Horum niſus ſubiectis fuit ualde gratiſſimus: & in hoc proceres indignati:iram equidem retinebant expectantes oportunum tempus: ut in eis ulciſcerentur. Quāobrem ad abiam regem arabiæ ſcripſerunt : multas ſe daturos pecunias promittentes : ſi contra eorum regem caſtra moueret:ſimulq; profeſſi ſunt circa primam cōgreſſionem eum ſe quoq; deſerere:quem uellent propter odium quod eorum cultum reliquerat pœnas exoluere. Dictis ergo ſacramento firmatis:feſtinabant ad terminum peruenire. His itaq; flexus arabiæ rex: cum multo exercitu uenit ad iazatē. Tunc in ipſa prima cōgreſſione:anteq; ad manus accederent: facto ſigno oēs iazatem uelus uno uincti funiculo reliquerunt: & dorſum hoſtibus dantes effugierunt. Non tamen iazates expauit:ſed concilium proditionis agnoſcens a primatibus factum & ipſe cum exercitu diſceſſit:cauſamq; requirens: ut agnouit conſtitutum ad arabas factum: auctores quidem interfecit.Altera uero die congreſſus plurimos occidit:omnes autem ſimul in fugā uertit: ipſūq; regem perſequens:in quodam caſtro arſanum nomine circunclauſit. Quo tamē forti dimicatiōe prævaluit: captoq; caſtro dum abiam regem non inueniſſet uiuum : quoniam ſe ipſe peremerat: abripiens omnem prædam quæ in eo uidebatur eſſe magna amplitudine conſtituta:madiabenorum regreſſus eſt regionem.Primo quidem conamine adiabenorum proceres non ualētes aduerſus regem:deo ſcilicet eos eius poteſtati tradente: neq; tunc quieſcere uoluerunt: ſed ſcripſerunt parthorum regi bologeſſi:rogantes eum:ut iazatem occideret:& eis principem de parthorum genere conſtitueret:dicentes ſe odio habere proprium regem:qui iura patriæ deſtruxerat: & extranea diligebat.Hæc audiens rex parthorum:eleuatus ad bellum eſt:& cum iuſtam belli non inueniret occaſionem:datos ei a patre honores repetit:& reſiſtēti bellum ſe inferre minatus eſt.His auditis:iazates non mediocriter turbatus eſt:& iudicans turpitudinem ſibi fore: ſi propter metum collatis honoribus cædere uideretur:ſciens inſuper:quia etiam ſi his cæderet : parthorum rex ab eius inimicitiis non ceſſaret:decreuit magis deo curatoris omnium animæ ſuæ pericula committere:eumq; maximum habere ſe arbitratus auxiliatorem: filios quidem & coniuges conſtituit in munitiſſimis locis:cunctaq; frumenta & fœnum:& pabula congregauit.Quibus geſtis: hoſtium ſuſtinebat aduentum.Veniente uero parthorum rege cum exercitus ſui multa uirtute pedeſtriū pariter & equeſtrium : & cum magna uelocitate faciente uallum circa flumen medorum ſcilicet & adiabenorum prouinciam terminantem:etiam iazates caſtra poſuit nō procul ab eo habēs ut ea ſe equeſtrium quaſi.vi.milia.Quo facto:uenit ad iazatem nuncius a parthorum rege directus qui eorum uirtutem ediceret: quomodo ab eufrate fluuio uſq; ad betrorum terminū reſideret: ſimul & ſubiectos reges ei adeſſe dicens iterminatus pariter:quia pœnas iazates exolueret: eo q; circa ſum dominum eſſet ingratus:a cuius manibus:neq; deus eum poſſet quem colebat eruere. Hec dicente nuncio : iazates noſſe ſe quidem parthorum exercitum dixit ſuo abundantius potiorem.Sciendum tamen:quia cunctis hominibus melior eſſet deus. Et huiuſmodi dato reſponſio:ad ſupplicationem dei conuerſus terræ ſe proſternens: & cinere caput implens:cū filiis & uxoribus ieiunauit: inuocans deum atq; dicens.Dominator domine:ſi non fruſtra me tuæ dignitati ſubiecti:& iuſte omnium te ſolum & primum dominum eſſe cognoui: adueni auxiliator: nō pro me ſolummodo ulturus in hoſtibus:ſed quia etiam contra tuam uirtutem cum nefanda preſumptione locuti ſunt.Et illi quidem hoc modo ingemiſcens: cum lachrymis ſupplicabat:quem repēte deus exaudiuit.Ea nanq; nocte Bologeſſus accepit epiſtolas:in q̄bus ſcriptum erat:quia Dacus & Iſacus cum maxima manu cōtemnentes eius abſentiam ad diripiendam parthorum prouinciā deueniſſent: Quapropter nihil agens:retrorſum denuo remeauit. Sic itaq; iazates deo prouidēte pthici regis interminationem effugit.Poſt paululum uero tempus:cum quinquageſimumquintū ætatis: & uiceſimumquartum regni compleſſet annum:relinquens filios maſculos,xxiiii.& filias xxiiii,uita priuatus eſt: ſucceſſionem regni fratrem Monobazum habere præcepit: repenſans ei: quia per eius abſentiam poſt mortem patris regnum ei fideliter conſeruaſſet.Cuius mater Helena audita filii morte; grauiter quidem tulit: & ſicut potuit mater quæ piiſſimum filium uidebatur amiſiſſe:uerumtamen cōſolata eſt:audiens regni ſucceſſionem ad ſeniorem ſuum filium ſuſſe perductam:ad quem etiam pergere feſtinabat.Cunq; ueniſſet ad regionem adiabenorum: non multo tempore ſuper filium iazatem uixit . Monobaſus autem & illius oſſa pariter & germani mittens in hieroſolymis: ſepelire præcepit in mauſoleis: quos mater tribus procul ſtadiis ab hieroſolymis conſtruxiſſe uidebatur . Sed quæcunq; rex Monobaſus in uitæ ſuæ tempore geſſerit poſtea declarabimus.

De mago quodam qui prophetam ſe eſſe aſſerens plurimos iudæoꝝ ſeduxit. Cap. VII

Igitur dum fadus iudæā prouinciā gubernaret: qdā uir magnus noīe theodas populo multa ſuaſit:ut ſumētes ſubſtātias ſuas ſequerent eū ad iordanē fluuium:ſemetipm aſſerens eſſe,pphetam:& pcepto fluuiū diuidere:ut eis facile trāſitum pberet.Hæc ergo dicens:ſeduxit qdem multos: non tamen pmiſit eos fadus ad experimentū ſuæ inſipiētiæ peruenire:ſed repente cohorte miſit equeſtriū ſup eos: quæ inopinabiliter irruens:multos q dem peremit:plurimos aūt uiuos cœpit:ipſumq; theodā comphendentes: capitis ſectione multauerunt.Hæc ſunt ergo quæ iudæis contigerunt:tpe quo fadus in eorum pfuit regione.

Quomodo Tyberius Alexander in iudæam directus adminiſtrator: filios iudæ galilei populum ſeducentes occidit. Cap. VIII.

Venitq; fado ſucceſſor:Tyberius Alexander Alexandri filius:q etiā alexādriæ fuit Alabarchis:ideſt princeps ſalis:genere diuiciiſq; alexandrinoꝝ cunctos excellens ſed ét filio ſuo Alexandro diuina cultura melior:quippe cū ille in paternis ſolēnitatibus non pmanſit.Horum ergo tpibus cōtigit illa maxima fames:quam ét Helena regina multis pecuniis fruméta cōparans ex ægypto:indigentibus ſicut pdiximus eſt partita.Inſuper aūt Iacobum atq; Symonem:& filios iudæ galilei:qui populum a romanoꝝ poteſtate ſubducere nitabantur ſub Cyrino iudeæ pſide ſicut prædiximus crucifigi Alexander imperauit.

Quomō Tyberio Alexādro Cumanus ſucceſſit in iudæa:& qa defuncto Herode fratre regis agrippæ defuncti:Agrippa iuuenis eius hūit principatū:Cæſare ſibi Claudio cōcedēte. Cap. IX.

Herodes autem rex calcidis remotiorem ſucceſſionem hanc Ananiæ nibidei cōtribuit. Tyberio autem Alexandro Cumanus ſucceſſor aduenit. Defunctuſq; eſt Herodes frater regis Agrippæ maioris:octauo anno Claudii principatus:tres filios derelinq̄ns Ariſtobolum:qui ei de priori fuerat uxore progenitus: & ex Berenicæ fratris filia:berenicianum:& Hyrcanum.Cuius regnum Claudius cæſar agrippæ inueni tradidit.

Quia aduentu Cumani præſidis in iudæam a Cæſare deſtinati: ſub eo multi uſq; ad.xx.milia iudæorum perierunt quarta die azimorum. Cap. X.

Editione igitur incidente i hieroſolymitaꝝ ciuitate:dum cumanus in iudæa pro regis gubernatione conſiſteret:multi iudæorum perempti ſunt: ſed primitus cām narrabo ꝓpter quam talia prouenerunt.Inſtante feſtiuitate paſchæ i qua mos eſt nobis azima offerre:dum undiq; ad feſtiuitatē hanc populus cōueniſſet: metuēs Cumanus:ne qua p multitudinē turba aut res uel actio naſceret: iuſſit militibus: ut unā aciē armatoꝝ faciētes:circa pōtifices tēpli conſiſterent:ut ſi forte tale aliquid naſceret :tumultuātiū iquietudinē ꝓhiberēt:hoc enim & priores pſides iudeæ in hmōi feſtiuitatibus faciebāt.Cunq; quarta dies eius celebrationis exceſſiſſet:quidā militum reuelās genitalia ſua populo demōſtrabat.Quod illi uidētes ad irā furorēq; pducti ſunt:non ſemetipſos cōtumeliā paſſos:ſed i deo ipietatē geſtā eſſe dicētes:quidē uero ꝓcatiores:cumanū baſphemātes:aſſerebāt militē ab eo ſūmiſſum . Cumanus aūt audiēs:& ipſe nō mediocriter ꝓuocatus eſt.Verūtamē hortabat eos a ſeditione quieſcere ne i feſtiuitate iquietudines excitarēt.Quibus dū ſuadere nō poſſet:& illi ad blaſphemias magis accēderent:iuſſit omnes milites arma ſūmētes ad antoniā cōuenire.Erat enim hoc caſtrū ſicut pdiximus ſuppoſitū tēplo.Multitudo itaq; uidēs ibidē milites cōgregari:pterrita cœpit effugere. Et dū ſe milites perſequi crederēt:p āguſtos egreſſus piter cū timere fugiētes oppreſſi ſunt:& multos adiuicē cōterētes iteremerūt.Vigīti milia enim ānumerati ſunt q i illa turba defecerūt.Qua propter erat eis ꝓ feſtiuitate luctus:& omēs obliti ratōnū:atq; ſacrificioꝝ:ad lamētatiōes lachrymaſq; cōuerſi ſunt.Has ergo paſſiōes unius militis luxuria generauit.Nōdum uero luctus quieuerat:& alter incidit denuo ſuper eos.Quidam enim qui ex illa turba fugiētes euaſerūt uia publica uenientes quaſi cētum ſtadiis procul a ciuitate:& ſtephanū cæſaris ſeruum iter agētem more latrocinii ſpoliētes omnē eius diripuere ſubſtātiam.Audiēs hoc Cumanus milites cōtinuo deſtinauit:ꝓcipiēs uicinos diripi uicos:& nobiles eoꝝ uictos ad ſe adduci.Igīt uaſtatiōe facta:quidā militū leges moyſeos i quodā uico reperiēs: eaſq; ſumēs cūctis uidētibus rupit: & multas blaſphemias atq; cōtumelias eis ipoſuit.Iudæi uero hæc audiētes:& multi pariter cōcurrētes: i cæſareā deſcēderunt.Illic enim Cumanus erat.Ad quē acceſſerunt dicētes:nō ſe:ſed deū ad cuius iniuriā hæc facta uidebant ultuꝝ:ſe aūt nolle uiuere:dū leges patrias ſic tractari uideret. Cumāus aūt metuēs:ne denuo tumultum populus excitaret:ſuadentibus amicis militiæ qui cōtumeliam fecerat legibus ſecure percuſſo:occaſionem ſecundæ ſeditionis abrupit.

Seditio iudæorum contra ſamaritas:& quia multi iudæorum extict ſunt per cumanum adiuuantem ſamaritas. Cap. XI.

Poſt hæc igitur inter ſamaritas atq; iudæos inimiciciæ hmōi cauſa prouenerunt. Mos erat galileis tempore feſtiuitatum ad ſacram cōcurrere ciuitatem:& iter facere per ſamariam.Dum ergo aliquando iter haberent per uicum noīe ginais inter ſamariam & campum maximum conſtituti:quidam conſerentes litem:multos eoꝝ interemerūt,

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

Primi itaq; galileorum audientes quæ gesta fuerant ad cumanum uenerunt rogantes eum ut interemptorum necem inquireret. At ille pecunias a samaritis accipiens: neglexit hoc facere. Tunc galilei dolentes: multitudinem excitauere iudæorum: ut arma sumerent: & suam defenderent libertatem: seruitutem amarissimam esse dicentes: & iniurias importabiles: in talibus nō defendi. Primatibus aūt eorum eos compescere uolentibus ac promittentibus quia faceret uindictam cu manus: illi pœnitus non acquiescentes: ad manus progressi sunt: & sumentes in auxilio Eleazarū dinei qui per multos annos latrocinia faciebat in montibus: uicos aliquos samaritanorum incēdentes: cuncta diripueret. Cumanus aūt hoc audiens: atq; sumens sebastinorum cohortē & pedestriū. iiii. ordines: & coarmans pariter samaritas sup iudæos egressus est: factaq; congressione: multos qdem peremit: plurimos aūt uiuos cœpit. Primi uero hierosolymoꝝ genere pariter & honore: uidentes ad quantam calamitatū magnitudinem deuenissent: induti saccis: & cinere capita sua complentes: oio eis qui resultauerant ut quiescerent supplicabant: ponentes ante oculos eoꝝ sub uertendam propriā regionē: & tēplum pariter cōcremandū: uxoꝝ ac filioꝝ captiuitates futuras: & ideo rogabant ut mutarent uoluntatem: & proiicientes arma quiescerent: & decætero ad propria remearent. Hæc ergo dicentes: flexeret eos. Quorum alii recesseret: latrones autem ad muniora loca profecti sunt. Ex illo omnis iudæa latrociniis est impleta.

Quia numidius quadratus syriæ p̄ses audiens hæc: & ascendens in iudæā primates iudæorū atq; samaritanoꝝ romā iussit ascendere: pariter & cumanū & celerē: ut Claudio cæsari deberent ex his quæ fuerant gesta reddere rōnem: & qa quosdam iudæoꝝ ipse puniuit. Cap. XII.

Samaritanorū uero primates ad numidiū quadratum syriæ p̄sidem: qui illo tpe in tyro erat aduenientes accusare iudæos: quia uicos eorum incenderint aē diripuerint. Et pro his quidem quæ ipsi passi fuerant: non tantum se dolere dicebant: nisi quia romanorum contēpserint potestatem: ad quorum iudicium debuerant pro sua siqua fuisset lesione concurrere. Nunc autem quasi romanos iudices non haberent: hæc ab eis acta dicebant: & propterea uindictam fieri postulabant. His ergo samaritæ querebātur: iudæi uero & seditionis & litis auctores samaritas fuisse dicebant: & ante omnes cumanū munerum oblatione corruptum: qui peremptorum necē uoluerit uindicare. Quadratus aūt cum audisset dissimulit uindicare: dicens: tunc se sniam prolaturum: cum iudæam ueniens ueritatem subtiliter indagaret. Et illi quidem nihil agentes reuertebātur. Post paululum uero tempus quadratus in samariā uenit: ubi auctores seditionis audiens: & quosdam samaritanorum ac iudæoꝝ indisciplinatos in ueniens: crucifixit eos: quos cumanus captiuos habuerat. Et ex inde ueniens in quendam uicum nomine liddā: non breuiorem magnitudine ciuitatis: sedens in tribunali: & secundo samaritas audiens: a quodam samareo didicit: quomodo quidam primus iudæorum nomine dortus: & aliqui cum eo iuuenum numero quatuor populo suasissent: ut a romanorum potestate recederēt. Et illos quidem quadratus p̄cepit occidi: Anianum uero pontificem: & Anianum magistrū alligans: romam direxit: quatenus de his quæ gesta fuerant: redderēt Cæsari claudio rationem: iussitq; primatibus samaritanorum atq; iudæorum pariter & Cumano & celeri millenario & uiolentiarum inhibitori: ut ad imperatorem p̄gerent pro alterutris inter se q̄stionibus audiendis. Ipse uero metuens: ne multitudo iudæorum seditionem iterum incitaret: hierosolymis uenit: iuenitq; urbem in pace degentem: & festiuitatem patriam deo celebrantem. Confidens ergo nihil ab eis inquietudinis generari: relinquens eos festiuitate: reuersus est antiochiam.

Quia Claudius audiens inter eos: iudæos quidem absoluit a culpa: rogatus ab Agrippa rege: Cumanum uero exilio deportauit: Celerem autē millenarium & samaritanorum primates morte multauit. Cap. XIII.

Cumanus autem & qui cum eo erant: necnō & primi samaritanorum romam directi: acceperunt ab imperatore constitutum diem: quo deberent rerum suaꝝ causas exponere. Habebant enim patrocinium Cumanus & samarite libertorum Cæsaris & pariter amicorum: qui scilicet p̄ualere potuerant contra iudæos: nisi agrippa iuuenis cum romæ consisteret: & primos iudæorum opprimi uideret: uxorem imperatoris agrippinam suppliciter exorasset: ut marito suaderet: quatenus decenter audiens: sua iustitia seditionum puniret auctores. Claudius autem his p̄cibus p̄structus: causam audiens: dum agnouisset malorū principes fuisse samaritas: eos quidem qui ascenderant ad eum: iussit occidi: Cumano autem fugam dedit. Celerem uero millenarium præcepit in hierosolymam duci: & omnibus uidentibus p totam urbem tractum laceratumq; dispergi.

Felix mittit̄ p̄curator in iudæā: & q̄ta ptās adiecta sit Agrippæ regi p Claudiū. Cap. XIIII.

Misit aūt & Claudiū felicē pallantis fratrē in iudæā p̄sidē: q rebus i regiōe iudeæ p̄sideret. Cūq; decimū pricipatus cōplesset annū: Agrippæ Philippi tetrarchiā donauit & bathaniā: & traconitidē simul adiecit: una cū abela q̄ fuerat de tetrarchia lisaniæ. Calcidē uero ei abstulit: cui. iiii. p̄fuerat ānis. Agrippa āt sumēs donatiōes Cæsaris: a Ziazo regi amasoꝝ uolēti se circūcidere sororem drusillā dedit uxorē. Epifanes. n. antiochi regis filius: eius

nuptias refutauit: nolens iudæoꝝ solennitates sequi: licet hoc factuꝝ se eius cōpromiserit patri. Mariam uero dedit archelao helicii filio: cui agrippa patre fuerat primitus desponsata. Quibus nata est filia: nomine beronice. Nuptiæ autem inter drusillā & aziazum celebratæ non multo tēpore interueniente huiusmodi causa solutæ sunt. Dum felix in iudæam uenisset āministrator: uidens hanc cunctas mulieres pulchritudine precellentem: eius speciem concupiuit: & quendā iudæum Symonem noie amicū suum: genere cipriū magnū mittens ad eā: suadebat: ut derelicto uiro nuberet ei: promittens eam beatam fieri. Illa uero non bene faciens: & declinare uolens inuidiam beronicis sororis propter pulchritudinem suam: transcendere paternam solēnitatē flexa est: & felicis nuptias est secuta. Ex quo susceptū filium uocauit ad agrippam. Sed quēadmodum iste iuuenis cum uxore per incendiū bebii montis temporibus titi cæsaris deperierit: postea declarabimus. Beronices uero post herodis mortem qui eius fuerat maritus & patruus: multo tempore uiduata: fama discurrente: quia cum fratre coiret suasit polemoni regi liciæ: ut circuncisus eā haberet uxorem. Sic enim iudicabat falsas oblocutiones posse monstrari. Polemon autem flexus ē: maxime propter diuitias eius. Non multo tamen post eorum nuptiæ permanserunt: sed beronice propter nimietate coitus ut dixerunt polemonem dimisit. At ille solutis nuptiis: etiam solēnitates iudæorum pariter dereliquit. Eodem uero tpe & Maria repudians Archelaum: coniuncta est Demetrio alexandrino: iudæo genere & diuitiis ualde claro: tūc. n. & Alabarches erat. Susceptūq; ex illo filiū: agrippæ uocabulo nuncupauit. Sed de singulis hoꝝ subtiliter postea declarabimus.

Moritᵉ Claudius cui successit nero q matrē uxorē & alios multos generis sui iterfecit. Ca. XV.

Claudius interea Cæsar defunctus est: cum imperasset ānis tribus & decē: & mensibus viii. diebus. xx. Est autem sermo quorundam: quia ab uxore Agrippina fuerit ueneno peremptus cuius Agrippinæ pater fuit germanicus cæsaris frater: uir autem eius Dometius: barbarus: nobilissimus romanoꝝ. Quo moriente: uiduatam multo tpe Claudius duxit uxorem: habentem filium: qui patris nomine Dometius uocabatur. Claudius ergo pp zelum agrippinæ: messaliam peremit uxorē: ex qua filios habuerat: Brittānicum & octauiā. Erat autem ei & antonia filia senior quam prima uxore nomine petina habuerat. Octauiā itaq; despōsauit neroni: sic enim eum postea uocitauit: cum cæsar eum filiū adoptasset. Agrippina autem metuens ne britanicus crescens regnum a patre perciperet: & uolens imperium suo filio præparare: de morte Claudii sicut erat sermo tractauit. Quo mortuo: repente misit principem militiæ burrū: & cum eo tribunos libertoꝝ ualde præpotentes: qui deducerent per castra Neronem: & eū morte principis adorarent. Nero itaq; hoc modo principatu sumpto Brittānicum quidem ueneno lenter occidit: matrem uero propriam interemit: hoc ei retributionis munus impendens: non solum pro matris officio: sed etiam q ei suis machinamentis romanoꝝ præbuerat principatū. Peremit etiam Octauiam suam uxorem: multosq; uiros insignes: quasi insidias ei fecissent. Sed de his quidem desino plura narrare: multi nanq; de Nerone hystorias conscripserunt. Quorum quidam pro gratia beneficiorum eius neglexere ueritatem: alii uero propter odium & eius inimicitias sic impudenter mendaciis inuoluti sunt: ut aperta reprehensione sint digni. Mirādi tamen a me nō sunt: qui de Nerone mentiti esse noscuntur: dum neq; priorum gesta conscribentes: ueritatem uideantur hystoriæ custodisse: licet circa eos neq; odium habuisse noscantur: eum longis post eos temporibus extiterūt. Sed de his quidem qui ueritatem hystoriæ prouidere nolunt: liceat scribere sicut uolunt. Probantur enim hoc habere grauissimum. Nos autem propositum ueritatis: perfectionem præsentis negocii breuiter comprehendere nitimur: & quæ nobis iudæis euenerunt enunciamus non negligentes aut calamitates: aut delicta referare studentes. Reuertar igitur ad narrationē casuū gentis nostræ. Primo itaq; imperii Neronis anno: moriente aziazo alias azizo amasorum rege: frater eius successit in principatu. & minoris armeniæ p̄sulatus Aristobolo Herodis regis calcidei filio a Nerone commissus est. Sed Agrippæ donauit Cæsar partem quandam galileæ tyberiadis tetrarchiæ præcipiēs: ut ei esset subiectus: deditq; ei & Iuliadem ciuitatē: trans fluuium constitutam: & uicos cira eam positos. xiiii.

Quia felix missus in iudæam: & inueniens prouinciam a latronibus nimis afflictam: prospexit ut illis interemptis: pacem tribueret regioni: principem uero latronum eleazarum uinctum direxit ad cæsarem & de morte ionathæ pontificis. Cap. XVI.

Res itaq; iudæorum crementum semper a peiori suscipiebant. Latronum nāq; denuo & magorum hominum turbis seducentium populum: est repleta prouincia. Quorum multos quotidie cum latronibus capiens felix necabat: pariter & Eleazarum diei filium: qui latronum ordinem instituerat: per insidias cœpit uiuum. Dans enim fidem: quia nihil mali sustineret: flexit eum ad se uenire: quē uinctū romam direxit ad Cæsarē. Habens aūt inimicicias felix apud pontificē ionathan: eo q̄ esset pius: & ab eo moueret: ut rebus iudæorum melius p̄sideret: ne querelam a plebe susciperet: cum populus petisset a cæsare: ut ipse in iudæam dirigeretur administrator: occasionem quærebat per quam remoueret eum: qui uideret ei sæpius importunus. Graue nāq; est nocere uolentibus si crebrius arceantur. Pro hac igitur causa

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

fœlix fidelissimum amicorum Ionathæ quẽdam nomine Ioseph:genere hierosolymitã : multarũ pecuniarum promissione flexit:ut super Ionathã latrones induceret:qui eum uita priuarent. Ille autem sumpto consilio hoc modo per latrones necẽ illius appetiuit. Ascenderũt quidam eorum ad ciuitatem:quasi adoraturi deum:gladiosq; sub ueste portantes:& permixti populis:peremerũt eum.Cũq; mors eius multa remansisset:decætero cũ omni fiducia latrones in festiuitatibus ascẽdebant:& gladios absconsos habentes:quos uolebant inimicorum permixti populis perimebant: & non solum in reliqua ciuitate:sed etiam in templo quosdam interimebant. Nam & ibi sæpius cædes facere p̃sumpserunt:nihil se agere impietatis existimantes. Ob quam causam arbitror etiã deum auersatum nostram urbem & templum:uelut nequaq̃ suo habitaculo mundum tradidisse romanis:& ut purgatio fieret ciuitatis:ignem & seruitium intulisse:dum uellet nos cũ uxoribus atq; filiis crebris castigare calamitatibus. Opera itaq; latronum hoc implebãt scelere ciuitatem. Magis uero & seductores populos suadebant:ut eos in heremum sequerentur:dicẽtes se dei prouidentia signa & prodigia monstraturos.Multiq; in hac insipientia flexi supplicia prulerunt: quoniam dum ad hoc accessissent:a fœlice puniti sunt.

Quia uenière ægyptio malefico:& multis iudæorum ab eo seductis:fœlix aggressus eos multos occidit. Cap. XVII.

HOc enim in tempore uenit aliquis ex ægypto in hierosolymam dicens se esse prophetã & populari multitudini persuasit:uti cum eo ad montem qui dicitur oliuarum positũ e diuerso ciuitatis procul stadiis.v.conscenderent: uelle dicés eis exinde monstrare:qa eo uiuente hierosolymorum muri corruerent:unde ingressum eis faciendum esse promittebat.Fœlix autem dum hæc audisset:iussit militibus ut arma sumerẽt.Quo facto cum multis equestribus impetu facto ab hierosolymis irruit super eos:quadringentos quidem eorum gladiis interemit:ducentos uero uiuos cœpit:ipse autem ægyptius lapsus fuga dispuit. Rursus itaq; latrones populum contra romanorum p̃lia concitabant suadentes:ne eis subiacere deberẽt:& sibi resistentium uicos incendebant atq; diripiebant.

Quemadmodũ iudæos & syros pro equitate ciuilitatis in cæsarea seditiosæ concertantes:fœlix compescuit. Cap. XVIII.

INter hæc autem iudæi habitores cæsareæ:cõtra syros pro equitate ciuilitatis hmõi facere seditionem.Iudæi nãq; primos se esse dicebant eo q; conditor cæsareæ rex Herodes de genere fuerit iudæorum.Syri uero de Herode quidem ita esse profitebantur:dicebant autem cæsaream stratonis turrim primitus uocitatam: & tunc nullum habitatorem ipsius ciuitatis fuisse iudæum:Hæc audientes p̃fecti prouinciæ:sumentesq; ex utraq; parte seditionis auctores:plagarum affecere uulneribus : & tempestatem litis eorum ad breue tẽpus hoc opere sedauerunt.Rursus quoq; iudæi habitantes in ciuitate:diuitiis confidentes: & propterea spnentes syros:blasphemiis studebãt eos ad iurgia denuo prouocare. Illi uero pecuniis qdem minores:sed sapientia fortiores dum multi cæsarienſium & sebastenoꝝ sub romanis ibidem militarent:pauco tempore & ipsi iudæis iniurias sermonibus inferebant. Post:alterutros se ita lapidauerunt donec ex utraq; parte uulnerati conciderent:uerũtamen uicere iudæi.Fœlix autem cũ uidisset belli modo eoꝝ esse certamen:metuens petebat iudæos:ut a lite cessarent.Quibus non audientibus milites armatos misit:& multos quidem eorum peremit:plurimos autem uiuos cepit: & domos quorũdam multis pecuniis refertas expilari militari irruptiõe permisit.Iudæorum uero modestiores & dignitate nobiliores:metuẽtes pro semetipis rogauere fœlicẽ:ut milites missa turba reuocaret:eisq; detero parceret. Quod fœlix facere eorum p̃cibus acquieuit. Hoc itaq; tempore:rex Agrippa dedit pontificatum hysmaheli filio Siab. Exorta est enim & pontificũ contentio contra sacerdotes & hierosolymitarum primates. Vnusquisq; enim eorum cateruas procacium & seditiosorum hoium colligens:uidebatur esse princeps. Et conferentes semetipsos ad lites:alterutris derogabant:& se lapidibus obruebant.Qui autem prohiberet non erat:sed ut in ciuitate sine p̃sule:audaci potestate ab omnibus talia gerebantur.Tantam siquidem impudentiam atq; p̃sumptionem pontifices obtinuerant:ut etiam seruos suos ad areas destinare p̃sumpserint: qui decimas sacerdotibus competentes auferrent. Vnde fiebat:ut sacerdotes per inopiam deperirent.Sic enim inquietorum uis oppressa grauitate iustitiæ præualuerat.

Quomodo Portio festo in iudæam misso pro successione fœlicis:contigit prouinciam siccariis commoueri. Cap. XIX.

POrtio siquidem festo directo a Nerone pro successione fœlicis: primi iudæorum cæsaream habitantes:ascenderunt romam:accusaturi fœlicem.Qui sine dubio poterat pœnas exoluere pro lesione iudæorum:nisi plurimum cinero pro fratris pallantis practibus indulsisset:cui tunc honorem maximum impendebat. Interea primates syrorum cæsarienſium Berillo pedagogo Neronis : qui officium super græcos habebat : per æpistolas multis pecuniis suaserunt : ut a Nerone peteret : dari eis æpistolam : per quam ius ciuilitatis quod cum eis habebant iudæi communiter pœnitus non fieri intimaret

Berillus ergo imperatorem rogauit atq; promeruit:ut huiusmodi scriberetur epistola:quæ tamẽ genti nostræ postea ingentium malorꝝ fuit occasio. Agnoscentes nãq; iudæi cæsarienſis:quæ fuerant scripta pro syris:tantas suscitauere seditiones:donec bella succederent.Festo igitur in iudæã ueniente contigit ut prouincia a latronibus uastaretur & uici omnes incenderent. præcipue nãq; siccarii abundabant utentes gladiolis magnitudine similibus persicorum ensium:cũ summitatibus obuncis:& quales sunt romanorꝝ sicæ:quibus etiã uocabulum siccariorꝝ latrocinantes habuerunt. Hii nãq; latenter permixti:in festiuitatibus populorum sicut prius diximus ad ciuitatẽ pro cultura diuina conuenientiũ:quos uolebant facile perimebãt.Sæpius ẽt cum armis ad uicos inimicorꝝ uenientes diripiebant:& cuncta pariter concremabant. Interea diuersis rebus turbata prouincia:festus multitudinẽ destinauit equestrium atq; pedestrium: sup populos q decepti fuerant a quodã mago:salutem eis:& malorꝝ requiem promittente:si eũ sequi in desertũ contenderent.Quo facto:& ipsum seductorẽ & seductos:irruentes qui missi sunt occiderunt.

De porticu interiore templi:& quemadmodũ eam exaltauere iudæi:& quia festus ob hoc indignatus iussit opus destrui:sed iudæis rogantibus:concedi sibi ob hoc legatos mittere ad Neronem:concessit miserunt nuncios:quos audiens nero:ueniam gesti operis condonauit: & edificiũ manere permisit:& quia moriente in iudæa festo:successor uenit Albinus. Cap. XX.

HOc tempore rex Agrippa fabricatus est edificium magnitudine ualde p̃cipuum: in palacio hierosolymorꝝ:iuxta theatrum.Quod palaciũ factum ẽ olym a filiis Asamonei: in loco eminenti positum.Quod etiam uolẽtibus ciuitatem respicere delectabilẽ conferebat aspectum:unde rex inclinatus:inspiciebat ea quæ gerebantur in templo. Hæc itaq; uidentes hierosolymorum primates grauiter habuerunt. Nõ enim patrium erat: ut ea quæ fiebant in templo:& maxime cum sacra dispensaretur:aliqs exceptis sacerdotibus aspiceret.Qua propter parietẽ excelsum edificauerũt circa ædẽ:quæ erat in interiori sacrario ad occidentẽ uersa.Hic ergo paries non solum triclinii regalis aspectum abstulit:sed ẽt occidentalis porticus quæ erat in exteriori templo:ubi custodias in festiuitatibus propter templũ habere romani solebant. in his igitur indignatus rex Agrippa:& præcipue festus perfectus : præcepit eis:ut opus edificatũ repente destruerent.At illi rogauerunt ut eis potestas daretur:quatenus ob hoc legatos dirigerẽt ad Neronem:dicentes non se uitam habituros:si quædã pars templi destrueretur.Tunc permittente festo:miserunt de suis primatibus decem:simul & hysmaelẽ pontificem:& helchiã gazophilacem.Nero aũt audiens eos:non solum ueniã gesti operis condonauit:sed etiam edificium manere permisit:hoc beneficium pompeiæ coniugi religiosæ:pro iudæis supplicanti condonans. Qui decem qdem qui uenerant redire p̃cepit:helchiam uero & hysmaelẽ obsidum loco retinuit. Rex igitur hæc agnoscens pontificatũ dedit Ioseph filio Symonis pontificis : qui cognomen habebat cadis.Porro Cæsar misit Albinum in Iudeã præfectum:mortem festi cognoscens.Rex aũt denuo Ioseph quidem pontificatu priuauit:& Anani filio qui & ipe Ananus uocabatur eius successionẽ dedit.Hunc etenim seniorem Ananum dicunt fuisse fœliciſſimum:filios namq; habuit:qui omnes dei pontificatu sunt functi:dum & ipse primitus hũc honorem plurimis temporibus habuisset:quod nulli pontificum apud nos proueniſſe dinoscitur.Ananus autem iunior cum pontificatum suscepisset:erat uehementer asprimus & audax:secta sadducens : qui circa iudicia sunt ultra omnes iudæos ualde crudeles:sicuti iam declarauimus.

Quia sub eo a nece prouincialium siccarii cessauerunt. Cap. XXI.

VM ergo huius secte Ananus esset:credẽs se inuenisse tempus oportunum:festo mortuo & Albino in itinere constituto:concilium fecit iudicum : & quosdam deducẽs ad semetipsum inter quos & fratrem Iesu qui dicitur Christus:nomine Iacobũ:quasi contra legem agentes accusans:tradidit lapidandos. Qui autem uidebantur moderatissimi esse ciuitatis:& circa legis integritatem habere sollicitudinem:grauiter hæc tulere: miserũtq; latenter ad regem:rogantes eum:ut scriberet Anano:ne talia perpetraret:cum neq; prius recte fecisset.Quidam uero eorum etiam Albino occurreret:ab Alexandria uenienti:eumq; docuerunt: quia non liceret Anano præter illius uoluntatem congregare concilium. Albinus autem eorum sermonibus flexus:cum iracundia scripsit Anano:interminatus eum pœnas exoluere. Quapropter & rex Agrippa sublato ei pontificatu:q; tribus habuerat mensibus: Iesum dãei filiũ in eius loco constituit.Cunq; Albinus in hierosolymitarum uenisset urbem:omni prouidentia nisus est ut prouincia pacem haberet:& ideo siccariorum plurimos iteremit.Pontifex igitur Ananus per singulos dies ad meliorem gloriam conscendebat & fauorem ciuium habebat pariter & honorẽ. Erat enim loquaples:& quotidie Albinum atq; pontificem muneribus complacabat.Habuit autẽ famulos ualde laboriosos:qui cum procacibus conuersati uiris:pgentes ad areas:sacerdotum decadas accipiebant:tum facientes:& non abstinentes a cæde nõ dantium: sed etiam alii pontifices similia seruorum illius peragebant:cum nullus utiq; prohiberet.Quapropter sacerdotes q olym ex decadis alebantur:tunc inopiæ necessitate deficiebant.Rursus igitur siccari festiuitatis tempore noctu ciuitatem ingredientes:comprehenderunt uiuum scribam magistratus Eleazari filium

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOS USAL

Ananiæ pontificis:& alligantes eduxerunt e ciuitate.Deinde mittentes ad Ananiam:dixerunt ita ſeſe ſcribam remiſſuros ad eum:ſi albino ſuaderet:ut decem uiros quos ex eis cœperat: & uictos habebat abſolueret.Ananias autem propter neceſſitatem Albino ut hæc faceret perſuaſit: quod opus maximorum malorum fuit initium.Latrones nãq; ſemper moliebantur ut aliquos familia rium caperent annaniæ:quos non aliter:niſi quoſdam ſicariorum reciperent:dimittebant. Cũq; numerus eorum iterum acreuiſſet: capta fiducia rurſus prouiciam affligebat.Hoc itaq; tempore rex Agrippa Philippi cæſaream amplius fabricatã:ad honorem Neronis nerodiã appellauit:& Be riciis theatrum pecuniis multis inſtructum annalibus ſpectaculis condonauit:innumeras illic ex penſas efficiens.Frumenta nãq; populo copioſa:& oleum opulenter exhibuit: & omnem pariter ciuitatem ſtatuarum pulchritudine:& antiquorum imaginibus exornauit: & pœnæ omne decus regium ibi migrauit.Quapropter creſcebat aduerſus eum odium ſubiectorum eo ꝙ illorũ pom pam auferẽs:ornaret extraneam ciuitatem:leſus autem gamelielis filius a rege ſucceſſionem pon tificatus accepit:ieſu dãei honore priuato:& propterea ſeditio inter alterutros orta eſt.Faciẽtes enim collectionem prauorum hominum:frequenter uſq; ad lapides blaſphemiis præcedentibus incideret.Ananus autem præcellebat eos:quando diuitiis ſuis paratos accipere pecunias redime bat.Cuſtobarus enim & Saul maximam ei multitudinem congregabant:cum eſſent de genere re gio:& propter agrippæ conationem populi fauorem haberent:uolenti ſcilicet iura & res infirmo rum diripere præparati.Ex quo præcipue contigit noſtram ciuitatem languere magis:cum utiq; res eius ad peiora proueheretur.

Quia florus ueniens Albino ſucceſſor:tantis malis iudæos affecit:ut eos ad arma contra romanos uenire compelleret. Cap. XXII.

ALbinus itaq; cum audiſſet ſibi ſucceſſorem geſſium florum fuiſſe directum: uolẽs ali quid hieroſolymitis præſtare: producens uinctos qui erant indubitanter morte digni eos præcepit occidi.Alios autem qui ex parua quærela tenebantur in carcere:pecuniis ſumptis abire præcepit:& ita geſtum eſt:ut carcer quidem purgaretur a noxiis:ſed pro uincia latronibus impleretur.Interea ex tribu leui quicunq; erant hymnorum dictores:perſuaſe runt regi ut facto concilio eis concederet quatenus ſtola linea proximæ ſacerdotibus uterentur eius regnum decere dicentes:ut memoriam de nouitate introducta præciperet. Quod petentes: impetrauerunt.Rex etenim cum uoluntate eorum qui concilio præſidebant hymnidicis hoc cõ ceſſit:ut poſita ueſte prima.Linea ſicut uoluerant uterent.Omnia contraria paternis legibus age bantur quibus ſpretis non poterant pœnæ non ſolui.Igitur cum iam tunc etiam templum uide retur eſſe præfectum:& ciues conſpicerent:artifices ultra decem & octo milia uacãtes operibus & labore indigentes unde mercedes acciperent:quibus ſcilicet ex opere templi aliméta miniſtra bantur pecuniaſq; repoſitas propter timore romanorum habere non ualere:tunc habito cõſilio: ut cura haberetur artificum:& eis potius liceret expendi theſauros:quando ſi una hora quilibet operaretur:mercedes acciperet:regi perſuaſerunt:ut oriẽtalem porticum altius eleuaret.Erat au tem hæc porticus in exteriori templo poſita in conualle profunda quadringẽtorum cubitorum parietes habens:ex lapide quadrato alboq; conſtructos:Singulorum enim lapidum erat longitu do cubitorum uiginti:altitudo uero ſex:opus Salomonis regis:qui primitus templum omne cõ ſtruxit.Rex autem dum ei a Claudio templi fuiſſet cura commiſſa:iudicãs quia omnis operis di ſtructio quidem eſſet facilis inſtructio uero difficilis:& præcipue ad hãc porticum & tempore & copioſis pecuniis opus eſſet:hoc quidem ſupplicantibus fieri denegauit ciuitatem uero ſterni al bo lapide non prohibuit.Ieſu autem filio Gamalielis pontificatum priuato dedit hũc honorem Mathiæ theophili:ſub cuius pontificatu:& bellum romanorum contra iudæos ſumpſit initium. Neceſſarium inter hæc credo & hiſtoriæ præſenti eſſe conueniens:narrare de pontificibus quo modo inchoauerunt:& quibus fungi hoc honore permiſſum eſt:& quanti fuerũt uſq; ad bellum finem.Primum itaq; omnium dicunt aaron fratrem moyſeos põtificatum ſumpſiſſe diuinũ:quo moriente ſucceſſiſſe mox filios:& ab aliis eorum denuo liberis honorem unius diſtributum.Vn de legittimum eſt nullum poſſe pontificatum percipere:niſi de ſanguine fuerit aaron: ex alio nãq; genere neq; ſi in regno conſtitutus ſit:pontificatum poteſt adipiſci.Fuerunt itaq; oẽs ab aaron ſicut diximus primo uſq; ad finaſum qui belli tempore per diſcordiam põtifex ordinatus eſt:nu mero.lxxxiii. Ex quibus in deſerto temporibus moyſeos conſiſtente tabernaculo quod moyſes deo dicauit:uſq; dum ad iudæam populus aduenirẽt:ubi Salomon rex edificauit templum:pon tificatum habuerunt uiri numero.xiii.Primi nãq; donec uitam finirent morte:habebant inerum pibiliter hunc honorem poſtea uero etiam uiuẽtibus ſucceſſio præbebatur. Sed dũ quidem.xiii. aaron exiſtentes ex genere:per ſucceſſionem ſumebant honorem.Fuit autem hæbreorum reſpu blica primo quidem ſub populi poteſtate:poſt hoc autẽ ſua unius principatu ſita:tertio uero ſub regibus.Tempus ergo quo iſti.xiii.habuere principatum:a die qua ægyptum patres noſtri moy ſe duce reliquerunt:uſq; ad ædificationem templi quod Salomon rex hieroſolymorum in urbe conſtruxit:fuit annorum.xii.& ſexcentorum.Poſt illos itaq;.xiii.pontifices.decẽ & octo alii hanc

tenuere poteſtatem:a Salomonis regis temporibus hieroſolymis ſibimet ſucceedẽtes: uſq; ad aduẽ tum Nabuchodonoſor babyloniorum regis:qui caſtrametatus eſt aduerſus urbem:templum qui dem concremauit: gentem uero noſtram in babyloniam migrauit: & pontificem Ioſedech captiuum duxit.Tempus enim pontificatus horum quadringentorum.lxvi.fuit annorũ:menſium ſex: dierumq;.xx.eum utiq; iudæi ſub regibus eſſent conſtituti.Poſt tempus autem annorum.lxx. captiuitatis geſte per babylonios cyrus perſarum rex dimiſit ex babylonia iudæos ad propriam re meare terram:atq; conceſſit templum edificare captiuis. His itaq; remeantibus: Siſon pontifica tum ſumpſit:& ex eius genere alii.xv. uſq; ad tempus regis Antiochi:qui uocabatur eupator hũc habuere præſulatum.Conuerſabantur aũt populari poteſtate annis quadringentis.xiiii. primuſq; Antiochus quam prædiximus:& princeps eius militiæ liſyas:omnia cui erat Menelaus cognomẽ tum pontificatu depoſuerunt : perimentes eum in heroea & conſtituerunt pontificem Ioachim ex genere quidem Aaron:non autem ex iſta domo.Propterea autem & Onias defuncti fratruelis & nomen referens patris:ueniens in ægyptum Ptolomei philometoris amicus effectus & Cleopa træ eius uxoris:ſuaſit eis: ut ſecũdum heliopoliticam legem deo conſtituerent templum:hieroſo lymitano ſimile: & eum pontificem ordinarent . Sed de templo apud ægyptum edificato: ſæpius declarauimus.Ioachim uero cum tribus ãnis habuiſſet pontificatum defunctus eſt cui nemo ſuc ceſſit:ſed per annos.vii.ciuitas fuit ſine pontifice.Igitur Ionathas frater iudæ machabei ipſo tem pore ſuſcepit pontificatum quem tenebat.iiii.annis. Quo per inſidias moriente dolo Triphonis: ſicut ſuperius iam quodam loco narrauimus:accepit hunc honorem Symõ germanus eius. Huic per dolum quoq; generi in conuiuio morienti:filius ſucceſſit Hircanus. Qui cum tenuiſſet pon tificatum annis.xxxi.in ſenectute moritur cum & pontificatum tenuiſſet & regnum.Quo defun cto: Ariſtobolus eius maior filius ei ſucceſſit : qui primus ſibi diadema impoſuit: ac poſt annum moritur.Cuius uxor alexandra fratrẽ eius alexãdra cõſtituit in regno. Alexander aũt:cũ & regnaſ ſet:& ſacerdotium tenuiſſet annis.xxvii.uita priuatus eſt:alexandræ cõiugi præcipiens:ut ipſa põ tificem ordinaret.Quæ pontificatum quidem Hircano ſuo filio dedit: regnum uero ipſa retinẽs annis.ix.defuncta eſt.Cuius filius Hircanus per tempus pontificatum obtinuit. Poſt morte nãq; alexandræ:dimicauit aduerſus eum frater eius Ariſtobolus:& dum uiciſſet:illum quidem ponti ficatu remouit:ipſe uero & regnum tenuit:& dei pontifex fuit.Huius anno tertio regni:menſe ſi militer tertio:ueniens Pompeius:& hieroſolymitarum ciuitatem forti dimicatione deuincens:ip ſum quidem romæ cum filiis uinctum miſit: Hircanum uero denuo in pontificatu reſtituit:quẽ gentis quidem præſidatum habere permiſit:diademate uero uti prohibuit.Habuit autem Hirca nus hanc poteſtatem ſuper nouem priores alios annos .xl . Barzafranes autem & pacorus pthiæ potentes:tranſeuntes eufratem:& pugnantes aduerſus Hircanum:ipſum quidem cæperunt: Ari ſtoboli uero filium Antigonum conſtituere regem . Qui dum tribus annis & menſibus totidem tenuiſſent regnum:Soſſius & Herodes obſederunt eum:captumq; tranſmiſerunt Antonio. Anto nius uero defunctum Antiochiam trucidauit.Herodes uero commiſſo regno ſibimet a romanis nequaq; conſtituit ex genere Aſamonei pontifices : ſed quibuſdam ignobilibus & qui ſolũmodo de ſacerdotibus eſſent præter Ariſtobolum tribuit hunc honorem . Ariſtobolum nanq; filium Hircani:qui a parthis captus fuerat:pontificem conſtituens: ſororem eius mariannem duxit uxo rem.Ob quam rem fauorem populi ſibimet collocauit:propter Hircani memoriam. Deinde me tuens:ne cuncti ad Ariſtobolum declinarent: eum in hierico ſuffocari dolo machinatus eſt cum nataret:ſicuti iam declarauimus. Poſt hunc autem nequaq; alicui ex genere Aſamonei pontifica tus tribuit poteſtatem.Similia quoq; geſſit in cõſtitutione ſacerdotum Archelaus Herodis filius: pariter & romani poſtea ſuper iudæos obtinentes imperium.Sunt ergo uiri qui ab Herodis tem poribus pontificatum habuerunt uſq; ad diem qua titus templum & ciuitatem capiens concre mauit:cuncti ſimul uigintinouem.Tempus autem horum:anni ſunt centum & ſeptem.Quorum quidam conuerſati ſunt:ſub Herodis regno:& filii eius Archelai. Poſt horum uero mortem: po puli quidem poteſtate cuncta gerebantur:præſulatum tamen gentis pontifices obtinebant. Hæc ergo de pontificibus dicta ſufficiant.Geſſius itaq; Florus miſſus a Nerone ſucceſſor Albino:plu rimis malis iudæos attriuit.Erat nanq; genere Dazonius:habuit autem uxorem nomine Cleopa tram:quæ dum eſſet amica Pompeiæ Neronis uxoris:& malignitate marito non minor. per eam uir eius infulas huius dignitatis adeptus eſt . Sic autem Florus circa poteſtatem malignus fuit & uiolentus:& præ magnitudine maloꝝ eius:Albinum quaſi beneficii largitorem iudæi laudarent. Ille nanq; malignitatem celabat:& ne pœnitus depræhenderetur a turba quodammodo præuide bat . Geſſius aũtem Florus quaſi ad docendam nequitiam miſſus iniquitates ſuas in gentem no ſtram aperta malignitate pompabat:neq; direptioni parcens:neq; modum iniuſti ſupplicii derelĩ quens.Erat enim inflexibilis ad miſerandum:& omnibus lucris auarus qui etiam in latronum di reptione communicabat. Sine timore nanq; multi ad hoc accedebant cum illius permiſſione: ut de ſua ſalute minime cogitarent. Quod opus non erat mediocriter condolendum. Quapropter

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

infelices iudæi cum non ualerent uastationes sustinere latronum:cogebantur a propriis solénitatibus recedentes cuncti diffugere: ut melius ubicunq; liceret apud alienigenas habitarent.Florus igitur fuit qui nos contra romanos bellum fecit assumere : melius iudicans citius q̄ paulatim: & per tempora nos perire.Initium quippe sumpsit hic prælium secundo quidem anno amministrationis flori.xii.autem Neronis imperii.Sed ea quidem quæcunq; aut facere coacti sumus: aut pati: perfecte scire poterunt qui legere uoluerint libros a me de iudaica dimicatione conscriptos . Hic igitur ponam terminum antiquitatis historiæ:postq̄ etiam bellum cœpi conscribere.Continet ât hoc opus a prima hominis natiuitate traditionem usq; ad.x.annum neronis imperii.Ea siquidem quæ nobis iudæis prouenerūt in ægypto:& Syria:Palestina:& quæcunq; perpessi sumus ab assyriis & babyloniis.uel circa nos Perse seu Macedones egerunt: & post eos romani: sicuti reor sunt cū integritate composita. Nisus sum autem etiam descriptione conseruare: qui per annos duo milia constituti sunt.Conscripsit etiam sine errore successiones regum:actus eorum: & conuersationes enuncians:& monomarchorum potestates enarrás:sicut ex sacris libris de rebus omnibus descriptio continetur.Hoc enim in principio historiæ me facere compromisi.Dico siquidem cum fiducia:opere iam perfecto: quia nullus alter licet uoluntatem habuerit:neq; iudæus: neq; alienigena potuit hic negocium græcis ita subtiliter explanare . Habens enim indubitanter a congentilibus meis maximam eruditionem nostræ prouinciæ etiam græcas studui litteras adipisci. Artis nanq; grammaticæ experimentum sumpsi:integritatem uero prolationis uerborum:possidere me patet na consuetudo prohibuit:quippe cum apud nos non recipiant eos:qui elocutionem multarū gentium didicisse noscuntur eo ꝙ commune putem hoc officium non liberis tantummodo sed etiá uolentibus seruis.Sapiẽtiam uero illos testantur habere tantūmodo:qui leges sub integritate cognoscunt: & uirtutem sacrarum litterarum interprætari possunt. Propterea multis in hoc studio laborantibus:uix duo quidem aut tres adepti:& laborum fructu repente potiti sunt.Nō erit forsan inuidiosum etiam de genere meo:& uitæ actibus postea breuiter enarrare. In his ergo dicere ulterius de antiquitate cessabo:libris existentibus.xx.habentibus uero.lx.milia uersuum.Et si diuinitas concesserit:per discursum:commemorabo rursus & causas belli: & eorum quæ ad præsentem pertinent diem: quæ est tertiidecimi quidem anni Domiciani cæsaris principatus: mihi autē a natiuitate quinquagesimi & sexti.Proposui quoq; uobis conscribere nostras etiam ideſt iudæorum sectas:in.iiii.libris:de deo eiusq; substantia:& de legibus & cur secundum eas aliud facere permittimur:aliud prohibemur.

De antiquitatibus Iudæorum Finis.

¶Iosephi Mathathiæ filii hebræi genere sacerdotis ex hierosolymis de antiquitate iudæorū contra Appionem grammaticum alexandrinum. Cap. I.

Vfficienter ut arbitror & per libros antiquitatum opulentissime uorum Epaphrodite legentibus eos aperui de nostro genere iudæorum: quia & uetustissimum est & primam conscientiam propriam habuit: quinq; milia enim annorum numerum historiam continentem ex nostris sacris libris græco sermone conscripsi. Quoniam uero multos uideo respicientes blasphemiam quorúdam insane prolatam : & ea quæ a me de antiquitate conscripta sunt non credentes:putantes mendacium nostrum sit genus:eo ꝙ nulla memoria apud grecorū nobiles Historiographos digni sunt habiti nostri maiores.Pro omnibus his arbitratus sum oportere me breuiter hæc dicta conscribere:& derogantiū quidem uesanum spontaneumq; increpare mendacium:aliorum uero ignorantiam pariter emendare : uniuersosq; de nostra antiquitate qui scilicet ueritatem amplectuntur edocere.Vtar autem in meis dictis testibus eis:qui de omni antiquitate apud græcos fidedigni sunt iudicandi : eos autem qui blasphemе de nobis atq; fallaciter conscripsere aliqua per semetipsos conuicta indubitanter ostendam.Conabor etiam causas exponere propter quas nō multi in græcis historiis gentis nostræ fecere memoriā: necnon & eos qui dem nobis nequaq̄ scribere uoluerunt nescientibus aut nescire simulantibus indicabo. Primitus itaq; satis admiror eos qui existimant oportere de rebus antiquis græcis tantummodo fidem habere & ab eis consulendam esse ueritatis integritatem.Nobis aūt & aliis hominibus non esse credendum.Sed ego omnia in his contraria uideo contigisse.Quapropter decet non uarias opiniones inspicere:sed ex ipis rebus iustitiam ponderare.Omnia siqdem græcoꝝ noua & herius:ut ita dicá:nuper facta cognoui,Et hæc fabricas ciuitatū & adinuētiones artiū conscriptioneſq; legum cunctarumq; regꝝ iunior apud eos est historiæ diligentia conscribenda.Apud ægyptios autē atq;

Chaldeos & phœnicas:desino enim nos illis cōnumerare sicut ipsi fatētur: res gestæ antiquissimā & permanentem habent memoriæ traditionem.Nam & locis omnes inhabitant quæ nequaq̄ aeris corruptioni subiaceant.Et multam prouidentiam habuere:ut nihil horum quæ apud eos agūtur sine memoria linquerentur:sed in publicis conscriptionibus semper a uiris sapientissimis dicerentur.Græcorum uero regionem innumeræ corruptiones inuasere:rerum memoriam delentes. Qui autem nouas constituentes conuersationes omnium se præesse credidere. Sciant quia etiam sero & uix naturam potuere agnoscere litterarum.Nam ātiquissimum earum usum habuisse crediūtur a phœnicibus:& a cadamo se didicisse gloriantur. Sed neq; illo tempore poterit aliquis demonstrare seruatam conscriptionem neq; in templis: neq; in publicis anathematibus: quando ēt de troianis rebus ubi tot annis militatum est.Postea multa quæstio atq; contentio facta est:utrū litteris usi sunt . Et magis ueritas obtinuit eo ꝙ usus modernarum litterarum illis fuisset incognitus.Constat autem quoniam apud græcos nulla inuenitur absolute conscriptio poemate Homeri uetustior. Et hunc etiam post bella troiana fuisse manifestum est.Et ante neq; hunc litteris suum poema reliquisse: sed cátibus memoria reseruatum: postea fuisse compositum & propterea multam in eo conspexi dissonantiam. Qui autem historias apud eos conscribere tentauere.i.hi q Circadamū milesium & Acusilaus argiuus:& post hunc quicunq; alii fuisse referuntur.Paululum tempus persicam apud hellanicum militiam præcessere . Sed eos etiam qui de cælestibus & diuinis primitus apud græcos philosophati:idem pherecidem Syrum & Pythagoram & Thaletē omnes concorditer confitentur:Aegyptiorum & Chaldeorum fuisse discipulos:& breuiter cōscripsisse quæ a græcis omnium antiquissima iudicantur:ita uix ea credant ab illis fuisse cōscripta.Quo modo ergo non est irrationabile:ut tali factu uegetentur græci tanq̄ soli sciant uetera:& ueritatē eorum sub scrupulositate de antiquis non ab ipsis conscriptoribus facillime discant:quia neq; firmiter scientes aliquid cōscripsere: sed ꝙ unusquisq; opinatus est hoc studuit explanare.Vnde ēt libris suis alterutros arguunt: & ualde contraria ex rebus eisdem non piget edicere. Sed ego uidebor ne potioribus esse superfluum si explanare uoluero:quantis quidem locis Hellanicus ab Agesilao de genealogiis discrepat : & in quantis herodotum corrigit Acusilaus. Aut quomodo ephorus quidem hellanicum in plurimis ostendit esse mendacem . Ephorum uero timeus:Timeum q post illum fuere.Herodotum uero cuncti:sed neq; de singulis cum Antiocho & Philisto aut callia timeus concordare dignatus est.Neq; rursus de atticis hi qui Attidas conscripserunt: aut de argolicis:qui de argis historiam protulere:alterutros consecuti sunt.Et quid oportet dicere de ciuitatibus breuibusq; rebus:quando de militia persica & his quæ in ea sunt gesta:tantum uiri probatissimi discordasse noscuntur.In multis autem etiam thucydides tanq̄ fallax accusatur: licet scrupulosissimam secundum se historiam conscripsisse uideatur. Causæ uero huius dissonantiæ multæ forsān & aliæ quærere uolentibus apparebunt. Ego uero duabus quas dicturus sum maximā huius summam diuersitatis ascribo.Et quidem primum dico eam quæ mihi proprior esse uideť. Ideſt eo quod ab initio non fuerit studium apud græcos publicas de his quæ semper aguntur proferre conscriptiones.Hoc etenim præcipue & errorem & potestatem mētiendi posteris uetus aliquid uolentibus scriptitare concessit.Non enim solummodo apud alios græcos publica conscriptio est neglecta.Sed neq; apud ipsos Athenienses quos terrigenas esse dicunt:disciplinaeq; cultores aliquid huiusmodi reperitur.Sed publicarum litterarum antiquissimas esse dicunt leges:quæ a dracone eis ex phœnicibus sunt conscriptæ ante modicum tempus tyrannidis Pisistrati. De arcadibus ât ī átiquitate gloriátibus qd oportet dici? Vix.n.isti & postea litteris eruditi sunt. Cū ergo cōscriptio nulla p̄ponereť q̄ & discere uolētibus edoceret: & mētiētes argueret: multa iter alterutros cōscriptores discordia generata é. Quoniá q ad p̄scribendū se p̄parabát nō studiū ueritatis exhibuerunt.Licet hæc p̄missio semper habeať in prōptu:sed uerboꝝ magis habere p̄tionē maximam.Et quemadmodum laudari se in hoc super alios æstimarent:ad hoc potius semetipsos aptabant.Aliqui uero ad fabulas sunt conuersi.Aliqui autem ad gratiam aut ciuitates laudantes: aut reges.Alii semetipsos ad accusandas causas aut conscriptores tradidere.In hoc se forte probabiles æstimantes & omnino hoc agētes quod historiæ nimis aduersum est, Veræ siquidem historiæ indicium est:si eisdem rebus omnes eadem dicant atq; conscribant.Hi uero cum quædam aliter conscriberent q̄ alii tunc se putabant omnium ueratiores ostendi . Quapropter causas quidē uerborum & caliditatis eorum cedere nos græcis oportet.Non autem de antiqua historiæ ueritate & maxime de rebus propriæ uniuscuiusq; prouiciæ. Quoniam uero Aegyptios & Babylonios ex longissimis olim temporibus circa conscriptiones diligentia fuit:quando sacerdotibus erat iunctum & circa eas ipsi philosophabantur.Chaldei uero apud Babylonios:& quia præcipue græcis immixti usi sunt phœnicis litteris circa dispensationes uitæ : & coium operum traditionem. Dum consentiant omnes tacendum hoc puto. De nostris uero progenitoribus quia eandem quā predicti habuerunt in conscriptionibus solicitudinem desino dicere : etiam potioré pontificibus & prophetis hoc imperantes. Et quia usq; ad nostra tempora cum multa integritate seruatum é:

Aegyptij & Babyllonij diligentissimi & conscriptores

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

si oportet audentius etiam seruabitur.Conabor breuiter edocere: nō enim solummodo ab initio probatissimos uiros & inde placatione præparatos ad hæc exercenda costituerunt. Sed quatenus etiam genus sacerdotum sine permixtione purumq; consisteret prouiderunt. Oportet enim eum qui sacerdotium habiturus est ex eiusdem gentis nasci muliere:& neq; ad pecunias & neq; ad honores inspicere.Et de hoc per antiquā lineam & multis testibus approbare.Quod scilicet agimus non solum in ipsa iudæa:sed ubicūq; nostri generis constitutio reperitur: etiam ibi integritas ista seruatur circa nuptias sacerdotum:hoc est in ægypto & Babylonia & quocunq; terrarum orbe q libet de sacerdotum genere sunt dispersi . Mittunt enim in hierosolymam conscribentes a patre nomen nuptiæ:& antiquorum progenitorum quicunq; huius rei testimonia præbuere.Si autem bella proueniant sicut iam crebro factum est.Dum Antiochus epiphanes ad nostram uenisset regionem & Pompeius magnus:& Quintilius uarus:& præcipue nostris gesta temporibus:tunc hi qui de sacerdotibus supersunt:ex antiquis litteris iterum noua conficiunt & probant mulieres q relinquuntur . Non enim ad captiuas accedunt alienigenarum consortia formidantes . Indicium uero integritatis hoc maximum est:quia pontifices apud nos a duobus milibus annis denominati filii a patre conscripti sunt.His autem qui prædicti sunt si quid præuaricentur interdicitur: ne uel ad altare accedant:uel alia sanctificatione fungātur.Recte siquidé potius autē necessarie:cum neq; conscribendi potestas omnibus data:neq; alia sit in discretione discordia.Sed solummodo p phetis antiquissima quidé & ueterrima secūdum inspiratione factā a deo cognoscētibus. Alia uero secundum se sicuti sunt facti palam cōscribentibus infiniti libri non sunt apud nos discordantes & sibimet repugnantes: sed solummodo duo &.xx.libri habentes temporis totius conscriptionem:quorum iuste fides admittitur. Horum ergo quinq; quidem sunt Moyseos qui natiuitates cōtinent:& humanæ generationis traditionem habent usq; ad eius mortē.Hoc tempus de tribus milibus annis paululum minus est.A morte uero Moyseos usq; ad Artaxerxem persarum regem qui fuit post Xerxem: prophetæ post Moysen:& quæ secundum eos sunt gesta conscripserunt in xiii.libris.Reliqui uero.iiii.hymnos in deum:& uitæ humanæ noscuntur pignora continere. Ab artaxerxe uero usq; ad nostrum tempus singula quidem conscripta non tamen priori simili fide sunt:habita eo quod non fuerit certa successio prophetarum.Palam nanq; est ipsis operibus quē admodum nos propriis litteris credimus: tanto nanq; sæculo iam præterito neq; addicere quicq; aliq; nec auferre nec transformare præsumpsit.Omnibus enim insertum est mox & prima generatione iudæis hec diuina dogmata nominare:& in his utiq; permanere.Et propterea si oporteat mori libenter.Iam itaq; multi captiuorum frequenter tormentis affecti sunt: & mortes uarias in theatris sustinuere:ne ullum uerbum contra leges admitterent aut conscriptiones habitas uiolarent.Qui græcorum aliquid tale perpessus est?quando neq; fortuitam sustinere læsionem uolūt: licet omnia apud eos scripta destruantur. Verba enim hæc esse putant secūdum conscribentiū uoluntates expositā.Et hoc iuste etiam de antiquis sapiunt quoniam aliquos nunc quoq; uident præsumentes de his rebus conscribere quibus neq; ipsi interfuere: neq; credere scientibus aquiescunt.Deniq; de bello quod apud nos contigit nuper:quidam historias conscribentes ædiderunt. Dum neq; ad ea loca uenerint: neq; in proximo rerum gestarum fuerint. Sed ex auditu quædam pauca componentes impudenter semetipsos uidentur historiæ nomine iactitare . Ego uero & ex omni bello : & quæ ibi particulariter gesta sunt ueram descriptionem feci:dum ipse rebus omnibus interfuerim.Dux etenim apud nos galyleorum eram:donec fuit defendendi facultas. Contigit aūt ut caperēr a romanis:& habētes me Vespasianus & Titus in custodia uniuersa sp inspicere faciebant:primo quidem uinctus:postea uero solutus cum Tito ab alexandria propter obsessionē Hierosolymorum directus sum: eo tempore nihil est gestum q; meam potuisset latere noticiam. Nam uidens romanorum exercitum uniuersa sub diligentia describebam.Et ea quæ nuntiabant ab his qui semetipsos tradebant:ego solus integrius intelligens disponebam.Deinde romæ tēpus uacationis habens: omni iam negotio præparato usus aliquibus cooperantibus mihi propter elo quentiam græcam rerum eruditionem exhibui.Tantaq; mihi securitas affuit ueritatis ut primos omnium imperatores belli Vespasianum & Titum testes non exposcerem.Primum nanq; illis ob tuli libros: & post illos multis quidem romanorum qui bellis interfuere plurimis uero nostrorū eos etiam uenundaui:qui græca sapientia uidebantur imbuti:quorum est Iulius Archelaus.Herodes honestissimus & ipse admirabilis rex Agrippa.Isti siquidem uniuersi testimonium perhibuere:quia ueritatem diligens excolui:non reprimens forsitan aut tacens:si quid gestorum per ignorantiam aut per gratiam commutaui: aut prætermisi. Quidā uero praui homines derogare mē historiæ sunt conati tanq; in scholis adolescentium propositum exercentes:& accusationis spiritæ atq; detractionis facientes opus: cum oporteat illud sciri: quia quod conuenit promittentem aliis rerum ueracium traditionem. Ipsum prius hæc nosce certissime:aut rebus gestis adherendo: aut ab scientibus consulendo.Quod ego præcipue circa utrunq; me credo fecisse negocium.Antiquitatis nanq; libros sicuti dixi ex uoluminibus sacris interpretatus sum:cū essem genere sacerdos:& participarem illarum sapientiam litterarum. Historiam uero belli conscripsi multarum q dem actionum ipse operator: plurimorum uero inspector existens: & omnino eorum quæ dicta uel gesta sunt nihil ignorans.Quomodo ergo nō procaces quilibet existimabit eos qui aduersum me nituntur de ueritate contendere?Qui licet imperatorum commenta legisse dicuntur:non tamen nostrorum repugnantium rebus interfuere.De rebus itaq; necessariam feci descriptionem significare uolens facultatem eorum qui historiam scribere compromittunt . Et sufficienter sicuti reor palam faciunt:quia conscriptio rerum apud Barbaros potius solēnior q̄ apud græcos é. Volo paululum primitus disputare aduersus eos qui contendunt nouellam esse nostram cōuersationem eo q; nihil de nobis:ut aiunt illi:dictum sit a conscriptoribus græcis. Deinde testimonia antiquitatis ex aliorū litteris exhibebo;& eos qui nostro blasphemant generi:ualde ipsi ratione blasphemare monstrabo. Nos igitur neq; regionem maritimā habitamus:neq; mercimoniis cōgaudemus neq; per hoc alterutris peregrinationibus fatigamur. Sed quidem nostræ ciuitates procul a mari positæ regionemq; uberrimam possidētes. In ea assidue laboramus præcipue circa filiorum nutrimenta studentes legumq; custodiam & traditionem pietatis totius opus uitæ necessarium iudicamus.Cum adsit igitur his quæ prædicta sunt conuersationi nostræ etiam uita remotior.Nihil fuit in antiquis temporibus quod faceret nobis permixtionem græcorū sicut Aegyptiis mercimonia quæ ab eis reiiciuntur:& ad eos rursus introducuntur.Et iterū habitatoribus phœniciæ maritimæ studentibus circa cōtractus atq; negocia amore pecuniæ requisita: Sed neq; latrocinia sicut quidam alii uacuare:aut amplius habere concupiscentes patres nostri ad bella conuersi sunt licet regio nostra multa milia uirorum fortiū possideret.Phœnices ergo propter negocia ad Græcorum prouinciam nauigantes repente sunt agniti:& per illos ægyptii & omnes a quibus ad græcos honorem deuehebāt immensa maria proscindentes . Medi uero postea atq; persæ palā in asia regnauerunt: & usq; ad alteram epirum persæ militauerunt. Thraces autem propter uicinitatem & Scytiam ab his qui pontum nauigant cogniti sunt:& omnino uniuersa iuxta mare:uel orientale uel hesperium habitantes aliquid conscribere uolentibus cogniti facti sunt. qui uero superius habitabant:& procul a mari multis sunt temporibus ignorati. Et hoc apparet etiam circa Europam contigisse:quando de romanorum ciuitate tam longo tempore adepta potestate tātasq; causas belli conficiente. Neq; herodotus neq; Thucydides:nec ullus qui fuit cum istis fecit aliquam mentionem.Sed sero tādem & uix ad græcos potuit eorum.De galathis enim & hyberiis sic ignorauere hi qui putantur subtilissimi conscriptores:quorum est ephorus:& unam ciuitatem esse arbitraretur hyberas.Qui tantam partem hesperiæ terræ noscuntur inhabitare. Et neq; mores eorum qui fiunt apud eos uel qui dicuntur tanq̄ sic utentibus referre præsumunt.Causa uero ignorantiæ ueritatis est:eo q; procul abessent.Vt autem falsa conscriberent: eoq; uellēt uideri aliquid amplius ab aliis retulisse. Quomō ergo mirari decet si neq; nostra gens plurimis erat certa: neq; ad scribendum de se aliquam dedit occasionem:& ita constituta procul a mari & ita conuersi deliberans.Pone igitur nos argumento uti uelle græcorum, quia non est genus eorum antiquū eo q; neq; in nostris uoluminibus de eis sit aliquid dictum. Nō ne omnino deridebunt causas huius modi a me probatas: & testes uicinæ regionis adducunt antiquitatis suæ.Igitur ego hoc,conabor efficere . Aegyptiis & phœnicibus præcipue testibus utar: cum nullus eorū potuerit tanq̄ falsum accusare testimonium. Et uidentur maxime circa nos inimici in communi quidem omnes ægyptii & phœnicum uero Tyrii. De chaldeis autem nequaquam hoc dicere potero: quoniam & generis nostri principes constituti sunt : & propter cognationem in conscriptionibus suis meminere iudæorum . Cum uero fidem de his præbuero : & blasphemias falsas ostendero:tunc etiam Græcorum conscriptores memorabo:qui iudæorum fecere memoriam:ut neq; huiusmodi occasio relinquatur in iudæis nobis faciendæ contentionis.Inchoabo autem primitus a litteris Aegyptiorum quas non arbitrantur commendare quæ nostra sunt. Manethon itaq; genere uir Aegyptiorum græca disciplina participatus sicuti palam est: scripsit enim uoce helladica paternæ religionis historiam ex sacris sicut ait ipse interpretatus libris frequenter arguit herodotum in Aegyptiacis ignoratione mentium.Ipse quidem Manethon in secundo Aegyptiacorum hæc de nobis scripsit.Ponam uero etiam sermonum eius tanq̄ testimonii iure prolatum honorabile nomē sub hoc:nescio quomodo deus inspirauit:& præter spem ex partibus orientalibus homines genere ignobiles adepta fiducia in prouicia Castrametati sunt.Et facile ac sine bello eam potēteq; cœperunt : & principes eius alligantes:de cætero ciuitates crudeliter incendere:& deorum templa uertere.Circa omnes uero prouinciales inimicissime usi sunt alios quidem perimentes: aliorum uero & filios & coniuges ad seruitia redigentes:nouissime uero & unum regem ex se fecere : cui nomen erat Isualitis;hic in menfidem ueniens superiorem inferioremq; prouinciam diuidens castra in opportunis relinquens locis.Maxime etiam partes muniuit orientales prospiciens:quoniā assiri aliquando plus ualentes erant desideraturi regnum eum inuadere . Inuenies autem in Nomoto suati ciuitatem opportunissimam positam quidem ad orientem Buliastitis fluminisq; ap-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

pellabatur a quadam antiqua theologia euaris.Hanc fabricatus est & muris maximis communiuit:collocans ibi multitudinem armatorum usq; ad ducenta quadraginta milia uirorum eam custodientium.Hic autem messis tempore ueniebat tam ut frumenta meteret & mercedes exolueret:quam ut armatos pro terrore extraneorum diligenter excitaret. Qui cum regnasset decé nouem annis uita priuatus est.Post hunc autem regnauit alter quattuor &.xl.annis Beon nomine.Post quem alter apachas sex &.xxx.ānis & mēsibus septem.Deinde & aposis unum & sexagintā:& Samnas quinquaginta & mense uno. Post autem omnes Ases nouem &.xl.& mensibus duobus.Et isti quidem sex apud eos fuere primi reges debellantes semper & maxime Aegypti radicé amputare cupientes.Vocabatur autem omne genus eorum Sesos:hoc est reges pastores:secundū sed enim sacrarum linguarum regem significat.Sos uero pastorem siue pastores secūdum sermonem communis eloquii:& tantum compositum inuenitur.Hyesos quidam uero dicunt eos Arabas esse.In aliis autem exemplaribus non reges significari comperi per appellationem Hyc:sed e diuerso captiuos declarari neq; pastores.Hyc enim rursus ægyptiaca lingua:& hac quando pinguisono profertur captiuos apertos significat: & hoc potius uerisimile mihi uidetur:& historiæ antiquæ conueniens. Hos ergo quos prædiximus reges:& eos qui pastores uocabātur: & qui ex eis fuere obtinuisse Aegyptum ait annis.xi.& quingētis.Post hæc autem regum thebaidis & alterius Aegypti factam dicit super pastores inuasionem & bellum maximum & longæuum eis illatum, Sub rege uero cui nomé erat Alis fragmutos uictos dicit pastores: & alteram quidem uniuersam Aegyptum perdidisse.Inclusos autem in locum habétem mensuram terræ ulnarum undecim milium.Cui loco nomen est Auarim:Hunc Manethon dicit omnem maximo muro atq; robustissimo circundedisse pastores:quatenus & omnem possessionem munitam haberent simul & prædā suam. Filium uero aliis fragmathoseos thumnosim dicit.Conatum quidem eos per obsessionem capere & fortiter cum quadringētis.lxxx.milibus armatorum eorum muris excubuisse. Cum uero obsessionem desperasset:pacta cum eis fecisse ut ægyptum relinquentes quo uellent inoxi omnes abirent.Illos uero his promissionibus impetratis cum omni domo & possessionibus non minus ducenta.xl.milia numero ex ægypto per desertum in Syriam iter egisse & metuentes assyriorum potentiam: tunc enim illi Asiam obtinebant in terra quæ nunc iudæa uocitatur ciuitatem ædificasse: quæ tantis millibus hominum sufficere potuisset: eamq; hierosolymam uocitasse. In alio uero quodam libro Aegyptiacorum Manethon hanc ipsam gentem.i. qui uocabantur pastores in sacris suorum libris captiuos a scriptos rectissime dixit. Nam antiquis progenitoribus nostris pascere mos erat:& pascualem habentes uitam uocabantur ita pastores.Sed & captiui non irrationabiliter ab ægyptiis sunt : quoniam progenitor noster ioseph dixit ad regem ægyptiorum se esse captium:& fratres in ægyptum posterius euocauit rege præcipiente. Sed de his quidem in aliis examinationem subtilius faciemus.Nunc autem huius antiquitatis producam testes ægyptios rursumq; quomodo se habeāt uerba manethonis circa ordinem temporum aperte describam sic enim ait.Postq; egressus est ex ægypto populus pastorum ad hierosolymam: expulsor eorū rex themusis regnauit post hæc annis.xxv.& mensibus.iiii.& defunctus est. Assumpsit regnum filius Chrebron annis.xiii.huius autem Amenosis annis.xxi.& mensibus.ix.Misfris autem.xii.& mensibus nouem.Misfranthusis.xxv.& mensibus.x.Et musis autem nouem & mensibus octo. Amenosis uero.xxx.& mensibus.x.Orus uero.xxx.sex & mēsibus quinq;.huius autem filia Acenchies.xii. & mense uno.Rathotis uero frater nouem.Acencheridis autem.xii.menses.iii.Armes uero.iiii. & mense uno.Armesis autem unū & menses.iiii.Armesismianus uero sexagitasex & menses.ii.Amenosis.xix.& menses sex.Sedhosis autem equestrem & naualem uirtutem habens fratrem quidem Armen procuratorem ægypti constituit:& omnem ei aliam regalem contulit potestatem: tantūmodo autem diademate uti prohibuit: & ne reginam matrem filiorum opprimeret imperauit & ut abstineret etiam ab aliis regalibus concubinis.Ipse uero ad cyprum & phœnicem & rursus cōtra Assyrios atq; medos castrametatus uniuersos quidem alios ferro alios sine bello terrore magno uirtutis sibimet subiugauit.His uero felicitatibus eleuatus confidentius incedebat: oriētales urbes ac prouincias subuertendo:multoq; tempore procedente Armes qui in Aegypto fuerat derelictus omnia contraria quæ eum frater agere monuerat sine timore faciebat . Nam & reginam; uiolenter abiecit:& aliis concubinis sine parcitate iugiter miscebatur: suasusq; ab amicis utebat & diademate:& rebellabat fratri. Is uero q constitutus erat super sacra Aegyptia scribens librum Sedhosi direxit:& cuncta significans:& quia rebellaret ei suus frater Armes. Qui repente ad Pelusium destinauit:& proprium tenuit regnū. Prouincia uero uocata est ex eius nomine Aegyptus Dicit enim quia cethos Aegyptus uocabatur.Armes autem frater eius Danaus.Hæc equidé Manethon. In palam uero est ex predictis annis tempore computato: quia hi qui uocabantur pastores ideſt nostri progenitores ex ægypto liberati:ante tres & nonaginta atq; trecentos annos hanc prouinciam inhabitauere quam Danaus ad agros accederet:licet hūc antiquissimum Argiui esse confidant.Duas igitur res Manethon maximas pro nobis Aegyptiis litteris protestatus est:primū

quidem quia aliūde ad ægyptum: Deinde gressus eorum exinde ita temporibus antiquissimum: ut pœne mille annis bellum præcedat illiacum.In his autem in quibus Manethon nō ægypti litteris:sed sicut ipse cōfessus est ex fabulis quorundā sine nomine quodam adiecto postea particulariter hæc redarguam ostendens ea sine uerisimilitudine esse mendacia.Sed uolo ab istis rursus migrare ad ea quæ apud phœnicas de nostro genere conscripta:& eorum testimonio declarata sunt. Itaq; apud Tyrios multorum ānorum publicæ litteræ:& conscriptiones diligentissime custoditæ ex his quæ apud eos facta & inuicem gesta noscuntur:quæ tamen memoria digna sunt.Inter hæc ergo conscriptum est: quia in hierosolymis ædificatum est templum a Solomone rege āte annos pœne.c.xliii.& menses octo quam Tyrii carthaginem charcedonam fabricauere. Descripta uero est apud illos constructio templi nostri.Ironius enim Tyriorum rex amicus erat regis nostri Solomonis paternis amicitiis ei deuinctus.Is ergo munificentiam suam exhibēs ad claritatem fabricæ præbuit Solomoni auri quidem.xx.& centum talenta.Incidensq; pulcherrimam siluam in monte qui Libanus nuncupatur ad cameram destinauit ei. Quem redonauit quidem Solomon aliis quidem multis rebus sed etiam terra Galileæ regionis quæ Zabulon uocatur. Præcipue autem eos ad amicicias sapientiæ concupiscentia conuocauit.propositiones enim soluédas alterutris dirigebant:& melior in his solomō erat:& in aliis sapientior apparebat. Hactenus uero seruantur apud tyrios epistolæ multæ quas illi scripsere adinuicem:pro qua re liber est a me compositus litteraq; a tyris directarum unde etiam testem producam dionem:quia apud phœnicum historias integre approbatus est.Igitur in phœnicis histo ricis hoc modo scribit.Abibalo moriente filius eius ironius regnauit:hæc partes orientales ciuitatis ampliauit & urbem potiorem fecit & olympii iouis templum destruens terreæ coequans locum medium mœnibus urbis adiunxit:& aureis anathematibus exornauit. Ascendés autem in lybanum siluas incidit ad templorum ædificationem. Regem uero hierosolymorum solomonem misisse dicunt ad ironium quædam enygmata: & poscisse ab eo solutionem adiiciens:ut qui non posset discernere pecunia soluenti persolueret.Cōfessusq; ironium non se posse persoluere propositas questiones & multas pro expensis faciendis pecunias condemnatum. Deinde ad demonum quendam uirum tyrium propositas soluisse questiones:ipsumq; alias proposuisse: quas si non solueret solomodo multas rursus pecunias ironio regi conferret.Dyon igitur hoc modo de prædictis testimonium perhibuit nobis. Sed post hunc producam quoq; Menandrum Ephesium.Is enim singulorum regum actus conscripsit apud græcos & Barbaros studens ex prouincialibus uniuscuiusq; loci litteris historiæ ueritatem pandere. Scribens enim de his qui in Tyro regnauere:& deinde ueniens ad ironium Regem sic ait. Moriēte uero Abibalo successit in eius regno filius eius Ironius qui uixit annis.xxxiiii. hic statuit locū ualde latissimum aureamq; columnam iouis in templo reposuit: & ad siluam lignorum proficiscens abscidit de monte qui Libanus appellatur ligna cedrina ad tegmina facienda templorum. Defouensq; antiquiora templa fanum ædificauit Herculis . Fecit erectiorē mense peritio:castraq; mouit aduersus Tyticeos minime tributa reddentes.Quos etiam subdens sibimet denuo remeauit.Sub hoc fuit Abdemonus puer iuuenis qui semper parabolas superabat:quas solomodo Hierosolymorum rex destinabat:supputatur uero tempus ab hoc rege usq; ad cōstructionem carchedonis hoc modo.Moriente ironio successit in eius regno.Balbazerus filius. Qui cum uixisset annis quadraginta tribus septem regnauit annis. Post hunc Abdatratus filius cum uixisset ānis.xx. regnauit nouem:hunc filii nutricis eius.iiii.peremere.Quorū senior Metusastartus filius Ieastrati regnauit.Qui cum uixisset annis.xliiii.regnauit annis.xii.Post hūc frater eius Astarimus:& hic uiuens annis.iiii.&.l.regnauit annis nouē:& peremptus est a fratre pellethe: qui suscipiens regnū mensibus imperauit octo:cum uixisset annis.l. Hunc peremit Tythobalus Astarte sacerdos: qui cum uixisset annis quadraginta octo:regnauit ānis.xxxii.huic successit badezodus filius. Qui cū uixisset annis quadraginta quinq; regnauit sex.Huic successor factus est Mettinus filius:qui cum uixisset triginta duobus nouem regnauit annis . Huic succesor fuit Pigmalion: qui annos egit in sua uita quinquaginta sex ex quibus.xl.tenuit principatum.Huius regni anno septimo soror Dido in Lybia ciuitatem ædificauit Carchedonam.Colligitur etiam tempus a regno ironi usq; ad ædificationem carchedonis annorum centum quinquaginta quinq;: & mensium octo. Quam uero duodecimo anno huius regni in Hierosolymis ædificatum est templum.Fit ab ædificatione templi usq; ad constructionem carchedonis tempus annorum C.xliii.mensium octo.Testimonio siquidem phœnicum quid amplius oportet apponi? Cernitur ipsa ueritas fortiter approbata & multo clarius apparet: quoniam præcedit constructionem templi progenitorum nostrorum ad prouinciam hanc addentus.Cum enim eam uniuersam bello tenuissent:tunc autem templum ædificare cœpere: & hæc aperte ex litteris sacris etiam a me in antiquitate manifesta sunt . Nunc itaq; sunt dicenda ea quæ apud chaldeos noscuntur esse cōscripta; & de nobis ad historiā sunt delata. Quæ multam habens concordiam cum nostris uoluminibus etiam de aliis rebus . Testis autem horū

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
CREDOS.USAL.ES

eſt Beroſus uir genere quidem chaldeus:notus autem eis qui doctrinæ eruditioniq; congaudent. Quoniam de aſtronomia:& de chaldeorum philoſophia ipſe græcas conſcriptiones expoſuit. Igitur Beroſus antiquiſſimus ſecutus hiſtorias de facto diluuii: & hominum in ea corruptione ſicuti mos eſt ita conſcripſit. Simul & de arca in qua generis noſtri princeps erutus eſt: deuecta ſcilicet ea in ſūmitate montium Armeniorum. Deinde ſcribens eos qui ex noe progeniti ſunt:& tempus eorum adiiciés uſq; ad Nabulaſſarum peruenit Babyloniorũ & chaldeorum regem: & huius actiones exponés ait. Quemadmodum miſit in ægyptum ad noſtram terram filium ſuum Nabuchodonoſor cum multa potentia:qui dum rebellátes eos inueniſſet omnes ſuo ſubiecit imperio: & templum in hieroſolymis concremauit:cunctumq; generis noſtri populum auferens migrauit in Babylonem. Vnde ciuitatem contigit deſolari annis.lxx.uſq; ad cyrum regem Perſarum. Dicit autem quia tenuerit Babylonius Aegyptum Syriam phœnicem Arabiam:uniuerſos priores chaldeorum Babyloniorum reges actionibus ſuis excellens. Ipſa uero uerba quæ Beroſus protulit hoc modo dicta neceſſario proferenda ſunt. Audiens autem pater eius Nobolaſſarus: quia ſatrapa conſtitutus in Aegypto & Syria inferiore & Phœnice rebellaret: cum non ualeret iam ipſe labores ferre tribuens filio ſuo Nabuchodonoſor ætate ualenti partem quandam exercitus ſuper eum miſit. Nabuchodonoſor autem cum Satrapa deſertore congreſſus prouinciam quæ ab initio eorum fuerat ad proprium reuocauit imperium. Eodem uero tempore contigit patrem eius Nabolaſſarum cum ægrotaſſet in babylonia ciuitate defungi qui regnauit annis.xxi. Nabuchodonoſor autem non poſt multum tempus mortem patris agnoſcens & negocia ægyptiaca diſponens reliquam prouinciam & captiuos iudæorum & Phœnicum atq; Syriorum qui in ægypto fuerát commendans quibuſdam amicis: ut cum magna uirtute & reliqua utilitate deueherentur ad Babyloniam:ipſe cum paucis aggreſſus per deſertum in Babyloniam uenit. reperienſq; cúcta a Chaldeis diſpenſari:ſeruatumq; regnum ab optimatibus eorum. Dominus factus totius paterni principatus:captiuis quidem aduenié tibus præcepit habitacula in oportuniſſimis babyloniæ locis ædificari. Ipſe uero de belli manubiis templum belli & reliqua loca munificentiſſime nimis exornás: & antiquam ciuitatem & alteram extrinſecus adiiciens cogitans quatenus nequaq̃ poſſent obſidentes fluuium conuertere:& ad ciuitatem accedere. Tres quidem interiori ciuitate per circuitú porticus:tres uero exteriori conſtituit. Quorum alias ex cocto latere & bitumine: alias uero ex ipſo latere fecit:& largiſſime muniés ciuitatem: portaſq; diuina pulchritudine comens ſuperædificauit in paternis regalibus:aliaq; regalia celſitudinem illorum multo ualde præcedentia. Quorum ornatum exponere ualde longiſſimum eſt. Verumtamen ſciendum quoniam hæc maxima atq; ſuperba ultra credulitatem rei ſunt. Perfecta diebus quinq; & decem. In his ergo regalibus lapideas munitiones celſas ædificauit:& aſpectum mõtibus ſimilem reddens: etiam ex arboribus uniuerſis plantationes exhibuit. Fecit quoq; horum quod ſuſpenſibile uocabatur: eo ꝙ eius deſideraret huiuſmodi qualitatem nutritam in mediæ locis. Hæc itaq; retulit de prædicto rege: & multa ſuper hæc in libro Chaldiacorum:in quo culpat conſcriptores græcos quaſi uná arbitratos a Semiramide Aſſyriam Babylonem ædificatam:& mira opera ab illa circa eam fuiſſe conſtructa falſe conſcripſiſſe dicens & ipſa quidem chaldeorum conſcriptionem fidedignam pudori exiſtimandum eſt:quando cum archiuis phœnicum concordare uidentur: quæ ab Beroſo conſcripta ſunt de rege Babyloniorum. Quoniam & Syriam & uniuerſam phœnicem ille ſubuertit. In his quoq; conſonat & Philoſtratus in hiſtoriis dum Tyriæ meminit obſeſſionis:& Magaſthenis in quarto indicorum: ubi declarare contenditur prædictum regem Babyloniorum Herculem fortitudine & actuum magnitudine præceſſiſſe. Dicit enim eum & maximam Lybiæ partem & Hiberiam ſubuertiſſe. Quæ uero de templo Hieroſolymorum relata ſunt: quia & concrematum eſt pugnantibus Babylonis:& cœpit rurſus ædificari Cyro tenente Aſyæ principatum. Ex dictis Beroſi declaramus. Sic enim in tertio libro dicit. Nabuchodonoſor itaq; poſtea inchoauit prædictum murum incidens in languorem de uita migrauit: cum regnaſſet annis tribus & quadraginta. Huius regni dominus eſt effectus filius eius: & Helmaradochus propter iniquitates & luxurias paſſus inſidias a marito ſororis ſuæ niriglissoris peremptus eſt:cum duobus regnaſſet annis. Quo defuncto ſumens regnum qui ei fecit inſidias Nirigliſſoris annis regnauit quatuor. Huius filius Laboroſardochus principatum quidem tenuit puer exiſtens menſibus nouem. Inſidias uero paſſus eo ꝙ nimis appareret malorum eſſe morum ab amicis extinctus eſt. Hoc itaq; pereunte conuenientes hi qui fecerant inſidias illi communiter regnum impoſuere nabonido cuidam qui erat ex babylone ex eadem gente. Sub hoc muri circa fluuium babyloniæ ciuitatis ex latere cocto & bitumine ſunt ornati. Cunq; regnum eius eſſet in anno ſeptimodecimo cõſtitutum:egreſſus Cyrus ex perſide cum multa uirtute uniuerſam aſiam ſubuertens impetum fecit ad Babyloniam urbem. Sentiens autem Nabonidus inuaſionem eius: & occurrens cum exercitu ſuo: atq; congreſſus pugna uictus & cum paucis fugatus incluſus eſt in borſipenſium ciuitate. Cyrus

natem Babyloniam compræhendens & deliberans exteriores muros deponere ciuitatis:eo ꝙ nimis uideretur munita:& eſſet ad capiendum ualde difficilis: reuerſus eſt ad borſipum nabonidem inſtanter expugnaturus. Nabonide uero obſeſſionem non ualente perferre; ſed primitus ſupplicante uſus clementia cyri: & dans ei habitaculum in Carcamone: expulit eum a Babylone. Nabonidus itaq; reliquum uitæ tempus in illa prouincia conuerſatus eſt. Hæc concordant cum noſtris. Scriptum namq; in eis eſt quia Nabuchodonoſor octauodecimo regni ſui anno templum noſtrum ad deſolationem uſq; perduxit:& fuit exterminatum annis ſeptem. Secundo uero anno regni Cyri fundamentis depoſitis rurſus ſecundo regni dari anno perfectum eſt. His prolatis adiiciam etiam phœnicum hiſtorias: non enim probationum abundantia relinquenda eſt: eſt enim dinumeratio in illis annorum ſic enim habent ſub rege Thobalo. Naduchodonoſor obſedit Tyrum annis tribus & decem. Poſt hunc regnauit Bahal annis decem. poſt hunc iudices conſtituti ſunt: & iudicauere idem. Hæc Nibalus nalbaſei menſibus duodus. Chelbiſaddei menſibus decem. Abalus pontifex menſibus tribus. Mittinus & Geraſtrarus abdilimi iudices annis ſex: inter quos regnauit Balatorus anno uno: quo moriente mittentes euocauere Meralum ex babylone:& quattuor regnauit annis. Eo quoq; moriente euocare fratrem eius Ironium: qui regnauit annis uiginti. Sub hoc Cyrus perſarum habuit poteſtatem. Quapropter omne tempus eſt annorum quinquaginta quattuor & menſium trium. Septimo ſiquidem anno regni ſui Nabuchodonoſor cœpit obſidere tyrum. Quartodecimo autem anno regis Ironii Cyrus perſarum tenuit principatum. Conſonant igitur quæ de templo ſcripta ſunt a chaldeis: ac tyris cum litteris noſtris. Manifeſtum uero & ſine contentione teſtimonium eſt de prædicta noſtri generis antiquitate & hi ſiquidem qui non ualde contendunt ſufficere iudicio quæ promiſſa ſunt. Oportet autem non credentibus barbaricis conſcriptionibus: ſed ſolis græcis fidem habendam eſſe dicentibus. Adhuc multos exhiberet teſtes etiam græcos ſcientes noſtrum genus: & opportuno tempore eorum habentium mentionem. Pythagoras igitur Samius cum ſit antiquus quidem ætate ſapientia uero & diuina pietate philoſophos omnes excellens: non ſolum quæ noſtra ſunt agnouiſſe manifeſtum eſt:ſed etiam zelatus ea ex multis apparet. Et eius quidem conſcriptio nulla reperitur. Multi tamen de eo retulere: quorum inſignior eſt Hermippus uir circa omnem hiſtoriam diligentiſſimus indagator. Refert itaq; in primo Pythagoræ libro: quia Pythagoras una confabulatorum ſuorum defuncto nomine Calciphonte genere Crotoniate. Illius animam dicebat ſecum degere die noctuq;:& quia præciperet ut non tranſiret de loco unde aſinus onus portaret & ab aqua fetulenta ſemetipſum abſtineret:& ab omni blaſphemia recederet. Deinde ſequitur: hæc autem agebat atq; dicebat iudæorum & tharcenſium opiniones imitatus ac transferens. Dicitur enim quia uere ille uir multas iudæorum leges in ſuam tranſtulit philoſophiam. Fuit autem etiam per ciuitates non ignotas olym gens noſtra & multæ nationes ad quos tranſit etiam zelum eius habuere. Quod manifeſtat Theophraſtus in his quæ ſcripſit de legibus. Ait enim quia prohibent tyriorum leges peregrino ſacramento iurare. Inter ſacramentum quibuſdam aliis etiam iuſiurandum quod corbam appellatur enumerat:& apud nullum hoc inuenitur iuramentum:niſi apud iudæos ſolos. Quod interpretatur ex hebraica lingua ſignificat enim donum. Verum neq; Herodotus alicarnaſſeus noſtram ignorauit gentem. Sed quodammodo eius meminiſſe cognoſcitur: De colchis enim referens in ſecundo libro ſic dicit. Soli autem inter omnes colchi & ægyptii & æthyopes uerenda ab initio circuncidunt: phœnices uero & Syri in Paleſtina qui confitentur hoc ab ægyptiis didiciſſe. Syri autem qui circa Thermedontem & Parthemium fluuium commorantur & Aſtygitiones a Cholchis dicuntur nuper didiciſſe. Hi iamq; ſunt inter homines ſoli qui circunciduntur:& iſti ſicut ægyptii facere uidentur. De ægyptiis autem & æthiopibus dicere non poſſum: utrum alteri ab alteris didicere. Dixit ergo Syros qui in Paleſtina ſunt circuncidi. Omnium autem qui habitant Paleſtinam ſoli iudæi circunciduntur. Quod de eis agnoſcens:& Cyrillus antiquus poeta meminit hoc modo degente noſtra dicens. Quia caſtrametati ſunt noſtri maiores cum Xerxe perſarum rege apud Helladam:& dinumerans uniuerſas gentes:nouiſſimam noſtram poſuit:ita dicens. Poſtremum uero tranſibunt genus mirabile uiſione: linguam quidem pleniſſimam ope proferentes. Habitantes autem in ſolis montibus:ubi palus ampliſſima eſt. Iuuenes capillis ſub rotunditate detonſis ſuper equos erectos habentes uultus: & quaſi fumo ſiccatos. Palá ergo eſt ſicut arbitror:quia noſtri meminerit:eo ꝙ & montes in noſtra regione ſunt conſtituti in quibus habitamus. Et palus qui dicitur Aſphaltis ideſt bituminalis. Hæc enim inter omnes palus in Syria latior atq; maior eſt. Et Cyrillus quidem cum ita meminerit iudæos ſciſſos dignoſcitur:quem quilibet legerint admirantur. Non calumnioſi græcorum:ſed ſapientia ſumma cõſpicui. Clearchus enim Ariſtotelis diſcipulus:& ex peripato philoſophorum nullo ſecundus in primo libro de ſomno dicit Ariſtotelem doctorem ſuũ de quodam

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL

uiro iudæo ita referre:& ipſi Ariſtoteli eundem ſermonem aſcribit. Quod ita conſcriptum eſt. Sed alia quidem longum eſt dicere. Quæ non habere potuerant illius admiratione quadam atq; philoſophiam occidi operepræcium eſt referre. Et Hyperochides uenerantur inquit audire deſideramus uniuerſi. Porro ſecundum præcepta Ariſtotelis inquit rhetorica eius genus primitus tranſeamus ne reluctemur doctoribus præceptorum. Dic inquit Hyperochides ita ſi placet. Ille igitur genere quidem iudæus erat ex inferiori Syria. Qui ſunt ex propagine philoſophorum indorum: uocantur ut aiunt philoſophi. Apud indos Calani: apud Syros autem iudæi nomen accipientes a loco. Locus enim ubi habitant appellatur Iuda. Nomen uero eorum ciuitatis ualde difficile eſt. Vocant enim eam nomine Hieroſolymam. Is igitur homo multos hoſpicio reſpiciens: & de ſuperioribus ad marina deſcendens gratiſſimus erat non ſolum eloquio: ſed etiam animo. Et tunc nobis degentibus apud Aſiam quum diuinus homo ueniſſet ad ea loca confabulari cœpit nobiſcum: & cum aliis ſcholaſticis eorum ſapientiam tentans. Cunq; multi eruditarum congregarentur tradebat potius aliquid. Habebat hæc ait Ariſtoteles apud Clearchum: & ſuper hæc multam ac mirabilem continentiam. Iudæi uero in cibis & caſtitate narrant. Licet autem uolentibus hæc ex ipſis lectione cognoſcere. Ego enim refugio. pluſquam decet inſerere. Clearchus ſiquidem facta digreſſione cum aliud propoſitum haberet noſtri generis ita meminit. Hecateus autem abderita uir philoſophus ſimul: & circa actiones induſtrius cum Alexandro rege nutritus: & cum Ptolomæo lago commoratus non tranſitorie: ſed de ipſis iudæis conſcripſit librum. Ex quo uolo capitulariter unum eorum quæ ab eo ſunt dicta percurrere. Sed primitus tempus oſtendam. Meminit enim belli quod circa Gaium ab Ptolomæo geſtum eſt contra Demetrium quod utiq; contigit. undecimo quidem anno poſt mortem Alexandri Olympiade uero ſeptima & decima atq; centeſima ſicuti refert Caſtor: adiiciens ei hanc Olympiadem dicit: ſub hac Ptolomæus Lagus uicit in Gazabello Demetrium antigoni qui uocabatur obſeſſor. Alexandrum uero profitentur uniuerſi centeſima & quartadecima olympiade fuiſſe defunctum. Palam ergo eſt: quia & ſecundum illud tempus: & ſub Alexandro genus florebat noſtrum. dicit igitur Hecateus: quia poſt Gaii bellum Ptolomæus locorum quæ ſunt circa Syriam dominus eſt effectus. Et multi hominum cognoſcentes manſuetudinem & clementiam Ptolomæi cum eo proficiſci ad Aegyptum & rebus communicare uoluere. Quorum unus inquit erat Ezechias pontifex iudæorum: homo ætate quidem quaſi ſexaginta & ſex annorum. Dignitate uero apud contribules maximus & animo ſapientiſſimus: potentiſſimus ad dicendum & circa cauſas ſicut nullus alter expertus. Dicit etiam omnes ſacerdotes iudæorum qui decatas accipiunt: & uniuerſa in communi gubernant: circa mille & quingentos exiſtere. Rurſus autem prædicti uiri faciens mentionem inquit homo hunc honorem gerens & aſſuetus eſſe nobiſcum: aſſumens aliquos ſuorum differentiam cunctam expoſuit: & habitationem ſuam & conuerſationem quam ſcriptam habebat pariter indicauit.deinde palam facit Hecateus quales circa leges exiſtimus: & quia omnia ſuſtinere:ne tranſcendamus eas eligimus:& hoc eſſe optimum indicamus. Dicit igitur hæc & mala ſæpius ab Aſtygitonibus audientes & omnes compulſionum uim paſſi: a Perſicis regibus & Satrapis non poſſunt mente mutari. Sed cum magna exercitatione de his præcipue omnibus reſpondere parati ſunt. Perhibet autem etiam indicia fortis animi circa leges non parua dicens Alexandro quondam in Babylone conſtituto: & uolente belli templum quod corruerat renouare: cunctiſq; militibus ſimiliter ſtercora portare præcipiente ſolos iudæos hoc facere nō fuiſſe perpeſſos: ſed etiam multas ſuſtinuiſſe plagas:& detrimenta pertuliſſe non modica: donec eis ignoſcente rege ſecuritas præberetur. Qui dum ad prouinciam inquit propriam reuerſi fuiſſent:templa & altaria fabricata omnia deſtruxere. Et pro aliis quidem multa ſatrapæ exoluere. Pro aliis uero ueniam conſecuti ſunt ad ciuitatem: quoniam iuſtitia apud eos mirabilis eſt: & quia gens noſtra fuit multorum hominum numero copioſa. Sed multa quidem millia noſtrorum migrantes in Babyloniam per ſe primitus collocarunt. Non parua etiam morte Alexandri in ægyptum & phœnicem ſunt tranſlata: propter ſeditionem in Syriam factam: idem itaq; uir & magnitudinem prouinciæ quam incolimus pulchritudinemq; narrauit. Pœne decies tre centa millia inquit integra terrarum optimarum uberrimæ ualde prouinciæ poſſidere noſcuntur. Iudeæ nanq; huius eſt amplitudinis & quia etiam ciuitatem ipſam hieroſolymorum ſpacioſam:& maximam olym inhabitamus:& uirorum multitudine copioſam:necnon & templi conſtructione idem ipſe ſic refert.Sunt autem iudæorū in aliis quidem multæ munitiones per prouinciam atq; uici. Vna uero ciuitas munitiſſima habens præcipue circuitum quinquaginta ſtadiorum in qua commorantur hominum circa cētum & quinquagintamillia nomine hieroſolyma. Eſt autem in ipſa medietate ciuitatis lapidea quadriporticus centū per circuitum cubitorū habes etiam duplices ianuas.Quo ara eſt quadrianguli figuratione compoſita ex lapidibus non

dolatis:ſed collectis atq; iacentibus unum quoq; latus uiginti cubitorum latitudinem habens: altitudinem uero decem. Et circa eam maxima fabrica ubi altare eſt conſtitutum & candelabra utraq; aurea duo talentorum pondus habentia: & inextinguibile lumen noctibus & diebus. Simulachrum uero aut aliquod anathema ibi nequaquam eſt nec ulla plantatio. Nullus ibi ueluti lucus aut aliquid huiuſmodi. Habitāt autem in eo & noctibus & diebus ſacerdotes quaſdam purificationes agentes: & omnimodæ uinum non bibentes in templo. Super autem quia & cum Alexandri regis ſucceſſoribus poſtea caſtrametati ſunt. Teſtatur hoc modo dicens ea quæ cognouerit a uiro iudæo in expeditione conſtituto. Cuius uerba hæc habentia declarantur. Ait enim. Me ſiquidem eunte ad mare rubrum una ſecutus eſt quidam cum aliis equeſtrium iudæorum nos deducentium nomine.Moſſolamus uir efficax animo bellator ſuper omnes arcarios:& indubitanter græcos & barbaros ualde præcipimus. Is igitur homo properantibus multis pariter & quodam uate ab ipſo augurium capiente & petente:ut cuncti ſtarent. Interrogauit cur ſuſtinerent omnes.Oſtendente uero ei uate auem quem intuebatur atq; dicente.Quaſi quidem expediret eis ut ſuſtinerent omnes ſi ſtaret auis. Si ergo ſurgens anterius euolaret procederent. Si uero poſt tergum iret:recedere cunctos oportet.Rurſum tacens arcumq; trahens ſagittas emiſit: & auem percuciens interemit.Indignantibus uero uate: & quibuſdam aliis & maledicentibus ei. Quid furitis inquit mali dæmonii auem ſumentes in manibus hæc enim ſuam ſalutem neſciens de noſtro itinere nobis ſalubritatem potuit indicare. Si enim præſcire futura ualuiſſet: in hunc locum nequaq; ueniſſet: metuens ne ſagitta a Moſſolamo iudæo periret:ſed & ad eius teſtimonia iam quidem quieſcant.Facile namq; eſt uolentibus librum ipſum legere: & hæc apertius inuenire.Non uero me pigebit Agatharchidē introducere.Licet homo minime malus: & ei uiſum eſt nobis detraxiſſe uideatur. Is enim narrans de Stratonice quemadmodum uenit quidem ex Syria de Macedonia ad uirum ſuum Demetrium derelinquens Seleuco autem uxorem eam ducere non uolente quod illa ſperabat. Exercitu eius in Babylonia poſito circa Antiochiam bella mouit.Deinde quomodo reuerſus eſt rex Antiochia capta in Seleucia Metilla fugiens:cum poſſet ſeipſam uelocius interimere ſomno prohibita ne faceret: capta atq; defuncta eſt. Hæc ergo prædicens Agatharchides & derogans ſuperſtitionis ſtratonicis utitur indicio generis noſtri præſcribens. Qui uocentur iudæi habitant omnium munitiſſimam ciuitatem quam uocare Hieroſolymam prouinciales ſolent.Hi uacare conſueti ſunt ſeptima die: & neq; arma portare in prædictis diebus:neq; terræ culturam contingere:neq; alterius cuiuſpiam curam habere patiūtur. Sed in templis extendentes manus adorare uſq; ad ueſperam ſoliti ſunt. Ingrediente uero in ciuitatem Ptolomæo lago cum exercitu & multis hominibus dum cuſtodire debuerint ciuitatem eis ſtultitiam obſeruantibus.prouincia quidem dominum ſuſcepit amariſſimum. Lex uero manifeſta eſt unam natura habere ſolennitatem: huiuſmodi autem caſus præter ſolos illos alios docuit uniuerſos. Vt tunc ad ſomnia & opiniones quæ tradebantur de lege hic confugiant. Dum circa res neceſſarias ratio nihil ualet humana. Hoc quidem Agatharchidi uidetur eſſe ridiculum. Eis autem hæc examinantur integrius:apparet magnum:& præcipua laude digniſſimum: ſi & ſaluti & patriæ quidam cuſtodiam legum pietatemq; diuinam proponere concupiſcant.Quia uero nō ignorantes quidam conſcriptorum gentem noſtram:ſed propter quaſdam:aut alias cauſas nō ſalubres memoriam noſtri nunc reliquere.Hoc indicium me arbitror eſſe prædicturum. Hieronymus enim qui de ſucceſſoribus conſcripſit hiſtoriam:ipſe quidem tempore quo Hecateus fuit:& amicus exiſtens regis Antigoni Syriæ præſidebat. Verum & Hecateus quidem etiam librum conſcripſit de nobis. Hieronymus autem nequaquam noſtri hiſtoriam meminit: licet pene in ipſis locis nutritus eſſet in tantum uoluntates hominum differebant.Alio namq; placuit ſtudium habere memoria dignum. Alium uero omnino circa ueritatem quædam paſſio cernitur obſcuraſſe.ſufficiunt tamen ad comprobationem antiquitatis noſtræ Aegyptiorum & Chaldeorum atq; Phœnicum hiſtoriæ:& ſuper illas Græcorum pariter conſcriptiones.Adhuc enim ſuper ea Theophilus & Theodorus & Manaſeas & Ariſtophanes & Hermogenes & Euemerus & Cynū & Zopition & multi quidam alii ſimul.Non enim ego omnibus libris incubui: non tranſitorie noſtri facere mentionem.Plurimi namq; prædictorum uirorum ueritatem quidem antiquarum cauſarum fruſtrati ſunt.quia lectioni ſacræ noſtrorum non incubuere librorum.Communiter tamen de antiquitate teſtati ſunt: pro qua nunc referre propoſui Phalereus autem Demetrius & ſenior Philon & Eupolemus non multum ueritate fruſtrati ſunt:quibus dari ueniam dignum eſt.Non enim inerat eis ut noſtras litteras poſſent omni ſcrupuloſitate ſequi. His ita dictis unum ad hūc mihi capitulum eſt relictum ex his quæ in principio libri poſui.Quatenus derogationes & male dicta:quibus utuntur quidam contra genus noſtrum falſas oſtendam & conſcriptoribus eorum teſtibus utar quando conſcribentes hæc cōtra ſemetipſos locuti ſunt talia.Quia uero multis aliis hoc euenit propter quorundam ueſaniam arbitror itelligere.Mens qui uoluerit hiſtorias ipſas percurrere.Quædam igitur gentium & glorioſiſſimarum ciuitatum fœdare nobilitatem & con-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

uersationi detrahere tentauere. Theopompus quidem athenienſium lacedemoniorum uero pyllocratis.His autem Tripodem perdurabilem conſcribens. Non enim Theopompus hoc fecit licuti quidam putant etiam Thebeorum momordit urbem. Multi uero necnon & timeus in hiſtoriis de prædictis & de aliis blaſphemauit.Et hoc præcipue faciunt quando glorioſiſſimi in alia parte calumniantur. Quidam propter inuidiam atq; maliuolentiam: alii uero propter uerboſam nouitatem memoria ſe dignos fieri iudicantes: & apud ſtultos quidem nequaq̃ hac ſpe fraudantur.Qui non ſalubre noſcuntur habere iudicium:multas uero eorum miſerias condemnabunt.Blaſphemiarum uero in nos ſæpe geſtarum huiuſmodi cauſa eſt. Volentes ægyptii præſtare aliquibus ueritatem corrumpere tentauere.Et neq; aduentum in ægyptum noſtrorum progenitorum ſicuti contigit ſunt confeſſi.Nec rurſus egreſſum cum ueritate dixere: multaſq; cauſas odii ac inuidiæ pariter habuere. Principio quidem quia in eorum regione noſtri progenitores potentes effecti ſunt. Vnde regreſſi ad propria denuo fuere felices. Deinde horum aduerſitas multas inter eos fecit inimicicias. In tantum differente noſtra pietate extra ſolẽnitates illorum quantum dei natura animalibus irrationabilibus ſine dubitatione diſtinguitur. Communis nãq; apud illos ritus eſt alios arbitrari deos: ſeorſum non ſinguli ſolent diuerſis ea muneribus honorare.Vani ac fatui omnes homines & ab initio uti de his malis opinionibus conſueti. Et propterea nequaq̃ imitari noſtram honeſtatem de diuina ratione potuere. Videteſq; multos noſtram zelari cõuerſationem inuidiam habuere: & ad tantam fatuitatem ac puſillanimitatem quidam eo perducti ſunt: ut non eos pigeret: etiam contra antiquas ſuorum ſcriptiones aliqua dicere. Quod cum hoc faciunt ſibimetipſis aduerſus conſcribere paſſionem cæcitatis ignorauere. In uno tamen & maximo uiro uerbum meum ſtatuam: quo uſus ſum ante paululum noſtræ antiquitatis teſte. Manethon itaq; qui ægyptiacam hiſtoriam ex litteris ſacris ſe iterpretatum ſum pollicitus eſt prædicens noſtros progenitores cum multis millibus in ægyptũ aduenisſe etenim incolas ſubiugaſſe. Deinde ipſe confeſſus eſt: quia poſteriori tempore amittentes eam prouinciam quæ nunc iudæa uocatur obtinuiſſent: & ædificantes hieroſolymam conſtruxiſſent templum.Et uſq; ad hoc conſcriptiones ſecutus eſt antiquorum. Deinde præbens ſibimet poteſtatem cum utiq; uideatur ſcribere ea quæ in fabula ſunt atq; dicuntur: incredibilia uerba de iudæis inſeruit: uolens permittere nobis plebem ægyptiorum leproſorum aliorumq; languẽtium. Quod ſicut ait abhominatione ex ægypto fuga dilapſi ſunt. Amenophin etiam regem adiecit quod eſt falſitatis nomẽ. Et propterea tempus regni eius nequaq̃ diffinire præſumpſit cum aliorum regum omnes annos perfecte protulerit. Hinc itaq; quaſdam annecti fabulas pœnæ oblitus: qui egreſſum paſtorum ab Hieroſolyma ante quingentos decem & octo annos factum eſſe protulerat. Themuſis enim erat rex quando egreſſi ſunt. Et ab hoc tempore regum qui poſtea fuere anni ſunt.ccclxxxxiii. uſq; ad fratres nomine Sethonem & Hermetum: quorum Sethonem quidem ægyptium: Hermetum uero Deneum denominatum: quem expellens inquit. Sethon regnauit annis quinquaginta & nouem. Et poſt hunc ſenior ſcilicet Tapſis annis ſexaginta ſex. Ante tantos igitur annos egreſſos ex Aegypto patres noſtros cafeſſus. Deinde Amenophin adiiciens regem hunc confitetur: & deorum fuiſſe contemplatorem ſicut Oſorem quendam priorum regum: & impleſſe deſiderium enim nominis ſacerdotem. Idem Amenophin natum ex patre Papio:qui uidebatur quaſi diuina participari natura. Et ſecundum hæc ſapientiam hanc habere præſcientiam futurorum.Et dixiſſe regi hunc uniuocum enim: quia poſſet uidere deos:ſi prouinciam a leproſis & aliis maculatis hominibus purgare contenderet.In quo letatum regẽ omnes dicit corpore debiles ex Aegypto cõgregaſſe & feciſſe multitudinem numero octuaginta.Eoſq; ad ſectiones lapidum in partem nili orientalem miſiſſe: ad hoc eſſe efficiendum. ſimul & alios ægyptios quibus hoc erat iniunctum fuiſſe autem quoſdam inter eos etiam rationabilium ſacerdotum lepra perfuſos ait. Amenophin uero illum ſapientem diuinumq; uirum refert timuiſſe: & circa ſemetipſum: & apud regem deorum Vulcanum: ut aperte ſuaderet eis uim fieri:ſed ieciſſe quoniam auxiliarentur quidam maculatis hominibus & Aegyptum obtinerent tredecim annis. Et hæc eum non quidam præſumpſiſſe regi dicere: ſed ex his hominibus conſcriptum reliquiſſe librum:& per ſemetipſum & apud regem: & propterea regem in anxietatem maximam peruenisſe pro iudæis: his uerbis hæc refert. His itaq; rogatus rex ut ad requiem & tutamen eorum ſecerneret ciuitatem Deſertam urbem quæ tunc fuerat paſtorum nomine Auarin præbuit eis. Eſt autem hæc ciuitas ſecundum theologiam antiquam ualde præcelſa.Porro illi in hanc ingreſſi:& locum hunc ad reſultandum habentes. Opimum ducem ſibimet quendam Heliopolitanorum pontificum Oſaphipha conſtituere: & huic ſe obedire in omnibus iurauerunt: ut ille primum quidem eis legem poſuit:ut neq; deos adorarent: neq; ab ſacris animalibus quæ præcipue feſtina apud Aegyptios erant:ſe pœnitus abſtinerent: nulliq; copularentur niſi cum quibus iuſiurandum habere uidebantur.Hæc autem ſentiens: & alia plura maxime ægyptiorum cõſuetudinibus inimica præcepit multo opere muros ædificari ciuitatis: & ad bel-

la præparari contra Amenophin regem.Ipſe uero aſſumens ſecum etiam alios ſacerdotes & maculatorum quoſdam:miſit legatos ad paſtores qui uidebantur a Thethmuſe rege depulſi:ad Hieroſolymorum urbem cauſas ſuas & aliorum qui ſimul fuerant exhonorati: ſignificãs & poſcens: ut pariter contra ægyptum caſtrametarentur:promiſitq; eos fore uenturos. Primum quidem in Auarin progenitorum ſuorum prouinciam:& neceſſaria populis abundantius exhibenda:pugnaturos autem opportuno tempore: & prouinciam facillime ſubdituros. Illi uero lætitia cumulati omnes alacriter uſq; ad ducenta millia uirorum pariter ſunt aggreſſi: & non poſt multum ad Auarin uſq; uenere. Amenophis autem ægyptiorum rex:dum illorum audiſſet inuaſionem: non mediocriter uulneratus eſt. Dum recordaretur quod ei prædixerat Amenophis papiæ. Et primum quidem congregans ægyptiacam plebem.Facto conſilio cum principibus eorum animalia ſacra: & quæ præcipue a ſacerdotibus honorabantur ante præmiſit & ſacerdotibus particulariter iuſſit:ut ſimulachra eorum caute cælarent. Filium uero Sethonem qui etiam Rameſſi a ripſo patris nomine uocabatur. Cum quinq; eſſet annorum apud ſuum commendauit amicum. Ipſe uero tranſiens cum aliis ægyptiis uſq; ad trecenta milia uirorum bellatoribus uiris occurrens congreſſus non eſt: putans enim ſemetipſum contra deum pugnare. Poſt tergum reuerſus uenit ad Memphin:& ſumẽs Apine talia ſacra mox in æthiopiam cum uniuerſis nauibus & multitudine uenit ægyptiorum. Per gratiam nanq; erat ei ſubiectus ægyptiorum rex. q̃ ſuſcipiens etiam populum uniuerſum præbuit alimenta hominibus neceſſaria,quæ prouincia miniſtrabat. Et ciuitates ac uicos.xiii.quatenus eis qui fuerant deducti ad fines ægyptios: & in æthiopia quidem hæc geſta ſunt. Solymitæ uero deſcendentes cum uiris pollutis ægyptiorum ſic peſſime hominibus uſi ſunt: ut eorum uictoria eſſet nimis peſſima. His qui tunc eorum impietates inſpiciebantur: non ſolum etenim ciuitates & uicos concremauere ſacrilegia facientes: & deorum idola deuaſtantes: ſed etiam ipſa ſacra animalia quæ colebantur crudeliſſime diſcerpſerunt. Per prætores & occiſores horum ſacerdotes atq; prophetas eſſe cogentes quos etiam expellebant nudos. Dicitur itaq; quia conuerſationes & leges eis compoſuit. Sacerdos quidam genere Heliopolitis nomine Oſaſiphas uocatus ex nomine Oſireos heliopolitani dei quod dum conuerſus fuiſſet ad hoc genus mutauit nomen: & uocatus eſt Moyſes. Quæ uero ægyptii de iudæis proferunt hæc ſunt. Sed & multa breuitatis cauſa prætereo. Dicit autem rurſus Manethõ quia poſtea amenophis ex ægypto digreſſus eſt:cum magna uirtute ſimul & filius eius Ranſis:& ipſe habens magnum exercitum. Et congreſſi contra paſtores atq; pollutos uicerunt eos uſq; ad ſyriæ fines.Hæc equidem & huiuſmodi Manethon conſcripſit.Quia uero Anilia loquitur deliramenta atq; mentitur: aperta ratione monſtrabo illud primo diſtinguens quod poſtea alterna gratia referendum eſt. Is enim conceſſit nobis atq; profeſſus eſt eo q̃ ab initio non fuerint ægyptii genere ſed extrinſecus illuc aduenisſent:& ægyptum obtinuiſſent:& ex ea rurſus egreſſi ſunt noſtri progenitores:quia uero nobis poſtea permixti non ſunt. Aegyptii corpore debilitati: & quia ex his non fuit Moyſes qui populum eduxit ex ægypto: ſed ante multas generationes extitit per ea quæ ipſe dixit conabor tendere.Primam itaq; cauſam poſuit figmẽti riſibilem. Rex enim inquit Amenophis concupiuit uidere deos: quos putas ſiquidem quia apud eos ſolennes erant: Bouem & Hyrcum & Crocodillos & Canicapatos uolebat aſpicere. Cæleſtem autem quomodo poterat:& cur hoc habuit deſiderium.quia utiq; & prior enim rex alter hos uiderat. Ab illo ergo audiens qualis eſſent & quemadmodum eos uidiſſet:noua nequaq̃ agebat arte: ſed forte ſapiẽs erat ille uates:per quem hæc rex poſſe agere confidebat:quod ſi ita fuiſſet:quomodo impoſſibilitatis concupiſcentiam non præſciuit: non euenit quod uoluit.Proinde quam rationem habere potuit:ut propter ſemimembrios aut leproſos ei inuiſibiles eſſent. Dum iraſcuntur enim propter impietates:non propter corporum diminutiones. Deinde tam multa milia leproſorum & male habentium una pœnæ hora quomodo fuit poſſibile congregari: aut quomodo rex nõ obediuit uati.Ille nãq; præcepit debiles ægyptios exilio deportari. Hi autem eos ad ſectiones lapidum deſtinauit tanq̃ operariis indigens:& non purgare prouinciam uolẽs. Ait autem eo q̃ uates qui dum ſemetipſum perimerit præuidens eorum iram & quæ erant in ægypto futura: & conſcriptum librum regi reliquit.Proinde ab initio uates etiam ſuum interitum non præſciuit: quomodo nũc repente regi contradixit uolenti uidere deos quam q̃ ſe ipſe perimere feſtinabat. Quod uero inter omnia eſt ſtultius uideamus. Audiens enim hæc inquit: & de futuris iam metuens. Debiles illos ex quibus ægyptum purgare debuerat: neq; tunc de prouincia protulit: ſed rogantibus eis ſicut ait: ciuitatem dedit dudum a paſtoribus habitatam quæ uocabatur auarin. Ad quam congregati principem inquit degere ex ſacerdotibus Heliopolitanis qui eis expoſuit: ut neq; deos adorarent. Neq; ad ægyptiacæ feſtiuitatis animalibus abſtinerent: ſed omnia perimerent atq; conſumerent: nulli pœnitus miſcerentur: niſi cum quibus coniurati eſſe uidebantur: & iureiurando multitudinem obligatam:quatenus in eis legibus perdurarẽt.Auarin ciuitatem munitam contra regem dicit eos bella ſumpſiſſe. Adiecit autem ſubiecit quia miſit hieroſolymam rogans

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

illos pro auxiliis exhibẽdis: & daturum Auarin compromittens quæ foret ex hieroſolymis egredientibus exire maiorum:& ex qua procedens omnem ægyptum obtinerent. Deinde ſubiungit illos quidem uetus ſecum ducentis milibus armatorum.Regem uero Amenophin ægyptiorum cum non ceſſaret repugnãdum deo:mox ad æthiopiam refugiſſe & Apinum cum aliis ſacris animalibus deuexiſſe.Hieroſolymitis uero inuaſione facta & ciuitates depopulatas: & templa cõcremaſſe:& equeſtres peremiſſe refert.& nulla iniquitate aut opere iniquitatis abſtinuiſſe.Quod uero conuerſationem & leges eis exhibuit. Sacerdos inquit erat genere Hieropolitis nomine Arſiphas uocatus ab appellatione Oſireos heliopolitani dei.& mutato nomine dictus poſtea Moyſes Tertiodecimo uero inquit ãno Amenophin poſtq̃ regno pulſus eſt ex æthiopia profectum cum multa milia dicit:& congreſſum contra paſtores atq; pollutos habita cõflictione uiciſſe. Et multos interficientem uſq; ad fines Syriæ perſecutum. In his iterum non intellexit ſi ueriſimilitudine ſe mentiri leproſum:nãq; & cum eis ait multitudo collecta debilium.Licet primitus iraſcerẽtur regi circa ſe utiq; talia facienti ſecundum præmonitionem uatis. Tamen cum a ſectione lapidum ſunt egreſſi:& prouinciam percepere omnes circa eum mitiores effecti credendi ſunt. Porro ſi adhuc & illum odio habebant ſeorſum magis inſidiari potuiſſent non circa omnes bella cõmittere cum ſcilicet plurimi exiſtentes multorum illic cogitationes haberent. Proinde etiam ſi contra homines pugnare decreuere:non tamen contra deos impietatem gerere præſumebãt: nec contraria ſuis agere legibus in quibus inſcripti eſſe noſcuntur.Oportet itaq; nos Manethoni gratias agere:quoniam huius iniquitatis principes dicit. Non eos qui ex Hieroſolyma ſunt egreſſi: ſed illos ipſos ægyptios eſſe probat & maxime ſacerdotes atq; iuſiurandi uinculum illorum multitudine conueniſſe.Illud autem quomodo non irrationabile eſt.Nec pericula belli participatus eſt:ſed miſere maculatos ad Hieroſolymam:& ab eis ſolatia poſcerent: maxima ſtultitia non illorum:ſed hæc fingentis oſtenditur.Iſte nãq; etiam nomen poſitum ciuitati,

ideſt a templorum ſpoliatione præſumpſit edicere.Et hoc poſtea fuiſſe mutatum.Miranda res:quia poſteris quidem turpe fuit tale nomen & otioſum. Ipſi uero qui fundauere urbem ornare ſemetipſos etiam uocabulo credidere.Hic autem fortiſſimus uir multa detractionis imperitia non intellexit quia Hieroſolymi non idem uoce iudaica quod græca ſignificat. Quid ergo amplius quilibet dicere cõtra mendacium tam imprudenter expoſitum.Sed quoniam cõgruam iam magnitudinem ſuſcepit hic liber: aliud faciens principium:cætera præſentis operis explanare tentabo.

¶ Phlauii Ioſephi de antiquitate Iudæorum ad Epaphroditum. Cap. II.

PRiori quidem uolumine clariſſime mihi Epaphrodite de antiquitate noſtra monſtraui Phœnicum & Chaldeorum Egyptiorumq; litteris ſatiſfaciens ueritati: multoſq; græcorum conſcriptores adducens. & meam e diuerſo diſputationem aduerſus Manethonem & Chermonem & alios quoſdam exhibui. Nunc autem inchoabo reliquos arguere:qui contra nos aliqua conſcripſere. Impulſus enim ſum cõtra Appionem reſpondere grammaticum ſi tum aſſumi hoc oportet officium. Horum igitur quæ ab eo conſcripta ſunt:alia quidem ſimilia ſunt dictis aliorum: alia ualde frigida. Plurima uero quandam tantum modo detractionem habentia: & multam,ut ita dixerim,ineruditi probationem tanq̃ ab homine compoſita & moribus praua & totius uitæ ſuæ temporibus importuna. Quia uero multi hominum propter ſtultitiam ſuam his potius ſermonibus capiuntur:quam illis quæ multo ſtudio conſcribuntur: & derogationibus quidem gaudent: præconiis uero mordentur: nihil horum nouit indoctus. Illud quoq; quod ſeminari dicit: quo cum iudæi eſſent: Alexandrini uocati ſunt ſimilis inſcientiæ eſſe.Omnes etenim:qui ad coloniam aliquam deuocantur: & plurimum alterutris genere differunt:ab ædificatoribus appellationem accipiunt. Et quid opus eſt de aliis dicere:noſtrorum enim ipſorum hi: qui Antiochiam inhabitant Antiocheni nominantur. Ius enim ciuium eis dedit conditor peleucus. Similiter & qui in Epheſo commorantur in Licaonia cum ciuibus exinde natis uniuoci ſunt. Hæc præbentibus regni eis per tempora ſucceſſoribus. Romanorum uero clementia cunctis non paruulum donum appellationis ſuæ conceſſit. Non ſolum uiris ſingulis: ſed etiam maximis gentibus in communi. Hiberi denique antiqui & Tyrreni & Sabini & Romani uocantur. Si uero hunc modum aufert communis ciuitatis Appion quieſcat dicens ſemetipſum alexandrinum. Natus enim in profundiſſima ægypto quomodo erat Alexandrinus iure ciuilitatis ſicut ipſe in nobis dicit ablato:cum ſolis ægyptiis nunc orbis domini Romani participari cuiuſlibet ciuitatis interdixiſſe uideãtur. Hic autem ita robuſtus eſt:ut dignitates quas ipſe impetrate prohibebatur adipiſci non ualens calũniari conetur eis: qui hæc iuſtiſſime percepere. Non enim propter inopiam habitatorum ciuitatis quam ſtudioſe ædificabat Alexander noſtrorum aliquos ibi collegit:ſed omnes approbans diligenter ex uirtute ac fidedignos inueniens hoc præconium noſtris exhibuit: cum gentem noſtram ſtuderet nõ mediocriter honorare. Ait enim Ecatheus. Quia propter manſuetudinem atq; fidem quam ei præbuere iudæi ſamariam regionem adiecit:ut eam ſine tributis haberent. Similia quoq; ſapuit poſt Alexandrum etiam Ptolomeus lagus de iudæis in alexandria commorantibus. Nam ægyptiaca eis caſtra commiſit.arbitratus ea fide ſimul eorum & fortitudine conſeruanda & in cyrine credẽs ſe tutiſſime regnaturum:& non in aliis lybiæ ciuitatibus ad ea loca partem iudæorum habitandi cauſa direxit.Poſt hunc autem Ptolomæus:qui philadelphus eſt appellatus non ſolum.ſi qui fuere captiui apud eos. noſtrorum omnes abſoluit: ſed & pecunias eius ſæpius condonauit: & quod maximum eſt deſiderauit agnoſcere noſtras leges:& ſacrarum ſcripturarum uolumina cõcupiuit: miſitq; rogans deſtinari uiros:qui ei interpretauerunt legem : & ut hæc apprime conſcriberentur diligentiam hanc commiſit non quibuſcunq; uiris:ſed Demetrium Phalerea & Andream & Ariſteum ad hæc implenda conſtituit:quorum eruditionem propriarum litterarum Demetrius differebat. Alii uero habebant cuſtodiam corporis eius iniunctam. His ergo hanc diligentiam imperauit. Non enim leges & patrum noſtrorum philoſophiam diſcere concupiſcet :ſi his utentes deſpiceret & non potius ualde miraretur.Quæ pœnæ omnes in ordine progenitores eius macedonium reges ignorauere:habentes ergo nos præcipuum familiaritatis affectum.Tertius nanq; Ptolomæus:qui uocatus eſt benefactor fortiter obtinens ſyriam uniuerſam non diis ægyptiacis prouictoria ſolennitates gratificas immolauit.Sed ueniens ad hieroſolymam multas hoſtias ſicut noſtri moris eſt:deo gratificauit:digniſſimaq; dicauit ornamenta uictoriæ Philometor autem Ptolomæus: & eius uxor Cleopatra omne regnum commiſere iudæis : & duces totius fuere militiæ Onyas & Doſytheus iudæi:quorum nominibus derogat Appion:cum debuiſſet opera eorum potius mirari & gratias agere:quoniam liberauere alexandriam:quam ueluti defendere ſe quis confingit.Nam dum rebellio ſurrexiſſet in Cleopatræ regno: & periculum peſſimæ perditionis inſiſteret. Iſtorum labore ciuitas inteſtinis præliis eſt erepta. Sed poſtea inquit Onyas ad urbem deduxit exercitum paruum cum eſſet illic Herinus præſes romanorũ legatus. Quod ut ita dicam, recte atq; iuſte factum eſt. Ptolomæus enim qui cognominatus eſt Phyſcon moriente ſuo patre Ptolomæo philometore:egreſſus eſt de cyrene uolens reginam Cleopatram expellere: & filios regis:ut ipſe regnum iniuſte ſibimet applicaret:propter hæc ergo Onias aduerſus eum bellum procuit Cleopatra ſuſcepit. Et fidem quam habuit circa reges nequaq̃ in neceſſitate deſeruit. Teſtis autẽ deus iuſtitiæ eius manifeſtus apparuit.Nam Phyſcon Ptolomæus cum aduerſum exercitum quidem Onyæ pugnare præſumeret : omnes uero iudæos in ciuitate poſitos cum filiis & uxoribus capiens:nudos atq; uinctos elephantis ſubiecciſſet: ut ab eis conculcati deficerent. Et ad hoc etiã beſtias ipſas debriaſſet:in contrarium quæ præparauerat euenere.Elephanti enim relinquentes ſibi appoſitos iudæos impetu facto ſuper amicos eius multos ex ipſis interemere.Et poſt hæc Ptolomæus qdem aſpectũ terribilẽ contemplatus eſt:prohibentem ſe ut illis noceret hoibus. Concubina uero ſua chariſſima quam alii quidem Hythacam.Alii uero Herenem denominant:ſupplicãte ne tantam impietatem perageret:& conceſſit: & ex his quæ egerat:uel acturus erat pœnitentiã egit.Vnde recte hanc diem iudæi Alexandria conſtituti eo q̃ aperte a deo ſalutem promeruere celebrare noſcuntur. Appion autem omnium calumniator etiam propter bellum aduerſus Phyſconem geſtum:iudæos accuſare præſumpſit:cum eos laudare debuerit.Is autem etiã ultimæ Cleopatræ reginæ Alexandrinorum meminit.ueluti nobis improperans:quoniam circa nos fuit ignorata:& non potius illam redarguere ſtuduit: cui nihil omnino iuſtitiæ & malorum operum defuit:uel circa generis neceſſarios uel circa maritos ſuos qui etiam dilexerint eam. Vel in communi contra romanos omnes & benefactores ſuos imperatores. Quæ etiam ſororem Arſinoem occidit in templo nihil ſibi nocẽtem. Peremit autem & fratrem inſidiis:paternoſq; deos & ſepulchra progenitorum depopulata eſt.Percipienſq; regnum a primo Cæſare eius filio & ſucceſſori rebellare præſumpſit. Antoniumq; corrumpens amatoriis rebus & patriæ inimicum fecit : & infidelẽ circa ſuos amicos inſtituit. Alios quidem genere regali ſpolians: alios autem demens & ad mala gerenda compellens.Sed quid oportet amplius dici : cum illum ipſum in nauali certamine relinquens ideſt maritum & parentem communium filiorum tradere cum exercitu a principatu & aſſequi eſſe qui coegit.Nouiſſime uero Alexandria a Cæſare capta:ad hoc uſq; perducta eſt:ut ſaltẽ hinc ſperare & iudicaret ſi poſſet ipſe manu ſua iudæos perimere:eo q̃ circa omnes crudelis & infidelis extaret.Putas ne gloriandum nobis non eſt:ſi quemadmodum dicit Appion: famis tempore iudæis triticum non eſt menſa.Sed illa quidem pœnam ſubiit competentem.Nos autem maximo Cæſare utimur teſte ſolatii atq; fidei:quam circa eum contra Aegyptios geſſimus: necnon & ſenatu eiuſq; dogmatibus & epiſtolis Cæſaris Auguſti:quibus noſtra merita comprobantur. Has

litteras Appionem oportebat inſpicere:& ſecundum genera examinare teſtimonia ſub alexandro facta. Et omnibus Ptolomæis & quæ a Senatu conſtituta ſunt. Necnon & maximis romanis imperatoribus. Si uero Germanicus frumenta cunctis in Alexandria commorantibus metiri nō potuit: hoc iudicium eſt ſterilitatis ac neceſſitatis frumentorum non accuratio iudæorum. Quid enim ſapiant omnes imperatores de iudæis in Alexandria commorantibus palam eſt. Nam adminiſtratio tritici nihilominus ab eiſ q̄ ab aliis alexandrinis tranſlata eſt. Maximam uero eis fidem olym a regibus datam conſeruauere: ideſt fluminis cuſtodiam: totiuſq; cuſtodiæ nequaquam his rebus indignos eſſe iudicantes. Sed ſuper hoc quomodo ergo inquit ſi ſunt ciues: eoſdem deos: quos alexandrini non colunt? cui reſpondeo. Quomodo etiam cum uos ſitis ægyptii iter alteru tros prælio magno & ſine fœdere de religione contenditis. An certe propterea nō uos omnes dicimus ægyptios? & neq; communiter homines quoniam beſtias aduerſantes naturæ colitis multa diligentia nutrientes. Cum genus utiq; noſtrorum unum itaq; idem eſſe uideatur. Si autem in uobis ægyptiis tantæ differentiæ opinionum ſunt: quid miraris ſuper his qui aliunde in alexandriam aduenerunt? Sin legibus a principio conſtitutis circa talia permanſere. Is autem ſeditionis cauſas nobis apponit: qui ſi cum ueritate ob hoc accuſat iudæos in alexandria conſtitutos. Cur omnes nos culpariq; poſitos eo quod noſcamur habere concordiam. Porro etiam ſeditionis auctores quilibet inueniet Appiones ſimiles alexandrinorum fuiſſe ciues. Donec enim græci fuere & macedones hanc ciuilitatem habētes nullam ſeditionem aduerſus nos geſſere: ſed antiquis ceſſere ſolennitatibus. Cum uero multitudo ægyptiorum creuiſſet inter eos propter confuſiones temporum etiam hoc opus ſemper eſt additum. Noſtrum uero genus permanſit purum. Ipſi igitur moleſtiæ huius fuere principium: nequaquam populo macedonicam habente conſtantiam: neq; prudentiam græcam: ſed cunctis ſcilicet utentibus malis moribus ægyptiorum & antiquas inimicitias aduerſum nos exercētibus. E diuerſo nanq; factum eſt quod nobis improperare præſumunt. Nam cum plurimi eorum non opportune ius eius ciuilitatis obtineant peregrinos uocantes eos qui hoc priuilegium ad omnes imperaſſe noſcuntur. Nam ægyptiis neq; regum quiſq; uidetur ius ciuilitatis fuiſſe largitus: neq; nunc quilibet imperatorum. Nos autem Alexāder qui dem introduxit: reges autem auxere. Romani uero ſemper cuſtodire dignati ſunt. Itaq; derogare nobis Appion dignatus eſt quia imperatorum non ſtatuamus imagines tanq̄ illis hoc ignorantibus aut defenſione appionis indigentibus: cum potius debuerit admirari magnanimitatem mediocritatemq; romanorum. Quoniā ſubiectos non cogit patria iura tranſcendere. Sed ſuſcipiunt honores ſicut dare offerentes pium atq; legitimum eſt. Non enim honoris gratiam habent: qui ex neceſſitate & uiolentia conferuntur. Græcis itaq; & aliis quibuſdam bonum eſſe creditur imagines inſtituere. Deniq; & patrum & uxorum filiorumq; figuras depingentes exultant. Quidam uero etiam nihil ſibi competentium ſumunt imagines. Aliis uero & ſeruos diligentes hoc faciūt. Quod ergo mirum eſt: ſi etiam principibus ac dominis hunc honorem præbere uideantur? Porro autem legiſlator non quaſi prophetans romanorum potentiam non honorandam: ſed tanquā cauſam neq; deo neq; hominibus utilem deſpiciēs. Et quoniam totius animati multo magis dei inanimati probatur inferius: interdixit imagines fabricari. Aliis autem honoribus poſt deum colendos non prohibuit uiros bonos quibus nos & imperatores & populum ro. dignitatibus ampliamus. Facimus autem pro eis continua ſacrificia: & non ſolum quotidianis diebus ex impenſa communi omnium iudæorum talia celebramus. Verum cum nullas alias hoſtias ex communi neq; pro filiis peragamus. Solis imperatoribus hunc honorem præcipuū pariter exhibemus: quē hominum nulli perſoluimus. Hæc itaq; communiter ſatisfactio poſita ſit aduerſus appionē pro his quæ de alexandria dicta ſunt. Admiror autem eſſe eos: qui ei huiuſmodi fomitem præbuere ideſt Poſſidonium & Apollonium molonis: quoniam accuſant quidem nos quare nos eoſdē deos cum aliis non colimus. Mentientes autem pariter & de noſtro templo blaſphemias componētes incongruas: non ſe putant impie agere: dum ſit ualde turpiſſimum liberis qualibet ratione mentiri. Multo magis de templo apud cunctos homines nominato tanta ſanctitate pollente. In hoc enim ſacrario Appion præſumpſit edicere. Aſini caput collocaſſe iudæos: & eū colere: ac dignum facere tanta religione. & hoc affirmat fuiſſe depalatum dum Antiochus Epiphanes & expoliaſſet templum: & illud caput inuentum ex auro compoſitum multis pecuniis dignum. Ad hoc igitur prius quidem. Quoniam ægyptius uel ſi aliquid tale apud nos fuiſſet nequaquam debuerat increpare: cum nō ſit deterior aſinus furonibus & hircis & aliis qui ſunt apud eos dii. Deinde quomodo non intellexit operibus increpatus de incredibili ſuo mendacio. Legibus nanq; ſemper utimur hiſdem: in quibus ſine fine conſiſtimus. Et cum uarii caſus noſtram ciuitatem ſicut etiam aliorum uexauerint. Et dius ac Pompeius magnus ac Licinius Craſſus: & ad nouiſſimum Titus cæſar: bello uincentes obtinuerunt templum. Nihil huiuſmodi illic inuenere: ſed puriſſimam pietatem de qua nihil nobis eſt apud alios effabile. Quia uero Antiochus neq; iuſtam fecit templi deprædationem: ſed de egeſtate pecuniarum ad hoc acceſſit cum non eſſet hoſtis: &

ſup nos auxiliatores ſuos & amicos aggreſſus eſt. Nec aliquid dignum deriſione illic inuenit. Multi & digni conſcriptores ſuper hoc quoq; teſtantur Polybius megalopolita: Strabon capadox: Nicolaus damaſcenus: Tymagenes: & Caſtor temporum conſcriptor: & Apollodorus. omnes dicunt pecuniis indigentem Antiochum tranſgreſſum fœdera iudæorum. & ſpoliaſſe templum auro argentoq; plenum. Hæc igitur Appion debuit reſpicere: niſi cor aſini ipſe potius habuiſſet: & impudentiam canis: & qui apud ipſos aſſolet coli. neq; enim extrinſecus alia ratiocinatione mentitus eſt. Nos itaq; aſinis neq; honorem neq; poteſtatem aliquam damus: ſicut Aegyptii crocodillis & aſpidibus: quando eos qui ab iſtis mordentur: & a crocodillis rapiuntur felices: & deo digni arbitrantur. Sed ſunt apud nos aſini: quod apud alios ſapientes uiros onera ſibimet impoſita ſuſtinentes. Et licet ad arcas accedentes comendant aut propoſita nō adimpleant multas ualde plagas accipiunt quippe operibus & ad agriculturam rebus neceſſariis miniſtrantes: ſed aut omnium gurdiſſimus fuit Appion ad componendum uerba fallacia. aut certe ex rebus initia ſumens hæc implere non ualuit quando nulla poteſt contra nos blaſphemia prouenire. Alteram uero fabulam derogatione noſtra plenam de græcis appoſuit: de quo hoc dicere ſat erit. quoniam qui de pietate loqui præſumunt: oportet eos non ignorare minus eſſe immundum per templa tranſire quam ſacerdotibus ſceleſta uerba confingere. Iſti uero magis ſtudere defendere ſacrilegium regem: quam iuſta & ueracia de noſtris & de templo conſcribere. Volentes enim Antiocho præſtare. & infidelitatem ac ſacrilegium eius tegere: quo circa gentem noſtram eſt uſus propter egeſtatem pecuniarum. Detrahentes nobis etiam quæ in futuris eſſent mentiti ſunt. Propheta uero aliorum factus eſt Appion: & dixit Antiochum in templum inueniſſe lectum & hominem in eo iacentem: & propoſitam ei menſam maritimis terniſq; uolatilium dapibus plenam: & obſtupuiſſet his homo. Illū uero mox adoraſſe regis ingreſſum tanq̄ maximum ei ſolatium præbiturum: ac procidentem ad eius genua extenſa dextera popoſciſſe libertatem. & iubente rege ut conſideret & diceret quis eēt uel cur ibidem habitaret: uel quæ eſſet cauſa ciborum eius. Tunc hominem cū gemitu & lachrymis lamentabiliter ſuam narraſſe neceſſitatem ait. Inquit eſſe ſe græcum: & dum perageret prouiciam propter uitæ cauſam direptum ſe ſubito ab alienigenis hominibus: atq; deductum ad templum: & incluſum illic: & a nullo conſpici: ſed cuncta dapium præparatione ſaginari. Et primum quidem hæc ſibi inopinabilia beneficia prodidiſſe & detuliſſe letitiam. Deinde ſuſpitionem: poſtea ſtuporem: ac poſtremum conſulentem a miniſtris ad ſe accedentibus audiſſe legem ineffabilem iudæorum pro qua nutriebatur: & hoc illos facere ſingulis annis quodam tempore conſtituto. Et compræhendere quidem græcum peregrinum: eumq; annali tempore ſaginare: & deductū ad quandam ſiluam occidere quidem eum hominem eius corpus ſacrificare ſecundum ſuas ſolennitates: & guſtare ex eius uiſceribus & iuſiurandum facere in immolatione græci: ut inimicitias contra græcos haberent. Et tunc in quandam foueam reliqua hominis pereuntis abiicere. deinde refert eum dixiſſe paucos iam dies debita ſibimet ſupereſſe atq; rogaſſe ut erubeſcentes græcos deos & ſuperantes in ſuo ſanguine inſidias iudæorum. De malis eum circunſtantibus liberaret. Huiuſmodi ergo fabula non tantum omnis tragœdia pleniſſima eſt: ſed ēt crudeli impudentia redundat. Non tamen a ſacrilegio priuat antiochum ſicut arbitrati ſunt: qui hæc ad illius gratiam conſcripſere. Non enim præſumpſit aliquid tale ut ad templum accederet: ſed ſic autem inuenit non ſperans. Fuit ergo uoluntatibus iniquis impius: & nihilhominus ſine deo quanta iuſſit mendacii ſuperfluitas: quam ex ipſa re cognoſcere ualde facillimum eſt. Non enim circa ſolos græcos diſcordia legum eſſe dignoſcitur: ſed maxime aduerſus ægyptios & plurimos alios. Quem enim chorum non contigit aliquando circa nos peregrinari? ut aduerſus ſolos renouata coniuratione per effuſionem ſanguinis egeremus: uel quomō poſſibile eſt ut ad has hoſtias omnes iudæi colligerentur: & tantis millibus ad guſtanda uiſcera illa ſufficerent: ſicut ait appion: uel cur inuentum hominem quicunq; fuit: non enim ſuo nomine conſcripſit: aut quomodo eum in ſuam patriam rex non cum pompa deduxit dum poſſet. Hoc faciens ipſe quidem putari pius & græcorum amator eximius: aſſumere uero contra iudæorum odium ſolatia magna cūctorum. Sed hæc relinquo: inſenſatos enim non uerbis ſed operibus decet arguere. Sciunt igitur omnes: qui uidere conſtructionem templi noſtri: qualis fuerit & intranſgreſſibilem eius purificationis integritatem. Quatuor enim porticus habuit in circuitu: & harum ſingulæ propriam ſecundum legem habuere cuſtodiam. In exteriorem itaq; ingredi licentiam omnibus etiam alienigenis: mulieres tātummodo menſtruatæ tranſire prohibebantur. In ſecunda uero porticu cuncti iudæi ingrediebantur: eorū coniuges cum eſſent ab omni pollutione mundæ. In tertia maſculi iudæorum mundi exiſtentes atq; purificati. In quarta autem ſacerdos ſtolis induti ſacerdotibus. In adytum uero ſoli principes ſacerdotum propria ſtola circumamicti. Tanta uero eſt circa omnia prouidentia pietatis: ut ſecundum quaſdam horas ſacerdotes ingredi conſtitutum ſit. Mane etenim aperto templo oportebat facientes traditas hoſtias introire. Et meridie rurſus dum clauderet templum. Deniq; ne uas aliquod portari licet in templum: ſed erant in eo ſolummodo poſita altera mēſa turibulum: cande-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA CREDOSALES

labrum quæ omnia & in lege cõscripta sunt. Etenim nihil amplius neq; miniſteriorum aliquorũ ineffabilium agitur:neq; intus illa epulatio miniſtratur.Hæc enim quæ prædicta ſunt habent totius populi teſtimonium manifeſtum rationemq; geſtorum.Licet enim ſint tribus quatuor ſacerdotum & harum tribuum ſingulæ habeant hominum pluſq; quinq; milia : fit tamen obſeruatio particulariter per dies certos: & his tranſactis alii ſuccedentes ad ſacrificia ueniunt: & congregati in templum mediante die præcedentibus claues templi & ad numerũ omnia uaſa percipiunt nullaq; ad cibum aut potum attineat in templo delata. Talia namq; etiam ad altaria offerre prohibitum eſt:præter illa quæ ad ſacrificia præparantur . Quod ergo Appionem eſſe dicimus niſi nihil horum examinantem uerba incredula protuliſſe. Sed turpe eſt:hiſtoriæ enim uerum notitiam ſe proferre grammaticus non profit.Et ſciens templi noſtri pietatem hanc quidem prætermiſit.Homines autem græci comprehenſione finxit . & pabulum ineffabile & ciborum opulentiſſimam claritatem.Et peruios ingredientes ubi nec nobiliſſimos iudæorum licet intrare niſi fuerit ſacerdotes , Hæc ergo peſſima eſt impietas atq; mendacium ſpontaneum ad eorum ſeductionem: qui noluerunt diſcutere ueritatem.Per ea ſiquidem mala & ineffabilia quæ prædicta ſunt nobis detrahere tentauere.Rurſumq; tanq; piiſſimus deridet adiiciens fabulæ inna facta.At enim illum rem uiſſe dum bellum iudæi contra iudæos haberent . Longo quodam tempore in aliqua ciuitate iudæorum qui in ea Apollinem colebat ueniſſet ad iudæos:cuius hominis nomen dicitur Zabidõ Deinde qui eis promiſiſſet traditurum ſe eis Apollinem deum dorienſium uenturumq; illum ad noſtrum templum. Si omnes aſcenderent & credidiſſent omnem multitudinem iudæorum Zabidon uero fuiſſe quodam machinamentum ligneum. Et circumpoſuiſſe ſibi: & in eo tres ordines infixiſſe lucernarum: & ita ambulaſſe ut procul ſtãtibus appareret quaſi ſtella per terram iter agens.Porro iudæos inopinabili uiſione obſtupuiſſe:& longe conſtitutos tenuiſſe ſilentium. Zabidon uero multa quiete ad templum ueniſſe & aureum detraxiſſe aſini caput . Sic enim urbane conſcribit:& rurſus Doram uelociter adueniſſe.Igitur & nos dicere poſſumus:quia aſinum hoc ẽ ſemetipſum Appion grauat & facit ſtultitia ſimul & mendaciis oneratum . Loca nanq; quæ non ſunt conſcribit:& ciuitates neſciens tranſfert . Idumea enim prouinciæ noſtræ confinis eſt poſita iuxta Gazam & nulla ciuitas huius Dora nuncupatur.In Phœnice uero iuxta montem Carmelũ Dora ciuitas appellatur in nullo concordans Appionis oblocutionibus . Quatuor enim dierum itinere procul eſt a iudæa. Cur itaq; nos rurſus accuſat eo q; non habeamus communes cum aliis deos:ſi ſic facile credidere patres noſtri ad ſe uenturum Apollinem & cum ſtellis eum ambulare ſuper terram putauere?Lucernam enim primo nunq; uidere.Qui licet & tãta & talia concelebrãt candelabra.Sed nec aliquis ei ambulanti per prouinciam ex tantis milibus obuiauit.Deſolatos et uiros cuſtodibus comperit:& hoc tempore prælii . Cætera iam relinquo. Ianuæ uero templi altitudine quidem erant cubitorum ſexaginta:latitudine uero uiginti.omnes deauratæ & pœnæ auro puro confectæ.has claudebant non minus quam uiri ducenti diebus ſingulis:& relinquere eas apertas nefandiſſimum nimis erat . Facile eas lucernifer ille apperuiſſe creditur : qui ſolus etiam habuiſſe aſini caput æſtimabatur: quapropter dubium eſt utrum hoc caput Zabidon denuo reuocaui.An certe ſumens Appion introduxit in templum ut Antiochus inueniret.Vnde in ſecundo Appioni aliquam mentiendi daret occaſionem & conſcribendum banirantium per deum factorem cœli & terræ & maris nulli iudæos facturos alienigenæ & maxime græcis.Oportebat autem mentiẽtem abſolute dicere nulli facturos alienigenæ & magis ægyptiis. Sic etenim ab initio poterant eius figmenta de iureiurando congruere ab ægyptiis utiq; nõ propter malignitatem ſuam:ſed propter calamitates expulſi ſunt . A græcis autem plus locis q; ſtudiis ſumus adiuncti: ita ut nullæ inter nos & illos inimicitiæ & zelotypiæ eſſe noſcuntur. E diuerſo nãq; multos eorum ad noſtras leges contigit acceſſiſſe:quorum quidam permanſere: quidam uero perdurare non ſerentes denuo receſſere . Hoc tamen iuſiurandum nunq; ſe quiſq; audiſſe meminit apud nos habitum:ſed ſolus Appion ut uidetur audiuit.Ipſe utiq; compoſuit nimis.igitur hæc maxima compoſitio etiam in futuro dicenda Appionis admiratione digniſſima eſt.Quarum rerum hoc affirmat indicium:quia neq; legibus iuſtis utamur:nec deum colamus ut cõuenit:& diuerſis gentibus ſeruiamus: & calamitates quaſdam circa ciuitatem ſuſtineamus cum utiq; principalis ciuitas romanorum ſit. cuius ciues ſoli ab initio regnare atq; nos ſeruire conſueuerunt.Quis etenim ab horũ magnanimitate ſe ualeat abſtinere?Nullus etenim aliorum poteſt dicere ſermonem quem Appiõ locutus eſt: quando paucis contigit in principatum continue præſidere: & non rurſus aliis facta mutatione ſeruire.Plurimæ nanq; gentes aliis obedire coactæ ſunt.Soli autem ægyptii eo q; reliquiant ſicut aiunt in eorum prouincia dii atq; ſaluentur migrantes in effigies beſtiarum . Honorẽ præcipuum inuenerunt ut nulli fabularentur horum qui aſiam europamq; tenuere. Qui ſcilicet unã diem ex æuo totius ſæculi non habuere libertatem:neq; apud indigenas dominos neq; apud externos.Nam quemadmodum eis uſi ſint per ſe: non ſemel ſolummodo ſed frequenter uaſtates urbes:templa uertentes amputatos apud eos interficientes deos improperare non ſtudeo.Nõ eni

eõuenit ſtultitiam nos indocti appionis imitari:qui neq; caſus athenienſium neq; lacedemoniorum animo ſuo concepit. Quorum alios quidem fortiſſimos:quorum ſummi diuerſis uitæ ſunt calamitatibus ſauciati. Dimitto dirrutam athenienſium arcem:templum epheſenum & delphos: aliaq; multa pro quibus intulit:ſed potius inferentibus improperia. Nouus autem accuſator noſtrorum appion inuentus eſt:malorum ſuorum apud ægyptum geſtorum prorſus oblitus. Sed ſe ſoſtris eum quem refert fabula regem fuiſſe ægypti,ut creditur excæcauit . Verumtamen poſſumus & nos dicere noſtros reges dauid & ſalomonem:qui multas ſubdidere gentes.Sed de his modo ſuperſedendum eſt: quæ uero cunctis nota ſunt: appion modis omnibus ignorauit: quoniam perſis & poſt illos principibus aſyæ macedonibus: ægyptii quidem ſeruiere nihil differentes a famulis. Nos autem liberi conſiſtentes etiam ciuitatum in circuitu poſitarum tenuimus principatum annis uiginti & centum uſq; ad Pompeium magnum :& dum uniuerſi ſunt expugnati a romanis principibus omnium ſoli propter fidem ſuam maiores noſtri auxiliatores & amici fuere. Sed queritur quia uiros mirabiles non præbuimus uel ut quorundam artium inuentores: & inter hos enumerat ſocratem & zenonem & chleantem & aliquos huiuſmodi.Deinde quod potius eſt mirandum ſemetipſum his adiecit & beatificat alexandriam quia ciuem talem habere meruit: quod rite facit.Oportebat enim ut ipſe ſui teſtis exiſteret:qui aliis omnibus ſic importunus & calidus eſſe uidebatur:& uita uerboq; corruptus.Quapropter recte quilibet alexandriæ cõdolebit: ſi ſuper iſto aliquid magni ſapuerit.De uiris autem qui fuere apud nos titulo nullo laudis inferiores ſciunt qui uoluerint noſtræ antiquitatis libris incumbere . Reliqua uero quæ in accuſatione conſcripta ſunt dignum erat forte ſine ſatiſfactione relinquere:ut ipſe ſui potius & aliorum ægyptiorum accuſator extaret. Queritur enim eo q; animalia conſueta ſacrificemus: & nõ ueſcamur carnibus ſuillis:ſed & circunciſionem genitalium uehementer irridet.De noſtrorum quidem animalium peremptione communio nobis eſt cum aliis hominibus uniuerſis. Appion autem ſacrificantes nos redarguens increpat ſemetipſum:cum genere ſit ægyptius . Non enim græcis aut macedonibus aduerſatur. Iſti enim optant ſacrificare. ideſt centum boum ſuis diis & ſacerdotibus utuntur ad epulas.Quæ cum ita ſint non propterea contigit mundum animalibus deſolari:quod appion expauit. Qui tamen ſi ſolẽnitates ægyptiorum ſequerentur quidem mundus hominibus ferociſſimis aut beſtiis impleretur: quas iſti iudicantes deos diligenter enutriunt.Etenim ſi quis eum conſuleret: quos putaret omnium ægyptiorum eſſe ſapientes atq; deicolas ſacerdotes ſine dubio fateretur . Hæc enim duo dicuntur ſibimet ab initio a regibus eſſe præcepta:ut deos colant & ſapientiam diligant:quod illi facere præcipue iudicant; qui tamen & circunciduntur omnes:& a porcinis abſtinent cibis. Sed neq; ullus alter ægyptiorũ cum eis diis ſacrificare dignoſcitur.Cæcus igitur fuit appion:quando pro ægyptiis noſtras detractiones componens illos uidetur potius accuſare:qui non ſolum utuntur ſolennitatibus: quas in nobis culpat iſte:ſed etiam alios circuncidi docent:ſicuti dixit herodotus. Vnde recte mihi uidetur appion propter patriæ ſuæ leges mulctam ſoluiſſe blaſphemiæ . Etenim neceſſario circũciſus circa genitalia uulnera ei facta nihil ei circumprofuerunt & putrefactus magnis doloribus expirauit.Oportet enim bene ſapiẽtes in legibus propriis circa pietatem integre permanere: & aliorum minime permanere.Iſte uero ſuas quidẽ leges effugit.De noſtris uero mẽtitus eſt.Hic itaq; terminus uitæ fuit Appionis.Sed & noſter hic iam finem liber accipiet. Quoniam uero & Apollonius Molon & Lyſimachus : & alii quidam tam per ignorantiam quam per inſaniam de legiſlatore noſtro Moyſe de legibus uerba protulere:nec iuſta nec uera.Dum illi quidem uelut mago atq; falladerogant.Leges autem malitiæ apud nos nulliuſq; uirtutis affirmant eſſe doctrices. Volo breuiter &de omni cõuerſatione noſtra & de particulari ſicuti potero proferre ſermonem.Reor enĩ fore manifeſtum: quia & ad pietatem alterutrum uniuerſalemq; clemẽtiam: inſuper ad iuſtitiam laborumq; tolerantiam:& ad contemptum mortis optimas leges poſitas habeamus.Rogo tamen lecturos ut non cum inuidia exequantur huius operis lectionem.Non enim propoſui laudes conſcribere noſtrorum: ſed aduerſus eos qui nos plurimum & fallaciter accuſarũt:ſatiſſactionẽ hanc puto eſſe iuſtiſſimam . Proinde accuſationem Apollonius non continue ſicut Appion inſtituit: ſed diſperſim.Quippe tamen aliquando quidem nos ſine deo & hominibus odioſos appellet.Aliquando uero formidinem nobis improperat.Et e diuerſo rurſus aliquando de præſumptione faſtum gentis noſtræ queritur.Dicit autem etiam ſtultiores barbaris:& propterea nullum inuentũ nos ſolos uitæ utile comperiſſe. Hæc autem omnia manifeſte redarguũtur:dum uniuerſa contrario q; ab eo ſunt dicta monſtrantur.Et legibus imperata:& a nobis cum omni integritate geſta.Si uero coactus fuero facere mentionem legum contrariarum apud alios conſtitutarum : cuius rei culpabiles illi ſunt qui noſtras ſolennitates tanq; malas dicere uoluere.Quibus neutrum puto remanere quod dicant:neq; quia eas habeamus leges:quarum ego capitales & ſummas ad increpandum poſiturus ſum æque : quia præcipue in legibus propriis perduramus . Paulum ergo ſumens onus uolo prius edicere: qui eorum qui ſine lege & ordine uiuunt , Hi qui ordinis & communiũ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

legum amatores extiterunt:& primi hoc inchoauerunt:recte manſuetudinem noſtramq; uirtutē præſtare dicendi ſunt.Denicq; conantur ſinguli eorum geſta ſua ad antiquitatem referre: ut imitatores aliorum uideantur exiſtere:& non ipſi potius aliis:ut legittime uiuere debeāt exponere: His igitur hunc in modum habentibus uirtus legiſlatoris eſt meliora cōſiderare: & his qui uſuri ſunt legibus quas poſuerit ſatiſfacere quia recte ſunt. Populi uero eſt ut in omnibus quæ conſtituta ſunt perduret:& neq; fœlicitate procedente:neq; calamitatibus aliquid horum immutet.Dico igitur noſtrum legiſlatorem quorumlibet qui memorantur legiſlatorum antiquitate præcedere.Lygurgus enim & Solon & Zaleucus Locrenus:& omnes qui apud græcos mirabiles ſunt nouelli atq; recentes quantum ad illum comparati eſſe noſcuntur.Quando nec ipſum nomen legis fuiſſe olim apud græcos agnoſcitur.Teſtis Homerus eſt qui nuſq̄ in opere ſuo hoc uſus eſt nomine. Non enim ſecundum legem:ſed indiſſinitis ſententiis & regum præceptionibus populus regebatur. Vnde etiam multo tempore permanſere tantum moribus utentes: & non ſcripto. Et multa horum ſemper ſecundum euentum caſuū permittentes.Noſter uero legiſlator antiquus exiſtens hoc etenim undiq; manifeſtum eſt:etiam apud eos clarum qui ſemper contra nos loquuntur: ſemetipſum præbuit optimum principem populorum:& conſiliatorem magnum.Sed inſtructioné totius legis uitæ conſtringens eis ſuaſit hanc libenter excipere:& firmiſſime inclyta ſcientia cuſtodire.Primitus autem eius magnitudinis opera uideamus.Ille nanq; progenitorum noſtrorum relinquentium Aegyptum & ad terram propriam remeantium: multa milia ſumens ex plurimis & impoſſibilibus rebus cautiſſime liberauit:& inaquoſam eos & multum arenoſam oportebat trāſire uiam: bellaq; deuincere: & filios ac uxores prædamq; bella ſeruare: in quibus dux egregius & conſiliarius ſapientiſſimus:& tutor ueraciſſimus fuit uniuerſorum.Omnem ſiquidem multitudinem in ſemetipſum pendere facit: & cum omnia quæ uellet perſuadere poſſet:in nullo horum uidicauit ſibimet poteſtatem:ſed in quo maximo tempore poteſtatem ſibimet arrogant & tyranni dem preſules rerum : & populum frequenter plurima iniquitate uiuere conſueſcunt . In hac ille potentia conſtitutus e diuerſo: magis iudicauit agendum pie & plurimam exhibere aliis æquitatem ipſe uirtutem præcipuam ſe credens cunctos oſtendere: & ſalutem firmiſſimam præbere ſequacibus bona uoluntate. Et maximis actibus in ſingulis caſibus uſus eſt. Quapropter recte iudicabat ducem atq; conſiliatorem ſe deum habere:& primitus ſibimet ſatiſſaciens: quia ſecundū illius uoluntatem uniuerſa gereret atq; tractaret.Credidit modis omnibus oportere ut etiā apud plebem hæc opinio permaneret.Nanq; dum reſpicere ſuam uitam credunt: delinquere non præſumunt.Huiuſmodi quidem noſter legiſlator fuit:non magus:nō fallax:ſicut derogatores iniuſte pronunciant:ſed quales apud græcos gloriātur fuiſſe Eimnum: & poſt eū legiſlatores.Alii nanq; quidam eorum leges poſitas animo dicebant. Alii uero eas in Apollinem & uaticinium delphicum referebant:ſiue pro ueritate hoc credentes:ſeu facile ſuadendum iudicantes populo.Qui uero præcipuas leges inſtituerint: uel q iuſtiſſime de dei fide cognouerint.licet hoc ex ipſis legibus facta comparatione conſpicere.Iam enim de ipſis tempus eſt diſputandi. Igitur infinite quidē particulatim gentium atq; legum apud cūctos homines differentiæ ſunt. Alii ſiquidem monarchis: alii uero populo poteſtatem reipub.commiſere.Noſter uero legiſlator nihil horum intendens:ueluti ſiquis hoc dicendo menſuram trāſcendat uerbi diuinam rempublicam declarauit: deo principaliter conuerſationem noſtram atq; poteſtatem excellenter aſſignans & ſatiſſaciens eum cūctos inſpicere tanq̄ cauſam bonorum omnium uniuerſis hominibus exiſtentem:& quæcunq; contingit eos in anguſtiis ſupplicaſſe illius non latuiſſe uoluntatem.Neq; quicq̄ eorum quæ geſſere uel ſiquid aliquis apud ſemetipſum potuit cogitare : unum uero eum eſſe monſtrauit: & ingenitum: immutabilem:per tempus æternum:& omni ſpecie mortali pulchritudine differentem.Et ipſum nobis notum qualis autem ſit ſecundum ſubſtantiam prorſus ignotum.Hæc itaq; de deo ſaperēt prudentiſſimis græcorum: quia quidem eruditi ſunt : illo utiq; ſciendi præbente principia nunc dicere prætermitto: quia non optima & congrua dei naturæ atq; magnificentiæ ſunt ualde teſtātur.Pythagoras enim & Anaxagoras & Plato & poſt illos philoſophi ſtoici & pœne cuncti uidentur de diuina ſapuiſſe natura.Sed hi quidem ad breue philoſophantes populo ſuperſtitionum opinionibus iam conſcriptam ueritatem dogmatis proferre timuere.Noſter uero legiſlator opera pbens conſonis uerbis ſuis non ſolum his qui cum eo erant ſatiſſecit: ſed etiam qui ex illis ſemper erant naſcituri:hoc immutabiliter inſpirauit:& cauſa legiſlationis ad utilitatis modum ſemper adduxit.Non enim partem uirtutis dei culturam dixit:ſed huius partes alias eſſe perſpexit atq; conſtituit.Idem fortitudinem iuſtitiam & in omnibus ciuium concordiā ad alterutros. Cunctæ náq; actiones & ſtudia uniuerſiq; ſermones ad diuinam referuntur per omnia pietatem.Nō enim hoc inexaminatum aut indefinitum ulterius dereliquit.Duo ſiquidem ſunt totius diſciplinæ & morabilis inſtitutionis modi:quoꝝ unus quidem ſermone doctor eſt:alter uero excitatiōe morum:quæ cum ita ſunt quidam legiſlatores ſentiendi ſunt diſcreti:& alterum hoꝝ modum ſibi placitum aſſumentes alterum reliquerunt.Sicuti Lacedemonii quidem & Cretes moribus erudiebantur:non

uerbis.Athenienſes uero & pœne omnes alii græci quæ quidem oportet agi percipiebant ſuis legibus.Aſſueſcere uero ad hæc operibus minime ualuere. Noſter autem legiſlator hæc ambo multa diligentia cooptauit . Nam nec exercitatione morum dimiſit non traditas: neq; leges ſermone reliquit incomptas. Sed mox a primo inchoans cibo & unicuiq; dicto conueniente nihil neq; minimarum eſcarum ſub poteſtate uoluntatis utentium dereliquit.Sed & de cibis quibus conuenit abſtineri:& q ſumendi ſunt:uel quæ diæta communis eſſe uideatur.Necnon & de opibus labore ſimul & requie.Terminum atq; regulam poſuit legem: quatenus ueluti ſub patre atq; domino uiuentes:neq; uolentes quicq̄:neq; per ignorantiam delinquamus. Non enim ignorātibus pœnam poſuit:ſed optimam & neceſſariam correptionem monſtrauit legem. Quapropter non ſemel audire:nec ſecundo uel ſæpius.Sed in unaquaq; ſeptimana alia opera relinquentes: ad legis auditionem congregari præcepit uniuerſos: eamq; perfecte condiſcere : quod ſcilicet omnes legiſlatores reliquiſſe noſcūtur. Et intantum plurimi hominum porro ſunt:ut ſecundū proprias uiuant:quia pœne eas ignorant.Et cum peccauerint tunc agnoſcunt ab aliis quam legem probantur eſſe præuaricati. Sed etiam uiri maxima cum gloria & principalia gubernantes profitētur ignorationem. Scitos namq; ſibi faciunt aſſidere ad diſpenſationem rerum: & experimentum legis habentium. Noſtrorum uero quemlibet cum leges interrogat:facilius quam nomen ſuum recitat. Vniuerſas quidem mox a primo ſenſu eas diſcentes in animo uelut inſcriptas: & rarius quidē quilibet tranſgreditur.Impoſſibile autem eſt ſupplicium deuitare peccantem. Hoc itaq; primum omnium mirabilem conſonantiam nobis inſtituit.Nam unam quidem habere & eandem de deo ſectam:uita uero ac moribus differre nihil ab inuicem optimam moribus hominum poteſt celebrare concordiam.Apud nos eteni ſolos neq; de deo quilibet ſermones audet alterutris aduerſarios:ſicut multa ſimilia apud alios fieri comprobantur.Cum non ſolum a fortuitis quod uiſum fuerit unicuiq; proferē:ſed etiam apud quoſdam philoſophorum hoc crebro peæſumitur. Quando alii quidem totam dei naturam ſermonibus perimere tentauere . Alii uero eius prouidentiam ab hominibus abſtulere.Neq; in ſtudiis uitæ a differentia ulla conſpicitur:ſed communia quidem opera omniū apud nos exiſtunt.Vnus non de deo ſermo concors eſt aſſerens illum cuncta reſpicere: ſed etiam de ipſius uitæ ſtudiis.Et quoniam oportet omnia alia ad terminum diuinæ pietatis adducita mulieribus noſtris & a ſeruis quilibet auerti.Pro qua re illatas nobis calumnias a quibuſdam:cur nō exhibeamus uiros inuentores nouorum operum ſeu uerborum contigit oriri.Alii ſiquidē in nulla re paterna perdurare optimum eſſe putant: & præcipue tranſgreſſoribus ſapientiæ robur aſſignant.Nos autem e diuerſo unam eſſe prudētiam atq; uirtutes exiſtimamus:nihil pœnitus uel facere uel cogitare contrarium his quæ antiquitus ſancitā noſcuntur: quod ſcilicet inditium legis eſt optimo fœdere conſtitutæ.Nam ea quæ nunc non habent modum:experimento ſæpe correpta redarguuntur.Apud nos autem qui credimus ab initio poſitam legem diuina uolūtate: nihil aliud pium eſt quam hanc ſub integritate reſeruare. Quis etenim eius quicq̄ mouere poteſt: aut quid melius adinuenit: uel qui ab aliis tanq̄ præcellētius ad ſtatum reipublicæ noſtræ migrauit: aut quæ poterit eſſe melior atq; iuſtior:quam ea quæ deum quidem principem omnium eſſe cōfirmat.Sacerdotibus autem in communi quidem res præcipuas diſpenſare permittit. Summo uero pontifici aliorum ſacerdotum principatum competenter iniungit.Quos utiq; nō diuitiis neq; aliis quibuſdam ſpontaneis auiditatibus præcellentes.Legiſlator ad culmen huius honoribus inſtituit.Sed quicunq; ſapientia uel temperantia aliis præſtare noſcuntur: eis præcipue culturam diuinæ placationis coniunxit.Apud hos igitur & legis & aliorum ſtudiorum integra diligentia cuſtoditur. Contemplatores etenim omnium atq; iudices contemptionum & punitores culpabiliū ſacerdotum eſſe decreti ſunt. Quis ergo principatus quod regnum erit hoc ſanctius: uel qui honor deo potius cooptabitur cum omnis quidem populus ſit præparatus ad pietatem? Summa uero diligentia ſacerdotibus ſit idicta & uelut quædam feſtiuitas gubernetur uniuerſa reſpu. Cum enim miniſteria ſua numero paucorum dierum alienigenæ cuſtodire nequiuerunt ea uidelicet ſacrificia nominantes: nos cum multa delectatione & incommutabili uoluntate ſolennitatis opus per omne ſeruamus æuum. Quæ igitur ſunt præcepta uel iterdicta ſimplicia ſiue nota dicamus. Primum quidem de deo eſt dicens.Deus habet omnia perfectus beatiſſimus ipſe ſibi cunctiſq; ſufficiens principum & medium & terminus. Inter omnia operibus quidem & muneribus clarus & totius rei manifeſtus.Forma uero & magnitudine nobis inenarrabilis.Omnis náq; materies comparata ad huius imaginem licet ſit præcioſa tamen promē cunctaq; ars ad illius imitationis inuētum extra eſſe artem cognoſcitur nihil ſimile neq; uidemus neq; poſſumus ſuſpicari neq; coniicere.Sanctum eſt:uidemus eius opera lumen:cœlum:terram ſolem:lunam:flumina:mare:animaliū nationes:redditiones fructuum:hæc deus fecit:non manibus neq; laboribus neq; quibuſdam indiguit ſibi cooperantibus: ſed ipſo uidente bona repente facta ſunt . Bona nunc homines conuenit uniuerſos: ſi qui eum quæ placere exercitatione uirtutis. Modus eum diuinæ placationis iſte ſanctiſſimus eſt. Vnum templum unius dei commune omnium communis dei cunctorum.Gra-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA CIDOS SALES

tum nãq; ſemper eſt omne quod ſimile eſt.Hunc placant quidẽ ſacerdotes ſemper.Præcedit uero iſtos primus ſecundum genus: qui ante alios ſacerdotes ſacrificauit deo cuſtodiet leges de dubiis iudicabit:& puniet lege conuictos.Huic quiſquis non obedit ſupplicio ſubiacebit tanq̃ qui i ipſo deo impie geſſerit.Hoſtias immolauit:non ad crapulam noſtram uel ebrietatem attinentes. Hæc enim non placent deo:quæ res occaſio potius iniuriarum ſimul & expenſarum eſt.Deus enim tẽperatos ordinatoſq; & boni generis diligit:& ut præcipue ſacrificãtes caſte uiuamus. In ſacrificiis autem pro communi ſalute primum oportet orare.Deide ſinguli pro ſemetipſis.Quomodo omnes ſocii ſumus:& qui hoc conſortium ſuæ uitæ præponit maxime deo gratiſſimum eſt:ſupplicatio uero fit ad deum uotis ac precibus non ut bona præſtet.Nec enim ipſe ſponte cõtulit uniuerſis & uno depoſuit.Sed ut hoc ſuſcipere ualeamus ſuſcipienteſq; ſeruemus: purificationes in ſacrificiis lex decreuit. Ex omni excubii excommunicatione a muliere facta & alia multa cõſcriberet ualde longiſſimum eſt.Huiuſmodi ergo de deo & eius placatione ſermonibus eſt.Ipſe autẽ ſimul etiam lex eſt:quoſdam autem nouit lex permixtionem per naturam ad cõiugem ſi tamen pro filiorum cauſa procreandorum agatur.Maſculorum uero in maſculos ualde iudicauit inimicas: & tentantes horum morte decreuit dignos.Nubere uero iubent non reſpiciẽtes ad dotem:neq; uiolenter arripere:ſed neq; dolo uel fallacia ſuadere.Diſpenſationem uero potius fieri per eum cuius eſſe noſcitur poteſtatis & per cogitationem oportunam . Mulier autem inferior inquit eſt uiro p omnia Obedit igitur non ad iniuriam:ſed ut ſit ſub regimine conſtituta.Deus enim uiro poteſtatem dedit. Cum hac ergo coire decet maritum ſolummodo . Alterius uero experientiam habere nequiſſimum.Si quis aũt hoc egerit declinatio nulla mortis:neq; uim fieri uirgini alteri deſponſatæ:neq; ſi ſuaſerit nuptæ filios nutrire præcepit. Vniuerſis autem mulieribus interdixit: uel celare quod ſtatum eſt:uel aliam machinationem corrumpere filii. Nanq; mecatrix eſt anima demoliens & genus imminuens . Igitur ſi quis ad concubitum corruptionemq; tranſierit immundus: oportet autem etiam poſt legalem commixtionem uiri mulieres lauari . Hoc enim partem aniæ polluere iudicauit:inflata nanq; corporibus uulneratur. Dum ob hoc fit aliquam propter purificationis cauſam talibus imperauit. Sed neq; in filiorum natiuitatibus conceſſit epulationes. Aggregari & fieri occaſiones ebrietatis:ſed temperatum eſſe repente principium:iuſſitq; litteris eruditi propter leges & noſſe progenitorum actiones aut actus imitentur:& cũ legibus educati neq; tranſgrediantur:neq; cogitationem ignorationis habere iudicentur.Proſpexit autem etiam funeribus mortuorum: beneq; precioſe ad ſepeliendum celebrantur exequiæ.Neq; inſignum fabricæ ſepulchrorum : ſed neceſſaria quidem circa prolationem funeris imperauit domeſticos adiplere. Omnibus autem uiuentibus legitimum eſſe conſtituit:ut aliquo moriente & cõcurrant:& gemitus lamentationis effundant.Purificari autem iubet etiam domeſticos fauere celebratos:ut longe procul ſit q̃ ſit uideatur quis mundus eſſe:cum fecerit homicidium:parentum honorem poſt deum eſſe conſtituit:& qui non repenſat eorum gratiæ:ſed in qualibet parte contriſtat:præcepit eſſe lapidandum. Iubet etiam omnibus ſenioribus honorem iuuenes exhibere: quoniam cunctorũ ſenior deus eſt. Nihil permittit celebrandum apud amicos: nõ enim amiciciæ ſunt apud eum cui omnia non creduntur . Et licet aliquæ inimiciciæ proueniant: prodita mens a rara prohibuit. Si quis arbiter munus acceperit:morte mulctatur.Deſpiciens quod iuſtum eſt: & auxilium reis oſferens.Quod quiſq̃ non potuit non auferat:& aliena non tangat: mutuans nõ accipiat uſuras.Hæc & his multa ſimilia communionem continent noſtrorum inter alterutros . Quomodo autem etiam de domeſtica cura circa alienigenas habenda habuerit legiſlator: referri dignum eſt. Videbitur enim omnibus optime proſpexiſſe:deum eo ita ſentiẽte:neq; propria corrũpimus: neq; participari rebus noſtris uolentibus inuidemus.Quicunq; enim uolunt ſub noſtras conuerſari leges accedentes ad ea cum munificentia ſuſcipit:non genere ſolummodo:ſed etiam uolũtate uitæ putans eſſe conſortium.Eos autem qui tranſitorie miſceri ſolennitatibus: non alia tamen exhibẽda conſtituit.Idem omnibus præbendum:ignem:aquam:cibum:iter oſtendere: non ſpernere aliquẽ inſepultum:mitiſſime etiam circa hoſtes quæ ſunt agenda ſanciuit:ut neq; terra eorum exuratur: neq; arbores fertiles incidantur:ſed etiam ſpoliari eos qui in bello cecidere interdixit:& captiuos proſpexit quatenus eorum ammoueatur iniuria:& maxime fœminarum. Sic autem alumnos mã ſuetudinem atq; clementiam ſtuduit edocere: ut etiam de animalibus irrationabilibus non taceret:ſed horum tantummodo utilitatem legitimam concedens:ab omni nos alia cauſa prohibuit. Quæcunq; enim ueluti ſupplicantia oriuntur in domibus hoc interdixit occidi. Sed neq; parentes denicq; præcepit auferri . Et licet inimica ſint animalia eis tamen parcendum eſſe ſanciuit. Sic undicq; ea quæ ad manſuetudinem pertinent obſeruauit . Doctrinalibus quidem ſcuti predictũ eſt legis utens & alia rurſus cõtra tranſgreſſores cauſa punitionis ſine excuſatione defigens. Damnum nanq; in plurimis cauſis tranſgrediendum mors eſt.Si adulterium commiſerit aliquis:ſuum puellæ fecerit . Si maſculo turpe tentamentum præſumpſerit.I.c. aut patiatur ſuſtinere tentatus. Similiter autem eſt lex ineuitabilis & in ſeruis:ſed etiã de menſuris:uel ſi quis de ponderibus do-

lum fuerit operatus & de iniuſta uẽditione ac fraude uel fide traxerit alienam rem : aut quod nõ potuit abſtulerit omnimodi ſunt uindicta non qualia apud alios:ſed ne ualde maiora. De iniuria uero parentum uel impietate quæ ſit in deo:licet tentet hoc aliquis mox peribit. His itaq; ſecundum legem uniuerſam honor tribuitur:non argenti:non auri:neq; coronæ capitis: aut cuiuſdam predicandæ feſtiuitatis: ſed unuſquiſq; teſtem habens conſcientiam ſuam ualde proficit legiſlatore prophetante:& deo fidem condonante firmiſſimam his qui ſeruauerunt leges:licet pro eis mori contingat aliquibus concurrunt alacri ad occaſum.Dedit enim deus rurſus fieri ut uita melior poſſit ex mutatione conferri. Piget itaq; nunc hoc me conſcribere:niſi opera eſſent omnibus manifeſta.Quoniam multi & plærũq; olym noſtrorum progenitorum:ne uel ſermonem ſolummodo extra legem proferrent:omnia paſſi ſunt ſuſtinere uiriliter: uel ſi honorari contigit apud omnes homines noſtram legem & uoluntariam legis conſequentiam eſſe manifeſtam imbuebant . Græcos maiores noſtri etiam extra regionem propriam conſtituti huiuſmodi ſi quidem rectam habent & tam glorioſam de deo:taleſq; leges multo ſæculo ſic firmiſſime cuſtodire omnes arbitror admirari propter frequentes apud nos factas mutationes.Deniq; eos qui conſcribere proxime de repu.& legibus tentauere tanq̃ de incredibilibus compoſitionibus quidam frequenter accuſant dicentes:quoniam impoſſibilia ſumpſerint argumenta. Et alios quidem relinquo philoſophos:quicũq; huiuſmodi negocium in ſuis conſcriptionibus habuere.Plato mirabilis apud græcos tanq̃ de honeſtate uitæ p̃cedens & uirtute ſermonum & perſuaſione philoſophiæ cũctos excellens ab his qui dicebant peſſimum eſſe de repu. conſcribere illuſus & diuulgatus pœne pemptus eſt.Cum utiq; qui illius uerba conſiderauerit frequenter & facile reperiet: quæ etiam cõſuetudini plurimorum proxima eſſe noſcuntur.Ipſe ſiquidem Plato confeſſus eſt : quia uerã de deo opinionem propter ignorantiam plebis proferre ſecurum non eſt.Sed Platonis quidem uerba uana eſſe putant & multa poteſtate compoſita atq; conſcripta & maxime de legiſlatione prolata.Lygurgi uero mirantur & Spartani cuncti concelebrant:quoniam illorum legibus plurimo tempore perdurarunt.Ergo hoc manifeſtum uirtutis indicium eſt in legibus permanere.Si uero lacedemoniorum admirantur illorum tempus aſſumãt: ſcientes amplius duobus milibus annis noſtrã conſtitiſſe rempublicam.& ſuper hæc ſciant quoniam Lacedemoni quidem omni tempore quo apud ſe habuere libertatem perfecte uſi ſunt cuſtodiſſe leges.Cum uero circa eos factæ ſunt fortunæ mutationes. pœne cunctarum legum obliti ſunt. Nos aũt multis caſibus euolutis propter regum Aliæ mutationes neq; in nouiſſimis malis uenientes a legibus ſumus alienati: nõ uocationis nec epulationis cauſa ſeruantes eas quando ſi quis conſiderare uoluerit : multitudo ampliori teſtimonio maiores excubias & labores nobis q̃ Lacedemoniis uidebit impoſitos . Illi ſiquidem operantes terram:& neq; circa artes exercitium habẽtes:ſed ab omni operatione remiſſiores pingues & corpore pulchri in ciuitate degebant.Aliis miniſtris in oibus uitæ neceſſariis rebus utentes:& cibum paratum ab illis accipientes: ſolum opus bonum atq; clemens iudicantes ad faciendum & patiendum:quatenus p̃ualerent aduerſus omnes contra quos bella ſuſcĩperent:quia non neq; hoc adipiſci potuerunt dicere ſuperpono.Non enim ſingulis ſolummodo:ſed multis frequẽter eorum ſubito legis præcepta negligentes ſemetipſos cum armis hoſtibus tradere.Putas ne? & apud nos non dico tantis ſed duo uel tres agniti ſunt proditores effecti legum uel mortem.Non dico illam facile quæ ſolet p̃liantibus euenire ſed eam quæ cum multa corporum afflictione & multa crudelitate uidetur accedere. Quam ut ego puto quidam prævalentes nobis non per odium ſubiectis impoſuere ſi qui ſunt homines:qui non tantummodo eſſe credant peſſimum ſi agere quicquam extra leges ſuas uel ſermonem apud eos dicere compellantur.Nõ tamen mirari decet ſi mortem fortiſſime toleramus pro legibus & ultra alios uniuerſos.Non enim quæ leuia uidẽtur noſtris ſtudiis alii facile patimur:hoc eſt operationem cibiſq; ſimplicitatem: & ut nihil frustra neq; fortuito:quod quiſq; deſiderat ueſcatur:aut bibat: aut ad concubitum quemlibet accedat: aut ſplendide ueſtiatur: aut ſine nobilitate uacet. Sed illud attendendum eſt: ſi gladiis utentes & hoſtes ab inuaſione fugantes præcepta legis circa cibos nequaquam infringimus . Nobis itaq; gratum eſt propter hæc legibus obedire: & illis fortitudinis cauſas oſtendere . Proinde Lyſimachi & Molones & quidem huiuſmodi alii conſcriptores improbi ſophiſtæ adoleſcentium deceptores quaſi uehementer nobis prauiſſimis exiſtentibus derogare contendunt. Ego nollem de legibus alienis examinationem efficere.Noſter enim mos eſt propria cuſtodire: non aliena potius accuſare . Et ut neq; irridere neq; blaſphemare debeamus eis qui apud alios putantur dii : aperte nobis legiſlator interdixit propter ipſam appellationem . De accuſatoribus autem proiectiones ſuas non increpare uolentibus tacendum non eſt . Cum utiq; non a nobis nunc ſermo compoſitus eos arguere uideatur : ſed a multis probabiliter iam præmiſſus. Quis igitur eorum qui apud græcos ſapientia ſunt mirabiles non redarguit nobiliſſimos poetas & præcipue legiſlatores? Quoniam huiuſmodi ſectas de deis ab initio populis inſeruere? Dicentes eos autem e numero quidem quantos ipſi uoluere : ex alterutris uero & diuerſis natiuitatibus pro-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

creatos.Hos autem diuidentes locis habitaculis tanq̃ generationes animalium:alios quidem ſub terra:alios in mari : ſeniores autem eorum in tartaris uinctos eſſe dixere quibuſcunq; diſtribuere: cœlum his ſermone quidem patrem : operibus autem tyrannum atq; dominum ſuperpoſuere . Propterea aduerſus eum conſtituere inſidias per uxorem & fratrem & filiam : quam ex eius capite fingunt generatam : ut alligatenſes eum appendere : ſicut ipſe ille ſuum dicitur patrem. Hæc iuſte accuſatione digna conqueruntur : qui ſapientiæ uirtute præcellunt.Hic ſuper hæc deridentes adiiciunt.Si deorum alios quidem ephebos & adoleſcentes:alios autem ſeniores & barbaros eſſe credendum eſt: alios conſtitutos ſuperantes : & quendam fabrum : aliam uero textricem: alium uero peregrinantem & cum hominibus contendentem . Alios autem cytharizantes aut arcu gaudentes. Deinde inter alterutros ſeditiones effectas : & propter homines contentiones conſtitutas ut non ſolum alterutris manus mitterent:ſed etiam ab omnibus uulnerari lugerent malaq; perferrent : & ſuper omnia eſt luxurioſius ſi intemperantia permixtionis uterentur. Quomodo non erit incongruum amores & cõcupiſcentias ad uniuerſos attingere ſimul maſculos & ad fœminas . Deinde fortiſſimus & primus eorum pater ſeductas a ſemetipſo impregnataſq; mulieres diruptas ſubmerſaſq; ſperneret: & eos qui ex eo ſunt nati neq; liberare poteſt . Factos conſcriptos neq; ſine lachrymis eorum perferre mortes.Bona ſunt hæc & his alia cõſequentia: ideſt adulterio in cœlo uiſo:& ſic impudenter a diis celebrato: ut iam alii zelare ſe proterentur tali paſſione conſcripti. Quid enim alii facturi non eſſent:dum neq; ſenior atq; rex ualuiſſet impetum ſuum a mulieribus permixtione retinere.Alii uero dum ſeruientes hominibus & nunc quidem ædificantes cauſa mercedis: nunc uero paſcentes. Alii autem malignorum modo in ferro carcere colligati . Quem igitur ſapientium talia non accedant:ut hoc componentes redarguant:& multam ſtultitiam his credentium reprehendant.Alii uero ad terrorem quendam uel metum : necnon & rabiem atq; ſeductionem omneſq; peſſimas paſſiones : & formam in dei natura fingere præſumpſere. Et horum quidem nobilioribus etiam ciuitate ſacrificare ſuaſere . Si quidem ſimulata neceſſitate conſiſtunt:ut quoſdam deorum putent bonorum eſſe largitores.Alios autem uocent aduerſarios:quando eos ueluti maligniſſimos homines muneribus atq; donis placere contendunt: magnum quoddam malum ſe ſuſcepturos ab eis exiſtimantes : niſi mercedem eis ſtudioſe præbuerint . Quæ igitur cauſa ſit tantæ huius iniquitatis atq; delicti circa deum. Ego quidem arbitror eo q̃ neq; ueram dei naturam ab initio eorum legiſlatores agnouerint:neq; quantum præcipere potuere : perfectam ſententiam diffinientes reipub.tradidere . Sed uelut aliud quidam prauiſſimum reliquerunt : dantes poteſtatem poetis ſi quidem ut quos uellent deos introducerent . Hæc omnia patientes rhetoribus: aut ut de republica ſcriberent : & de peregrinis diis decreta proferrent : ſed etiam pictores & gypſoplaſtæ in hoc apud græcos multam habuere poteſtatem : ut unuſquiſq; formam quam uellem ſecundum modum ſuæ opinionis exponeret . Alter quidem ex luto quod uellet fingens. Alius uero pingens opificis itaq; qui maxime putantur eſſe præcipui ebur & aurum habent ad hoc ſuæ ſemper nouitatis argumentum . Proinde apud eos priore quidem dii florentes honoribus ſenuerunt.Sic enim proferendum eſt. Alii uero noui clam introducti religione potiuntur & templorum alia quidem deſolata: alia uero nuper ſecundum eorum uoluntatem ædificantur: quapropter ut arbitror e diuerſo noſſe magis indigent : qualis facta ſit circa deum & quomodo ei honor immobili religione ſeruetur . Apollonius ſi quidem Molon unus fuit ſtultorum atq; tumentium . Eos autem qui uere in græco philoſophati ſunt:neq; prædictorum aliquid latuit:neq; frigidæ allegoriæ cauſas ignorauere . Quapropter illos quidem iuſte ſpreuere:& circa ueram decentemq; circa deum opinionem nobis fore concordes . Quod Plato reſpiciens neq; illum quenquam poetarum dicit in repub.eſſe ſuſcipiendum: & Homerum honorabiliter admonet fanum ei conſtituens & unguenta ſuperfundés: ne rectam opinionem de deo fabulis forte deſtrueret . Præcipue nanq; Plato noſtrum legiſlatorem imitatus:licet nullam eruditionem huiuſmodi ſuis ciuibus imperaſſet: ideſt ut omnes perfecte diſcerent leges:ut ne fortuite aliquid extraneorum ciuibus miſcerentur: ſed eſſet pura reſpu. & in legum cuſtodia perduraret . Horum nihil cogitans Apollonius Molon nos uoluit accuſare quoniam non recepimus eos qui aliis ſunt opinionib us præoccupati: neq; de deo communicari patimur eis:quia alia uitæ cõſuetudine degere:cum neq; hoc proprium noſtrum ſit ſed commune cunctorum:non modo rerum:ſed etiam qui inter græcos cautiſſimi fuiſſe noſcuntur.Lacedemonii nanq; peregrinos ét expellabant corruptionem extra leges ex utroq; metuentes. Illoq; igitur citius ſcæuitiã poterit qlibet arguere q nulli neq; conuerſationis neq; cohabitationis ſuæ participium exhibebant. Nos autem aliorum quidem res zelare non ſinit:participari uero cupientes quæ ſunt noſtra libenter ſuſcipimus:quod utiq; reor inditiũ magnanimitatis atq; clementiæ.Sed deſino iam de Lacedemoniis amplius diſputare.Athenienſes uero qui cõem eſſe ſuam gloriantur omnibus ciuitatem quomodo de his rebus habuerint Apollonius ignorari . Hi nanq; uel uerbo ſolummodo præter illorum legem de diis loquentes ineuitabiliter punierunt . Cuius etenim rei

gratia Socrates eſt mortuus:non enim hoſtibus tradidit ciuitatem neq; templa uaſtauit:ſed quia noua iumenta iurauit & quoddam dæmonium ſignificãs ſe referebat:ſeorſum ludens ſicuti quidam dicunt.Propter hoc ueneni poculo morte mulctatus eſt.Inſuper etiam corrumpere iuuenes eum accuſator aiebat:& conuerſionem patriæ legeſq; cõtemnere.Et ſocrates quidem ciuis Athenienſis huiuſmodi tormenta ſuſtinuit.Anaxagoras autem Clazomenetus fuit.Et quia exiſtimantibus Athenienſibus ſolem eſſe deum:ille eum inſenſatum & ignotum aſſeruit:paucorum ſentẽtia morte damnatus eſt & aduerſus Diagoramelium talentum decreuerunt. Si quis occiderit eũ: quoniam eorum myſteria deridere ferebatur . Pythagoras autem niſi cito fugiſſet comprehenſus occideretur:eo q̃ dubium de diis Athenienſium conſcripſiſſe putabatur . Quod oportet mirari:ſi circa uiros fidedignos talia geſſiſſe noſcantur:qui neq; mulieribus pepercere? Nunc enim ſacerdotem quendam:quoniam eum quidam accuſauit peregrinos colere deos decretum aduerſus eos qui peregrinum introducerent deum ſupplicium mortis inferebatur . Igitur qui tali lege urebantur palam eſt:eo q̃ aliorum non crederent eſſe deos. Non enim ſi crederent aliquibus inuiderent:quaſi quiddam maius habentibus.Sic his uero cædibus congaudentes humanis & paululum differentes a beſtiis:arbitrantur tamen ſua myſteria oportere eſſe cuſtodienda:& Anacharſim ſapientia mirabilem apud græcos aduenié́tem interemerunt:quoniam uidebatur græcorum deorum ad eos ueniſſe pleniſſimus.Multos autem apud Perſas quilibet inueniet etiam pro eadé cauſa tormentis affectos. Sed palam eſt:quoniam Apollonius Perſarum legibus congaudebant . illoſq; mirabatur.Quippe cum græci eorum fortitudinem atq; concordiam unanimitatis quam habuere de diis : hanc ſcilicet fortitudinem quam in templis eorum concrematis habuerunt . Is etiam ſtudiorum omnium imitator extitit. Perſicorum uxoribus alienis contumelias faciens:filioſq; concidens.Apud nos autem mors decreta eſt: ſi quis uel irrationabilia mala hoc modo noceat:& ab his legibus non abducere:neq; timor potuit præpotentium poteſtatum: neq; zelus eorum qui apud alios honorantur:ſed neq; fortitudinem ideo exercemus ut bella auaritiæ cauſa ſuſcipiamus:ſed ut legum iura ſeruemus:& dum alia detrimenta litis ſuſtineamus. Si quos de legibus mouere tentauerint:tunc etiam ultra uirtutem rebellare cõtendimus : & uſq; ad calamitates nouiſſimas perduramus. Cur itaq; nos zelemus leges:cum eas neq; a legiſlatoribus ſuis ſeruatas eſſe uideamus. Vel quomodo Lacedemonii non erant de impermixta ſui conuerſatione reprehendendi:& de defectu pariter nuptiarum.Vliaci uero & thebei coitum impudentem & extra naturam olym in maſculos agebant:& optime atq; utiliter facere ſe putabant.Ergo cum ipſi omnino rebus afficerent etiam ſuis legibus miſcuere: quod tantum aliquando ualuit apud græcos:ut etiam diis ſuis maſculorum concubitum applicarent . Itaq; denig germanorum nuptias rettulere. Huiuſmodi ſatiſfactionem rerum incongruarum & extra naturam pro libidine componétes. Deſino nunc de ſuppliciis dicere: & quantas ab initio præbuerint plurimi legiſlatores abſolutiones malignis hominibus:in adulterio quidem pecuniarum: in corruptione autem etiam nuptias ſancientes . Quantas autem occaſiones contineant de abnegatione pietatis examinare longiſſimum eſt.Iam enim apud plurimos olym meditatio facta eſt tranſgrediendi leges:quod non agitur apud nos quãdo propter eas & diuitiis & ciuitatibus & bonis aliis priuati ſumus.Lex autem apud nos ſeruatur uſq; ad mortem . Nullius uero iudæorum neq; ſi procul abeat & prouinciam ob regem quam aceruum ſic metuit:ultra illum legis uideatur timere præceptum . Igitur ſi propter uirtutem legum taliter apud eos ſumus:concedant quoniam potentiſſimas leges habemus. Si uero circa prauas nos leges iudicant perdurare : quid ipſius iuſtis me non patiantur meliores non cuſtodientes opere ſanctionis? Quia igitur longinquitas temporis ueriſſima creditur omnium eſſe probatio. Hanc ego teſtem faciam uirtutem legiſlatoris noſtri: & opinionis quam ille de deo contradidit.Nam cum ſit infinitum tempus ſi quis eum comparet aliorum legiſlatorum ætatibus: hunc ultra omnes inueniet . A nobis itaq; declaratæ ſunt leges : & cunctis aliis ſemper hominibus zelum ſui potius præbuerunt . Primi quippe græcorum ad faciem : qui deiura patri conſeruabant. Ipſis autem rebus philoſophiæ : quæ tractatu illa ſecuti ſunt . De deo ſimilia ſapientes : humilitateq; uitæ communionem inter alterutros edocentes . Sed etiam populis olym multus fuit zelus noſtræ maxima pietate culturæ nomen eſt . Itaq; pietas græcorum nec ullus quiſquam barbarus:nec una gens ubi ſeptimane in qua uacamus conſuetudo minime diſcurrit : atq; ieiunia & candelabrorum incendia : ſed etiam ciborum apud nos ſolennia plurima apud multos iugiter obſeruare conantur . Inſuper imitari etiam concordiam : quam nos inter alterutros obtinemus : & rerum participari ſuarum : & operum dilectionem in artibus : & perdurationem neceſſitatum habere pro legibus . Illud enim mirabilius eſt : quia præter impulſorem huius obſeruationis ipſa per ſe lex homines ita ualuit obligare : & quemadmodum deus in uniuerſo mundo conſiſtit : ita lex per cunctos ambulauit . Vnuſquiſq; enim ſi ſuam regionem domumq; conſpicit: his quæ diſcuntur Homerus receſſauit . Oportet igitur cunctorum hominum malitiam reprehendere:aut enim uolunt nos iſti aliena & praua iura ante propria & meliora

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

zelari:aut certe ſi hoc uolunt quieſcant nobis per inuidiam accuſationes ingerere. Nō enim pro cuiuſlibet maliuolentia defendimus hanc cauſam:ſed noſtrum honoramus legiſlatorem:atq; credimus quæ ab illo propheta de deo ſunt. Deniq; niſi intelligeremus ipſi uirtutem legum: nunq̄ magna ſapere ſuper his tantus populus zelatur. Sed de legibus quidem & de repu.noſtra certiſſimam feci rationem in his quæ de antiquitate conſcripſi. Nunc autem eorum nemini quantum neceſſarium fuit:neq; aliorum uituperare iura: neq; noſtra laudare proponens: ſed hoc agens ut de nobis iniuſte conſcribentes: & contra ipſam ueritatem impudentiſſime contendentes arguerem. Arbitror itaq; per hanc conſcriptionem abundanter me quæ promiſi compleſſe. Deniq; in principio demonſtraui genus accuſatorum eſſe certiſſimum atq; nouum & multos ueterum in conſcriptionibus ſuis memoriam habētium noſtri ex illis teſtes exhibui. Dixere itaq; Aegyptios fuiſſe progenitores noſtros & oſtenſum eſt:quia in ægyptum uenerint aliunde.Deinde ſunt mentiti:quoniam exinde propter cladem corporeis ſint expulſi:& apparuit quātum uoluntate & magnitudine fortitudinis ad propria ſint reuerſi. Alii uero tanq̄ nequiſſimo uiro legiſlatori noſtro derogare cōtendunt.Cuius uirtuti dudum quid ipſe poſt illum:tempus uero longiſſimum perhibet teſtimonium.De legibus autem loqui ampliori ſermone nō fuit opus. Ipſe nanq; per ſemetipſas apparuere piæ & ueriſſimam habentes intentionem:& non ad humanum odium: ſed ad rerum communionem potius inuitantes iniquitatum inimicæ cultriceſq; iuſtitiæ ſegnitia eſt. Et multas expenſas procul abiicientes ſufficientiam & amorem laboris erudiētes bellum cauſa auaritiæ neſcientes.Fortes autem pro ſe eſſe populo præparantes ad ſupplicia retribuēda ſemper inuitabiles uerbis nequaq̄ circūueniri poſſibiles præparationes ſemper operibus exequentes. Hæc enim nos ſemper opera manifeſtiora litteris exhibemus. Quapropter ego confidens dico: quia multarum atq; meliorum rerum nos potius quam alii præceptores ſumus. Quid enim intranſcenſibili pietate melius eſt?quid iuſtius q̄ legibus obedire?quid utilius quam in alterutros unanimes eſſe?Et neq; in calamitatibus ab inuicem recedere:neq; tempore fœlicitatum per iniurias diſcrepare ſed in bello quidem mortem conténere: in pace uero artibus aut agriculturæ uacare: & ſemper & ubiq; credere deum reſpicere & ſolum omnia gubernare. Hæc igit̄ ſi quidem apud alios aut ſcripta ſunt primitus aut ſeruata firmiorem debemus nos gratiam illis tanq̄ eorum facti diſcipuli uero nequaquam primitus extitere. His præcipue nos utentes cognoſcimur: & primam eorum inuentionem noſtram fuiſſe declaramus. Appiones igitur & Molones & quicunq; mendacii derogatione congaudent coniuncti procul abſcedant. Tibi autem Epaphrodite ueritatem maxime diligenti & per te ſimilia noſſe de noſtro genere cogitantibus: hic libellus conſcriptus eſſe dignoſcitur.

FINIS.

¶ Ioſephus antiquitatem approbans iudaici populi duos libros ſcripſit contra Appionem alexandrinum grammaticum:& tāta ſæcularium profert,teſtimonia: ut mihi miraculum ſubeat quō uir hæbreus ab infantia ſacris litteris eruditus cunctam græcoꝝ bibliothecam euoluerit.

MS. Joseph Centorbi Patritius
Selinuntinus

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

IOSEPHI MATHATHIAE FILII HAEBREI GENERE SACERDOTIS EX HIEROSOLYMIS DE BELLO IVDAICO IN LIBROS SEPTEM PROLOGVS PER RVFFINVM AQVILENSEM TRADVCTOS.

¶ In hoc prologo afigntaur cauſa deſcribendi operis & quid ſingulis partibus contineatur.

QVoniam bellum quod cum Romanis geſſere Iudæi omnium maximumq; noſtra ætas uidit quæq; auditu percepimus:ciuitates cum ciuitatibus genteſue commiſiſſe cum gentibus: quidam non quod rebus interfuerint: ſed uana & incongrua narrantium ſermones auribus colligentes:oratorum more perſcribunt: qui uero p̄ſto fuerunt aut Romanorum obſequio aut odio iudæorum cōtra fidem rerum falſa confirmant:ſcriptis autem eorum partim accuſatio:partim laudatio continetur:nuſq̄ uero exacta fides reperitur hiſtoriæ. Iccirco ego ſtatui quæ retro barbaris antea miſi:patria lingua digeſta.Græca nunc his qui Romano reguntur imperio exponere.Ioſephus Mathathiæ filius Hæbreus genere: ſacerdos ex Hieroſolymis qui & in initio cum Romanis bello confixi: poſteaq; geſtis quæ neceſſitas exigit interfui. Nam cum hic ut dixi motus exortus eſſet grauiſſimus Romanum populum domeſticus morbus habebat: iudæorum autem qui ætate ualidi & ingenio turbulenti erant manu ſimul:ac pecunia uigentes adeo temporibus inſolenter abuſi ſunt: ut pro tumultus magnitudine hos poſſidendarum ſpes:illos amittendarum partium orientis metus inuaderet. Quoniam iudæi quidem cunctos qui trans Euphraten eſſent: gentes noſtræ gentiles etiam ſuos ſecum rebellatores eſſe crediderant.Romanos autē & finitimi Galathe irritabant:nec manus celtica quieſcebat:diſſentionumq; erāt plena omnia poſt Neronem:& multos quidem Reges tempus adhortabatur.Lucri autem cupidine pars militaris mutationem præſentium deſiderabat.Itaq; indignū eſſe duxi errantem in tantis rebus diſſimulare ueritatem:& Parthos quidem ac Babylonios Arabumq; remotiſſimos:& ultra Eufraten gentis noſtræ incolas: itemq; Adiabenos mea diligentia uero cognoſcere unde cœpiſſet bellum quantiſq; cladibus conſtitiſſet: quo uo modo deſiiſſet. Græcos uero & Romanos qui militiā ſecuti non eſſent figmentis ſiue adulationibus captos iſta neſcire: atq; hiſtorias audent eas inſcribere qui præter hæc ut mihi quidem uidetur: quod nihil ſanum referunt etiam de propoſito decidunt.Nam dum Romanos uolunt magnos oſtendere iudæorum res extenuant & in humilitatem deiiciunt.Non autem intelligo quoniam pacto magni eſſe uideātur qui parua ſuperauerint.Et neq; longi temporis eos pudet quo bellum tractum eſt: neq; multitudinis Romanorum quam in ea malitia labor exercuit. Neq; ducum magnitudinis quorum profecto gloria minuetur:ſi cum multum pro Hyeroſolimis deſudauerit rebus per eos geſtis aliquid derogetur. Nec tamen ego contentione romanas res extollentiū gentiles meos amplificare decreui:ſed facta quidem utrorumq; ſine ullo mendacio proſequar.Dicta uero de factis reponam:dolori atq; affectioni meæ in deflendis patriæ cladibus indulgens.Nam quod domeſticis diſſentionibus eſt euerſa:& in templum ſacroſanctum inuitas Romanorū manus atq; ignem iudæorum tyranni traxere.teſtis eſt qui eam uaſtauit ipſe Cæſar Titus per omne bellum miſeratus quidem populum q; a ſeditioſis cuſtodiretur.ſæpe autem conſulto differri paſſus ciuitatis excidium:protracto obſidionis ſpatio:dum belli pœniteret auctores.Quod ſi quis me aduerſus tyrannos eorumq; latrocinium accuſatorie putet loqui: uel patriæ miſeriis ingementem calumniari præter legem hiſtoriæ:dolori ueniam tribuat. Ex omnibus enim quæ romano imperio parēt: ſolam noſtram ciuitatem contigit ad ſummum fœlicitatis gradum procedere eamq; ad ultimos caſus deponi.Deniq; omnium poſt condita ſæcula res aduerſas: ſi cum iudæorum calamitatibus confruantur ſuperatum iri non ambigo.Et horum auctor nullus externus eſt:unde nec fieri poteſt:ut a queſtibus temperetur.Si quis autem durioris miſericordiæ ſit iudex:res quidem tribuat hiſtoriæ:lamenta uero ſcriptori:q̄q̄ merito græcorum diſertos increpauerim: qui tātis rebus ſua memoria geſtis:quarum comparatione præterita olym bella exigua monſtrantur.iudices reſidēt aliorum facundie detrahentes.Quorum & ſi doctrina ſuperant: uoluntate uincuntur. Ipſi uero aſſiriorum & medorum geſta perſcribūt ueluti minus recte a ſcriptoribus antiquis fuerint expoſita:cum in ſcribendo tantum eorum uiribus cædant:quantum ſentētiæ.Erat enim unicuiq; ſtudium quæ uidiſſet facta ſcribere:quoniam interfuiſſet rebus geſtis efficaciter quod promittebat impleret:mentiriq; apud ſcientes inhoneſtum eſſe uideretur. Enimuero noua quidem neq; ante cognita memoriæ tradere:ſuiq; temporis res commendare poſteris:laude ac teſtimonio dignum eſt:induſtrius autem habetur non qui alienam diſpenſationem atq; ordinem tranſfert: ſed q̄ no-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

ua dicendo etiam corpus proprium cõficit hiſtoriæ.Sed ego quidem ſumptu ac labore maximo: qui cum eſſem alienigena græcis ſimul & romanis geſtarum rerum memoriam repono. Ipſis autem indigenis ad queſtum quidem ora patent ac lites: linguæq; ſolutæ ſunt . Ad hiſtoriam uero in qua uerum dicendum eſt:ſummaq; ope negocia colligenda ſunt obmuteſcunt: conceſſa infirmioribus neq; ſcientibus licentia ſcribendi res a principibus geſtas.Honoretur itaq; apud nos hiſtoriæ ueritas:quæ a græcis negligitur ab origine quidem iudæos repetere:qui fuerint:quoue pacto ab ægyptiis diſceſſerint:quaſq; regiones errando peragrauerint:& quas uel quotiens incolue rint:& quemadmodum inde migrauerint.Neq; huius eé temporis: & præterea ſuperuacuum exiſtimaui:quoniam multi ante me iudæorum de maioribus huius gentis ueriſſima compoſuerunt & nonnulli græcorum quæ illi ſcripſerant patria uoce proſecuti non multum a ueritate deuiarunt.Ex inde autem hiſtoriæ principium ſũmam quo ſcriptores eorum & noſtri prophetæ deſiderunt:& bellum quidem meis temporibus geſtum latius quoq; potuero diligentia referam.Quæ uero ætate maiora ſunt:ſumme breuiter percurram.Quomodo Antiochus cognomento epiphanes deuictis pœnitus hyeroſolimis cum per triennium ſexq; menſes eam tenuiſſet a ſomanei filiis expulſus eſt.Deinde quod eorum poſteri de regno diſcentientes ad res ſuas occupandas populum romanum pompeiumq; traxerunt:quodq; Herodes antipatri filius eorum potentiam depoſuerit auxilio ſoſſii:quomodo Herode mortuo & Octauiano cæſare plebis i eos orta ſeditio eſt. Auguſto quidem imperante romanis.Quintilio autem uaro in locis degẽte. Quodq; bellum anno duodecimo poſt imperium Neronis erupit: quãq; multa per Soſſium acciderint: quantaq; ad primos impetus armis iudæi perſuaſerit quoq; modo accolas præmunierint: & quod Nero propter ceſſii peccata ſumme rei metuens bello Veſpeſianum propoſuerit : & quod is cum maximo filiorum iudæam intrauerit quantumq; romanorum exercitum ducens:quantaq; manus auxiliorum per omnem cæſa fuerit galileam : & q̃ eius ciuitates quaſdam dictoria reperit alias deditione.Vbi etiam romanorum in bello diſciplinam curamq; rerum & utriuſq; galileæ ſpacia:& naturam fineſq; iudeæ.Necnon & peculiarem terræ equalitatem:lacuſq; & fontes captarumq; ciuitatum mala:cum fide ſicut uidi:aut pertuli expediam.Nec etiam miſerias meas cælauerim:cum ſcientibus eas relaturus ſim.Deinde quod iam feſſis rebus iudæorum Nero quidem morte obierit. Veſpeſianus autem in hieroſolymam properans imperii cauſa retractus ſit:quæq; ſigna de hoc contigerunt:romæq; mutationes:& q̃ inuitus a militibus imperator declaratus ſit.& q̃ eo diſponendæ reipub.gratia in ægypto digreſſo:iudæorum ſtatus ſeditionibus agitatus ſit:quoq; modo tyrannis ſuccubuerint:eorumq; inter ſe diſcordias mouerint.Et q̃ ex ægypto Titus reuerſus bis iudæorum fines ingreſſus ſit:quoq; modo exercitum:& quo in loco congregauerit:uel qualiter: & quotiens ciuitatem affecerit ipſo præſente ſeditio.Aggreſſus numeroſos & quãtos erexerit aggeres triumq; murorum ambitum & magnitudinem ſiue menſuram & munitionem ciuitatis & fani templiq; diſpoſitionem. ad hæc are ſpacium menſuramq; diligentiſſime dicã feſtorum quoq; dierum mores aliquos ſeptemq; luſtrationes & munera ſacerdotum . Itemq; pontificis ueſtes ſanctaq; templi cuiuſmodi fuerint ſine aliqua diſſimulatione uel adiectione memorabo. Narrabo deinde tyrannorum in ſuos gentiles crudelitatem . Romanorumq; in alienigenas humanitatem: quotienſq; Titus ciuitatem ſimul ac templum ſeruare cupiens ad concordiæ fœdera diſſidentes prouocauit . Diſcordiam uero populi & uulnera & calamitates quamq; multa mala nunc bello:nunc ſeditionibus:nunc fame perpeſſi poſtea capti ſunt . Nec uero aut per fugarum clades aut captiuorum ſupplicia prætermittam uel quemadmodum templum inuito Cæſare conflagrauerit:quamq; multa ſacræ opes flamma raptæ ſint ac totius quæ reliqua erat ciuitatis excidium & quæ preceſſerant portenta atq; prodigia uel Tyrannorum captiuitatem : uel qui ſeruitio abducti ſunt multitudinem: aut cui quiſq; fortunæ ſit diſtributus : & quod Romani quidem belli reliquias perſecuti ſunt uicorumq; munimina funditus eruerunt . Titus uero peragato territorio cuncta reſtituit eiuſdemq; reuerſionem in Italiam ac triumphum . Hæc omnia ſeptem libris compræhenſa perſcripſi : neq; uituperationes rerum ſcientibus : & qui bello interfuerunt ſuſtineam:uerum amantibus prout uerius potui cuncta explicaui.Narrandi autem initium faciã hoc ordine quo capitula ſunt digeſta.

RVFFINI AQVILENSIS TRADVCTIO IN IOSEPHVM HISTORIOGRAPHVM CLARISSIMVM DE BELLO IVDAICO LIBER PRIMVS.

QVaLiter Antiochus qui cum Ptolomæo ſexto in ſyria bellũ gerebat ſupauit ciuitatem munitiſſimam:templa ſpoliat occidit omnes ex optimatibus:deinde ſuperato Bachide p̃poſito præſidiis antiochi per Mathathiam:& occiſo:exactiſq; ducibus antiochi ex finibus iudeæ & mortuo antiocho : filius odii antiochus nomine congregatis militibus iudæam iterum inuadit & ſupato Iuda primo natu ex filiis Mathathiæ & iterfectis multis ex iudæis Hyeroſolimã eſt,pfectus:& ibi relictis p̃ſidiis:in ſyriã reliquos milites ad hyemandũ traducit. Cap. Primum.

VM potentes Iudæorum inter ſe diſſiderent: eo tempore quo de tota Syria cum Ptolomæo ſexto Antiochus qui Epiphanes dictus eſt ambiebat.Erat autem illis contentio de potentia q̃ honoratus q̃ſq; grauiter ferret ſimilibus ſubiugati Onias qdẽ de pontificibus poſtq̃ ꝓualuit: Tobiæ filios expulit ciuitate. Illi autem ſupplices ad Antiochum confugerunt petentes:ut ſemet cum ducibus in iudæã irrumperet.Idq; rei perſuaſum eſt iam pridem ſic animato. Quare cũ magnis militum copiis egreſſus: & ciuitatẽ fortiter expugnatam capit: & maximam eorum multitudinem: q̃bus Ptolomæus carior erat interfecit.Dataq; paſſim militibus prædandi licentia: ipſe & templum ſpoliauit: & quotidianæ religionis aſſiduitatem per annos tres ſexq; méſes inhibuit.Pontifex autem Onias effugit ad Ptolomæum acceptoq; ab eo in Heliopolitana regione ſolo ibi oppidum condidit Hyeroſolimis ſimile : templũq; ædificauit:de quibus iterum oportune referemus.Verũtamen Antiocho neq; præter ſpem victa ciuitas:neq; populatio:neq; tantæ cædes ſatis fuere ſed in temperantia uitiorum:eorumq; memoria quæ in obſidione pertulerat iudæos cogere cœpit:ut abrogato more patrio:nec infantes ſuos circunciderent:porcoſq; ſuper aram immolarent:quibus omnes quidem aduerſabãtur.Optimus uero quiſq; propterea trucidabatur.Et Bachides p̃ſidiis ab Antiocho p̃poſitus ad naturalem crudelitatem ſuam p̃ceptis impiis obſecundans omnimodam iniquitatem exceſſit:cum & ſigillatim uiros honorabiles uerberaret:& cõmuniter quotidie ſpecié capta urbis exhiberet:donec eos atrocitate incommodorum qui ea patiebantur ad uindictæ audaciam irritauit . Deniq; Mathathias Aſamonei filius unus ex ſacerdotibus ex uico cui nomen eſt moneir cum manu domeſtica.Nam quinq; filios habebat: ſic his armatis Bachidé occidit: & ſtatim quid eſt p̃ſidiorum multitudinẽ ueritus in montes refugit.Multis uero ex populo ſibi ſocietatis recepta fiducia deſcendit. Commiſſoq; plio ſuperatos duces Antiochi ex iudeæ finibus exegit . Secundis autem rebus potentiã nactus ſuiſq; uolentibus:ut ab alienigeniſ eos liberaſſet imperans moritur relicto iudæ principatu:qui filiorum ſuorum natu maximus erat. Ille autem nec enim ceſſaturum exiſtimabat antiochum:& indigenarum cõflabat exercitum:& cum romanis primus amiciciam pepigit:Antiochũ epiphanemq; iterum fines ſuos ingredientem [illegible] percuſſum plaga repreſſit.Adhuc autem feruente victoria in p̃ſidia ciuitatis impetum fecit:necdũ enim cæſa fuerant:habitoq; cõflictu:milites de ſuperiori ciuitate quæ pars ſacra dicitur ad inferiorem compellit.Fano autẽ potitus & locum purgauit omnem muroq; cinxit:& uaſa noua diuinis rebus curandis fabricata in templum intulit:ueluti prioribus p̃fanatis:aramq; ali[illegible]gauit:& religionibus dedit initiũ. Sacro autem ritu uix ciuitati reddito moritur quidem antiochus.Regni autem eius in iudæos filius Odii antiochus heres exigit.Quare congregatis peditum militibus quinquaginta:æquitum autem prope ad quinq; milia octoginta uero elephantes montana iudeæ per partes aggredit. Et Befferon quidem municipium capit.In loco uero cui Bergazzariæ nomen eſt:qua tranſitus erat anguſtior:Iuda cum ſuis copiis occurrit.Et priuſq̃ congrederentur agmina:Eleazarus frater eius proſpecto præter alios excelſo elephante turriq; maximã;& munimentis aureis ornato illic antiochum eſſe ratus a ſuis procul excurrit:ruptaq; hoſtili acie ad elephãtem uſq; peruenit . Sed illum quidem quem regem eſſe opinabatur:contingere quod multum ſuperemineret minime potuit. Beluam uero in aluo percuſſam ſuper ſe depoſuit & obtritus iteriit:nulla re alia geſta niſi q̃ magnum opus conatus aggredi poſt uitam gloriam habuit.Qui tamen regebat elephantum priuatus erat.Et ſi caſu fuiſſet Antiochus nihil plus Eleazaro præſtitiſſet audacia:q̃ ut ſola ſpe ꝓclari facinoris mortem uideretur optaſſe.Hoc autem fratri eius totius prælii p̃ſagium fuit. Nam fortiter quidem iudæi diuq; decertauerunt: ſed a regiis ſecunda fortuna uſis : numeroq; præſtantibus ſuperati ſunt : multiſq; interfectis Iuda cum cæteris ignoſnitiam toparchiam refugit. Antiochus autem ad Hyeroſolimam profectus : ibiq; dies paucos commoratus utenſilium penuria inde dirigitur:relicto quidem ibi præſidio quod ſatis eſſe arbitrabatur:cætera uero multitudine ad hyemandum ducta in ſyriam.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Post discessum antiochi:uide cū ducibus eius congredit & tādem supatur & morit. Cap. II.

DIscessu autem regis Iuda non quiescebat: sed accersione multorum suæ gentis animatus.aggregatis etiam quos ex prælio receperat apud uicum adasa cum Antiochi ducibus congreditur.factisq; fortibus in prælio cognitus:multis hostibus interfectis occubuit.Et in diebus paucis frater eius Ioannes occiditur:insidiis eorum captus qui cum Antiocho sentiebat.

Ionatha frater Iudæ reconciliatur antiocho:sed insidiis antiochi capitur: & iratus antiochus quia a symone fratre Ionathæ fuisset superatus Ionathā interfecit. Cap. III.

CVm autem successisset ei frater eius Ionatha & in aliis quæ ad indigenas pertinerent, cautius sese aggeret:suāq; potētiam romanoꝝ amicicia corroboraret:Antiochi qdem filio reconciliatur.Non tamen hoc ei quicq; profuit ad depellendum piculum. Nāq; Triphon tyrannus antiochi quidem filii tutor:sed insidiis eum captans:& præter hæc amicis nudare cupiens Ionathan cum ad Antiochum paucis comitatus Ptolomaida uenisset dolo comprehendit. Eoq; uincto contra iudæam mouit exercitum.Vnde repulsus a Symone Ionathæ fratre quodq; ab eo superatus esset iratus eundem Ionathan interfecit.

Symon frater Ionathæ iterum gerit bellū cum antiocho quo superato ob hoc pontifex creatur:sed insidiis Ptolomæi generi sui captus moritur:capta coniuge cū duobus filiis Symonis hyrcanus tertius filius honorem patris defendens diu cum Ptolomæo bellum gessit & ob misericordiā matris & fratrū tantū distulit ut annus feriatus ueniret:quo licebat dimitti bellū. Cap. IIII.

SImon aūt fortiter regendis rebus intentus Zachē & Iopā & Iamnā capit.Euertit aūt & Acharan subactis p̄sidiis:aduersus Triphonē antiocho auxilium præbuit.quem doris ante militiā quam in melos habuit obsidebat.Sed regis auiditatē satiare nō potuit quanq; neci triphonis suā quoq; operā adhibuisset. Non multo enim post Antiochus cendebeū ex ducibus suis ad uastandā iudæam: opprimendūq; seruitio Symonē cum exercitu misit.Ille aūt quāq; senior erat bellū:tamen iuueniliter administrat.& filios qdē suos cū ualidissimis p̄misit:partem uero multitudinis comitatus alio latere aggredit:multisq; per multa loca insidiis etiā montana depositis in oībus superat. Clarissimaq; potius uictoria pontifex declaratur:&.clxx.post annos iudæos liberata dominatione Macedonū:& hic moritur in conuiuio captus insidiis Ptolomæi generi sui:qui eius coniuge duobusq; filiis in custodia cōclusis certos misit qui Ioannē tertium cui ēt Hyrcanus nomen fuit interficerent.Cognito aūt impetu q parabat adolescens ad ciuitatē properabat:multosq; populo fretus & pp memoriā paternæ uirtutis & iniquitas Ptolomæi cunctis esset inuisa.Voluit aūt Ptholomæus etiā alia porta ingredi ciuitatē:sed a populo reiectus est:qui maturius Hyrcanū susceperunt.Et is quidem statim recessit in aliquod ultra hiericunta castellū quod Dagon uocat. Hyrcanus aūt paternum honorē pontificis assecutus:postq; deo sacrificia reddidit uelociter.Ptolomæū petiit & matri simul & fratribus adiumēto futurus:castellūq; aggressus:aliis qdem rebus superior erat:iusto aūt dolori cædebat.Ptholomæus enim quotiens p̄meretur matrem eius fratresq; in murū productos palā ut possent cōspici flagellabat eosdemq; p̄cipitaturum:nisi quā primum recederet minabatur: Vnde Hyrcanū quidem plus timor ac misericordia quam iracundia commouebat.Mater uero eius nihil plagis aut intentata nece perterrita manus p̄tendēs filium præcabat ne uel suis fractus iniuriis parceret impio. Sed qdem ipsa sibi mortē a Ptolomæo propositā immortalitate duceret meliorem: dūmodo ille pœnas eoꝝ quæ in domū suam contra fas admisisset expenderet.Ioannes aūt nunc obstinationē matris cogitans ac p̄ces eius audiens ad irruendum impellebat: modo uerberari eam lacerariq; conspiciens effeminabat:totusq; plenus doloris erat. Ob hoc autē diu tracta obsidionē feriatus annus aduenit.Quem septimo quoq; orbe apud iudæos cessare moris est: exemplo septimorum dierum.Et in hoc Ptolomæus obsidionis requiem nactus fratribus Ioannis una cum matre occisis ad Zenonem confugit:qui cotila cognominatus est Philadelphiæ tyrannum.

Antiochus iterum iratus propter ea quæ passus est a Symone irruit in iudæam cōtra Ioannē dictum Hyrcanum quem trecentis talentis placauit. Cap. V.

ANtiochus autem ob ea quæ per Symonē passus fuerat iratus in iudæam ducit exercitum:ibiq; assidēs Hyerosolimis Hyrcanum obsidebat.Ille autem patefacto sepulchro. Dauid qui regum ditissimus fuerat ablatisq; inde pecuniis plus quam tribus milibus talentorum & Antiocho persuasit:datis ei trecentis talentis ab obsidione recedere prius q; iudæorum priuatis opibus alere peregrina cœpit auxilia.

Ioannes dictus Hyrcanus inuento tempore uindictæ quia Antiochus bellum gerebat contra medos:perrexit contra ciuitates Antiochi & multas occupauit. Cap. VI.

RVrsusq; tamen quando Antiochus contra medos bello susceptō tempus ei uindictæ præbuit:confestim contra ciuitates prexit:uacuas propugnatoribus esse ratus quod ueꝝ erat.Medabā qdem & Samagā cum p̄ximis necnō & Sicimā & Argarizī ipse cœpit:& sup his cutheoꝝ genus adiacentia fano loca incolentiū: exemplo eius quod est

Hyerosolimis ædificato.Capit autem idumeæ nō paucas alias ciuitates: & præterea Adoreon & Maresa.Samariam uero usq; progressus ubi nunc est Sebaste ciuitas ab Herodæ rege condita ex omni ea parte concludit:filiosq; suos Aristobolū & Antigonū obsidioni p̄fecit. Quibus nihil renitentibus ad hoc famis qui erant intra ciuitatē uenerunt:ut ēt insuetam carnē cogerentur attingere.Igit Antiochus adiutorē sibi aduocauit spondiū sibi cognominatū. Qui cū ei prompta uoluntate paruisset ab Aristobolo & Antigono supatur.Et ille qdem ad Scitopolī usq; p̄sequētibus cōmemoratis fratribus effugit hi uero ad Samariā reuersi & multitudinem tantā intra murꝝ cōpellunt:& expugnata ciuitate ipsam qdem diruunt.Habitatores uero eius captos abducunt.Prospere aūt ita cædentibus rebus alacritatem refrigescere non sinebant:sed cū exercitu Scitopolim usq; progressi:& ipsam persuaserunt:& agros intra carmelum omnes intra se partiti sunt.

Gentiles ob inuidiā in Ioannē cœperunt agere seditionē qui tādem deuicti sunt:& ipse rebus administratis p triginta tres annos moritur relinquens filios post se:hic princeps pontifex & propheta fuit:p̄dixit filios duos maiores non regnaturos. Cap. VII.

SEcundarum aūt rerum Ioannis & filiorꝝ eius inuidia seditionē gentilium cōcitauit: multiq; aduersus eo collecti non quiescebant:donec aperto bello deuicti sunt. Reliquum uero tp̄s Ioannes cum fortunatissime uiueret: & optime rebus p annos triginta & tres administratis:quiq; relictis filiis moritur.Vir plane beatissimus:& qui nullam dedisset occasionē:cur eius cā de fortuna quispiam q̄reretur.Deniq; tria uel maxime p̄cipua solus habebat.Nā & gentis princeps & pontifex erat:& p̄terea propheta cum quo deus ita loquebatur:ut futurorꝝ nihil pœnitus ignoraret.Quinetiā de duobus maioribus filiis suis q; rerum domini p̄mansuri non essent:anteuidit atq; p̄dixit.Quorum uitæ qui fuerit exitus narrare non indignum uidetur:quantūcunq; a paterna fœlicitate diuerterint.

Aristobolus succedit in regnū patri:contendit cum matre qa eam dominā reꝝ reliquerat Ioānes:ipsam fame necauit deceptus uerbis matris sue fratrem Antigonum interficere fecit:hoc audito tanto merore confectus ut tādem moreretur. Cap. VIII.

PAtre nāq; mortuo natu maior Aristobolus translato in regnum principatu diadema sibi primus imposuit: quadringentis &.lxxx.annis ac tribus mensibus postq̄ populus in eam terrā deuenit:seruitio quod apud Babylonios sustinuit liberatus. Fratrē uero a se secundū Antigonum nāq; illum diligere uidebatur:ī honore pari producebat:alios uero uinctos custodie tradidit.Matrēq; itidem colligauit.ausam aliquid de potestate cōtendere.Nāq; hanc reꝝ dominā Ioannes reliquerat.Eaq; crudelitas processit ut uinctā fame necaret.Horꝝ āt facinorꝝ pœnas Antigonus nihil crudelius Aristobolo fratri morte p̄soluit:quē plurimum amabat:quēq; regni participem habebat. Nā & hunc īteremit adductus criminationibus p maliuolos regni cōpositis.Itaq; primo qdem Aristobolus dictis fidē non habebat: quin ut fratrem pderet.Plæraq; fingi liuore arbitraretur.Sed cū antigonus ex militia clarus rediisset:festiuis diebus quos tabernaculis positis deo celebrare mos patrius exigebat:euenit eodē tpe: ut aduersa ualitudo Aristobolū corriperet.Antigonus uero circa festorꝝ solennium finē armatis comitatus ad eū adorandum q̄ maxime potuit:plusq; in honorē fratris ascendebat ornatus. Tūq; delatores nequissimi regē adeūtes:& armatorꝝ pompam & Antigoni arrogantiā priuata fortuna maiorem esse criminabant.quodq; maxima multitudine stipatus ut illum interficeret eo uenisset.Nec enī perpeti honorē solum & regnū habere:cui ipsum liceat regnū obtinere.His paulatim: q̄uis inuitus:tamen credit aristobolus.Ac ne uel suspicari quicq̄ uideretur prospiciens & ut incerta p̄caueret:suosq; satellites in quēdam subterraneū & tenebrosum locū transire iubet.Ipse aūt iacebat in castello pariante:post aūt Antonio cognominato ut & inermi qdem parerēt. Occiderent aūt Antigonum p̄cepit:si cum armis audiret.Necnō & ipsi Antigono qui p̄ciperent misit:ut inermis ueniret.Ad hæc regina satis callidū cum insidiatoribus consiliū capit.Nāq; his q ad eum missi fuerant p̄suadet:ut mandata qdem regia taceant dicant uero Antigono quod frater audisset:arma sibi:q̄ pulcherrima in galylea ornatūq; bellicosum fabricasse: quæ ne sygillatim inspiceret morbū impedimento fuisse:nunc aūt p̄sertim cum alio discessurus sit:libenter eū uideret armatum.His aūt Antigonus ne quid enim mali suspicaret.fratris suadebat affectus:cū armis uelut ostensurus se ueniens properabat.Sed ubi ad obscuꝝ transitum qui stratonis pyrgus uocabatur accessit a satellitibus interemptus est:cæterūq; documentum p̄buit.Omnem beniuolentiā iusq; naturæ criminatiōibus cædere:nullāq; optimarum reꝝ affectionem tantū ualere:ut inuidiæ perpetuo possit obsistere.In hoc aūt etiam iudā quis nō recte miretur? Esseus erat genere qui nūq̄ diuinando peccauit neq; mentitus est.Is Antigono transeunte p templum mox ut eum uidit ad notos q adeant exclamauit.Non paucos aūt discipulos papas siue consultatores habebat.Nūc mihi pulchꝝ est mori quando ante me ueritas interiit; mearūq; prædictionum aliquod mendaciū deprehensum est.Viuit enim iste Antigonus qui hodie debuisset occidi.Locus autē neci eius apud stratonis pyrgū fato fuerat distributus:& ille qdem sexcentorꝝ ab hinc stadiorꝝ interuallo distat.Horę uero diei sunt quatuor:sed uaticinationem tp̄s effugit. Hæc locutus senior mesto uultu & men-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

te ſollicita ſecũ multa reputabat. Et Paulopoſt interfectus Antigonus nunciabat in loco ſubterraneo: qui eodẽ noſte quo maritima cæſarea ſtratonis pyrgus appellabat: & hoc fuit quod uate ſe fellit. At uero Ariſtobolo confeſtim ſceleres penitudine morbus ingraueſcit ſp facinoris cogitatiõe ſollicitus: pturbato aĩo tabeſcebat. Donec meroris acerbitate uiſceribus laceratis ſubito ſanguinem uomeret. Hunc ergo unus e ſeruulis eius miniſterio deſtinatus foras efferens prouidẽtia diuinitatis errauit: & ubi Antigonus erat: occiſus ſup extantes adhuc cædis maculas cruorem interfectoris effudit mire. Vlulatu aũt continuo ſublato qui pueꝝ tanq̃ de induſtria ſanguiné libaſſe conſpexerant: clamor regis ad aures puenit: cámq; requirebat: & cum eam prodere nullus auderet ad reſciendũ magis ardebat. ad extremum aũt minitanti uimq; adhibenti ueꝝ quod erat indicauerunt. atq; ille cũ lachrymis oppleſſet oculos quantũq; poterat ingenuiſſet hæc dixit. Speráđum certe non erat ut maximũ dei lumen facta mea nefaria laterent. Nam cito me ultrix cognate cædis iuſtitia perſequtur. Quotenus o corpus improbum fratri matriq; damnatá aĩam detinebis? Quádiu paulatim illis libabo ſanguiné meum. Simul totũ accipiant: neq; iam meoꝝ uiſcerũ inferius fortuná derideant. His dictis illico moritur cum non plus anno regnaſſet.

Alexander frater Ariſtoboli rex conſtituit: occidit fratré pugnat cũ Ptolomæo: occupat bona Theodori a quo oĩa recuperant: & fere decé milia iudæoꝝ interficiuntur: multas ciuitates occupat: congreditur eũ Obedio rege arabũ a quo ſupato exercitu: uix ſolus euaſit: Hyeroſolimam petit nititur redire in gratiá cum ſubditis quos nullo mõ ſedare potuit. Cap. IX.

VXor uero fratré eius uinculis diſſolutis regẽ conſtituit Alexandrum qui ætate maior erat & modeſtia præſtare uidebatur. Sed ille poteſtatem adeptus fratrem quidem alterum regna appetentẽ occidit: alteꝝ aũt uita contentũ ablatis rebus ſecũ habebat. Præterea cum Ptolomæo cognomento Laziro cõmiſit qui oppidũ achobin cœperat: & multos qdem peremit hoſtiũ: ſed uictoria in Ptolomæi parte propenſior fuit. Poſtea uero quam ipſe pulſus a matre cleopatra diſceſſit in ægyptũ: & gadara obſidione capit alexãder: & caſtellum amathũtis oĩum maximum: quæ trans iordanẽ ſita erant: ubi præcioſiſſima quæq; bonoꝝ Theodori filii Zenonis habebant. Repente aũt Theodorus aggreſſus & propria recepit: & ſarcinas regis auſert: iudæorũq; fere: decé milia interficit. Veꝝ hoc uulnere ſuperior ſit alexander. Cõuerſus náq; ad maritimas regiones Rafaim capit & Gazam: itemq; antedonem: quæ poſt a rege Herode grippias noiata eſt. his aũt ſeruitio domitus concitat in eum feſto die populus iudæoꝝ. Ná plærũq; epulæ ſeditiones accendũt. Nec uidebat inſidias poſſe cõprimere: niſi peregrinos haberet auxilio piſidas & cilicas. Syros mercenarios reſpuebat pp ingenitã cum iudæoꝝ gente diſcordiam. Cæſis aũt ſupra quã octo milibus ex turba rebellium arabiæ manus poſito attulit. Ibiq; Sadamitis ſubiugũ miſſis: tributoq; his ipoſito ad amathũta regreſſus eſt. Cũq; theodoꝝ metus ſecũdis eius ſucceſſibus ptuliſſet: caſtellum ſine pſidio repente funditus eruit. Mox aũt congreſſus cum obedio rege arabũ qui locum fraudi oportunũ in galenſi regione puenerat captus inſidiis totum amiſit exercitũ in ualle altiſſima cõpulſum atq; obtritũ multitudine cameloꝝ. Ipſe uero elapſus in hieroſolymá olym ſibi gentẽ infenſam ad nouaꝝ rerum motus magnitudine cladis accendit. Fit ãt etiam tunc ſuperior crebriſq; pſidiis nõ minus. l. milibus iudæoꝝ per ſex annos interfecit. Nequaq̃ tamen uictoriis letabat: quoniam regni ſui uires cõſumeret. Vnde armis omiſſis ſermone placido cũ ſubiectis redire in gratiam conabatur. Illi aũt inconſtantiá eius morũq; uarietatem tanto magis oderant: ut percontanti cauſam quoniam pacto eos ſedare poſſet: dicerent ſi moretur. Nam uix etiam mortuo daturos ueniam qui multa ſcelera feciſſet.

Iudæi petũt auxilium Demetrii qui ſuperat prælium: ſed timore perterritus quia ſex milia ex iudæis ſe contulerant ad Alexandrum diſceſſit meſſalim ciuitatem deuaſtat: mulieres earumq; filios coram matribus necabat: qua impietatis perterriti octo milia iudæorum profugiũt eadem nocte in iudæam. Cap. X.

SImul autem Demetrii auxilium cui cognomentum Acero fuit accerſunt. Qui cũ bis maioꝝ ſpe facile paruiſſet: ueniſſetq; cum exercitu: miſcent cum auxiliis iudæi circa Sicimã. Vtroſq; tunc alexander mille qdem equitibus: ſex aũt peditum mercenarioꝝ milibus excepit: cũ haberet ex iudæis quoq; prope ad decem milia bene ſibi cupientium: aduerſæ aũt partis eſſent equitum tria milia: peditũq; milia. xl. Et priuſq̃ uenirẽtur ad manus intercedentibus nuntiis & pconibus regis tranſfugia tentabant. Demetrius quidé alexandri mercenarios: Alexander autẽ iudæos: & Demetrium dum ſequerent obtemperaturos ſibi ſperantes. Sed cum neq; iudæi ſacramenta neq; fidem græci conténerent armis iam cõminus decertabant. Superatq; pliũm demetrius: quis alexandri mercenarii uirtutem ſuã multis & animi & manus operibus demonſtraſſent. Finis aũt pugnæ præter ſpem cædit utriq;. Nam neq; uincẽtem Demetriũ qui eius auxilium petierant expectare uoluerũt: & immutatæ fortunæ miſericordia ſex iudæoꝝ milia ſe ad alexandrum qui in montes effugerat contulerunt. Huius inclinatiõis momentum Demetrius ferre non potuit: ſed alexandrum iam quidé collectis uiribus bello ydoneum eſſe ratus: oém uero gentem ad eum cõmeare mox inde digreſſus eſt. Non tamen reliqua

multitudo abſceſſu auxiliorum ſimultates depoſuit: bello aut aſſiduo tãdiu cum Alexandro decertabat: donec plæriſq; interfectis cæteras in meſelim ciuitatem coegit: eaq; uaſtata in hieruſalẽ captiuos abduxit. Verum immoderata eius fecit iracundia: ut crudelitas eius ad impietatem uſq; procederet. Octingentos enim captiuorum in media ciuitate cruci ſuffixos: mulieres earumq; filios in conſpectu matrum necauit: atq; hoc potás: & cum ſuis cõcubinis recubans proſpectabat. Tantus autem populum terror inuaſit: ut etiam diuerſæ partis ſtudioſi proxima nocte octo milia hominum extra totam iudæam profugerint. Quorum exulum mors alexãdri finis fuit. Cum eiuſmodi factis tandem egreq; regni otium quæſiſſet ab armis requieuit.

Bellum gerit Antiochus frater Demetrii cum alexandro qui licet opida multa diremiſſet & multos occidiſſet: non potuit tamen antiochum arcere: ſed per regẽ arabum tãdem deuictus eſt: Alexander in iudæam reuertitur qui moriens uxori reliquit principatum: hæc declarat filiũ hyrcanum pontificé Ariſtobolum uero regé. hic fraude multos ſibi deuinciens matre morbo laboráte caſtella multa occupat. mater uero miſerata: Hyrcanũ coniugem & filios Ariſtoboli carcere concluſit interim moritꝝ alexander: reconciliant Hyrcanus & Ariſtobolus. Cap. XI.

RVrſus autem ſit ei turbarum initium antiochus: qui etiam Dionyſius dictus Demetrii quidem frater: ſed eorum nouiſſimus qui Seleucum generis auctorem habebant. Hunc enim timens arabas paratum bellum pulſare: totum quidem ſuper antipatrida montibus proximum: & inter iopes littora ſpatiũ: foſſa & altiſſima ualle diremit. Ante foſſam uero murum ædificauit excelſum: turreſq; ligneas: ut faciles aditus obſtrueret fabricauit nec tamen antiochum arcere ualuit. Exuſtis enim turribus foſſiſq; repletis cũ ſuis copiis tranſgreſſus eſt. Vindictaq; poſt habita qua deberet in eum a quo prohibitus erat ulciſci: protinus contendit in arabas. Horum autem rex in locis ſuæ nationis commodioribus agens ad pugnam: deinde iopam cum equitatu reuerſus: habebat autem numerum decem milium exhinc imperatos: ex improuiſo antiochi milites iuadit. Forti autem prælio depugnato quádiu quidem ſuperat antiochus durabat eius exercitus: q̃uis eum paſſim arabes trucidarent. Vbi uero procubuit ſuccurrendo enim uictus ſemper in periculis erat. omnes terga uerterunt: maximaq; pars eorum: tum in acie: tum in fuga conſumitur. Reliquos autem in uicum anna delapſos alimentorũ: penuria pire contigit præter paucos. Hinc Damaſceni Ptolomæo menne filio infenſi arechea ſibi ſociant: ſyriæ cæles regem conſtituunt. Qui bello illato inde poſtq̃ pugnauit alexandri pactione diſceſſit. Alexãder autem pella capta geras petiuit: rurſus opum Theodori cupidus triplici ambitu circundatis defenſoribus locum pugnando cœpit. necnon & Gaulenem & Seleuciam quæ antiochi pheranex dicitur ſub iugum mittit. Ad hæc auté capto gamala caſtello ualidiſſimo eiuſq; rectore Demetrio multis criminibus inuoluto in iudæam regreditur: expleto in militia triennio. Letuſq; a gentilibus ob res proſpere geſtas excipitur. Belli autem requiem ſecutum eſt morbi principium. Et quoniam quartanis febrium circuitionibus fatigabatur: depulſum iri ualitudinem credens ſi rurſus animum negociis occupaſſet in tempeſtiuis militiæ laboribus ſeſe dedit: & ultra uirium efficaciam corpus impellés inter ipſos tumultus trigeſimo & ſeptimo poſt regni anno moritur: idq; Alexander coniugi ſuæ reliquit: iudæos eius uel maxime dicto obedientes fore non dubitans: quod longe ab eius crudelitate diſcrepans & iniquitati reſiſtens benignolentiam ſibi populi comparaſſet. Nec ſpes eum fefellit. Nãq; opinione pietatis obtinuit mulierecula principatum. Quippe morem gentis probe norat patrium: & qui ſacras leges temeraſſent ab initio deteſtabatur: Hyrcanum Alexandra mater regem conſtituit: cum autem duos filios Alexandro generatos haberet natu quidem maximum Hyrcanum & propter ætatem declarat pontificem: & quod præterea ſegnior eſſet quam ut poteſtate regia moleſtus cuiq̃ uideretur regem conſtituit. Minorem autem Ariſtobolum priuatum uiuere maluit: q; feruẽtioris eſſet ingenii. Iungit autem ſe eiuſdem mulieris ditioni quoddam iudæorum collegium. Phariſei qui præter alios pietatem colere putarentur: & peritas leges exponere. ob eam cauſam propius eos aſpiciebat. Alexandra diuinæ religioni ſuperſtitioſe deſeruiens. Illi autem paulatim fœminæ ſimplicitate decepti: omnes pro ſua libidine ſummouendo: deponendo: itemq; uinciendo ac ſoluendo quos uellent iam procuratores habebantur: Prorſus ut ipſi quidem regiis commodis fruerentur expenſas uero ac difficultates Alexandra perferret. Sed eadem mire callebat res adminiſtrare maiores: itaq; augendis copiis ſemper intenta duplicem conflauit exercitum neq; pauca peregrinorũ parauit auxilia quibus non modo ſtatum ſuæ gentis roborauit: ſed etiam metum reddidit externæ potentiæ. Imperabat autem aliis uerum phariſeis ipſa ultro parebat. Deniq; Diogenem quẽdam inſignem uirum qui Alexandro fuerat amiciſſimus interficiunt eius factum conſilio criminati: ut octingẽti quos ſupra memoraui regis iuſſu tollerentur in crucem. Nihilominus autem Alexandræ ſuadebant ut & alios quibus auctoribus Alexander in eos fuiſſet excitatus occideret: Cúq; his nimia ſuperſtitione nihil abnuendum putaret: quos ſibi libuiſſet ea ſpẽ trucidabant: donec optimatum quiſq; ad Ariſtobolum cõfugerit: quorum periculum agebatur. Atq; ille matri perſuaſit: ut his propter dignitatem parceret: ciuitate autem pellebat quos nocentes exiſtimaret. Illi quidem data ſibi co-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

pia per agros diſperſi ſunt. Alexãdra uero in Damaſco cõmiſſo exercitu quoniam Ptolomæus ſine intermiſſione ciuitatem ꝑmebat illam quidem nulla re memorabili geſta ſuſcepit. Regem autem armeniorum Tygrané qui admoto Ptholomaiden milite cleopatram circũſedebat pactionibus doniſq; ſollicitabat. Sed illum domeſticarum turbarum metus ingreſſo in Armeniam Lucullo iãdudum inde traxerat. Inter hæc. Alexandra morbo laborante: minor eius filius Ariſtobolus cum ſeruis ſuis quos multos habebat: omneſq; pro ætatis feruore fidiſſimos uniuerſa caſtella obtinuit: & pecunia quam ibi reperit conductis auxiliis regem ſe declarauit. Ob hoc miſerata quere las Hyrcani mater coniugem Ariſtoboli cum filiis includit apud caſtellum quod a ſeptentrione fano adiacens baris antea uocabatur ut diximus poſtea uero Antonia cognominata eſt imperante Antonio quemadmodum Auguſti & Agrippæ nomine Sebaſte: & Agrippias aliæ ciuitates appellatæ ſunt. Ante tamen Alexandra moritur: quam in Ariſtobolum fratris eius Hyrcani contumelias uindicaret: quem deiici regno curauerat: quod ipſa nouem annos adminiſtrauit: & heres quidem omnium fit Hyrcanus cui regnum etiam uiua commiſerat. Verum Ariſtobolus uiribus atq; auctoritate præſtabat. Habito autem inter eos circa hiericunta de rerum ſumma conflictu: plærisq; Hyrcano relicto tranſeunt ad Ariſtobolum. Hyrcanus autem cum reliquis fugiens peruenit caſtellum antoniam: ibiq; ſalutis obſides nactus: erat ãt coniunx Ariſtoboli cum filiis: priuſq; graue quid fieret ea lege in cõcordiam rediit: ut regnum quidem ariſtobolus haberet. Hyrcanus uero excederet quaſi fratet regis aliis honoribus contentus. Hoc modo in fano reconciliati cum in conſpectu circũſtantis populi benigniſſime alter alterꝝ ualere iuſſiſſent. Domus permutant: & ariſtobulus qdem recedit in regiã: Hyrcanus aũt in ariſtoboli domo: Metus uero & alios eius inimicos præter ſpem dominationis occupat: & maxime antipatrum iãdudum ariſtobolo inuiſum. Erat aũt genere idumæus & nobilitate ac diuitiis aliarumq; rerꝝ copia gentis ſuæ princeps.

Antipater hortaſ Hyrcanũ ut impium repetat ad regẽ arabiæ accedunt pro auxiliis & in Ariſtobolũ uadunt & ſuperãt mortuuſq; eſſet niſi dux romanorꝝ: ſoluiſſet obſidionẽ. Cap. XII.

AS igitur & Hyrcanum ut ad aretam regem arabiæ confugerem eiuſq; auxilio regnum repeteret hortabatur: & ipſe Arete ut hyrcanum ſuſciperet atq; in regnum deduceret ſuadebat: multa detrahẽs Ariſtoboli moribus multiſq; Hyrcanũ laudibus prædicans. Simulq; admonebat quod eum decet regno clariſſimo præſidẽtem iniquitate oppreſſis manum porrigere. Hyrcanum autem iniuriam pati qui principatu iure ſucceſſionis ſibi debito caruiſſet. Sic inſtructis & præparatis ambobus nocte cum Hyrcano ex ciuitate profugit: citatoq; curſu in oppidum quod petra dicitur Saulus euaſit. quod regni ſedes eſſet arabiæ. Ibi poſtq; Hyrcanum in manu regis arete tradidit multis donis multiſq; muneribus ut auxilium præberet quo in regnum deduceretur efficit. Erant autem peditum equitumq; milia. cl. quibus nequaq; reſtitit ariſtobolus. Sed primo impetu ſuperatus in Hyeruſalem fugere cogitur atq; omnino captus eſſet: niſi dux Romanorum Scaurus aduerſis horum temporibus imminens ſoluiſſet obſidionẽ. Nanq; is ex armenia quidem in Syriam miſſus erat a Pompeio magno qui cum Tygrane bellum gerebat. Sed ubi Damaſcum uenit recens a Metello & Lolio captam reperit: his inde ſummotis cognitoq; in iudæa quid ageret illuc uelut ad quæſtũ cucurrit. Deniq; mox ut fines ingreſſus eſt legati ad eũ ueniunt a fratribus utroq; ſibi ut potius adiumento eſſet orantibus. Sed trecentis talẽtis quæ ariſtobolus ei miſerat iuſtitia poſt habita eſt. Tot enim acceptis Scaurus ad Hyrcanum & arabs legatos dirigit. Romanorꝝ eius & Pompeii nomen intentans: niſi obſidione deſiſterent. Itaq; & aretas ex iudæa in Philadelphiam recedit metu perculſus & Scaurus damaſcum rediit.

Ariſtobolus proſequitur & reſarcitis copiis congreſſus cum Hyrcano occidit ſupra ſex milia eorum: Antipater & Hyrcanus ad Pompeium qui tunc erat in Damaſco accedũt ut reſtituat hyrcanum: Pompeius cum exercitu ad fines iudæe peruenit. Ariſtobolus alexandrum confugit: Pompeium alloquitur paccato Pompeio policitationibus: audita morte mitridati perrexit Hyeroſolimam: decepit Pompeium. eo q; ex promiſſis nihil eſt factum: iratus Pompeius ariſtobolum in cuſtodiam collocat & ad ciuitatẽ tentat accedere ut euertat. Cap. XIII.

ARiſtobolus autem quod captus non eſſet: ſatis ſibi eſſe nõ credidit: ſed omnibus quas haberet copiis congregatis perſequebatur hoſtes: & circa locum quem Pápirioma uocant prælio commiſſo ſupra ſex eorum milia cædit in quibus erat Phallion frater antipatri: Hyrcanus uero & antipater arabum priuati auxilio ſpem in aduerſarios contulerunt. Et cum Pompeius Syriam tranſgreſſus Damaſcum peruenisſet ad ipſum cõfugiunt. Multiſq; muneribus ei datis illa tantum quibus apud aretam uſi fuerant allegantes magnopere prædicabantur ut ariſtoboli uiolentiam odio dignam putaret: regnoq; Hyrcanum reſtitueret: cuitam ætate quam moribus deberetur: ſed nec Ariſtobolus ſibi defuit corruptione Scauri fretus. Venerat autem quantum poterat ornatus cultu regio: deinde offenſus obſequiis: neq; ſe rendum exiſtimans abiectius quam regem deceret: utilitati deſeruire a Dioſpoli ſegregatur. Ob hoc iratus Pompeius etiam Hyrcano eiuſq; ſociis hoc præcantibus poſt Ariſtobolum petiit & Romano ſimul exercitu & Syriorum inſtructus auxiliis. Cum uero pellam & Scitopolim prætergreſſus coratas ueniſſet unde iudæorum fines incipiunt per mediterranea loca ſubeuntibus. Cognito Ariſtobolum in Alexandrum confugiſſe. Id autem caſtellum eſt in monte præcelſo poſitum ſatisq; liberaliter accuratum mittit per quos eum iuberet inde deſcendere. Ille autem decreuerat: quia pro imperio uocaretur periclitari potius q̃ parere. Sed populum uidebat perhorreſcere: & amici monebant ut Romanam uim cogitaret quam ſuſtinere non poſſet. Itaq; horum conſiliis obediens deſcendit ad pompeium quodq; iuſte regnaret multis proſecutis in caſtellum rediit. Et cum iterum deſcendiſſet prouocatus a fratre ac de ſuis iuſtitiis cũ eo cõcertaſſet denuo regreditur non prohibente pompeio. Erat autem inter ſpem timoremq; medius: & ueniebat quidam uelut exoraturus pompeium ut ſibi cuncta permitteret. ad mõtem uero reuertebaſ ne quid regiæ dignitati derogare uideret. Quia tamẽ caſtellis eum pompeio cedere placebat iſq; præpoſitos monere litteris ut abſiſterent quibus præceperat ut nõ niſi manu ſua ſcriptis epiſtolis obtemperarent: iuſſus quidem facit: ſed in Hyeroſolimam cum indignatione diſceſſit: bellocq; iam congredi cum pompeio cogitabat. Ille autem nec enim tempus aptaret: nec initiandum putauit ſtatim conſequitur: Multum quippe alacritati eius addiderat circa hiericũtam mitridatis mors nuntiata. Vbi pinguiſſima hydumæa regio & palmaꝝ plurimum ac balſamum nutrit: cuius inciſo lapidibus acutis robore ſtillãtem lachrymam ex uulneribus colligunt. Cunq; illic pernoctaſſet mane in hyeroſolimam properabat. Itaq; hoc eius impetu perterritus Ariſtobolus ſupplex occurrit: pecunia pollicitus quodq; ſemetipſum ei cum ciuitate permitteret. Pompeium mirigat ſeuientem. Nec tamen quicquam eorum quæ promiſit effectum eſt. Gabinium enim q ad ſuſcipiendã pecuniã miſſus fuerat: nec in oppidum quidem Ariſtoboli ſocii receperunt. His commotus Pompeius Ariſtobolum in cuſtodiã collocat: ad ciuitatem uero profectus explorabat qua facilior eſſet acceſſus. Nam & murorum eius firmitatem oppugnari poſſe facile nõ uidebat. Vallemq; pro mœnibus horribilem fauumq;: illic cernebat proximum: a deo tutiſſima munitione circundatum: ut etiam ſi ciuitas caperetur: ſecundum eſſet hoſtibus profugium.

Heſitante pompeio quomõ urbem caperet orta eſt ſeditio iter eos qui in ciuitate erãt deniq; uicta eſt pars ariſtoboli receptis romanis in itis conſiliis cum hyrcano quomodo aliam ptẽ quæ i locũ tutiſſimũ cõfugerat caperet tãdẽ ſine cõſilio & auxilio põpei: nihil eẽt factũ. Cap. XIIII.

HOc autem diu quid faceret heſitante: ſeditio intra ciuitatem orta eſt. Ariſtoboli quidẽ ſociis belligeri potius regemq; liberare dignum eſſe firmãtibus: qui uero cum hyrcano ſentirẽt pompeio portas aperire: Metus autem hos plures faciebat romanorum cõſtantiam reſpicientes. Deniq; uicta pars ariſtoboli conceſſit in templum: & ponte qui ab eo ciuitati iungebatur abſciſſo ut ad ultimum uſq; reſiſteret inſtruebatur. Cum autem alii romanos recepiſſent in ciuitatem his q; domum regiam tradidiſſent: ad hæc obtinenda Pompeius unum ex ducibus ſibi obedientibus piſonem cum militibus intromittit. Hiſq; preſidiis in ciuitate diſpoſitis: quia nemini eorum qui in templum confugerant pacem perſuadere potuit. Omnia quæ circumerant expugnare parabat: hyrcano eiuſq; amicis ad conſilia conferenda: & ad efficienda quæ iuberet alacriter animatis. Ipſe uero partes ſeptẽtrionales foſſamq; uallemq; replebat omni genere materiæ per milites comportato: cum per ſe opus eſſet difficillimum propter imenſam altitudinem: & præterea iudæi modis omnibus deſuper obſiſterent. Manſiſſetq; opus imperfectũ niſi Pompeius obſeruatis diebus ſeptimis quibus religio iudæos ab omni opere manus abſtinere compellit per eos aggerem cumulare præcepiſſet inhibitis a prælio miſtibus. Pro ſolo enim corpore iudæos etiam per ſabbata pugnare licet.

Tentãs põpeius locũ iuadere tertio méſe uix turrim unam euerſerat. Cap. XV.

GIter iam ualle repleta: & impoſitis aggere turribus admotiſq; machinis cito portatis moliri tentabat. Deſuper obſtantes lapidibus repellebant. Cum diu turres obſidentiũ magnitudine ſimul & pulchritudine præſtantes uim repugnantiũ ſuſtinerent. Verũtamen romanis tunc plurimum defatigatis Pompeius iudæorum tolerantiam & in aliis admiratus eſt: & præcipue q; nihil de ſuperſtitionis ſuæ ritu intermedia tela pereuntes derogati paſſi ſunt: ſed uelut in alta pace ciuitas ageret & quotidie ſacrificia & uictimas omnemq; dei cultum diligentiſſime celebrarunt: nec uel in ipſo excidio cum ad aram in dies ſingulos trucidarentur: legitimis religionis ſuæ muneribus abſtinuerunt. Menſe nanq; obſidionis tertio uix una turre dejecta fanum irruptum eſt.

Fauſtus cornelius muros primus aſcendit multi occiduntur multi ex muris ſe proiciũt: pompeius cum ſuis comitibus ingreditur: in templum ingreſſus neminem niſi pontificem uidit præcepit q; nihil auffereret: poſtero die ſolẽpnia celebrauit: Hyrcanũq; pontificem declarauit: põpeius uero cum Scauro ducens Ariſtobolum romam profectus eſt. Cap. XVI.

PRimus autem murum tranſcendere auſus eſt cum ſuis agminibus ſylle filius Fauſtus Cornelius & poſt eũ centuriones duo Furius & Fabius cũ ſuis agminibus. Et circunſepto undiq; fano alios alio cõfugientes uel ẽt pauliſper repugnãtes interficiunt. Vbi plurimi ſacerdotũ quãq; hoſtes ſtrictis gladiis irruẽtes uidebãt intrepidi tamẽ in pagẽ

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

dis rebus diuinis perſeuerabant & in ipſo libandi templum adolendi miniſterio mactabantur ſaluti quoq; præferentes religionis obſequium.Multos autem ſui gẽtiles aduerſæ ptis ſtudioſe trucidabant plurimi ſemetipſos in rupes præcipitabant. Nonnulli furibundi cunctis quæ circa murum erant in deſperatione & ſuccenſis pariter conflagrabant. Itaq; iudæorum quidem milia.xii. occubuerunt romanorum uero pauci ſed plures ſauciati ſunt.Nihil autem grauius in illa clade iudæorum genti uiſum eſt:quam ſanctum illud arcanũ neq; cuiq; prius uiſum alienis eſſe directũ. Deniq; Pompeius una cum ſuis comitibus templum ingreſſus ubi neminem præter pontificem adeſſe fas erat:quæ intus erant candelabra cum lychinis & menſas & in quibus libare atq; adolere moris erat uaſcula ex auro cuncta proſpexit:congeſtamq; pigmentorum molem ſacrarq; pecuniæ prope ad duo milia talentorum. Nec tamen uel hæc uel aliud quicq̃ de ſacroſanctis opibus ſiue inſtrumentis attigit. Sed poſtero die poſt excidium curare templum ne quid habere ſordidũ edituos iuſſit:& ſolennia ſacra celebrare.Ipſe autem hyrcano põtifice declarato,q; ſe & in aliis rebus alacrem obſidionis tẽpore præbuiſſet: promptamq; ad bellum agreſtium multitudinem ab ariſtobolo reuocaſſet: per quæ ſicut imperatorem bonum decuit beniuolentia potius quam timore plebem ſibi reconciliauit. Inter captiuos etiam compræhenſus ariſtoboli ſocer idemq; patruus tenebatur: & illos quidem qui maxime belli cauſa fuiſſet ſecuri percuſſit fauſtum uero & qui una fortiter fecerant præclaris præmiis donat: & in hyeroſolimis tributum indicit ablatas autem genti etiam quas in ſyria cœperat ciuitates romanorum qui tunc erant militum ducibus parere iuſſit: propriſq; tantum terminis circũclauſit.Inſtaurat autem in gratiam cuiuſdam ex libertis ſuis Demetrii gaderenſis etiam gadara quam iudæi ſubuerterant. Mediterraneas præterea ciuitates eorum de poteſtate liberauit quas præuenti non exciderant hyſpion & ſcitopolium & pellam & ſamariam & mariſſam itemq; azotum & iamniã:maretuſam:necnon & maritimas garã & iopã & doram & pridem ſtratonis pyrgus uocabaſ. Poſt autem ab herode clariſſimis edificiis transformata cæſarea nominata eſt easq; omnes indigenis ciuibus redditas uiri prouinciæ ſyriæ non iunxit. Huius ãt & iudeæ cunctorũq; adminiſtratione ad ægyptos fines & flumen euphratẽ cum duabus cohortibus ſcauro permiſſa Romam ipſe per ciliciam properauit captiuum ducens ariſtobolum cum familia. Erant ãt filiæ duæ totidemq; filii quoꝝ unus alexander ex itinere fugit:minor autem Antigonus cum ſororibus romam uectus eſt.

Scaurus in arabiam proficiſciſ patitur multa ob aſperitatem locorum: Alexander Ariſtoboli filius interim iudæam populatur timet gabinium:ꝓpterea loca arabiæ munit:gabinius præmiſſo Marcoantonio adiunctis aliis obuiam fit Alexandro coactus alexander congredi cum gabinio: uictus effugit gabinius reſtaurat loca: perterritus alexander legatos ad eũ miſit pollicens ſibi oia caſtella quæ ipſe gabinius eruit funditus. Cap. XVII.

INterea ſcaurus in arabiam ingreſſus ad petram quidem regionum aſperitate prohibebatur accedere:quæ ãt circumerant omnia uaſtabat:multis & i hac malis afflictus. Nã exercitũ fames cõprimebat.Cui tamen hyrcanus ꝓ antipatrũ uictui ſuppeditabat neceſſaria. Quẽ uelut arete familiarẽ ẽt ſcaurus ad eũ allegauit: ut bellũ pactiõe deponeret. Itaq; perſuaſum eſt arabis .ccc. talentis decedere:atq; ita ſcaurus ex arabia tranſduxit exercitum. Alexander autem ariſtoboli filius qui põpeiũ fugerat:magna manu dilapſo interea tempore congregata hyrcano grauius imminebat iudæãq; populabaſ. Quam quidem mature debellare poſſe credebat:quoniã diſturbatũ quoq; a pompeio murum hyeroſolimis renouatũ eſſe cõfidebat niſi gabinius in ſyriam miſſus qui ſcauro ſuccederet: cum in aliis fortem ſe præbuiſſet tunc ẽt in alexandrum mouiſſet exercitum. Huius ãt ille impetum ueritus: & ampliorem militum manũ congregabat:donec facta ſunt decem millia peditũ & mille quingenti equites:ullaſq; oportunas mutis hoc eſt Alexandrum & Hyrcanũ & Macherunta nõ longe arabiæ mõtibus muniebat.Igiẽ gabinius cũ parte militum præmiſſo Marcoantonio ipſe cũ toto exercitu ſequebatur. Lecti aũt antipatri comites:aliaq; iudæoꝝ multitudo quoꝝ Malichus & Pytholaus principes erãt: iunctis cum Marcoantonio uiribus ſuis alexandro obuiam proceſſerunt:neq; ita multopoſt aderat cũ ſuis copiis gabinius. Alexander ãt cũ quidem in unum cõfertam hoſtium multitudinem ſuſtinere non poterat abſceſſit.Cunq; hyeroſolimis propinquaſſet coactus prælium ſuſcepit. Amiſſiſq; ſex milibus quoꝝ tria uiua capta ſunt tria uero proſtrata cum reliquis effugit.Gabinius auteꝫ ubi alexandrium uenit quia multos deſeruiſſe caſtra cognouit promiſſa delictoꝝ uenia conabatur ſibi eos ante plurimum coniungere. Cum aũt illi nihil mediocre cogitarent:plæriſq; interfectis:reliquos in caſtellum concludit.In hoc bello dux marcuſantonius multa præclare geſſit: & quãuis ſemper & ubiq; uir fortis apparuiſſet: tamen tunc etiam ſuum uicit exemplum Gabinius aũt relictis qui caſtellum expugnarent ipſi ciuitati ſubuenire:& intactas quidem confirmare:ſubuerſas ãt erigere curabat.Deniq; iuſſu eius ſcitopolis habitare cœpit:& Samaria & Antedon:& Appollias: & lamnia:& Arabia:& Mariſſa:& Dora:& Gadara:& Azotus:aliæq; multæ lectis ciuibus atq; icolis ad eas cõcurrentibus. Is ãt recte diſpoſitis regreſſus ad Alexandriũ uehementius urgebat obſidium. Quare territus alexander oibus deſperatis legatos ad eum miſit: & ignoſci delictis orans & quæ

ſibi parerent caſtella macherunta & Hyrcanium tradere non dubitans: quinetiam Alexandrium eius potanti permiſit.Quæ quidem Gabinius oia conſilio matris Alexãdri funditus eruit:ne rurſus belli alterius receptaculum fierent.Aderat tamen quo ſuis Gabinium palparet obſequiis uiro ſuo cæteriſq; captiuis metuens qui Romam fuerant adducti.

Gabinius Hyeroſolimam deducto hyrcano reuertitur Ariſtobolus interim parato exercitu alexandrium occupat: ſed tumultu romanorum in macherunta confugit ſed tandem capitur & ad gabinium perducitur: Alexander interim iudæam reduxit in diſceſſionem: romanos multos trucidare decreuerat gabinius concordiam perſuaſit ſed certantibus ipſis alexander fugatus diſpſit:gabinius Hyeroſolimam reuertitur. Cap. XVIII.

POſt hæc uero Gabinius Hyrcão Hyeroſolimam deducto eiq; fani cura mandata cæteris reip.partibus optimates præfecit. Omnẽq; iudæorum gentem in cõuentus quinq; diuiſit:uno Hyeroſolimis:altero Doris:itemq; tertio ut apud Amathunta reſpondeat: deſtinatis quarto hyerico & quito ſophoris.Galileæ ciuitas attributa eſt.Singulari autem unius dominatione liberati: libenter ab optimatibus regebantur. Verumtamen non multo poſt euenit: ut turbatum his qui fieret initium elapſus Roma Ariſtobolus qui magna iterum iudæorum manu conflata partim cupida mutationis partim quibus olym dilectus erat:primum occupat Alexandrium:idq; recingere muro tẽtabat.Deinde cognito q; Gabinius Siſennam & Antonium & ſeruilium duces contra ſe cum exercitu miſit in macherunta concedit. uulgiq; i bellis onere depoſito ſolus armatus prope ad octo milia militum ſecum duxit inter quos erat Pitholaus ſecundarum partium rector cum mille uiris & Hyeroſolimis profugus.Romani autem ſequebantur: habitoq; conflictu aliquamdiu cum ſuis Ariſtobolus fortiter dimicando perſeuerabat: donec ui Romanorum ſubacti:cæſa ſunt uirorum quinq; milia.Prope uero ad duo milia in quẽdam tumulum confugerunt. Cæteriq; mille cum Ariſtobolo perrupta Romanorũ acie in macherunta coacti ſunt. Vbi rex cum in ruinis prima ueſpera tetendiſſet:ſperabat quidem aliam ſe manum per indutias belli poſſe contrahere: caſtellumq; bene munire.Impetum autem Romanorũ ſupra quam poterat per biduum remoratus poſtremo capitur: & cum Antigono filio qui romæ ſecum fuerat uinctus ad Gabinium atq; inde Romam perductus. Sed illum quidem ſenatus cuſtodia coercuit.Filios uero eius in iudæam remiſit quia Gabinius ſcripſerat per Epiſtolas id prodi tradi tione caſtellorum coniugi Ariſtoboli ſpopondiſſe.Parato autem Gabinio bellum parthis inferre Ptholomæus impedimento fuit.Qui reuerſus ab Euphrate petebat ægyptum Hyrcano & Antipatro amicis uſus ad omnia quæ militiæ neceſſitas exigebat. Nam & pecuniis & armis eum & frumento Antipater auxiliis adiuuit. Et iudæis in ea parte uias quæ peluſium ducerent obſeruantibus tranſmittere Gabinium perſuaſit.Alia uero Syria diſceſſu Gabinii commota & iudæos iterum Alexander Ariſtoboli filius ad diſceſſionem reduxit: & maxima multitudine cõflata Romanos omnes qui per omnem terram degerent obtrũcare deçreuerat.Quam rem Gabinius metuens iam enim ex Egypto redierat.Hoc tumultu inſtante nonnullis diſſidentium præmiſſo Antipatro concordiam perſuaſit.Cum Alexandro ãt milia.xxx.remanſerant:& ille ad bellum promptus erat.Itaq; ad pugnam egreditur. Occurrũt ãt iudæi & circa mentẽ itabiriũ congreſſi: decem milia ſternunt:cæterã uero multitudinem fugus diſperſit. Et gabinius in hyeroſolimã regreſſus. id enim antipater uoluit remp.eius cõpoſuit. deinde hic,pfectus Nabatheos pugna ſupat:& mitridaté & orphanẽ a parthis per fugas clam dimittit.eoſq; militibus aufugiſſe firmauit.

Craſſus ſuccedit gabinio:ſuſcipit ſyriã:aufert aurũ tẽpli:perit tranſgreſſo euphrate:Caſſius ſyriã defendit:occidit piſilaũ colligentem ſeditioſos ariſtoboli. Cap. XIX.

INterea craſſus ei ſucceſſor datus ſyriam ſuſcepit.is in pthice militiæ ſumptum & omnem aliud aurum templi quod Hyeroſolimis erat abſtulit:& a quibus Pompeius temperauerat duo milia talentorum Euphratẽ uero tranſgreſſus & ipſe periit & exercitus eius:de quo non eſt huius tẽporis cõmemorare. Poſt craſſum ãt parthos in ſyriam properantes caſſius inhibuit receptus. Prouitia ãt fauore eius quæſita in iudæam feſtinabat:captiſq; taricheis prope ad tria milia iudæorum adducit in ſeruitium.Occidit autem etiam piſilaum ſeditioſos ariſtoboli colligentem:cuius necis ſuaſor erat antipater.

Caſſius ex arabis coniugem ſuſcipit:ſociat ſibi regem arabum per affinitatem bellum uult gerere cum ariſtobolo: Cæſar mittit e roma ariſtobolum ſolutum uinculis in ſyriam: perit ueneno & alexander eius filius occiditur: ptolomæus aufert antigonum & eius ſorores a coniuge ariſtoboli:& minorem ſibi coniugio copulat:Antipater mortuo pompeio contulit ſe in clientelam cæſaris & mitridates cum antipatre uictores fiunt: & pompeius tandem gratia antipatris pontificatum confirmauit hyrcano. Cap. XX.

HVic aũt nupta fuit ex arabia nobilis fœmina noie Cypris:unde filios q̃tuor:phaſelũ & regẽ herodẽ & ioſephũ & pherorã & Salome filiã habebat.Cũ ãt omniũ q; ubiq; potentes eſſent amicicia hoſpitiis familiaritates cõquireret:pcipue regẽ arabũ p affinitatẽ ſibi ſociauit:eiuſq; fidei cõmẽdãs filios ſuos ad eũ miſit.quoniã bellũ cũ ariſtobolo gerẽ

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

dum ſuſceperat. Caſſius autem cõpulſo ad otium per cõditiones alexandro ad euphratẽ reuerſus eſt parthos tranſitu prohibiturus de quibus alio loco referemus. Cæſar ãt poſt ſenatus & põpeii fugam trans mare ionium rebus omnibus romaq; potitus ſolutum uinculis Ariſtobolum cum duabus cohortibus uelociter in ſyriam miſit:& hanc facillime & cuncta iudeæ proxima ꝑ illum ſubiici poſſe ratus. Verum & ſpem cæſaris & ariſtoboli alacritatem præceſſit inuidia. Nam ueneno peremptus a pompeii ſtudioſis aliquãdiu etiam ſepultura ĩ ſolo patrio carebat: corpuſq; mortui ſeruabatur melle conditum. Donec ab antonio iudæis iuſſum eſt in monumentis regalibus ſepeliendum. Occiditur autem alexander quoq; filius eius a ſcipione ſecuri percuſſus antiochiæ ſecundum pompeium litteras accuſatione pro tribunali prius habita ſuper his quæ in romanos admiſerat. Ptholomæus autem manei filius qui apud calchida ſub libano morabatur captis eius fratribus filium ſuum philippionem qui eos accerſeret:mittit aſcalonem atq; ille abſtractum ab ariſtoboli coniuge antigonum eiuſq; ſorores adducit ad patrem. Amore autem minorem earum coniugio ſuo copulat:ob eamq; poſtea cauſam a patre occiditur. Accepit enim ptholomæus ĩ matrimonium alexandram perempto filio:huiuſq; affinitatis gratia fratris eius propenſiore cura tuebatur. Antipater autem pompeio iam mortuo in clientelam cæſaris ſeſe contulit: & quia mitridates pargamenus ab acceſſu peluſii prohibitus cum exercitu quem ducebat in ægyptũ apud aſcalonem morabatur. Non ſolum arabas quamuis hoſpes eſſet auxilium ferre perſuaſit. Verum & ipſe armata iudæorum tria circiter milia ſecum mouit. Excitauit autem præſidio ſyriæ quoq; potentes & incolam libani ptholomæum etiam plicum & ptholomæum quorum gratia ciuitates illius regionis alacri animo bellum pariter inchoarũt. Iamq; fretus mitridates auctis propter antipatrum copiis peluſium proficiſcitur. Et quia tranſire uetaretur ciuitatem obſidebat. Antipater uero & in hac oppugnatione clarus enituit. Effracto enim ex parte ſua muro primus in ciuitatẽ cum ſuis comitibus inſiluit.& peluſium quidem capta eſt:ulterius autem progredi non ſinebant: iudæi & ægyptii terrarum incole qui appellantur onium. Quibus tamen antipater non modo ne obſtarent uerumetiam ut uictui neceſſaria præberent militi perſuaſit. Vnde factũ eſt ut nec mẽphite in manus uenirent: ultroq; ſeſe traderent mitridati atq; ille delato peragrato pugnam cum cæteris commiſit ægyptiis in loco cui nomen eſt iudæon ſtratõ pedon: eũq; in acie omni dextro cornu periculo liberauit antipater circũgreſſus fluminis ripam. Leuum enim cornu contra ſe poſitum ſuperabat. Facto autem in eos impetu qui mitridatẽ proſequerentur multos occidit: tãdiu quæ reliquos fugientes angebat:donec etiam caſtris eoꝝ potitus eſt. lxxx. tantũ de ſuoꝝ numero amiſſis. Octingentos ãt fere mitridates cũ fugerat perdidit. Præter ſpẽ uero ſeruatus ex p̃lio uacuus inuidia teſtis regi ab antipatro geſtaꝝ fuit apud cæſarẽ. Vnde ille tũc quidem antipatrũ petit laudibus incitatũ ad ſubeunda pro ſe pericula reddidit põptiorẽ. In quibus oĩbus bellator audaciſſimus cõprobatus:multaq; ꝑpeſſus uulnera toto corpore gerebat:ſigna uirtutis diſertæ. Poſtq; ãt rebus in ægypto cõpoſitis ad Syriam rediit & Romana cum ciuitate ſimul & immunitate donauit:aliiſq; rebus honorando amiciſſimeq; tractando dignum emulatione conſtituit: eiuſdemq; gratia etiam pontificatum confirmauit hyrcano.

Antigonus corã cæſare criminabatur antipatrẽ: ſed cæſar cognitis meritis antipatris hyrcanũ confirmat & cuius uellit dignitatis præponit adoptionem:declaratur procurator iudeæ:ſedat iudæam:hyrcanum reddit in gratiã populis tandem Pſaliũ filium maiorẽ præpoſuit territorio Hyroſolimorum:Herodem minorẽ natu curatorem gallileæ:herodiam depræhendit cũ multis aliis ex hoc cognitus eſt ſexto cæſari propinquo magni cæſaris. Cap. XXI.

EOdẽq; tpe Antigonus quoq; Ariſtoboli filius cũ ueniſſet ad cæſarẽ maioris p̃ter opinionẽ fœlicitatis cãm præbuit Antipatro. nã qui de patris morte queri deberet ꝓp inimicicias põpei:ueneno quantũ putabaẽ perempti:& crudelitatis in fratrẽ accuſare ſcipionẽ:nullũq; inuidie dolorem admiſcere miſeriis. Vltro hoc Hyrcano & Antipatro criminabaẽ ueluti ſe patrio loco cũ fratribus iniq̃ſſime pellerent:multiſq; gentẽ iniuriis afficerẽt: dummõ ſociarenẽ q̃q; in ægyptũ auxilia ipſi cæſari nõ benuolẽtia: ſed timore ueteris diſcordiæ miſerint:& ut amorẽ pompei deprecarenẽ. Ad hæc Antipater ueſte proiecta multitudinẽ uulneꝝ demonſtrabat:& qua fide quidem cæſarem coluiſſet uerbis non eſſe opus dixit. Nã corpus etiam ſe tacente clamare:antigoni autem mirari audaciã:qui cũ hoſtis Romanorum ſit filius & fugitiui Romanoꝝ nouarũq; regꝝ ſtudiũ uotũq; ſeditioſum patris habeat apud Romanoꝝ principem alios accuſare conetur:bonicq; aliquid adipiſci tentaret quẽ hoc ſolũ oporteret amplecti:quod uiueret. Nanq; eum tam nunc propter inopiam deſiderare facultates:ſed ut in eos qui ſe dediſſent iudæorum ſeditiones accẽderet. Quæ ubi cæſar audiuit Hyrcanũ quidẽ pontificatu digniorem eſſe pronunciauit Antipatro autem cuius uelit poteſtatis detulit optionẽ. Qui pmiſſa dignitatis mẽſura ipſi qui daret iudeæ procurator declaratus eſt. Et præter hoc impetrauit ſubuerſa patriæ menia renouare ſibi licere. hos quidem honores cæſar incidendos in capitolium miſit:ut iuſtitiæ ſuæ uirtutiſq; ſignum Antipatri. memoriæ traderetur. Antipater uero ubi de Syria cæſarem proſecutus eſt in iudæam reuerſus ante omnia patriæ muros a pompeio dirutos reparabat: omniaq;

luſtrando ne quid in illis regionibus turbarum eſſet: nunc in terminando: nunc etiam ſuadendo curabat unumquemq; admonens: q̃ ſi cum Hyrcano ſentirent in otio atq; opulentia uicturi eſſent fortunis ſuis & omni pace potituri ſin ſpe uana ducerẽtur: eorum qui priuati quæſtus gratia res nouas optarent. Se quidem non procuratorem ſed dominum omnium Hyrcanum uero tyrannum pro rege:itemq; romanos & cæſarem hoſtes pro amicis & rectoribus habituri:neq; eni paſſuros huius poteſtatem labefactari: quem ipſi regem conſtituiſſent. Sed quamuis hoc diceret tamen etiam per ſe quoniam Hyrcanum ſegniorem uideret:nec tam efficacem ſicut regni poſceret ſollicitudo:ſtatim prouintiæ componebat. Et ſic phaſelum quidem natu maximum filiorum ſuorum militi præpoſitum Hyeroſolimis eiuſq; territorio præfecit. Herodem uero ætate poſteriorẽ nimiſq; adoleſcentem galileæ deſtinat ſimilia curaturum:qui cum natura ſtrẽnuus eſſet cito materiam ubi ad magnitudinem exerceret iuenit: captumq; latronum principem Ezechiam quem præclari maximo agmine continentia Syriæ depræhendit:ipſumq; alioſq; latrones multos interfecit. Eaq; res adeo grata fuit Syriis:ut per uicos & opida caneretur herodes ueluti per eum pace reddita & poſſeſſionibus reſtitutis. Ex huius deniq; operis gloria ſexto ẽt cæſari ꝓpinquo magni cæſaris & Syriam tunc adminiſtranti eſt cognitus.

Compellitur herodes ab hyrcano qui eum tam glorioſum euaſiſſe oderat ut ad eum accedat ipſe uero perſuaſus uerbis multorum qui inuiderant Herodi accerſiri fecit: ſed receſſit Herodes non paratus obedire:Concitatur hyrcanus iterum contra herodem ſed herodis declaratur a ſexto cæſare dux militum in ſyria: herodes hyrcanum cogitat ex regno pellere ſed uerbis patris & fratris mitigatur. Cap. XXII.

QVin & phaſelus fratris indolem contentione bona ſuperare certabat augendo erga ſe beniuolentiam hyeroſolimis habitãtium atq; illam quidem ciuitatem poſſidens nihil autem contumelioſe per inſolentiam poteſtatis admittens. hinc antipater & obſequiis regalibus ab ea gente colebatur:& honores ei tanq̃ rerum domino omnes habebanẽ. Nec tamen ipſe propterea minus fidelis aut beniuolus hyrcano fuit. Verum fieri non poteſt ut liuorem quiſq̃ in ſecundis rebus effugiat. Nanq; hyrcanus quamuis & antea tacite ſua ſponte mordebatur adoleſcentium gloria maxime rebus ab Herode bene geſtis & crebris nuntiis laudes eius per ſingula facta prædicantibus augebatur. A multis tamen inuidis qui regnis adherere ſolent:q; buſq; antipatri eiuſq; filiorũ probitas officiebat inſtigabatur: dicẽtibus q̃ Antipatro & filiis eius rebus traditis ſolo cõtentus & hac poteſtate uacuo regis nomine ſederet. Et quamdiu ſic errabit ut in ſe reges producat. Nec enim eos uel ſimulare iam procurationem: ſed certe eſſe dominos ipſo reiecto:cuius nec mandatis nec epiſtolis præter iudæorum legem tãtam multitudinem peremiſſet Herodes: illumq; niſi regnet: ſed adhuc priuatus ita ad iudicium uenire debere ratione tã ipſi regi quam patriis legibus redditurum: quæ indemnatos occidi nõ ſinerent. His paulatim accẽdebatur hyrcanus. Ad extremum autem ad iracundiam prouocatus cauſam dicturum herodem iubet accerſiri:atq; ille & patriis monitis: & q̃ ei fiduciã res geſtæ darẽt munita prius galilea præſidiis ad regem proficiſcitur. Ibat tamen cum forti caterua ne uel derogare uideretur hyrcano: ſi plures duceret uel inuidie nudus pateret. Sextus autem cæſar adoleſcenti metuens ne quid apud inimicos depræhenſo mali fieret ad hyrcanum mittit:qui ei manifeſte denunciarẽt: ut homicidii crimine liberaret herodem. Hyrcanus autem qui eum diligeret:per ſẽ quoq; id cupiens abſolutionem decernit. Atq; his iuito rege fugiſſe ratus damaſcum receſſit ad ſextum:nequaq̃ paratus obedire ſi denuo fuiſſet accitus. Rurſumq; a nequiſſimis irritabatur hyrcanus firmatum herodẽ abiiſſe firmantibus:& ut ſe contra eum inſtrueret properaſſe. Hæc autem rex uera eſſe exiſtimãs q̃d ageret heſciebat:quoniam potentiorem inimicum uidebat. Cum uero a ſexto cæſare dux militũ per Syriam itemq; ſamariam declaratus eſſet herodes: neq; ſolum propter gentis fauorem: ſed ẽt uiribus ſuis terribilis putaretur:ad timorem ultimum decedit:iamiãq; illum contra ſe credens cũ exercitu eſſe uenturum. Neq; opinione deceptus eſt. Nanq; herodes intentatæ ſibi occaſionis iracundia: conflatam militum multitudinem hyeroſolimam ducebat:ut hyrcanum regno deponeret. Idq; feciſſet niſi pariter egreſſi pater & frater fregiſſent eius impetum deprecãtes ut & ipſe ad uindictam miniſtrandam. ſolaq; indignatiõe mitigaretur: regi autem parceret ſub quo ad hoc potentiæ proceſſiſſet:ac ſi propterea q̃ in iudicium uocatus eſſet indignaretur quia tamẽ abſolutus eſt gratias ageret:neq; triſtibus quidem paria referret ſaluti uero eſſet ingratus. Quod ſi etiã momenta belloꝝ reputanda uiderentur iniq̃tẽ militiæ cõſideraret: neq; omnino de uictoria bene ſperaret qui cum rege cõgreſſus eſſet una ſecum educato: & ſæpe quidem benemerito:ſeuo autẽ nunq̃:niſi q̃ maliuolorum conſiliis impulſus umbram ei tantum iniquitatis admouiſſet. Paruit his herodes qui ſperatis putauerat poſſe ſufficere:ſuaſq; uires demonſtrare nationi.

Oritur diſcordia inter romanos & ob diuturnitatem belli uenit marcus ſucceſſor ſexti cæſaris q̃ mortuus fuit a celio baſſo fauore pompei. Cap. XXIII.

TInter hæc diſcordia Romanorũ circa appamiam bellumq; domeſticum oritur: quoniam Cecilius baſſus fauore Pompei ſextũ cæſarẽ dolo necauerat:eiuſq; militẽ occupa

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

uerat.illi uero cæſaris duces mortis eius ulciſcendæ gratia cunctis uiribus baſſum petebant. Qui bus cum tam interempti quã ſuperſtitis cæſaris ;cauſa ambobus eſſet amicus antipater per filios ſuos miſit auxilia.Cum ãt bellũ traheretur ex italia qdẽ ſucceſſor antedicti ſexti uenit Marcus.

Tempore quo Marcus fit ſucceſſor ſexto cæſari : Caſſius in ſyriam petit exactiones imponit: iraſcitur contra malichum eius exactorem: herodes fit carus caſſio: præficitur procurator ſyriæ: Caſſio decedente e ſyria oritur ſeditio Hyeroſolimis felix quidam uolẽs uindicare necem malli fratris congreditur cum herode: Herodes potitur uictoria: Accuſatur herodes Antonio interfecto caſſio:pecunia eum pacauit ueniunt legati anthiochiæ centum uiri contra herodem & hyrcanum meſſalla defendente eos : tetrarchas ambos declarat Antonius : legatos carceri compellit: maior tumultus fit Hyeroſolimis bellũ geſtũ ẽ cõtra alios legatos ab antonio ita ut multos occi diſſet:Prazaphanes concitans itez pacaz contra hyrcanum:tandẽ ab herode multi obtrũcantur die pẽtecoſtes in ciuitate ortũ ẽ bellũ ita ut multi occiſi ab herode:multi fugati. Cap. XXIIII.

EOdem tempore bellum inter romanos conflato:dolo bruti & caſſii cæſare interfecto. Poſtq̃ triennium ſeptemq; mẽſes tenuit prĩcipatum. maximo autem motu cædis eius gratia concitato:& optimatibus inter ſe diſſidentibus propria ſpe quiſq; ducebatur ad id quod exiſtimabat eſſe commodius. itaq; Caſſius ſyriam petit occupaturus militem qui appamiam circunſedebat:ubi & marcum & diſſidentes cohortes baſſo cõciliauit:ſimulq; obſidione liberauit appamiam ipſe uero exercitum ducens ſtipẽdium ciuitatibus indicebat:nec modus erat exactionum . Cum autem iudæos quoq; ſeptingenta talenta iuſſiſſet inferre: minas eius ueritus antipater filiis ſuis & aliis amicis maturæ pecuniæ cogendæ curam diſtribuit.& inter eos malicho cuidam ex inimicis neceſſitas adeo urgebat. Primus autem herodes caſſii fauorem promeruit:qui ex galilea parte ſua centum talenta portauit:propterea inter eximios amicos numerabatur.At uero cæteros tarditatis arguens caſſius ipis ciuitatibus iraſcebatur.Eoq; reguſnã & tamaũ & duas alias ex uilioribus depopulatus:ibat quidem quaſi malichum interfecturus:q; remiſſior in exigendo fuiſſet. Verum & huius & cæterarum ciuitatum interitum repreſſit antipater cẽ tum illico talentis caſſio delinito. Nequaq̃ tamen malichus poſt obitum caſſii beneficiorum antipatri memor fuit. Sed illi ipſi quem ſæpenumero ſeruatorem fuiſſe ſui nouerat periculum moliebatur iniquitatis ſuæ impedimentum abolere feſtinans itaq; antipater & uires eius & callidita tem metuens:flumen trans iordanem abiit ad ulciſcendas inſidias congregaturus exercitum.Depræhenſos autem malicheus antipatri filios inprudentia ſuperat . Nam & phaſelum apud hyeroſolimam præſidiis appoſitum: & herodem qui cuſtodias curabat ad murum multis excuſationibus & ſacramentis circunuentos impellit:ut ipſis intercedentibus reconciliaretur antipatro. atq; ita denuo per antipatrum exorato Marco tunc in Syriam militem regente ſeruatus eſt: qui malichum ſtatuerat occidere.quod nouis rebus ſtuduiſſet.Cæſare uero adoleſcente:& Antonio cum bruto & Caſſio bellum gerentibus:Marcus & Caſſius exercitu de ſyria cõflato:q; magna pars ubi uſus poſcit Herodes fuiſſet:ipſum quidem totius Syriæ procuratorem præficiũt equitum illi manu peditumq; attributa.Si autem bellum dediſſet:regnum quoq; iudeæ Caſſius ſe eidem declaratuz eſſe pollicitus eſt: euenit autem ut antipatro & ſpes & fortitudo & filii cauſa mortis fieret. Horum enim metum Malichus miniſtro quodam regio pecunia corrupto mixtum ei ueneno poculum dari perſuadet . Atq; ille quidem iniuſtitiæ Malichi palma fuit:poſt conuiuium mortuus uit ad alia ſtrennuus rebuſq; adminiſtrandus idoneus : & qui regnum recuperatum conſeruaſſet Hyrcano & Malichus infenſum propter ſuſpitionem ueneni populũ pernegãdo placabat:ſimulq; ut ualidior eſſet:armatorum ſibi copias conquirebat.Nec enim Herodem ceſſaturum arbitrabatur:quin etiam mox cum exercitu necis paternæ ultor aduenirẽt. Sed Phaſeli fratris conſilio qui eum palam minime perſequendum eſſe dicebat:ne uulgi ſeditio concitaretur: & purgãtem ſe tũc Malichum pacienter admiſit:& ſuſpitione liberum eſſe concedens clariſſimas paterno funeri celebrauit exequias.Conuerſus autem in Samariam & ciuitatem compoſuit ſeditione turbatam: per quæ dies feſtos in hyeroſolimam remeabat præmiſſis comitibus armatis : nam timens impetum compellebat Hyrcanus. Malichus autem alienigenas introduci ſuper indigenas quod dies feſtos agerent prohibebat . Herodes autem & ipſo quiq; præcepit cauſiſq; contemptis nocte ingreſſus eſt.Iterumq; Malichus ad eum ueniens antipatrum flebat . Contra quod ille ſe fallicũ uix doloré peremeret ſimulabat & tamen de nece patris apud Caſſium per epiſtolas quæſtus eſt. Cui præterea Malichus inuiſus erat.Itaq; non modo ut mortem patris ulciſceretur ei ſcripſit:ſed etiam chiliarchis quibus præceperat ut in cauſa iuſta herodi opem ferent occulte præcepit . Et quoniam capta leodicia undiq; ad herodem conuenerant optimates cum mulieribus & coronis ipſe quidé hoc ultioni tempus deſtinauerat. Malichus autem id tyri fore ſuſpicabatur: & filium ſuum tunc apud Tyrios obſidione ſtatuit ſubducere:& in iudæam fugam parabat. Salutis autem deſperatio ſtimulabat:ut etiam maiora cogitaret nã & iudæoz gentẽ cõtra romanos excitatuz ſe credidit: dum bello aduerſus Antonium caſſius occupabatur deiectoq; hyrcano facillime regnaturz . Sed profecto irridebat eius ſpem fatale decretum.Etenim quo intenderet animum ſuſpicatus: herodes & ipſum hyrcanum prope aſtantem ad cenam uocat. Deinde ſeruorum quendam inſtruendi conuiuii ſpecie intromittit.Sed res erat ut chiliarchis prædiceret ad inſidias aggredi:atq; illi præceptorum caſſii memores ad litus ciuitati proximũ armati gladiis exierunt.Ibiq; circunſeptũ malichum multis uulneribus interficiunt. Hyrcanus autem ſtatim cõcidit ſtupore diſſolutus: uixq; anima recepta herodem percunctabatur : quis malichum occidiſſet . Et cum ex chiliarchis unus reſpondiſſet caſſi præceptum:plane inquit & me & patriam meam caſſius ſeruabit incolumẽ:qui amborum inſidiatorem peremit. Vtrum autem id inuidia dixerit:an q; timore factum probaret: incertum eſt.Sed enim in malichum hoc eſt modo ultus herodes.Poſtq̃ uero caſſius exceſſit e ſyria iterum hyeroſolimis orta ſeditio eſt.Cum fœlix in phaſellum mouiſſet exercitum & in herodem fratris pœna uellet necem malichi uindicare. Caſu autem herodes cum fabio romano duce apud damaſchum habitabat.Et ne cupiens auxilio foret morbo impediebatur.Interea tamẽ phaſellus etiam ſine cuiuſq̃ præſidio ſuperauit fœlicem probrumq; ingrati obiiciebat hyrcano : qui & fœlici ſtuduiſſet fratremq; malichi caſtella occupantem coniurauerat. Iam enim multa tenuerat omniumq; tutiſſimum maſadam.Nec tamen ei quicq̃ contra uim herodis potuiſſet ſufficere: qui mox ut conualuit alia recepit . Et illum ex maſada ſupplicem dimiſit & marionem tyriorum tyrannum ex galilea pepulit.Triennium caſtella poſſederat: tyriiſq; quos cœperat uitam cõceſſit omnibus nonnullos etiam donatos abire permiſit:una & ſibi ciuitatis beniuolentiam & tyrãno comparans odium.Marion autem a caſſio quidem meruerat tyrannidem qui tot ſyriæ tyrannos præfecerat. Sed ob herodis inimicitias etiam antigonum & ariſtobolum ſecum ducebat & ptholomeum ppter fabianum quem antigonus pecunia ſibi ſociatũ adiutorẽ incepti habebat.Cuncta uero ſocer ptholomeus antigono ſubminiſtrabat . Cõtra quos herodes inſtructus in aditu iudeæ commiſſo prælio uictoria potitur . Fugatoq; antigono redit in hyeroſolimam: pro merito geſte rei omnibus carus:ut etiam quibus antea deſpectus erat:tunc in eius familiaritatem ſeſe dederint propter hyrcani affinitatem.Nanq; is herodes iam pridem ex indigenis habebat uxorem nõ ignobilem quæ doſis uocabatur:& antipatrum ex ea ſuſceperat filium.Tũc aũt dux erat alexandri cuius pater fuit ariſtobolus:filiã marianné hyrcani neptem ex filia atq; inde regi familiaris erat. Sed ubi caſſio circa philippos interfecto cæſar in Italiam & antonius in ſyriam diſceſſerunt:& legatis ab aliis ciuitatibus ad antonium miſſis in bithyniam etiam iudæorum optimates accuſatũ ueniunt phaſellum & herodem q; illis rerum ſummam ui poſſidentibus nomen tantum honorabile ſupereſſet hyrcano.Atq; herodes qui præſto erat magna pecunia placatum ſic antonium affecit: ut ne uerbum quidem inimicorum eius pateretur audire.& tunc quidem ita digreſſi ſunt . Cum autem denuo iudæorum princeps centum uiri antiochiæ proximam daphniem ad antonium uenirent iam amori cleopatræ ſeruientem:delecti a cæteris qui eloquentia & dignitate præſtabãt ad uerſus fratres accuſationem proponunt. Reſpondebat autem meſſala cauſæ defenſor aſtante etiam propter affinitatẽ hyrcano . Auditis deinde utriſq; partibus antonius percõtabatur hyrcanũ : quinam eſſent regendis rebus aptiſſimi.Cunq; is herodem eiuſq; fratres aliis prætuliſſet uoluptate repletus.Nam & hoſpes eorum paternus erat:humaniſſimeq; ab antipatro ſuſceptus eo tempore quo in iudæam cum gabinio uenerat tetrarchos ambos declarat:totius eius iudeæ procuratione permiſſa.Legatis autem id egre ferentibus.xv.eorum correptos carceri tradidit: quos etiã pœnæ occidit. Cæteros autem reiecit cum iniuria:unde maior tumultus hyeroſolimis excitatus eſt. Deinde mille legati iterum tyrum miſſi ſunt ubi commorabatur ãtonius in hyeroſolimam paratus irruere.Et contra eos uociferantes magiſtratus tyriorum directus:data ei licentia ut quos cõpræhendiſſet occideret:præceptoq; ut eorum poteſtatem cõfirmare curaret: qui tetrarchæ ipſius eſſent antonii ſuffragio cõſtituti. Ante hoc autem herodes uſq; ad litus cum hyrcano progreſſus multis eos admonebat:ne & ſibi interitus & patriæ belli cauſa fierent:dum inconſiderate contendunt.Illis aũt tãto magis id indigne ferẽtibus:Antonius miſſis armatis multos occidit:multos ẽt uulnerauit.Quorum & ſaucios cura & mortuos ſepultura hyrcanus dignatus eſt.Non tamẽ ideo qui effugerant quieſcebant: perturbando enim ciuitatem antonium irritabant: ut etiam quos in uinculis haberet occideret.Brazaphanes autem parthorum ſatrapa Syriam biennio poſt tamẽ cũ regis filio pacoro detinẽti lyſanias patris ſui mortui ſucceſſor Ptolomei manei filii mille ſatrapæ talenta pollicitus & mulieres quingentas:ei pſuadet ut antigonũ in regnum induceret hyrcanũq; deponeret.Impulſus igitur ab eo pacorus:ipſe quidem per maritima loca perrexit.Barattanem autem itinere mediterraneo iuſſit irrumpere. Sed maritimoz tyri pacorũ excluſerunt. Cum ptolomeus eum & ſidonii receperunt.Ille autem quendam regium miniſtrũ cognomine ſuũ:equitatus ei parte attributa ad iudæos iuſſit accedere:& exploraturum hoſtiũ conſilia: & ubi uſus exegiſſet præſidio futurum antigono.Plurimi ãt eorum qui carmelum populabanẽ iudæi:ultro ad antigonũ currunt ad irruendum acriter animati.Ille ãt ad locum qui drimas dicit occupandũ eos pmittit:ubi cõmiſſa pugna depulſiſq; hoſtibus & fugatis: hyeroſolimã curſu petebãt: auctiq; multitudine uſq; ad regiam proceſſerunt. Excepti ãt ab hyrcano & phaſelo:forti acie in foro confligunt. Ibiq; hoſtes in fugam uerſos:pars herodis in fanum cõcludit:cuſtodeſq; his ſexaginta uiros appo-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

nit:per ædes proximas collocatos.Sed hos quidé infenſor fratribus populus igni cõſumit. Herodes auté iracundia peremptoꝝ:cõgreſſus cum populo multos obtruncat:inq; dies ſingulos inuicem ſeſe per inſidias incurſantibus aſſidue cædes erant.Inſtante uero die feſto qui penthecoſte uocatur:omnia circa templũ totaq; ciuitas plebe ruſtica repleta é:& plæraq; armata.Et phaſelus qui dem muros:Herodes quidé cum paucis domũ regiam cuſtodiebat. Inuaſiſq; de improuiſo hoſtibus in ſuburbano cõplures quidé peremit:omnes ãt in fugam conuertit . Et hos in ciuitate:alios in fanum:alios in extremum uallum concludit.

Admittitur arbiter pacis pacorus:ſimulans pacorus uolebat antigonũ adiuuare: cognitis inſidiis miſſoq; miniſtro ad necem herodis qui noluit admittere habés huiuſmodi ſuſpectos : audito ꝙ phaſelus frater eius fuiſſet corruptus ad idumeam nocte pgit:cognitus a barbaris cogitur recedere præmiſſa matre & fratribus:ad maſada properabat decertans cum illis potitur uictoria: loſephus frater herodis obuiam herodi uenienti ex idumea fuit paucis ex cariſſimis receptis alios dimiſit: parti Hyeroſolimã ueniunt:conſtituũt regem antigonũ: Hyrcanum & phaſelũ uerberãtes: dentibus auriculas truncat antigonus ne poſſit eſſe pontifex: Herodes cognita morte phaſeli fratris uix euadés romã puenit.Creaſ rex fauore oĩum & fauore Antonii & Cæſaris. Cap. XXV.

INterea pacis arbitrum pacoꝝ Antigonus & petit & admittit.Exoratus aũt phaſelus & ciuitate & hoſpitio eum equitibus quingentis parthũ recepit: ſed ante quidé ſpecie cõcordiæ uenienté. Re auté uera ut adiuuaret antigonũ. Deniq; phaſelũ dolo pepulit ad Brazaphanem legatos de cõpoſitione mittere:quamuis multa diſſuadente herode:atq; ut inſidiatoré occideret.Ne ue ſe eius fallaciis dederet:admonente enim natura barbaros fidẽ negligere.Exiit etiam pacorus cũ hyrcano quo minus ſuſpectus eſſet:nonnulliſq; relictis equitibus apud herodem:quos eleuitheros uocant: cũ cæteris phaſelũ perſequebatur. Sed ubi ad galyleam uenerunt: indigenas quidem diſſidentem atq; armatos offendunt. Satrapá uero conueniunt ſatis callide:& officiis amiciciæ dolos tegenté. Deniq; poſtq; dona eis dedit redeũtibus inſidias poſuit, Illi autem in maritimũ quendam locum deducti cui nomen eſt edipon:fraudé intelligunt.Ibi eni de promiſſis mille talentis audierunt: & ꝙ Antigonus plæraſq; mulieres ex his quas ipſi haberét inter quingentas partes deuoueſſet: quodq; ſibi ſemper a barbaris perſtruerentur inſidiæ . Olym enim capti eſſent niſi mora fuiſſet: dũ hieroſolymis caperetur herodes: ne ſibi præſciens quæ de his agerentur caueret.Hæc iam non uerba erát ſolum:nam & cuſtodes haud procul abeſſe cõſpiciebat. Et tamé phaſelus hyrcanũ deſerere nõ paſſus eſt: quamq; eum ſæpius moneret ut fugeret: cui Saramalla ſyrioꝝ tunc ditiſſimus dixerat: quemadmodũ eſſent oĩa de inſidiis cõſtituta . Sed cõuenire ſatrapá maluit atq; mox exprobrare:ꝙ ſe inſidiis appetiſſet:ac maxie quia pecuniæ cauſa talis extitiſſet:cũ plus ipſe pro ſalute daturus eſſet: q̃ pro regno promiſiſſet antigonus. Ad hoc parthus ſubdola ſatiſſactiõe:iuriſq; iurádi ſuſpitioné deprecatus perrexit ad pacorũ.ſtatimq; a parthis qui remanſerant: quibus iuſſum erat phaſelus atq; hyrcanus cõpræhenderentur: per iniuriá ſimul ac per inuidiá execrantes . Et interim miniſter ad hoc miſſus herodem capere moliebatur. Eumq; fallere ut extra murũ procederet:ſicut ſibi mandatũ fuerat conabatur. Ille auté ſuſpectos habere ſolitus ab initio barbaros:& tũc minime dubitans in hoſtes incidiſſe litteras:quæ inſidias proderent indicare nolebat: quáq̃ ſatis idoneam cãm pacorus prærenderet: epiſtolas portantibus obuiá ire debere:nec enim aut ab hoſtibus eſſe captos:aut quicq̃ de inſidiis:ſed quæ phaſelus geſſiſſet his contineri . Iamdudũ auté ab aliis audierat herodes fratrem ſuũ phaſelum eſſe corruptũ: & hyrcanũ filia Mariáne prudentiſſima fœminaꝝ:multis cũ precibus ne proderet orabat: ne ue ſe crederet manifeſtis iam conatibus barbaroꝝ. Adhuc autem pacoro cũ ſociis deliberante: quonammodo clam pararet inſidias: nec eni fieri poſſet ut tantæ ſapientiæ uir ex aperto circũuenire tur.Nocte herodes cũ propinquiſſimis ſibi perſonis ad idumeá ignaris hoſtibus proficiſcitur. Eo cognito parthi eũ perſequebantur . Et ille matrem quidé fratreſq; ſuos: deſponſatáq; puellá cum matre:minimoſq; fratres prætédere iter iuſſit.Ipſe auté caute cum famulis ſuis barbaros retentabat:multiſq; per omnes conflictus interéptis:ad caſtellũ Maſada properabat.Grauiores autem in fuga parthis iudæos expertus eſt.Qui cũ ſemper moleſti fuiſſent:a ſexageſimo tamen ciuitatis ſtadio aliquádiu etiam acie decertauerunt. Vbi herodes uictoria potitus cum multos interfeciſſet:ipſumq; locum in memoriam clari facinoris ædificatũ locupletiſſima exornauit regia : arcemq; in eo munitiſſimá condidit:ac de ſuo nomine herodion uocauit. Et tũc quidem cũ fugeret multi ſe applicabant.Poſtea uero quá de idumea uenit occurrit ei frater Ioſippus:turbáq; ſequentiũ diminui perſuadet:nec enim capacé eſſe multitudinis Maſadam.Erat aũt ſupra quá nouem miliũ multitudo.Itaq; paruit herodes eius cõſilio:& impares quidé neceſſitati per idumeam diſmiſit cũ uiatico:lectiſſimos auté maximeq; neceſſarios tenuit:atq; ita in caſtellũ receptus.Deinde octingétos qui mulieres defenderét:itéq; commeatu qui ſatis eſſet obſeſſis ipſe in petram ciuitaté arabiæ prexit.Parthi auté apud hyeroſolimã in prædam uerſi:in fugientiũ domos ac regiam irruebant:ſolis hyrcani pecuniis abſtinentes: quæ.ccc. talenta ſuperabant: alioꝝ uero ſpe minores inueniebant. Quoniam herodes iam pridem barbarorum perfidiam ſuſpicás: quicquid erat in opibus præciosum in idumæam multo ante comportauerat:eiuſq; ſociorum itidem quiſq; fecerat. Verumtamẽ poſtq̃ præda potiti ſunt parthi ad hoc iniuriæ proceſſerunt:ut omnem terram illam bello implicato replerent.Mariſacum quoq; ciuitate uaſtata:nec ſolum Antigonum regem conſtituerent:uerum etiam phaſelum & hyrcanum uinctos ei traderent uerberandos. At ille hyrcani quidem auriculas dentibus truncat:ne ſolutus quidem mutatis rebus unq̃ pontificatum recipiat:ab ítegris enim celebrari ſacra oportet.Phaſeli uero uirtute præuentus eſt . Qui cum nec ferri copiam:nec manus liberas haberet:ad ſaxum fracto cápite interiit:atq; ita probato ꝙ uerus herodis frater eſſet:hyrcanuſq; degeneraſſet uiriliter uita functus:dignum operibus humanis obitum aſſecutus. Fertur tamen & aliud ꝙ ex illa quidem plaga reſipuerit: ſed ueluti curandi eius cã miſſus ab Antigono medicus uenenis malis uulnus expleuerit : eoq; illum pacto peremerit . Vtrumuis autem uerus ſit:præclarum habet initium. Deniq; aiunt eum priuſq̃ efflaret animam: cognito ex quadá muliercula ꝙ herodes euaſiſſet dixiſſe.Nunc bono animo decedam:qui ultorem inimicorum uiuum reliquerim.Ille quidem ſic moritur.Parthi autem quamq̃ mulieribus caruerunt quas maxime cupiebant:rebus tamen Antigono apud hyeroſolimam compoſitis:uinctum in parthiam hyrcanum ducunt.Herodes ãt obſtinatus in arabiam uelut adhuc uiuo fratre ſuo feſtinabat:ut pecunias ab rege acciperet quibus ſolis exoratam iri pro phaſelo ſperabat auaritiam barbarorum.Etenim reputabat ſi arabs minus memor fuiſſet paternæ amiciciæ:animoq; liberali parcior:uel mutuum ab eo ſumere:quod redemptionis cauſá præberet: pignori oppoſito ipſius filio quem redimeret.Secum enim habens fratris filium ſeptem annis natum.ccc.quæ talenta dare decreuerat interpoſitis præcatiõe tyriis. Sed profecto ſtudium fortuna præuenerat:& phaſelo mortuo ne qcq̃ fratrem diligebat herodes.Non tamen uel apud arabas ſaluá eſſe amiciciam repperit.Deniq; Malichus rex eoꝝ præmiſſis qui hæc admonerent quamprimũ reuerti eũ a finibus ſuis iubet:ſimulatione quidem parthos per legatos petiſſe:ut herodé arabia pelleret. Certa uero cauſa fuit ꝙ uieem Antipatro debitã negare propoſuerat.Neq; beneficiis ab eo perceptis aliqd eius filiis gratiæ rependeret conſolatione egentibus.Impudentiæ uero ſuaſores habebat qui antipatri uellét obiurare. Depoſita erant autem circa eum potentiſſima. Proinde herodes quidem ubi arabas ex ea cã hoſtes eſſe depræhendit:unde amiciſſimos exiſtimabat:eaq; reſpondit nuntiis quæ dolor imperabat:ægyptum uerſus recedit.Et prima quidem ueſpera in quodã agreſti fano dũ poſt ueniétes reeipiebat tendit.Poſtero autem die cũ rinocururam peruenifſet:fratris ei mors nũtiaſ. Acceptoq; tanto luctu quanto curaꝝ depoſuit:ibat ulterius.Itaq; arabá ſero facti penituit:& qui reuocarent eum qué cõtumelioſe tractauerat uelociter miſit. Herodes ãt etiam hoc in peluſium peruenerat: ibiq; tráſitu prohibitus:ab eius rei ſpeculatoribus rectores addit:& illi eum famá uiri dignitatéq; reuerit:alexandriam proſequuntur. Tráſgreſſus ãt ad ciuitaté a Cleopatra honorifice ſuſceptus eſt:ducem ſibi militum fore:eũ ad ea quæ parabat exiſtimãte.Deceptus ãt reginæ præcibus: neq; hyemis aſperitatem:neq; marina diſcrimia: quominus nauigaret romã extimuit.Circa pamphiliá uero periclitatus maiore oneris parte relicta:uix in rhodũ uehementer bello caſſii ſollicitante ſaluus euadit.Amicorum ãt ſuorum ptolomæi & Saphini receptus hoſpitio:licet rei pecuniariæ per meretur inopia:maximá tamen ædificat nauem triremẽ:eaq; cum amicis delatus brunduſiũ:atq; inde continuo romá profectus : familiaritatis paternæ gratia primum conuenit Antoniũ:eiq; tã ſuas q̃ totius generis clades exponit: quodq; affectibus ſuis in caſtello at obſidiõe derelictis ad eũ hyeme ſupplex nauigaſſet . Itaq; tãtæ miſerationis caſum miſeratus Antonius:& memoria quidé iunctæ cum antipatro dexteræ: tunc uero ipſius qui erat contéplatione uirtutis: etiam tunc regé conſtituere propoſuit iudæoꝝ:quoniam ipſe tetrarcham ante fecerat.Non minus ãt quá fauore herodis odio ducebatur antigoni. Hunc enim & ſeditioſum & romanis inimicũ eſſe arbitrabaſ . Cæſarem quidé habebat multo quá ipſe paratius renouantẽ Antipatri expeditiones quas in ægypto cum eius patre pertulerat: & hoſpiciũ & in rebus cũctis beniuolentiá:cum præter hæc ipſius quoq; herodis efficaciam cerneret. Verũtamen & ſenatum conuocabat:ubi Meſſala:& poſt eum Attratinus aſtante herode patris eius merita:& ipſius circa populum romanũ fidem perſequebantur:quo ſimul & hoſtem antigonũ demonſtrarent:non ſolum ꝙ intra breue tempus bis diſſidere cœpiſſet:uerum etiam ꝙ antea quoq; populo romano deſpecto parthoꝝ ſuffragio regnum curauiſſet accipere . His autem commoto ſenatu cum Antonius bello contra parthos gerendo; utile eſſe dicebat herodem regem creari omnes aſſentiunt. Dimiſſo conſilio Antonius quidem & Cæſar egrediebantur medium ſtipantes herodem.Conſules autem cum aliis magiſtratibus antecedebant cæſuri hoſtias: decretumq; ſenatus in capitolio depoſituri . Primo autem die regni herodis apud Antonium cœnatum eſt.

Antigonus incluſos tenet Ioſephum & alios qui etiã exeuntes quandoq; uincebant quandoq; aduerſo caſu reuertebant:uentidius interim feſtinat ioſepho & aliis ferre auxiliũ:ſed placatus muneribus antigoni diſcedit: herodes ex italia reuertitur & cõtra antigonum ſũmit exercitũ : caſtris poſitis declarat populo uenifſe bono populi & non recordaturus offenſarum;detegitur corruptio ſylonis ab herode ꝙ ipſe uinum & oleum & omnia neceſſaria defferri ſcripſerit in hyerecunta:he-

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

rodes occupat ciuitatem & quingenta cacumina montium:cõmittit bellũ:uictor reuertitur:herodes multos in ſpeluncis occidit:pater ſeptem filios cũ matre occidit qui uolebant fœdus inire cũ herode:& ſeptem etiam deſuper occidit: reuertitur in ſamariam contra antigonũ dimiſſo ptolomæo præpoſito qui ab eis occiditur : occiſis multis per herodem fertur ꝙ loſephus eius frater in iudæa frangitur & moritur in galilea ſe confert:uulneratur Herodes:municipia multa occupat:in fugam uertit aciẽ inimicorum:ciuitatem ingreditur cladẽ fecit ex illis magnam:ſed ꝓpter hyemis aſperitatem non potuit Hyeroſolimã applicare:interim uxorem ducit & in Hyeroſolimam petit. iterum oritur diſcenſio in ciuitate:Herodes iratus quoſcunq; poſſet occidit: Antigonus ad pedes caſſii proſternitur : Herodes quærit pacare ciuitatem: & ſtudioſos ſuos facere amicos : antigonos neci tradere. Cap. XXVI.

EOdẽ uero tempore Antigonus apud maſſala incluſos obſidebat:aliis quidem uictu neceſſariis abundantes: aquæ autem inopes . Vnde Ioſephus quoq; frater regis cũ ducentis familiaribus ſuis ad arabas confugere cogitabat:audito ꝙ eoꝝ quæ in herodem cõ miſerat malichum pœniteret:caſtellumq; reliquiſſet: niſi circa noctem qua egreſſurus erat plurimum imbrium contigiſſet effundi . Aqua enim repletis puteis fugiendi cauſa non erat ut iam ultro in antigoni militem eruptionis auderent:multoſq; nunc aperto prælio: nũc inſidiis neci darent:non tamen illis omnia pro uoto cedebant:ſed ipſi quoq; interdum cum aduerſo caſu reuertebantur.Interea dux romani militis uentidius prohibitum miſſus parthos a ſyria poſt illos in iudæam uenit:uerbo quidem ut ioſepho: & qui una obſidebantur ferret auxilium: re autẽ uera ut pecunias auferret antigono.Itaq; cum non longe ab hyeroſolimis tetendiſſet quæſtu expletus:ipſe quidem cũ plurima exercitus parte diſcedit. Silonem uero cũ paucis ne furto depræhenderetur ſi oẽs abduxiſſet reliquit.Antigonus autẽ ſperans iterum parthos ſibi adiumento: ſilonẽ interi placabat:ut pendente ſpe nihil inquietaret.Iam uero naui ex italia in ptolomaidã deuectus herodes:non parua manu coacta extraneoꝝ atq; gentilium per galyleam aduerſus antigonũ properabat uentidii & ſilonis fultus auxilio:quibus dellius ab antonio miſſus ut herodem in regnũ adducerent perſuaſit . Horum ãt uentidius quibuſdã turbas in ciuitatibus quæ propter parthos euenerant componebat.Silonem uero antigonus in iudæa mercede corruperat.Non tamen herodes opis egebat.In dies enim ſingulos quo magis iter promouebat:augebãtur eius copiæ. Præter paucos enim omnis ei galylea conſenſit: & propoſitũ habebat primũ neceſſarium maſadã ut primum affectus ſuos liberaret:ſed impedimento fuit ioppe.Hæc enim prius ꝙ hoſtilis eſſet eximẽda uidebatur:ne dum ipſe peteret hyeroſolimam tutamen a tergo aliquod inimicis reliqueretur. Etiã filio iungit agmina inueniſſe gaudens reſiſtendi occaſionem:ꝙ eum perſecutio præmeret iudæorum.Hos ãt herodes paruæ manus excuſſione perterritos mature ĩ fugam uertit : & ſilonem male repugnantem periculo eripit . Deinde capra ioppe ſuos deliberaturus ad maſadã feſtinabat: cum indigenarum alios amicicia paterna ſibi ſociaret:alios ipſius gloria:nonnullos utriuſq; uicißitudo debita beneficiis:plurimos tamen ſpes ut a rege certiſſimo . Iamq; uallidiſſimas quæſierat militum copias:& antigonus iter eius impediebat:loca inſidiis oportuna p̃ueniens: unde nullum aut minimũ afferebat hoſtibus detrimentũ.Herodes autem facile receptis ex maſada pignoribus ſuis & rebus:a caſtello in hyeroſolimã perrexit.Cui ſe tã ſilonis milites:q̃ cæteri de ciuitate iunxerunt:uirium eius timore perculſi.Caſtris autẽ poſitis in occidua regione oppidi:cuſtodes eius partis ipſum ſagittis & iaculis impetebant.Ab aliis uero per cuneos excurrentibus primæ frontis acies tẽtabant. Herodes autem primo circa muros præconaria uoce declarari iuſſit: populi ſe bono & ciuitatis aduenißſe: pœnaſq; ab nullo q̃ manifeſto inimico repeturum: ſed diſcordiſſimis etiã offenſarum obliuionẽ daturum.Deinde cũ allocutionibus contrariis pars antigoni obſtaret:quominus aut præcones exaudiret:aut uoluntatem mutare quiſpiã poſſet quod reliquũ erat ſuis imperat muroꝝ defenſores adulciſci: atq; illi ſtatim ſagittis cunctos ex turribus in fugã uerterunt. Ibiq; tunc ſilonis detecta corruptio eſt.Multis enim militum ſubornatis qui rebus egere ſe neceſſariis acclamarent: pecuniãq; alimentis poſcerent.atq; hyemandi gratia in loca oportuna dimitti. Nam ciuitati proxima deſerta erant.Ita omnibus ab antigono ante prouiſis & incitabat exercitũ: & ipſe recedere conabatur. Herodes ãt non ſolum rectores qui ſiloni parerent: ſed etiam milites ubi eſſent plurimi conueniendo rogabat: ne ſe deſtituerent quem ſcirent a cæſare & Antonio & ſenatu deductũ in uno die pollicitus eos penuria ſoluere. Deide hoc præcatus ipſe in agros abiit: tantamq; his copiã commeatus exhibuit:ut ſilonis omnes cauſationes perimeret: ſimulq; ꝓſpiciens ne uel in poſterum miniſtrare deſinerent:accolas ſamariæ per epiſtolas admonebat. Nam ciuitas eius ſe clientelæ dederat:ut alimenta & uinũ & oleum & pecora in hiericũta deferrẽt. Hæc ubi audiuit antigonus ſtatim qui frumento hoſtes prohiberent atq; inſidias quibus opprimerentur per agros dimittit.Illiq; iuſſis obediunt:& magna iam manus armatoꝝ ſuper hiericunta fuerat congregata.Diſcreti autem mõtibus inſidebant:ſi qui exportarẽt uictui neceſſaria ſpeculãtes. Non tamen herodes ocioſus erat:ſed decem cohortibus comitatus : quinq; romanoꝝ & quinq; iudæorum:quibus permixti erant etiam mercede cõducti: ac præterea paucis equitibus hiericũ-

ta peruenit:& ciuitatem quidẽ uacuam habitatoribus repperit:quingentos uero cum mulieribus ac familiis montium occupaſſe cacumina:& hos quidem captos dimittit.Romani autem in reliquam ciuitatem irruunt eamq; diripuere: cum plenas domos offendiſſent omnigenum conditionum.Rex autem apud hiericunta præſidio collocato reuerſus eſt romãq; militem in his quæ ſibi ceſſerant ciuitatibus hoc eſt idumea & galylea & ſamaria hiematuꝝ dimiſit.Antigonus quoq; ſilonis corruptione meruit:ut exercitus partem loddis ſuſciperet in antigoni gratiam . Et romani quidem armoꝝ cura ſoluti rebus omnibus abundabant . Herodes non quieſcebat:ſed idumeam duobus milibus peditum & quadringentis equitibus:miſſo ẽt fratre ſuo ioſepho cõmouit:ne qd noui cũ antigono fieret. Ipſe autem matre cũ aliis quos ex maſada liberauerat affectibus ſuis in ſamariam tráſlata:ibiq; tutiſſime collocata:ut cæteræ Galyleæ ſubueniret atq; Antigoni præſidium expelleret proficiſcitur.Cunq; ſemphorim licet uehementiſſime ningeret peruenißet:facillie ciuitatem capit : cuſtodibus eius ante egreſſionem fuga dilapſis: ibiq; ſuis militibus quos hyems fatigauerat recreatis. Erat enim magna copia cõmeatus aduerſus latrones in ſpeluncis agentes direxit animũ:qui plæraq; illius regionis incurſantes: nõ minoribus quã belli cladibus afficiebant. Præmiſſis autem tribus peditum cohortibus unaq; ala equitum in uicũ arbella: ipſe diebus quadraginta poſt cũ reliqua manu ſuperuenit.Nec tamen incurſum hoſtes extimuere:ſed armati obuiam procedebant peritia bellatoris fiſi & ferocitate latronis.Deniq; prælio cõmiſſo:dextro ipſorum cornu ſiniſtrum herodis in fugam pellitur.Ille autem de ſuo dextro circungreſſus uelociter ſubuenit:& ſuos quidem a fuga retrahit. Irruendo autem in hoſtes impetum perſequentiũ refrenabat:donec a fronte pugnantis uiolentiæ conceſſerunt:qui tamen eos uſq; ad iordanem cædendo perſequebatur:& magna fugientium parte perempta.cæteri trans fluuium diſiecti ſunt: & galylea metu eſt purgata:niſi ꝙ in ſpeluncis latitantes reliquerant: eorũq; cauſa diutius ibi morãdũ fuit.Quãobrem primum laboris fructum militibus rependebat.cl.nũmorum drachmas ſingulis diuidendo:eorumq; rectoribus multiplicatam ſummam ad hiberna mittẽdo.Pherori autem fratri minimo ſcripſit:ut & foro uenalium conſuleret:muroq; caſtellum alexandrium cingeret:quæ ab illo curata ſunt.Itaq; circum athenas uerſabatur antonius. Ventidius autem ad bellum cõtra parthos ſilonem atq; herodem accerſit: mãdato eis per epiſtolas: ut iudeæ ſtatũ ante cõponerẽt. Sed herodes libenter ad uentidium ſilone dimiſſo: ipſe aduerſum latrones in ſpeluncis habitãtes mouet exercitum. Iſtæ aũt ſpeluncæ in præruptis montibus erant undiq; inacceſſæ : tráſuerſoſq; tantum ac per anguſtos aſcenſus habebant: ſaxũq; ab eaꝝ frõte uſq; ad fauces altiſſimas pertinebat:rectum uallibus imminẽs: ut aliquãdiu quidã rex incertus eſſet ꝓ loci difficultate qd ageret. Poſtremo autẽ munimine uteretur ſatis incauto.Etenim ualentiſſimus quiſq; dimiſſis arculis exponebatur in hoſtia ſpeluncarũ. Hiq; cum familiis eos mactabãt:ignẽq; repugnãtibus iniiciebãt. Cunq; aliquos ex his cõſeruare uellet herodes:ut ad ſe accederẽt uoce præconis edixit. Sed illoꝝ neq; uoluntariũ ſe quiſq; ei tradidit.Sed quos uis coegerat:multi eoꝝ mortẽ captiuitati prætulerunt. Vbi etiã ſenior quidã ſeptem filioꝝ pater orantes cũ matre pueros ut egredi ſibi ad fœdera permitteret occidit hoc mõ iuſſit ſingulis exire:ipſe ad hoſtiũ ſtabat:& prodeuntẽ quemq; filioꝝ trucidabat.Herodes autẽ e ſpelunca hæc proſpiciens:& dolore conficiebatur:& ut filiis parceret: ſeni dexteram cũ p̃cibus porrigebat.Ille autem dictis eius nequaq̃ mitior factus:inſuper uelut humilis animi cõtempſit herodem.Et poſt filios occidit uxorem:deiectiſq; deſuper mortuis:poſtremo ſemetipſum percipitẽ miſit.Speluncis & qui in his erãt ita ſubactis. Herodes relicta exercitus parte quantum ne quis rebellare tentaret ſatis eſſe arbitrabatur: eiq; ptolomæo præpoſito in ſamariam rediit:armatoꝝ quidem tria milia:ſexcentos uero equites in Antigonũ ducentes. Tũcq; propter eius abſceſſum nacti licentiam q̃bus galyleam turbare mos erat. Ptolomæũ uero militũ rectorem aggreſſi nec opinantem interficiunt. Agros autem uaſtabant in paludes atq; in abditiſſima loca refugientes . Quibus cognitis herodes mature ſuccurrit: & magnam quidem multitudinem morte conſumit. Omnibus autẽ caſtellis obſidione liberatis huius mutationis cauſa mulctam exigit a ciuitatibus centum talenta.Iam uero parthis expulſis occiſo etiã pacoro Ventidius Antonii litteris monitus equitum mille auxilia duarumq; cohortum aduerſus Antigonum mittit herodi.Eorum autem ducem Macheram ut ſe adiutum ueniret per epiſtolas rogauit antigonus & de uita herodis multa cõqueſtus:& pecuniam dare pollicitus. Sed uentidius nec enĩ a quo miſſus erat negligendum putabat cum præſertim plura daret herodes proditione quidem ei non paruit ſimulata uero amicicia res Antigoni exploratum perrexit non admiſſo herodis conſilio diſſuadentis id fieri.Antigonus autem quia præſenſit quid cogitaret ciuitatem ei clauſit: & tanq̃ hoſtem ex mœnibus ulciſcebatur.Donec macheram incepti puduit & in Amatuntam ad herodẽ receſſit.Iratus autem ꝙ res aliter ceſſerat quoſcunq; iudæos offendiſſet interficiebat: nec uel herodianis parceret: ſed Antigonianis omnibus abutebatur: Hæc cum agere ferret herodes in macheram quidem uindicare uoluit:tanq̃ in hoſtem iracundiam uero repreſſit:& ad Antonium approperabat:apud eum accuſaturus macheræ iniquitatem. Ille autem delicta ſua reputans uelociter regem conſequitur:utq; in gratiam ſecum ualeat multis præcibus efficit. Neq; tamẽ herodes

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

a proposito reuocatus quominus ad Antonium pergeret. Sed cum audisset eum magnis uiribus oppugnare Samosatam iuxta Euphraten ualidissimam ciuitatem acrius festinabat: Opportunum hoc tempus esse prospiciens demonstrãdæ uirtutis: & ut magis magisq; placeret antonio. Deniq; mox ut ad eum uenit finem detulit obsidioni multis barbaris interfectis. Magnaq; præde parte destinata: ut Antonius quidem quanq; eius uirtutem ante mirabatur: tamen etiam tunc magis eãdem opinionem haberet: multumq; ad honores eius spemq; regni adderet Antiochus uero trade re Samosata cogeretur. Dum hæc agerẽtur: res herodis in iudæa fractæ sunt. Reliquerat enim iosephum fratrem qui omnia procuraret cum mandatis huiusmodi: ut ne quid ante reuersionẽ suam aduersus Antigonum commoueret: quia non firmum esset auxilium Machesæ quantum delictis superioribus probaretur. Verum iosephus ubi fratrem procul abesse cognouit immemor præceptorum hiericuntha cum quinq; cohortibus a Machera secum missis petit: ut maturo messium tempore frumenta diripiat. In cursu autem hostium per mõtana atq; aspera loca oppressus & ipse cadit magnam uiri fortis in ea pugna gloriam cõsecutus: & omnes romani milites pereũt. Decem enim lectæ de syria cohortes erant: nec ueterum militum quẽq; permixtum habebant: q belli posset ex operibus opitulari. Antigonus autem uictoria minime contentus: sed eo processit iracũdiæ ut mortuum quoq; iosephum uerberaret. Deniq; nactus corpora mortuorum etiam ca put eius ante abscidit: quam. I. talenta pheroras frater eius præcium redemptionis offerret: tanta uero nouitas post Antigoni uictoriam galyleæ res occupauit: ut qui partibus eius magis fauerent productos optimates herodis studiosos lacu summergerent multaq; in idumæa mutarentur: ubi macheras castelli cuiusdã instaurabat mœnia cuius nomen est tongitha nec hoc quidem quicq; herodes audierat captis enim somosatis Antonius & præposito syriæ sossio: iusso quoq; ut herodẽ aduersus Antigonum adiuuaret discessit in ægyptum. Sossius autẽ duabus cohortibus in iudæã præmissis quarum herodes uteret auxilio ipse cum cætera manu militũ sequebat. Herodi autem prope degenti apud Daphnen antiochiæ mortem fratris somnia manifesta significant. Cunq; turbatus psiluisset stratis ecce nuntii cladis intrabant: q̃re pro dolore paululũ quæstus maxima pte luctus delata in hostes properabat ultra uires iter accelerans. Et ubi ad libanum uenit octingentos montis accolas assumit auxilio: nanq; his iũgit romanorum cohortem. Cum quibus non expectata luce in galyleam ingressus est: hosteq; obuios in eum quem reliquerant locum auertit: & assidue quidem castellum oppugnare tentabat. Sed priusq; id caperet: asperima hyeme coactus in uicos proximos recepit exercitum. Paucis autem diebus post auctus etiam alterius psidio cohortis: quam Antonius miserat: tanto hostibus terrori fuit: ut castellum nocte desererent. Iamq; per hiericuntha properans ibat: ut quamprimũ interfectores fratri sui posset ulcisci. Vbi etiã mirabilis ei mõstroq; similis casus euenit. Vnde præter spem liberatus: & opinionem q; deo carus esset adeptus est. Nam cũ multi honorati uespera illa cenauissent: postq̃ dimisso cõuiuio omnes egressi sunt: confestim cœnaculum concidit. Id autem commune sibi tam periculorum quam salutis indicium quantum ad futurum bellum pertineret esse coniiciẽs: mane primo castra commouet: hostiũq; sex milia circiter de montibus decurrentes prima tentabant agmina: & manum quidem cum romanis conserere non satis fidebãt. Lapidibus autem ac telis eos dummodo plurimos sauciarent eminus appetebant. Vbi herodes quoq; ipse præteriens: latus iaculo uulneratur. Antigonus autem se non solum audacia suorum: sed etiam multitudine superiorem uideri cupiens: pappum quendam ex contubernalibus suis: cum manu militum in samariam mittit. Quibus quidẽ Macheras erat palma uictoriæ. Herodes uero terram peruagatur hostilem: & municipia capit. Duoq; habitatorum milia consumit. Exustisq; domibus ad exercitum redit circa uicum qui appellatur Camacome tendentem. In dies autem singulos magna ei multitudo iudæorũ: uel ex ipsa hiericuntha: uel ex aliis regionibus accedebat: Cum hos odium moueret Antigoni: alios ipsius herodis præclara facinora. Enimuero multos ratione carẽtes mutationis cupiditas impellebat. Hoc autẽ congredi festinante pappi milites neq; multitudinem hostium neq; impetu perterriti: acriter ad pugnam ex altera parte procedunt. Sed ubi agmina conflixerunt: cæteri quidem pauliſper restiterunt. Herodes autem fraternæ cædis recordatione periculosius dimicans: dummodo ulciscerẽtur auctores: aduersam aciem facillime superat. Deinde semper integros aggrediẽdo uniuersos in fugam uertit. Erat enim plurima occubentium strages: cum alii quidem in uicum unde uenerant compellerentur. Nouissimus autem ipse instaret: atq; infinitos occideret. Postremo ruens inter fugientes hostes: in ciuitatem incidit: cum omnes quidem armatorum domus essent refertæ: plenaq; propugnatorum desuper tecta: & quoniam foris depræhensos facillime superabat: disturbando ædes intus abditos extrahebat: alios cõuulsis obrutos fastigiis multos simul necabat. Si qs autem subterfugisset ruinam cum gladiis armati milites excipiebant. Tantaq; cadaverum per omnes uias multitudo congregata est: ut etiam uictoribus ipsis transitus obstrueretur. Hanc plagam hostes adeo non tulerunt: ut confluentiũ turba cõspectis q; in uico periissent: fuga discederẽt. Statimq; successu fretus herodes ad hyerosolimam perrexisset: nisi eum hyemis asperitas phibuisset. Hæc enim perficiẽdæ uictoriæ fuit impedimẽtum. Et ne pœnitus opprimeretur Antigonus ob-

stitit: qui ciuitatem iam deserere cogitabat. Herodes autem ad uesperam cum lassos amicos reficiendi corporis gratia dimisisset: ipse adhuc ab armis callidus: more militis lauatum ibat. Siquidẽ unus tantum puer eum sequebatur. Et priusq; in balneum peruenisset: obuius ei quidam ex hostibus gladio armatus excurrit. Deinde alter & tertius & plures. Hi confugerant armati ex acie in balneum: sed perculsi etiam tum metu: ac latitantes ut regem uiderunt: illum quidem stupore debilitati ac trementes: cũ inermis esset prætereunt. Exitus uero qua fugerant cursu petebant. Itaq; cum alius casu qui eos compræhenderet nullus adesset. Herodi autem nihil pati satis fuisset: oës effugiunt. Postero autem die pappum quidem Antigoni militum ducẽ abscisso capite obtruncat. Id pherore magistro exercitus fratri suo mittit: i perempti fratris ultionem. Nanq; pappus erat q iosephum interfecerat. Vbi autem rigor hyemis cessit in hyerosolimam profectus est: murisq; admoto milite annus autem tertius agebatur ex quo romæ rex fuerat declaratus: pro templo castra posuit: qua facilior erat expugnatio & ãtea pompeius cœperat ciuitatem. Exercitu autem in opera distributo suburbanis diuisis tres quidẽ leuare aggeres: & super eos turres ædificare iubet. Relictis aũtem qui operibus instarẽt efficacissimis amicoq;: ipse in samariam uadit uxorem accepturus alexandri filii Aristoboli filiam sibi desponsatam: ut diximus: & domũ obsidet qui subcisiua opera nuptias curaturus quippe iam hostem despiciebat. Igitur ubi eam duxit ad hyerosolimam rediit auctus militum copiis eiq; sossius cum magna manu equitum peditũq; sociatur: quæ mediterraneo itinere præmissa per phœnicem ipse remeauit. Vniuerso autem exercitu congregato ad peditum legiones undecim equitũq; sex milia præter auxilia syriorum non pro minima parte ducenda: prope a septentrionali muro castra collocarunt. Ipse quidem herodes senatusconsulto fretus: quibus rex fuerat declaratus. Sossius uero Antonio a quo milites quibus præerat sciret missos herodis auxilio. Iudæorum autem intra ciuitatem agẽtium populus uarie turbatus erat. Nam circa templũ infirmior multitudo conueniens furore agebatur: multaq; ueluti diuinitus de temporibus dictitabat: & qui audaciores essent in collegio conglobati multis modis latrocinabãtur: maxime & locis oppido proximis uictui necessaria diripientes: neq; aut equis aut uiris alimenta relinquebant. Bellatorum autem constantiores obsidẽtibus oppositi e muris opus aggerum prohibebant & contra instrumenta oppugnantium semper nouum aliquod obstaculum moliebantur. In nulla autem re sicut in cuniculis superabãt. Rex autem aduersus latrocinia quidem occultas excogitauit militum insidias quibus eorum reprimerentur excursus: inopiam uero alimentorum longinquis transuectionibus adiuuare disposuit: ac pugnæ intenti quamuis omnem modũ audaciæ supergrederentur: romanorum tamen peritia uincebantur. Nihilominus aperte cum his certa morte proposita confligebant. Ex improuiso autem romanis per medios emergentibus in cuniculis priusq; muri aliqua pars direueretur: alteram eius uicem muniebant. Prorsus neq; manibus neq; machinis deficiebant: quoniam usq; ad ultimum repugnare decreuerant. Deniq; tanto exercitu circunsedente per quinq; menses obsidium tolerauerunt: donec quidam ex his quos lectos habebat herodes ausi murum transgredi ciuitatem irrupere: & post eos sossii cẽturiones. Igitur ante omnia fano proxima capiebantur: & infuso exercitu plurima ubiq; mox capta erant: romanis quidem propter obsidionis moras iratis. Herodes uero manu iudaica summo intenta studio: ne quis pœnitus ex aduersariis resideret. Mactabantur autem quamplurimi: & per angustiores uicos oppidi: & in domos compulsi: uel si ad templum etiam confugissent: nec ulla erat aut sexus aut muliebris infirmitatis miseratio. Deniq; licet rex ubiq; dimicans rogaret ut parcerent: nemo tamen dexteram continuit: sed ueluti furentes omnem persequebantur ætatem. Ibi tunc etiam Antigonus: neq; priorem neq; præsentem fortunam cogitans domo descendit: & ad pedes sossii prosternitur. Ille autem mihil eum tantæ mutationis causa miseratus: & intemperãter derisit & Antigonam appellauit. neq; tamen etiam custodia liberum dimisit ut femineam. Itaq; ille quidem uinctus asseruabatur. Herodes autem quoniam hostes uicisset: ut externa quoq; auxilia sub iugum mitteret prouidebat. Visendi enim templi sanctorum quæ eius studio omnis multitudo peregrina fuerat incitata. Ob eamq; rem hos minis alios præcibus non nullos armis etiã refrenabat: acerbiorem q̃ si uictus fuisset existimans fore uictoriam si quod uideri nephas esset: culpa sua usum fuisset. Mox autem etiam rapinas in ciuitate prohibuit: multa inuectus i sossiũ: si uacuefacto uiris & pecuniis oppido romani regem solitudinis reliquissent: qui pro tanta ciuiũ cæde totius orbis terræ imperium uile præcium iudicaret. Illo autem iustum esse dicente: ut pro labore obsidionis præclarum licentiam milites haberent: ipse de suis facultatibus mercedem singulis distributurum esse firmauit. Atq; ita redemptis patriæ reliquiis promissa compleuit, nanq; militum quæq; liberaliter & pro merito duces: ipsumq; sossium regia largitate donauit: ut nemo egens pecuniæ abiret. Post hæc sossius aurea corona deo dedicata ex hyerosolimis remeauit: antonio uinctum Antigonum ducens. Et illum quidem uana spe cupidum usq; ad ultimum diem ignauia digna securis excepit. Rex autem Herodes discreta multitudine ciuitatis: suarum quidem partium studiosos quo magis beniuolos faceret sibi honorifice tractabat. Antigonianos autem neci tradebat. Et cum pecuniæ defecissent: quicquid ornamentorum haberet diuisum. Antonio

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

eiuſq; comitibus miſit. Non tamen omnino nequid pateretur ademit. Iam enim Antonius Cleopatræ amore corruptus: in omni re cupidini ceſſerat.

Cleopatra indignatus q; propinquus nullus ex ſanguinitate eſſet: ad extraneos occupandos ſe conuertit: moliebatur ut herodes & malichus interirent per antonium: qui noluit: inſidiis periclitatur herodes: ex hoc recreati arabes pugnam repetunt: fugant militem herodis: ulciſcuntur arabes: interim alia calamitas occurrit herodi ſcilicet terremotus infiniti ut trigita milia hominũ interirent: incitantur hoc magis arabes: Herodes hortatur ſuos ad reſiſtendum facto ſacrificio congreditur & potitur victoria: deſideratur patronus illius gentis adiit cæſarem Herodes conquerés de Antonio: Herodem regem inſtituit & diadema impoſuit in ægyptum proficiſcitur Cæſar: & mortuo Cleopatra & Antonio regnum auxit herodi: procurator ſyriæ inſtituitur: conſtruit tẽpla & multa in honorem cæſaris fecit & agrippæ: oritur diſcordia inter uxores herodis: ira concitatus mariannem fecit occidere quem ualde pœnituit: irati filii ob matris mortẽ criminãtur apud Cæſarem: Antipatræ interim ſuccedit in regnum: curat mortem fratrum ex pte mariannes: conciliat filios cæſar patri: nõ ceſſat antipater dolis & ſimulationibus fratres criminari conſilio nouerce illorum: illis neſcientibus: Alexander corrumpit amicos regis: intruditur in carcerem: reconciliat Archelaus alexandrum herodi: Eurichides accuſat alexandrum: uinciuntur filii & ſeparatim cuſtodiuntur: Mittit herodes litteras cum indiciis ad cæſarem. Saturninus & Volumnius fiunt iudices: offocanẽ tãdem iuſſu herodis: pœnitet herodem mortis filioꝝ & auunculos amplectif: & antipater iraſcitur patri herodi: oratur antipater ab herode ut romam reuertatur: conuenit herodes antipatrem priuatur regno & nomine regio: incenduntur uiui ſophiſte & qui aquilam demiſerunt ex muro: iubet multos ex iudæis occidere: feruntur litteræ a Cæſare de damnatione antipatri occidit ãtipatrũ herodes: moriẽ herodes: legiẽ teſtamentũ de inſtitutiõe archelai regis: fiũt exeqæ cũ maxio appere ab archelao: ſepeliẽ i caſtello quod herodion dicitur. Cap. XXVII.

ETenim Cleopatra ubi totam cognationem ſuam ſæuitia perſecuta eſt: ut neq; propinquus ei ſanguine ſupereſſet: cædis rabiem contulit in extraneos: ſyriorumq; optimates apud Antonium criminando ſuadebat interfici: ut eo modo cuiuſq; poſſeſſiones domino ſuo facile quereret. Poſtea uero q̃ in iudæos atq; arabas uſq; extendit auaritiam ut reges eorum herodes & Malichus interirent occulte moliebatur. Deniq; cum uel in parte præceptorum reſipuiſſet antonius occidere quidem bonos uiros tantoſq; reges iniuſtum eſſe dixit: q; autem his morte propius erat: inter amicos ultra non habuit: ſed multa terra & horum præciſa finibus: & quod erat in hiericuntha palmetum quo balſamum gignitur: ciuitates præter Tyrũ & ſidonem cunctas intra flumen eleutrum ipſi dedit. Quorum potita dominio ad eufraten uſq; parthis bellum inferentem: ſecuta Antonium per Appamiam & damaſcum i iudæam uenit. Atq; hic herodes licet magnis muneribus infenſum eius animum mitigaſſet: tamen ducentis talentis annuis abſciſſas regno ſuo poſſeſſiones impetrat ſibi locari. Ipſamq; omnibus obſequiis placans: in peluſium uſq; duxit. Nec multum interea tempus & antigonus ex parthis aderat: captiuumq; Artabazen tigranis filium dono cleo patræ ducebat. Nam cum pecuniis omniq; præda parthus illi ſtatim condonatus eſt. Concitato aũt bello actiaco herodes qdem cum Antonio proficiſci paratus erat. Et aliis per iudæam turbis liberatus: & hyrcania potitus quem uicum Antigoni ſoror tenebat. Verumtamen cleopatra callide ne periculorum antigoni particeps fieret: intercluſus eſt. Regibus enim ut diximus inſidias tendens bellum in arabas ut herodi cõmitteret perſuadet antonio. Quos ſi uiciſſet: arabiæ domina: ſin autem uictus eſſet: iudeæ domina conſtitueretur: alterumq; potentatum per alterum perſuaderet. Sed hæc eius uoluntas ad herodis ceſſit arbitrium. Nanq; primum pignoribus hoſtium captis maximum quem conflauerat equitatum: circa dioſpolim in eos immittit: & quamuis fortiter reſiſtentes ſuperauit. Cum autem iam uicti eſſent maiore motu arabes ſuſcitantur: & infinita manus in uicum ſyriæ celeſcanthan cõgregata expectabat iudæos. Vbi rex eos herodes cum exercitu aggreſſus: bellum conſultius adminiſtrare tentabat: caſtraq; muro cingi præcipiebat. Non tamẽ ei paruit multitudo: ſed priore uictoria freti arabas impetunt. Et prima coitione in fugam uerſos urgebant. In perſecutione uero inſidiis periclitatur herodes: uici Nanathan indigenis ab Athenione dimiſſis: qui ex Cleopatræ ducibus ſemper ei fuerat inimicus. Nanq; horum incurſu recreati arabes pugnam repetunt: iunctiſq; agminibus circa ſaxoſa loca & deuia herodis militem fugant: plurimis cæde proſtratis. Qui uero ex prælio ſeruati ſunt: in uicum Ormizam confugiunt. Vbi etiam caſtra eorum cum hominibus circungreſſi arabes ſicut erant plena cœperunt. Neq; multo poſt accepta clade herodes aderat cum auxiliis ſerius q̃ uſus poposcit. Huius ei uulneris cauſa fuit ꝓpoſitoꝝ militibus cõtumacia: q; iuſſis obedire noluerint. Non enim repentino commiſſo prælio ullum Athenõ inſidiandi tempus habuiſſet. Rurſus tamen ultus eſt arabas: aſſiduis eorum fines incurſionibus inquietãs: quodq; ſemel uictus eſt: ſæpe reuocauit. Sed dum inimicos perſequitur: incurrit ei diuinitus alia calamitas: ſeptimo regni anno & actiaco bello feruente. Nãq; ueris initio terremota infinita quidem pecorum: triginta uero hominum milia peremit: cum exercitus manſiſſet incolumis: quoniam ſub diuo tẽdebat: ubiq;

tamen arabas in maiorem ferociam fama ſuſtulit: triſtibus nuntiis grauius ſemper aliquid affligens. Vnde uelut omni ſubuerſa iudæa terræ obtinẽdæ ſpe: quia neminem ſupereſſe credebant: in eam ruunt legatis prius in interfectis qui ad ſe uenerant a iudæis. Herodes autem aduentu hoſtium perterritam ſuorum multitudinem tamq̃ magnitudine quam aſſiduitate calamitatũ fractam ad repugnandum in ciuitate tentabat. Hæc dicens rationem habere non uidetur: cur non præſens formido pertulerit. Nam diuinæ quidem indignationis plagas merori uobis eſſe non miror. Ignauum eſt autem perpeti enim idem: cum incurſus hominum impellendi ſunt. Ego autem tantum eſtimo ut hoſtes poſt terremotum pertimeſcam quod magis putauerim deum hanc illis illecebram dimiſiſſe ut pœnas redderent. Non enim tãtum manu armiſq; freti quantum noſtris calamitatibus ueniunt. Fallax autẽ ſpes eſt quæ non ſuis uiribus nititur: ſed alienis aduerſis. Neq; uero uel ſecundæ res uel contrariæ apud homines certæ ſunt: ſed in utranq; partem uideas fortunam mutare uiciſſim: & exempla uobis propria demonſtrabunt. Nam per prælia ſuperiora uictores: poſt ab hoſtibus uicti ſumus & nunc ergo quantum exiſtimare licet illi capientur uictores ſe fore credentes. Nimis enim confidens incautus eſt: metus autem prouidentiam docet. Itaq; mihi quidem hoc ipſum quod timetis fiduciam ſuggerit. Nam cum ferociores quam opus erat fuiſtis: & præter uoluntatem meam in hoſtes egreſſi eſtis. Athemion inſidiandi tempus inuenit. Nunc autem ueſtra cuntatio & minus alacer animus: ut uidetur: certam mihi uictoriam ſpondet. Conuenit autem ante prælium ſic eſſe affectos in ipſo autem opere uirtutem erigere: conſceleratiſq; hoſtibus planum facere q; neq; humanum aliquod malum: neq; ira cæleſtis unq̃ deprimit fortitudinem iudæorum: donec ſpiritum uitæ ducant: uel eorum quiſq̃ in bonis ſuis arabas dominari patietur: quos aliquotiens pœne captiuos abduxit. Nihil autem uos terreat rerum anima carentiũ metus: neq; arbitremini terræ cõcuſſioné alicuius fortunæ eſſe uel cladis portentũ. Naturalia nanq; ſunt elementorum quoq; uitia: nullumq; damnum inferunt niſi quod ex ipſis euenerit. Nã peſtilentiæ quidem uel famis uel terremotus ſignum aliquod tardius fortaſſe præceſſerit. Ipſa uero cum extiterint ſui magnitudine finiuntur. Cæterum quod nobis amplius q̃ terræ cõcuſſio bellum nocere poterit etiam uictis? immo enimuero maximum imminentis exitii monſtrũ non ſpõte ſua neq; alienis manibus inimicis accedit: qui legatos noſtros præter omnium hominum legis crudeliter immolauerunt. taleſq; deo pro belli euentu hoſtias cæciderunt. Non enim effugient maximum eius lumen inuictamq; dexteram. ſed continuo pœnas dabunt: ſi primo repleti ſpiritu in uindictam uiolati fœderis animos excitemus. Pergite quiſq; non pro coniugibus neq; pro liberis aut pro patriæ periculis pugnaturi: ſed legatorum cædis ultores. Illi melius q̃ nos qui uiuimus exercitum regent: uobiſq; mihi obedientibus periclitabor ipſe præ cæteris. Pro certo enim ſciatis fortitudinem ueſtram ſuſtineri non poſſe niſi temeritate lædatur. His adhortatus milites ubi eos alacres uidit ſacra deo celebrauit. Deinde cum exercitu iordanem fluuium trãſgreſſus eſt. Caſtris autem philadelphiæ poſitis: haud procul ab hoſtibus quaſi de interiacente caſtello contenderet: pugnam eminus irritabat: quamprimum cupiens congredi. Nam & hoſtes permiſerant qui caſtellum occuparent. Sed illos quidem regii facile repulerunt: collemq; tenuerunt. Ipſe uero quotidie producto ad prælium milite: inſtructaq; acie arabas laceſſebat. Cum autem nemo contra procederet: quædam enim eos uehemens formido tenebat: & ante multitudinem dux Alchinius timore obrigauerat: uallum eorum diſturbat ipſe aggreſſus: eoq; modo coacti ad pugnam confuſis ordinibus: mixteq; cum peditibus equites egrediuntur: & ſi multitudine ſuperiores a iudæis tamen alacritate impares: quaſi audaciores eos faceret uictoriæ deſperatio. Et quamdiu quidem ſteterit: non magna eorum cædes facta eſt. Vbi uero terga nudauerunt multi a iudæis: multi a ſemetipſis conculcati perierunt. Deniq; milia quinq; in fuga ceciderunt: cæteraq; multitudo in uallum compulſa eſt. goſq; ſtatim circunſeptos obſidebat herodes. Et licet armis prope adeſſet excidium: tamen aquæ penuria uehementer urgebat. Cum rex arrogantius eorum legatos deſpiceret & talenta quingenta pro redemptione offerentibus magis inſtaret. Deniq; ardeſcente ſiti: cateruatim exeuntes ultro ſe iudæis tradebant adeo ut quinq; diebus quatuor milia uincirentur: ſexto reliqua multitudo ad pugnam deſperata ſalute procederet. Quibus congreſſus herodes iterum ſeptẽ milia circiter ſternit: tam magna plaga ultus arabiam extincto uirorum eius ſpiritu tãtum profecit: ut etiam patronus ab ea gẽte optaretur. Mox autem illum excepit præſumpta rerum ſollicitudo: propter amicitiam Antonii poſt uictoriam cæſaris apud actium. Verumtamen plus timoris habebat quam ipſe patiebatur. Nec enim cæſar uictum iudicabat Antonium: donec herodes cum eo ſupereſſet. Itaq; rex periculis decreuit occurrere: rhodumq; tranſmiſſus ubi cæſar eo tempore morebatur: adit eum ſine diademate: ueſte quidem cultuq; priuato: ſed faſtu regio: neq; diſſimulata ueritate coram hæc dixit. Ego cæſar rex factus ab Antonio: fateor utilem me fuiſſe regem Antonio. Neq; dubitauerim dicere q; omnimodo armis quoq; me gratum expertus eſſes: niſi arabes ꝓhibuiſſent. Verumtamen & auxilia ei pro uiribus meis miſi: & multa frumenti milia: ſed nec accepta apud actium plaga: bene de me meritum deſerui. Nam cum auxilii minus commodarem: optimum ei conſilium unam eſſe dicens cleopatræ mortem aduerſorum correptionem. Quam ſi oc-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

eidisset:& pecunias ei & muros ad tuitionem : & exercitum & memetipsum belli contra te socia pollicebat.Sed profecto eius aures Cleopatræ amores:& deus qui tibi uictoriam donaret obstruxit.Vna ergo cum Antonio uictus sum:& regni coronam cum eius fortuna deposui.Ad te autem ueni:spem salutis de uirtute præsumens:& ne in examen adducerer properans: qualis amicus alicuius fuerim. Ad hæc cæsar:immo uero saluus esto inquit:& nunc regnato certius . Nam meritus es qui plurimos regas:cum amiciciam tanta fide tuearis. Experire autem ut etiã fœlicioribus fidus permaneas.Siquidem ego præclarissimam spem de tua magnanimitate mihi promitto.Recte tamen fecit antonius: qui magis Cleopatræ quam tibi paruit.Te nanq; lucrati sumus propter eius dementiam . Prior ab officiis autem cœpisti quantum appareat : cum ad eorum gladiatores idonea auxilia misisse perscribit . Quare interim tibi decreto firmitatem regni præbeo. Experiat autem ipse quoq; bene tibi aliquid facere:ut non queras Antonium:huius sermonis humanitate regem ne quid pœnitus de amicicia sua dubitaret hortatus:& diadema illi imposuit:& indulgentiam decreto consignat. In quo multa honorifice in eius laudem locutus est. Ille autem prius eũ mulieribus delinitum rogabat:ut Alexandrum quendam supplicem ex amicis antonii iuberet absolui.Sed uicit iracundia cæsaris multa illum & grauia pro quo rogabatur admisisse dicẽtis: quibus repulit deprecantem . Postea uero ad ægyptum euntem per syriam cæsarem herodes cunctis acceptis regni diuitiis: tuncq; primum cum eo militem inspiciente:circa ptholomaida equo uectus est:cœnamq; illi cũ omnibus amicis exhibuit:atq; insuper exercitui epulis cuncta distribuit. Prospexit enim ut per arida loca proficiscentibus ad pelusium atq; inde redeuntibus aquarum copia non deesset.Nec defuit cuiq; utensilium quod desideraret exercitus. Pro his deniq; meritis paruum esse herodis regnum tam cæsar quam milites æstimabãt . Ideoq; postq; uenit in ægyptũ: iam Cleopatra & Antonio mortuis: non solum cæteros eius honores auxit: uerum etiam regno partem finium addidit:quam Cleopatra dempserit.Et præterea gadaran hippon sammariam:maritimarumq; insuper ciuitatum gazam & Archedonam: & ioppen & pirgon stratonis:& ad hæc satellites quadringentos galathas ei donauit:quos antea Cleopatra stipatores habebat . Nulla res autem magis liberalitatem cæsaris incitauit quam magnus animus accipientis . Post primam uero atiadam etiam regionem quæ tracon uocatur eius ditioni subdidit:eiq; continentem Bataniã: itemq; aurantem. Ex huiusmodi causa Zenodorus qui domus lisariæ conductor erat non cessauit unq; ex regione quæ tracon dicitur:latrones damascenis immittere . Illi autem ad uarronem tunc rectorem syriæ confugerunt:eumq; deprecati sunt:quo suas miserias cæsari declararet. Cæsar autem his cognitis ei rescripserat: ut latrocinium pœnitus curaret extinguere . Varro autem cum milite aggressus loca suspecta expurgauit latronibus terram ipsam zenodoro abstulit. Qui cæsar ne latronum denuo contra damascum receptaculum fieret. herodi dedit : eumq; præterea totius syriæ procuratorem constituit. Et decimo anno reuersus iterum in prouinciam : ne quid eo in consulto procuratoribus liceret administrare præcepit: ac zenodoro mortuo terram omnẽ quæ inter draconem & galyleam erat eidem attribuit.Quod autem maius his omnibus existimabat herodes a cæsare quidem post aggrippam amabatur : ab aggrippa autem post cæsarem. Hinc ad summum fœlicitatis euectus:& ad maiorem subleuatus animum: maximam prouidentiæ partem obsequio pietatis impendit.Itaq; anno regni sui quintodecimo & templum istaurauit:& duplum terræ spatium quam fuerat circa templum muro amplexus est : ingenti sumptu & munificentia singulari.Augumento erant in ambitu fani magne porticus:eiq; uictum a septentrione castellum.Et illas quidem a fundamentis erexit.Hoc autem nulla re minus: quam regni sedes esset largis opibus renouatum. Antoniam uocauit in honore Antoni . Qui etiam domo sibi regia in superiori parte ciuitatis extructa duas ædes in ea maximas atq; pulcherrimas: quibus ne templũ quidem usq; conferri posset ædificauit:easq; amicorum uocabulis unam Cæsariam : Agrippium alteram nominauit . Nec uero solis tectis memoriam eorum & cognomina circunscripsit: sed in totas etiam ciuitates studium liberalitatis extendit . Nam in samaratica regione oppidum muro pulcherrimo per uiginti stadia circundatum sebasten appellauit: deductis eo sex milibus colonorum terraq; fœcundissima his attributa . Vbi templum quoq; maximum inter ædificia collocauit:& circum id aream trium semis stadiorum cæsari dedicauit: eiusq; oppidi habitatoribus præcipua legum beneficia præstitit.Insuper his alterius terræ adiectione donatus a Cæsare aliud templum circa iordanis fontem candido marmore posuit : qui locus appellatur panium . Vbi montis quidam uertex in præcelsum æditus propter subiecti lateris uallem specus aperit umbrosum: qua profundæ altitudinis rupes ad immensum liquentis gutte receptaculum cõcauatur & stagnãtis aquæ copia dimittentibus aliquid donec terram:inueniat longitudo nulla sufficiat.Foris autẽ de speluncæ radicibus horiuntur fontes.& ut quidam putant: hoc est iordanis principium . Sed ueri fidem imposterioribus indicabimus.Quin & apud hiericũta inter castellum cyprum & priores domos regias:meliores alias: & quæ commodiorem usum præberent aduenientibus fabricatas eorundem amicorum nominibus uocitauit.Prorsus non est idoneus regni locus:quem honore cæsaris nudum reliquerit.Postea uero quam fines suos templis repleuit in prouincia quoq; ho-

nores suos effudit & multis ciuitatibus templaq; cæsaria uocãtur instituit.Cum autem inter maritimas ciuitates uidisset unam uetustate fessam quæ stratonis pyrgus uocabatur: & pro loci natura munificentiæ suæ capacem.Totam eam candidissimo saxo reparatam clarissima regia decorauit.& in ea maximam in natura sui animi magnitudinem demonstrauit . Nam inter doram & ioppen.quarum media ciuitas sita est. Omnis ora maritima adeo fuit importuosa: ut omnes qui ad Egyptum ex Phœnice nauigarent in salo fluctuare cogerentur minas Aphrici metuentes. Cuius etiam mediocris aura tantas undarum moles ad scopulos erigit. Vt remeante æstu gurgitis p aliquantum spatium maris feritas augeatur. Sed rex liberalitate ac sumptibus deuicta natura pyreo maiorem portum fabricauit:& in eius penetralibus alias nauibus stationes fecit altissimas.Et quãq; omnis ei locus aduersabatur:tamen ita cum difficultate certauit:ut firmitas quædam structuræ nequaq; mari cederet.Pulchritudo uero tanta esset:quam nulla res ardua perpedisset ornatum.Metitus enim quãtum diximus portui spatium per uiginti ulnas in profundum saxa demisit.Quorum plærag; pedum quinquaginta longitudinis:& altitudinis nouem : & latitudinis decem.Nonnulla uero etiam maiora fuerunt. Expleto autem spacio quod unda celabat:in ducentorum pedum inuerum dilatauit.Ex quibus centum repellendis erant fluctibus ante constructi unde etiam procymia dicebatur. Cæteri autẽ saxeo quo portus cingitur muro subiecti sunt magis turribus interpositis:quarum maxima atq; pulcherrima ex parente Cæsaris drusum cognominata est.Crebri autem fornices adducẽda quæ portus haberet proq; fornicibus:& circum eos pila saxea & lata quæ naues egredientes exciperet ambulatu.Aditus autẽ a septentrionali erat.Ventorum enim pro situ loci placidissimus est boreas.Ad hostiũ uero statuæ suæ colossi tres utrinq; fulti columnis:quarum a leua quidem intrantibus stantis solida turris sustinet.Dextra uero duo proceri lapides iuncti:& parthis aduersæ turris magnitudinem superantes.Domus autem portui connexe candido itidem lapide:pariq; mensura spatiorum ciuitatis uice tendentis in portũ. Contra hostium uero portus in colle cæsaris templum magnitudine simul & pulchritudine præcipuum:statuaq; in eo cæsaris siue colossus non minor quam iouis apud olympia: cuius ad exemplar factus.Romano autem par & Junoni quæ argis est.Oppidum autem prouinciæ dedicauit:rebusq; aduectitiis portum.Cæsaris uero conditoris honorem: unde ciuitati cæsariæ nomẽ imposuit. Quin etiam & cætera opera forum theatrum amphiteatrum digna uocabulo collocauit:& quin quennali certamine instituto nomen ei Cæsaris donauit.Primusq; ipse in centesima nonagesima & secunda olympiade maxima præmia proposuit:ut non solum uictores: sed & proximi & tertii successores eorum regalibus diuitiis potirẽtur.Anthedona quoq; reparatam: quam bella subuerterant Agrippium uocauit:nimiaq; beniuolentia nomen amici etiam portæ inscripsit: quam ipsi in templo ædificauit . Sed nec parentes suos ita quisq; dilexit:nam & patris monumento optimo regni campo ciuitatem condidit:fluminum arborumq; ditissimam : eamq; antipatridam nuncupauit. Et super hiericunta castellum natura tutum & pulchritudine præcipuum muro cinxit:atq; in honorem matris Cyprum uocauit . Fratriq; phaselo turrim cognomine hyerosolimis dedicauit:cuius habitus & in magnitudine claritas postea declarabitur.Aliamq; ciuitatem in regione qua de hiericunta in boream itur Phaselum nominauit . Cognatis autem & amicis æternæ gloriæ traditis:nec sui quidem fuit immemor: sed castellum contra montem arabici lateris pro pugnaculo permunitum de suo nomine Herodium uocauit : tumulumq; asta idem qui manu factus stadiorum sexaginta spatio ab hyerosolimis aberat: similiter nominatum munificentius accurauit. Etenim rotundis quidem turribus cacumen eius amplexus est . Ambitum autem compleuit ædibus regiis liberalissime exornatis: ut non solum interna membrorum facies clarior esset : uerum etiam foris parietes ac materiæ tectaq; largis infusa diuitiis elucerent . Aquam enim plurimam ingenti sumptu ac labore ex longo interuallo induxit: perq; ducenta gradus marmoris candidissimi fabricauit ascensum . Erat autem totus collis manufactus & clementer excelsus . Qui & aliam circum radices eius regiam ac diuersoria quæ sarcinas & amicos recipere possent ædificauit:ut pro rerum quidem omnium copia ciuitas esse uideretur . Castellum uero domus regalis circunscriptione : tantis autem constructis ædificiis animi sui magnitudinem in plurimis etiam externis ciuitatibus demonstrauit . Nanq; apud Tripolim & Damascum & Ptholomaida publicas balneas quæ Gymnasia dicunt.bibli autem murum:exedras uero & porticus fora:quæ & templa briti ac tyri: necnon & sidonem apud & Damascum theatra condidit . Maritimis autem laodicensibus aquæ ductum:apud Ascalon uero Nymphea siue lacus ornatissimos & balneas. Itemq; peristilla tam opere quam magnitudine miranda constituit . Sunt quibus etiam lucos portusq; præbuit . Multæ ciuitates ab eo tanq; regni sociæ agris quoq; donatæ sunt . Ad exhibitionem uero Thermarum aliis redditus annuos ac perpetuos delegauit : quemadmodum comis ne quando beneficii gratia deficeret. Ad hæc frumenta cunctis ministrauit egentibus : & insulis rhodiorum ad instruendam classem pecunias sæpe: multisq; in locis præbuit : incensumque Pythium in meliorem formam reparauit sumptibus suis . Quid dicam eius in Lichios aut

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Samos libertatem: per quæ omnem ioniam eorum quæ desideraſſet quiſq; largitiones. Nonne Athenienſes & lacedemonii & Nicopolitani: & in Miſia pergamus Herodis ſunt plena donatiis. Nonne Antiochenſium ſyriæ platheam cum plena cœni eſſet ab omnibus uitaretur per uiginti ſtadia prolixam ſtatuit: polito marmore declinandiſq; imbribus quam longa eſſet ornauit. Sed hæc quidem propria quis dixerit illorum quibus ea detulit populorum. Quod autem elidenſibus præſtitit:non ſolum Achaiæ commune:ſed etiam totius orbis terræ munus eſſe uidetur:per quem Olympiaci certaminis gloria diffunditur. Nam cum hos deficere ſumptuum uideret inopia:quodq; ſolum ex ueteri græcia reſtabat effluere:non ſolum Agonitheta ipſe factus eſt:eo luſtro q; cum romam nauigaret offendit: ſed perpetuos pecuniarum quæſtus iſtituit:ut nunq; eius memoria agonithetæ munere fungi deſineret: inextricabile opus erit debitorum remiſſiones exponere:ſicut phaſelitas & balaonetas. Alia quæ circa Ciliciam municipia leuauit annuis penſionibus:licet multum eius animi magnitudinem timor fregerit: ne quam pateretur inuidiam ueluti maius aliquid aucuparetur:ſi beneficiis amplioribus afficeret ciuitates: quam qui eas haberét. Quin & corpore uſus eſt quod animo conueniret. Cunq; ſummus uenator eſſet: in hoc tamé ipſo equitandi peritia quæ cuperet aſſequebatur. Deniq; uno die quondam quadraginta feras ſubegit. Eſt autem aprorum altrix illa regio:ſed magis ceruis & onagris frequétatur. Bellator autem erat qui ſuſtineri non poſſet. Itaq; multos etiam in exercitatione terrebat: quibus & torquédo iaculo directiſſimus:& ſagittarum librator uidebatur egregius. Præter animi autem corporiſq; uirtutem:fortuna quoq; ſecunda uſus eſt. Raro autem contra uotum eius belli ceſſit euentus. Et ſi quando id accidit:non ipſius culpa:ſed aut proditione quorundam: aut temeritate militum factum eſt. Vt uero publicam ei fœlicitatem memores inuidere domeſtici: & aduerſi caſus ex muliere cœperunt:quam maxime diligebat. Nam quia regis meruit poteſtatem:repudiata quam priuatus acceperat uxore ex hyeroſolimis genus ducente quæ doſis uocabatur. Mariannem ſibi coniunxit Alexandri filiam Ariſtoboli filii:unde domus eius in diſcordiam uenit. Et ante quidem maxime uero poſtq; roma egreſſus eſt. Nam primum Antipatrum ex doſide filiorum cauſa: quos de marianne ſuſceperat expulit ciuitate:ſolis feſtis diebus eo commeandi facultate conceſſa. Deinde auum coniugis Hyrcanum ex parthis ad ſe reuerſum propter inſidiarum ſuſpitionem peremit. Quem captum quidem occupata ſyria Barzaphranes adduxerat: miſerati uero gentiles liberauerunt:qui ultra euphraten colebant. Et ſi monitis eorum paruiſſet ne ad Herodem tranſiret: non interiiſſet. Verum mortis eius fuit illecebra neptis matrimonium. Hoc enim fretus multoq; amplius patriam deſiderans uenit. Herodem autem commouit non q; regnum affectaret: ſed q; ipſi iure deberetur. Quinq; autem filiorum quos ex Marianne ſuſceperat: duæ fœminæ cæteri mares erant. Horumq; minimo romæ in ſtudiis mortuo:duos maiores & propter matris nobilitatem:& q; iam regnanti ſibi fuiſſent geniti regie producebat. Sed enim fortior amor his Mariannes ſuffragabatur:quæ in dies ſingulos proficiés ſuccendebat adeo herodem:ut eorum nihil ſentiret:quæ propter dilectam ſibi dolerent. Tantum nanq; in eum Mariannes erat odium: quantú ipſe illam amabat. Habens igitur ex rebus quidem ipſis inimiciciarum probabiles cauſas:ex amore uero fiduciam meo ei quæ Hyrcano auo ſuo feciſſet obiiciebat:quæq; in fratrem ionathé egiſſet. Nec enim uel huic quicq̃ qui puer erat parcebat: quem pontificem in decimoſexto ætatis anno creatum:poſt honorem ſtatim occidit. Atq; ille quidem cum ſacra ueſte amictus ad aram acceſſiſſet feſto die populus omnis illachrymauit:& tamen noctu miſſus in hiericũta:ibi ſicut mandatum fuerat lacu ſubmerſus a galathis interiit. Hæc igitur Herodi Marianne probro dabat: ſororemq; eius & fratrem maledictis atrocioribus dehoneſtabat. Sed ille quidé amore mutus erat. Graui autem indignatione mulier ſeuiebat:& quo maxime commoueretur herodes inſimulabat eum adulterum. Præter alia multa quæ ueriſimilia fingerentur hæc accuſantis:q; in ægyptú imaginem ſuam miſiſſet Antonio:proq; immoderata libidine abſentem ſe properaſſet oſtendere uiro mulierum cupidine inſaniéti:& qui uim poſſet afferre. Id ueluti fulmen aliquod emiſſum perturbauit herodem:maxime quidem amoris cauſa æmulatione ſuccenſum. Deinde etiam cogitante Cleopatræ ſæuitiá:cuius gratia & liſanias rex:& Malichus arabs erant perempti. Non enim cõiugis amiſſionem:ſed morte ſua periculum metiebaf. Itaq; profecturus romam Ioſippo Salomæ ſororis ſuæ uiro qué fidum habebat: & pro affinitate beniuolum commẽdabat uxoré: mandato ei clam ut eam interficeret:ſi etiam ſe occidiſſet Antonius. Veꝝ Ioſippus non maligne: ſed regis amorem mulieri cupiens demõſtrare:q; ab ea neq; mortuus patereꝰ diuellı: ſecretum ei ſermoné aperit. Et illa reuerſo Herode multaq; inter fabulas de affectu iurante: quodq; nũq̃ eſſet alterius mulieris amore captus: ualde inqt amor nos tuus mãdatis Ioſippo cõprobatus eſt: quibus ut me occideret præcepiſti. His auditis quæ occulta credebat amens erat herodes ilico:nec unq̃ Ioſippũ mãdata ſua proditurꝝ fuiſſe ratus:niſi eam corrupiſſet præ dolore inſaniebat. Cũq; ſtratis exiluiſſet in regia ſpaciaf:ibiq; tunc Salomæ ſoror eius accepto tpe criminandi ſuſpitionem de Ioſippo confirmauit. Vnde Herodes immoderato æmuli dolore furens confeſtim utrũq; iuſſit interfici.

Deinde pœnitudo ſequebatur inſaniam:& poſtq̃ iracundia cõcidit:amor iterum caleſcebat. Tanta uis autem cupidinis erat:ut ne mortuam quidem putaret eam:ſed ægritudine quaſi uiuam alloqueretur. Donec proceſſu temporis funere cognito mœroris magnitudine quam ſuperſtitem dilexerat æquauit affectum. Mcernæ autem iracundiæ ſucced ũt filii:& immanitatem ſceleris reputantes:non aliter ſuſpectum patrem quam ſi hoſtis eſſet habebant. Idq; & antea quádiu romæ in ſtudiis erant:& multo magis poſtq̃ in iudæam reuerſi ſunt. Siquidem cum ætatibus eorũ mentium quoq; roborabatur affectio. Iam uero maturi coniugio unus amitæ ſuæ Salonies quæ matrem amborum accuſauerat filiam duxit:alter Archelai cappadocum regis. Vnde acceſſit etiá libertas odio:& occaſiones ex eorum confidentia delatoribus datæ ſunt. Itaq; apertius quidam cũ rege loquebatur:q; ei per utrũq; filium inſtruerentur inſidiæ. Alter quidem ultrices materni exitii ſimul cum fratre armaret manus. Alter uero hoc eſt Archelai gener ſocero fretus etiam fugã pararet:ipſum apud Cæſarem accuſaturus herodem. His igitur criminationibus repletus Herodes ueluti propugnaculo ſibi futurum aduerſus filios adducit Antipatrum ex doſide ſuſceptum. Hiſq; illum proponere modis omnibus cœpit. Qui cum hanc mutationem tolerabilem non putarent:ac priuata matre æditum proficientem uiderent: indignationem cohibere pro ſua nobilitate non poterant:ſed in ſingulis quibus offenderentur iram prodebãt. Et illi quidem in dies ſingulos magis magiſq; negligebantur. Antipater autem ſui cauſa fauorabilis erat:nam & patri blanditi callide nouerat:& uarias inter fratres ſuos calumnias conferebat:quædam ipſe dictans: amicos uero ſuos ad alia uulganda ſubmittés:donec omnino ſpem regni abſcidit fratribus ſuis. In teſtamento enim ipſe quoq; aperte iam ſucceſſor fuerat declaratus. Deniq; tanq̃ rex etiam ad cæſarem miſſus eſt:cultuq; regio & cæteris obſequiis præter diadema utebatur. Tempore autem ſequenti uoluit ſuam matrem in cubile Mariannes inducere:duobuſq; armorum generibus in fratres uſus:blãditiis & opinationibus regi obrepſit:ut etiam de filiorum morte cogitaret. Quapropter Alexandrum quidem ſecum romam pater abſtractum:ueneni ſibi dati reum apud Cæſarem poſtulauit. Ille autem uix deplorandi copiam nactus:& licet imperitiſſimum iudicem: tamen Herode & Antipatro prudentiorem:delicta quidem patris uerecunde repreſſit:in ſe uero delata crimina diluit: periculorumq; ſocio fratre purgato: mox de Antipatri calliditate & de ſuis iniuriis quæſtus eſt:cum præter innocentiæ conſtantiam eloquentia iuuaretur. Erat autem acerrimus in dicendo. Poſtremo prolocutus q; eos pater libẽter occideret: auxit facinus & lachrymas quidem cunctis excuſſit. Verum Cæſarem ſic affecit:ut eorum accuſationibus ſpretis Herodem ſtatim reuocauit in gratiam. Hac autem lege reconciliatio facta eſt:ut adoleſcentes quidem patri in omnibus obedirẽt:ille autem relinqueret regnum cui uellet. Poſtea rex roma reuerſus:licet ſoluiſſe crimínibus filios uideretur:nondum tamen erat ſuſpitionibus liberatus: quoniam argumentũ odii ſequebatur antipater: & ſi uerecundia reconciliat oris palam proferre inimicicias non auderet. Cum uero Sicilíam præternauigans Eleuſinam ueniſſet: ſuſcepit eum benigniſſime Archelaus: pro ſalute generi gratiam referens: & reintegrate concordiæ cauſa lætus: quippe nihil moratus amicis romæ ſcripſerat:ut in cauſa dicenda ſuffragarentur Alexandro: & uſq; ad zeſirium deduxit talentis triginta donatum. Poſtea uero quam hyeroſolimam peruenit herodes:populo conuocato tribuſq; filiis prope ſe ſtantibus cauſam reddit profectionis:multaſq; deo gratias agit: multas etiam cæſari qui domus ſuæ perturbationem ſedaſſet:quod regno maius eſſet:cõcordiam filiis præſtitiſſet:quam ego inquit arctius compilabo. Nam ille quidem me regni dominum & ſucceſſoris iudicem conſtituit. Ego autem cum mea commoditate gratias refero: treſq; filios meos reges deſigno:huiuſq; ſententiæ me ſocium primum dominum fieri præcor:deinde uos. Nanq; huic ætas:illis nobilitas ſucceſſionem regni cõciliat quidem magnitudo eius etiam pluribus ſufficit. Quos autem Cæſar uinxit:& pater conſtituit obſeruare. Non iniuſtis eos neq; diſparibus: ſed meritis colentes honoribus. Nec enim tanta quis reficiet cum lætitia qui præter ætatem obſequitur:quantum ei quem deſpiciet doloris infliget. Quos autem ſimiles coniunctos eſſe oportet:propinquos atq; amicos ego diſtribuam:& concordiæ ſponſores illos conſtituam:pro certo ſciens ſeditionum contentionumq; cauſas ex cõtubernalium naſci malitia. Hoſq; ſi boni fuerint affectiones tueri. Rogo autem ut non ſolum iſti: ſed etiam primates ordinum exercitus in me ſolum ſpem habeant in præſentia. Non enim regnum: ſed regni honorem filiis meis trado:& iocũditatem quidem quaſi rectores patientur:pondus autem rerum tametſi nolim meum eſt. Conſideret autem quiſquis ueſtrum ætatem meam:uitæq; inſtitutum necnõ etiam pietatem. Nam neq; ſenex adeo ſum ut de me cito deſperetur:neq; uoluptatibus aſſuetus: quæ adoleſcentium quoque uitam ſpacio breuiter concludunt. Diuinitatem uero ita colimus: ut in longum nos æuum progreſſuros eſſe credamus. Quod ſi quis in cõtemptum meum filiis meis placere maluerit: etiá pro illis mihi ſupplicium dabit. Ego enim non q; inuidiam de me genitis honorifice eos haberi ueto: ſed quia noui bæc adoleſcentibus ſtudia ferociæ nutrimenta ſuggerere. Itaq; ſic cogitent qui ad eos ſe applicant:bonis quidem apud me paratum eſſe præmium: ſeditioſis uero apud ipſos quibus lenocinabuntur: infructuoſam fore malignitatem. Omnes profecto mecum hoc eſt

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

cum filiis meis sentient.Náq; his expedit me regnante neq; his esse concordem.Vos autem o bo ni filii sacram primum retinentes mente figuram:cuius affectiones inter feras bestias saluæ sunt Deinde Cæsarem qui nos reduxit in gratiam meq; tertium qui ea quæ iuberet liceat rogem fratres permanete.Iam nunc autem uobis:& uestimenta & obsequia dabo regalia.Deumq; oro conseruare iudicium meum si concordes eritis . Hæc locutus singulos benigne consalutauit: populumq; dimisit alia conuenientia dictis eius optantes qui uero mutationis erant cupidi nec audisse quidem se quicq̃ simulantes: fratres autem dissensio non reliquit: sed peiora suspicantes alius de alio digressi sunt.Nanq; Alexander & Aristobolus ægre ferebant confirmatum esse antipatro meritum.Antipater autem succensebat uel secundo loco fratres haberi. Sed tamen ille pro uarietate morum & reticere secreta nouerat:& quanto sibi essent odio multa fraude celabat . His autem pro nobilitate in lingua erat quicquid uenisset in mentem.Et multi quidem his instigandis operam dabant:plures autem amicorum sese explorandi causa insinuabant. Itaq; omne quod dictum esset apud Alexandrum statim apud Antipatrum erat: & ab Antipatro ad Herodem cum adiectione deferebatur.Nec uel similiter aliquid prolocutus:adolescens innoxius habebatur: sed cuncta eius uerba in crimina uertebantur:maximaq; minimis affingebantur: sic ubi liberior paulo fuisset.Semper autem qui eum irritarent submittebat antipater:ut mẽdacia sua ueras occasiones haberent:multisq; falso uulgatis unum quid comprobatum fidem omnibus faceret.Sed huius quidem amicorum quisq; aut natura taciturnus erat:aut muneribus parabat:ne quid occultum expromeret negasset aliquis si antipatri uitam malitiæ dixisset arcanum:Alexandri uero familiares aut pecunia corruptos aut impulsos blanditiis quibus expugnauit omnia:proditores ac fures eorum quæ contra se dicerentur:siue agerẽtur effecerat.Cum caute uniuersa committeret: astutis etiam criminationibus aditus ad Herodem moliebatur:fratrisq; personam gerens aliis delatoribus utebatur.Si quid in alexandrum nuntiassent fauore simulato id quidem primo reprehendisset:mox otiose adstruendo regis iracundiam prouocabat:omniaq; ad insidias referebat: & ut necem patris Alexander optare uideretur . Nihil enim maiorem fidem calumniis suggerebat quam si eum purgaret antipater his accensus Herodes quantum in dies singulos de affectu adolescentium detrahebat:tantum adiiciebat antipatro.In eandem uero partem inclinati sunt etiam qui regno parebant:hi uolentes alii pro imperio sicut Ptholomæus amicorum carissimus: regisq; fratres ac tota progenies:omnia nanq; in antipatro sita erant: & quod alexandro fuit acerbissimum cuncta in eorum perniciem matris antipatri consilio gerebãtur.Nouerca enim seuior erat: multoq; plus q̃ priuignos oderat:quos regina mater æ diderat.Sed quãq̃ omnes ut Antipatro magis obsequerentur spes inducebat: non minus tamen præcepta regis quenq̃ ab adolescentibus se parabant:qui carissimis dixerat:ne quis ad Aristobolum uel eius fratrem accederet:aut se ad eos applicaret:non solis enim regalibus erat formidini:uerumetiam externis.Nulli enim regum tantum potestatis Cæsar dederat:ut fugitiuos suos q̃uis ex ciuitatibus non subiectis ei liceret educere.Adolescentes autem delata in se facinora nesciebant:hisq; propterea capiebant incautius.Nullus enim palam incausabatur a patre:sed affectu refrigescente paulatim intelligentes dolorem asperius excitabantur.Eodem autem modo etiam Pheroram patruum & Salomen amitam contra illos commouit antipater assidue:uelut cum uxore sermocinando:quibus in eos instigaretur.Huius autem inimiciciis conspirabat Alexandri quoq; uxor Glaphira multa de sua nobilitate commemorans:cunctarumq; se quæ in regno uiuerent dominam esse dictitãs:paternum enim genus a temeco:maternum ab Dario histaspis filio ducere : multumq; ignobilitatem despiciens sororis & uxoris herodis:quarum quæq; propter formam non propter nobilitatem esset electa. Nã multas ei fuisse diximus uxores:quod licet & iudæis more primo plures habere:quodq; rex pluribus oblectaretur.Omnibus igitur propter superbiam & contumelias Glaphiræ inuisus erat Alexander.Salomen autem aristobolus:& si socrus eius erat:ipse inimicam sibi reddidit: & ante quidem propter maledicta Glaphiræ sæuientem:& frequẽter ei humilitatem generis obiiciebat uxori q̃que ipse plebeiam:reginam uero frater suus duxisset alexander: hoc Salomes filia cum fletu matri nuntiauit.Addebat autem q̃ aliorum quoq; fratrum matres idem alexander & aristobolus si regnum obtinuissent:textrices cum ancillis facere minitarentur ipsos quoq; uicorum scribas scilicet irridentes q̃ litterarum studiis operam darent. His commota Salomes q̃ iracundiam cohibere non posset herodi cuncta indicauit. Satis autem idonea uidebantur cõtra generum dicens, Et præter hæc alia quædam criminatio diuulgata est:quæ succendit animũ regis. Audiuit enim Alexandrum & Aristobolum crebro matrem implorare: casumq; eius cum gemitu atq; imprecationibus conqueri: ac sæpe illum quædam ex Mariannes uestimentis posterioribus diuidentem coniugibus minitari solitos esse q̃ cito pro regalibus delitiis eas factis uestibus induerẽt.His de causis Herodes licet præstantem animum adolescentium formidaret : tamen ne spem correptionis eis abscinderet:ad se eos uocauit.Romam enim nauigaturus erat:& quasi rex pauca interminatus pluribus quasi pater monuit:rogauitq; ut fratres diligerẽt promissa priorum peccatorum uenia si post hæc meliores fierent.Illi autem criminationum inuidiam deprecando fictas eas esse

dicebant:purgationisq; suæ fidem rebus ipsis posse cõstare: uerum quoq; ipsum debere omissa facilitate credẽdi aditum maledictis obstruere.Nunq̃ enim calumniatores defore:dum cui persuadeatur extabit.Cum his eum mature placuissent:qui ut patrem præsenti metu reiecto:de post futuris mœrere cœperunt.Etenim cognouere Salomen sibi esse infensam : & patruum pheroram: utriq; autem seui & graues erant:sed amplius pheroras qui totius quidem regni præter diadema socius erat : proprios autem redditus habuit.c.talenta totiusq; transiordanem fructus ipse caperet a fratre sibi dono data . Quin etiam Tetrarcham eum fieri beneficio Cæsaris idem Herodes impetrauerat:regalisq; coniugio dignatus erat:sorore uxoris suæ nuptum ei collocata.Et post illius mortem desponderat ei filiarum suarum maximam,ccc.talentis in dotem datis. Sed regale cõiugium pheroras ancillæ amore captus refugerat.Quamobrem iratus Herodes filiam quidẽ nuptum dedit fratris filio:qui post a parthis occisus est. Mox autem morbo pherore uenia data indignationem remisit.De hoc etiam erat opinio q̃ uiua regina herodem opprimere uoluisset ueneno.Sed tunc plurimis delatoribus aditus erat:ut q̃uis amantissimus frater esset herodis:fide tamen eorum quæ audisset adduceretur ad metũ.Itaq; de multis qui suspecti erant habita questione postremo ad pherore amicos uenit:quorum nulla quidem fuit de maleficiis aperta confessio: sed q̃ amita suspecta in parthos cogitasset effugere prodiderunt.Huius autem consilii & fuge cõscium esse Aristobolum Salomes maritum cui rex eam tradidit.Postq̃ superior adulterii causa peremptus est:sed nec Salomæ criminatione libera manserat.Nam & hanc pheroras accusabat q̃ cũ Sillaeo procuratore obedire regi Arabum de nuptiis cõstituisset quem inimicissimum Herodes habet:conuicta autem & in hoc & in omnibus:quæ pheroras detulerat indulgentiã meruit: atq; ipsum etiam pheroram criminibus soluit.Domus uero tempestas in alexandrum transiit: totaq; capiti eius incubuit.Tres erant eunuchi regi carissimi:& ex genere famulatus neminẽ id latebat. Vni enim unum ministrare fuit cura:alteri cœnam apponere:tertius autem dormitum eum collocabat:& cum ipso cubabat hos muneribus maximis Alexander cupiditati suæ subiecerat.Itaq; postq̃ regi hæc sunt indicata ui tormentorum coacti & stuprum cõfessi sunt:& quibus essent ad hoc promissis inducti aperuerunt: quomodo eos fefellisset Alexander nullam in herode spẽ habendam esse:improbo sene commemorans:& qui capillos ficeret:nisi ob hoc solum eum etiam adolescentem putarent:uerum se coli oportere:qui etiam inuito eo regni esset futurus successor. Neq; multo post ab inimicis pœnas repeteret : fortunatosq; amicos suos beatosq; faceret ac præteris ipsos.Quin & obsequia potẽtium Alexandro clam parare:militumq; rectores. Itemq; ordinum principes occulte ad eum conuenire dixerunt.Hæc Herodes adeo pertimuit:ut nõ auderet statim delata proferre:sed exploratores die noctuq; submittens dicta factaq; singula scrutabatur:& de quibus suspitio esset illico trucidabat.Itaq; regnum eius acerbissima iniquitate repletũ est.Nam pro suo quisq; odio uel inimiciciis calũnias fingere: multiq; regis iracundia cædis cupida contra aduersarios abutebantur:& mendacio quidem confestim fides habebatur. Erant autẽ criminationibus ipsis uelociora supplicia. Deniq; accusabatur qui modo accusauerat: & cum eo qui ante iustus esset ducebatur ad pœnam.De uita náq; periculum regis quæstiones breuiore cõpendio terminabat.Ad hoc autem sæuitia processerat: ut nec eorum quãq̃ humanitus aspiceret: qui accusati non essent:uerũ etiam amicis immitissimum sese præberet,Itaq; multis etiam regno interdixit:& in quos potestatem nõ haberet in eos dictis asperis sæuiebat.Accessit malis Antipater collectaq; amicorum caterua nullum criminationis genus omisit.Tãtus etiam ineptia sua regem commentisq; delatorum timor inuasit:ut stricto instare sibi gladio uideret Alexandrum.Deniq; subito & ipsum correptum in uincula coniecit:& in amicorum eius tormenta perrexit: multi autem taciti moriebantur:nulla uitæ supra conscientiam proditi. Alii uero quibus mẽdacium impatientia doloris extorsit:de patris eum insidiis cum fratre Aristobolo cogitasse dixerunt tempusq; obseruare: ut illo dum uenaretur occiso romam profugerent . His tametsi uerisimilia non erant:sed necessitate cruciatus ex tẽpore fingebantur:libenti tamen animo rex credebat pro consolatione accipiens uincti filii ne id feciisse uideretur iniuste.Verum Alexãder suspitionem patris nullo modo aboleri posse arbitrabatur:ultro malis assentiẽdum putauit ac digestis aduersus inimicos.iiii.libris fatetur insidias:eorumq; se plurimos socios habere proscribit: ante omnes autem Pheroram & Salomen.Hanc enim etiam stupro sibi quondam esse mixtam:cum uim noctu adhibuisset inuito.Iamq; libri in manibus erant herodis:multa & grauia de optimatibus fere clamantes cum mature in iudæam Archelaus uenit metuens genero simul ac filiæ quibus etiam prouidentissimo consilio succurrit:regisq; minas arte dissoluit. Mox enim cum eo cõgressus ubi nam est:clamat exitialis gener meus:aut ubi parricidiale caput aspiciam?quod meis manibus ipse lacerabo:addamq; filiam meam bono marito nouo.Nam & si consilii particeps non est: quia tamen eiusmodi uiri coniunx fuit inquinata est.Miror autem patientiam tuam cuius periculũ agitur q̃ adhuc uiuit alexander:ego nãq; ita ex cappadocia properans ueniebant:ut qui & illũ olym reperirem dedisse suppliciũ:& de filia quæstionem tecũ haberem:quam uitæ atq; contemplationis dignitate illi desponderam.At nunc de utroq; nobis consulendum est:licet nimium pater sis: & ad

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

puniendum insidiatorem filium minus fortis. Permutemus dexteras: & alter alterius iracundiæ uicariæ succedamus. Talibus increpans q̃uis pertinacem fallit herodem. Itaq; quos Alexander p scripserat libros legendos ei præbet singulisq; capitulis insistens cum eo deliberabat. Vnde occasionem sui consilii nactus Archelaus paulatim causas in eos q scriptis continebant: & in pherorам contulit. Cum aũt sibi credere regé uideret: considerandũ est inqt ne forte adolescẽtulus tot nequissimos; insidiis circũueniatur: non tu ab adolescentulo: nec enim apparere cãm cur in tantum ruerit scelus: qui & nunc regno potiret: & successioné regni speraret nisi aliquos haberet huius persuasionis auctores: qui ad sinistram partẽ lubricum ætatis impellerent. Ab eiusmodi náq; hoibus non solum adolescentulos falli: uer; etiam senes domosq; claríssimas totaq; regna solere subuerti. Consentiebat dictis herodes: iramq; paulatim remittebat in alexandro: & in pherorã excitabatur. Náq; hoc erat librorum quatuor argumentũ: qui ubi propensioré esse regis aĩum sensit: & in oibus apud eum amicicią Archelai prævalere: quá honeste non possit ex impudentia saluté quæsiuit. Relictoq; Alexandro confugit ad archelaũ. Et ille nõ inquit uidet quo se pacto eximat tantis criminibus inuolutú: quibus manifeste conuinceret regem insidiis uoluisse decipere omniumq; malor; præsentiũ adolescenti cã fuisse: nisi malit omissis artibus callidis & negandi pertinacia q̃bus insimularet oĩa confiteri: & a fratre p̃sertim cum dilectus esset ueniam petere. Náq; ad hoc ei modis oĩbus se quoq; opem laturũ paruit Archelao pheroras: utraq; ueste cum lachrymis: ut quã miserabilis appareret instructus ad pedes herodis accessit: sicq; meruit ueniam postulans: & se qdem sceleratum esse fatebat. Náq; oĩa quæ sibi obiicerent fecisse. Horum aũt causam esse dicebat diminutioné mentis atq; insaniam ex mulieris amore conceptã. Itaq; postq̃ sterit pheroras semetipse accusator ac testis tunc eũ iam Archelaus excusando herodis iracundiam mitigabat propriis usus exẽptis. Etenim se quoq; a fratre multo grauiora perpessum. Naturale ius dicebat anteposuisse uindictæ quippe in regnis uelut in magnis corporibus sp aliquam partẽ ponere ipso tumescere: quã recidi qdem non oportet: leui uero curari. Multa in húc modum locutus archelaus. Herodé quidem pherore placidũ reddidit: ipse aũt Alexandro tãdiu manebat iratus: filiamq; ab eo distractam secũ abductuq; esse firmabat: donec Herodé compulit ultro pro adolescentulo depcari: ut iter; ei filiam desponderet. Satis aũt cum grauitate archelaus cui uellet eam præter Alexandro collocari promisit: maxime enim impendere quæ iura iter se affinitatis inuiolata permaneant: regem aũt sibi filiũ ab eo donatum infirmãte nisi matrimoniũ diremisset: q& liberos iam haberent: uxor quoq; ab adolescẽte diligeret: quæ si remaneret: peccator; foret oblitio: si uero discederet cã de oĩbus desperandi molliorem náq; fieri audaciã: si domesticis affectionibus distrahatur. Vix tãdem cessit: unaq; & ipse rediit cum adolescente in gratiã & patrem eius reduxit. Proculdubio tamen eũ Romam mitti debere: ait cũ cæsare collocatuq; : de oĩbus eni sese litteras ad eum fecisse. Consiliũ quidem Archelai quo gener; periculo liberauit peractum erat: & reintegrata gratia in epulis & humanitate conuictus familiariter uersabant. Abeuntem aũt muneribus talentor; septuaginta: solio quoq; aureo gẽmis ornato. Et eunuchis & concubina donat herodes quæ panichis uocabat. Itemq; amicor; eius quiq; pro merito: quin & cognati regis oés iussu eius Archelao dono dederunt: eumq; tam ipse quã optimates eius Antiochiã usq; prosecuti sunt. Non multo aũt post qdam in iudæã uenit Archelai consiliis multo potentior: q̃ non solum reconciliationẽ gratiæ Alexãdro quæsitã fecit irritam: uerũetiam causã fuit ut periret. Laco erat genere noie Euricles ad regni desiderium amore pecúiæ corruptus. Iam eni luxum eius regia tolerare non poterat. His amplissimis donis herodi oblatis: uelut eor; quæ aucuparetur illecebra: cum statim multiplicata recepisset imaculatam liberalitaté nihil esse ducebat: nisi regnũ sanguine cõparasset. Itaq; regem adulatione falsisq; de ipso laudibus: & sermonis calliditate circũuenit: matureq; prospecto eius ingenio dictis simul & factis ne illi placerent inter primos eius amicos habetur. Nam & rex & oés eius comites libenter ciué sparthæ patriæ cã præcipuo dignum honore ducebant. Ille aũt postq̃ fragilitatem domus animaduertit: fratrúq; inimicicias & quéadmodú pater in singulos esset aiatus: Antipatri quæ qdem hospitio præuentus erat. Simulata uero amicicia fallebat Alexandrũ olym se & Archelai sociũ esse mentitus: quo etiã citius quasi probatus obrepsit. Moxq; ab eo fratri quoq; Aristobolo cõmendatus est. Pertentatis ãt personis oĩbus aliam alio modo subibat: ac primũ fit antipatri mercenarius & alexandri proditor: illum exprobrando castigans q& cũ fratrum sit maximus spei suæ negligit insidiatores. Alexandrũ uero q& regina creatus & regiæ coniugis uir filiũ priuatæ mulieris pateretur regno succedere. Præsertim cum habebat magnã occasionem Archelaũ quæ quidem adolescenti uera fide suadere uidebatur q& amicicia simulasset archelai. Vnde nec Alexander quicq̃ metuens: & de Antipatro quæ se mouerent apud eum querebatur: & q& nihil mirum faceret herodes si cum matrem illor; interemerit: ipsis quoq; regnũ auferret: quor; causæ Euricles & misereris eos & dolere pariter simulans ét Aristobolum ad ea dicenda pellexit: atq; ita querelis in patrẽ utroq; deuicto referens ad antipatrum secreto discedit: afficto insidiar; quoq; mendacio quas ei fratres firmasse parabat: ac pœne iam strictis gladiis in eum irruere. Ob hoc autẽ multa pecunia donatus ab Antipatro laudator eius erat

apud patrem: & ad extremum necis alexandri: & aristoboli redempta opera ipse accusatoris partibus fungebat. Cunq; adiisset Herodé uitam ei se rependere beneficiis sibi pro delatis: & lumẽ referre dixit hospitio. Háq; olym Alexandrũ exacuisse gladium & confirmasse dexterã: uer; sceleri tanto fuisse impedimento q& societatẽ facinoris assimulasset. Alexandrũ enim dicere non bene se cum Herodẽ actum putare: q& regnũ obtinuisset alienum & post matris eor; necem principatum eius dilacerasset: nisi eam degenerẽ coaptaret herodẽ: auitumq; ipsor; regnũ antipatro spurio pro pinaret. Proinde semet hyrcani manes & Mariánes ultum iri. Nec enim decere successioné regni ab huiusmodi patre sine cæde susciperе: multis enĩ rebus ad hoc excitari quotidie: qa nihil oĩno loqui sine calúnia liceret. Nam si de nobilitate alior; fiat mentio sine ratione se contumeliis afficiпatre dicente solus generosus alexander: & cui pater sit pro ignobilitate decori inuentionibus quoq; offendere si taceat. Si uero laudet cauillatoré appellari prorsus ubiq; immitem sibi patrem offendere: soliq; antipatro indulgentẽ: ob quæ uelle mori nõ recusare: nisi ex uoto insidiæ successissent: sin eum occidisset: primũ salutis occasionem fore archelaũ soce; suum ad qué facile possit effugere. Deinde cæsarẽ qui nunc usq; ignoraret mores herodis: nec enim sic ei astatur; ut antea patris præsentiã formidando: nec de suis tantum criminibus locutur; : sed primum totius gentis erũnas: & quos ad necé usq; tributis opprimeret uulgaturũ. Deinde in quibus delitiis q̃busq; actibus parte sanguine pecuniæ consumptæ sint & qui uel quales ex illis fuerint locupletati: qua causa ciuitates plagatæ: ibi aũt quæsiturum: & aui & matris necem: & oĩa scelera regis retextur; : quibus cognitis nemo se iudicauerit parricidã. His Eurícles in alexandrum falso delatis antipatri laudes prosequebatur illũ solum qui patré diligeret esse cõfirmans: quiq; adhuc insidias retardasset. Rex ãt nondum præteritæ suspitionis dolore cõpresso intolerabilis iracundiæ feritate turbatur: in hoc tempus nactus antipater alios accusatores fratribus subornauit: qui eos dicerent cum iocundo & tyranno clã colloqui solitos esse equitum regis olym principibus: tunc uero propter quasdam offensiones ordinibus motas. Hac denicq; prædignatione succesus: confestim eos tormẽtis Herodes subdidit. Illi autẽ nihil eorum se quæ crimini darentur scire confessi sunt: sed oblata est quædam uelut ad propositum castelli alexandri ab alexãdro scripta epistola depcante: ut cum Aristobolo fratre se in castellum reciperet: si patrem interfecissent: tam armis q̃ aliis subsidiis eos uti permitteret: hanc alexander diophanti cõmentum esse dicebat: qui regis erat notarius homo audacissimus: & cuiuslibet manus litteras imitari pcallidus. Itaq; multis sæpe falso conscriptis ad hoc postremo occisus est. Torto aũt castelli quoq; præposito: nec eius indicio quicq̃ Herodes eorum: quæ delata erant uera esse cognouit. Sed q̃uis nullum documentum ualidum proferret: filios tamen interim absolutos asseruari præcepit. Euriclea uero domus suæ pestem ac totius sceleris fabricatorem bene de se meritum datoremq; salutis appellans: talentis quinquaginta donauit. Ille autem priusq̃ certum fama nũciaret ad Archelaum properat: aususq; dicere: q& Herodem reconciliasset alexandro: ab illo quoq; pecunias capit. Deinde in achaiam transgressus ad similia facinora male quæsitis abusus est. Postremo apud Cæsarem accusatus q& dissensionibus repleuisset achaiam & ciuitates spoliaret: inde fugatur: atq; hoc eum modo pœne Alexandri & Aristoboli persecutæ sunt: hoc loco dignum est Coumeuaristũ huic spartiatæ conferre. Náq; is cum amicissimus esset alexandro: eodemq; tempore quo Euricles ibidem erat aduenisset percõtanti regi super his quæ ille insimularet: iuratus nihil se ab adolescentibus audisse firmauit. Nec tamen id quicq̃ miseris profuit apud herodé solis maledictis aures paratissimas aperientem eumq; gratiosissimum sibi iudicanté: qui secum eadem crederet: hisdemq; moueretur. Incitabat præterea Salome crudelitatem eius in filios. Náq; hanc Aristobolus quo periculis inuolueret: quam & socrum habebat: & amitã monitum miserat: ut saluti suæ consuleret: quasi rex eã decreuisset occidere iterum insimulatam quor; ante fuerat accusata: q& enim Sylleo arabi nubere cupiés: qué sciret eius inimicum: occulta illi secreta regis nuntiaret. Et hoc fuit extremum quo tanq̃ tempestate oppressi adolescentes: non secus ac turbine pessundati sunt. Salomæ enim protinus contendit ad regem eiq; monita aristoboli prodit: atq; ille ulterius durare non passus: utrũq; filium uinxit: & separatos asseruari præcepit. Deinde uolumũ militiæ magistrum: & ex amicis suis olympũ descripta ferentes indicia proficisci iussit ad cæsarem: qui postq̃ Romá naui delati sunt: regisq; litteras reddiderunt: uehementer quidé cæsar in adolescentes exarsit: uer; etiam potestaté in filios a patre auferendam esse non duxit. Deniq; rescribit ei ut ipse sui dominus esset arbitrii: melius tamé facturum dicens: si in cõmuni consensu propinquor; suorum ,puinciæq; rector; de insidiis quæreret: eosq; si delato crimini reperiret astrictos occideret. Si uero fugam tantũ esse meditatos mediocri supplicio contentus esset. Parit scriptis herodes: cũq; Beritũ quo cæsar iusserat peruenisset cogit iudicium. Præsiderũt autem iudicio rectores: quibus a Cæsare scriptum fuerat: Saturninus & Penaius legati: & cum his uolumnius procurator. Itéq; propinqui regis & amici: necnon & Salomæ & Pheroras: & post hos optimates Syriæ præter Archelaum regem. Náq; hunc Herodes q& Alexãdri socer esset suspectum habebat. Sed filios quidem satis prouido consilio in iudicium non produxit: sciebat enim q& si tantũ uisi fuissent omni mõ ad misericordiã cunctos impellerent: si uero

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

etiam dicendi copiam nacti essent facillime alexandrum obiecta diluere. Igitur illi quoq; custodiebantur in platene uico sidoniorum. Exorsus aũt rex ueluti cum p̃sentibus ageret commouebatur:& insidias quidẽ timide obiiciebat.Nam probationibus deficiebat maledicta uero & probra & iniurias:& peccata plurima in se admissa prosequebatur:eaq; morte grauiora esse confessoribus demonstrabat.Postremo cum nemo cõtradiceret semetipsum argui miserabiliter quæstus: acerbamq; victoriã uincere singulos sententiã rogat in filios:& primus saturninus condẽnandos esse adolescentulos:sed non morte pronũciauit: nec enim fas esse cum tres ipse astantes habet filios mortem alienis decernere.Idem etiã duobus legatis uisum est: eosq; nõnulli alii secuti sunt. Tristẽ uero sententiam primus uolũnius dixit cunctiq; post eum Herodis æmulatione uel odio: neq; indignatione quisq; necandos esse adolescentes iudicauit. Tunc aũt uniuersa iudæa & Syria suspẽsa quidem opperiebatur huius tragœdiæ finem:sed nemo æstimabat herodis crudelitatem ad parricidium usq; processuram.Ille tantũ filios tyrum traxit:atq; inde naui cæsaream deuectos quo mortis genere perimeret cogitabat.Interea uetus quidam regis miles Tyro noie: qui & filiũ habebat Alexandro assuetum atq; amicum:& ipse diligebat adolescẽtulos: præ nimia indignatione mentis in postremo hos circũiens clamitabat cõculcatam esse iustitiam ueritatem periisse:naturam esse confusam:uitamq; hoium iniquitatis esse plenam: & oĩa quæ dolor contemptori uitæ dictasset:deinde ipsum etiã regem ausus adire:mihi uero inquit oĩum uideris esse infœliciss̃imus:qui contra cariss̃imos nequiss̃imis credas. Siquidem pheroras & Salomæ fidem apud te aduersus filios habent:quos sæpe ipse mortis supplicio dignos esse iudicasti: neq; aduersus hoc eos agere:ut iustis successoribus destitutus cum solo remaneas antipatro capi facile regem optantes. Verũtamen cogita ne ille quoq; militibus odiosus sit propter cædem oĩum fratrum. Nullus enim est qui non adolescẽtium misereatur.Principum aũt plurimi etiam palã grauiter ferunt. Hæc dicens simul eos:quibus res indigna uideretur noiabat.Rex aũt statim illos & ipsum cum filio cõprehendi iubet. Ibiq; cum aliis quidam regalis tonsor noie tripho:nescio qua exagitatus insania semetipsum indicans prosilit: ac mihi quoq; tyro inquit iste persuasit ut occasione tondendi nouacula te occiderem:magnaq; alexandrũ daturum munera pollicebat.His auditis herodes:& tyronem eiusq; filium:& tonsorẽ subdidit quæstioni.Cũq; illi pnegarent: tonsor aũt amplius nihil diceret tyronem uehementius torqueri iussit: tum quæ filius eius patris miseratione commotus cũcta se regi:si eum sibi condẽnasset indicaturum promisit. Eoq; relaxato ipsius occidendi patrẽ suum habuisse uoluntatem:dixit impulsum ab alexandro.Hoc aũt quibusdam factũ ab adolescẽte uidebatur:quo tormentis eriperet patrem.Nonnulli ueŗ esse firmabant.Herodes tamẽ & militum principibus & tyrone pro cõtione accusatis:ita in eos armauit populum:ut ibidẽ cum tonsore lignorum & lapidum ictibus interirent.Filios uero in sebasten missos:quos nõ longo a cæsario iteruallo distaret:offocari præcepit ea quæ re mature perfecta in castellum alexandriũ mortuos asportari cum Alexandro materno auo sepeliendos.Hic finis quidem Aristobolo & Alexandro uitæ fuit.Antipatro cum iam sine controuersia successorem regni speraret:intolerabile gentis excepit odium cunctis scientibus illum omnes fratribus suis conseruisse calumnias: nihiloq; minus timor eum non mediocris sollicitabat crescente sobole peremptoŗ. Erant enim Alexandro ex Glaphira filii duo Tygranes & alexander:itemq; Aristobolo ex Beronice Salomes filia herodes & Agrippa & Aristobolus:filiæq; Herodias & Mariãne. Sed Glaphiram quidẽ Herodes cũ dote sua in Cappadociam dimisit postq̃ alexandrum interfecit.Beronicem aũt Aristoboli coniugem auunculo antipatri nuptũ dedit:qui ut Salomen q̃ offensam habebant sibi reconciliare istas nuptias excogitauit. Idẽ uero etiam pherorem muneribus aliisq; obsequiis atq; amicos præterea cæsaris ambiebat:magnas romam mittẽdo pecunias.Saturninum enim cum aliis omnibus apud Syriam donis expleuerat:hoc aũt magis inuisus erat cũctis q; plura donabat: uelut operantas nõ munificentia largiretur:sed metu consumeret. Itaq; eueniebat ut nec accipiendum beniuolentia quicq̃ profecerit:quibusq; nihil dedisset acerbiores inimicos haberet.Indistributionibus munerŗ quotidie largior erat:cum præter spem uideret orbos pueros ab Herode curari quãtumq; illum peremptorum cædis pœniteret prolis eoŗ miseratione significari. Conuocatis enim propinquis ac amicis suis:& pupillis astantibus cum lachrymis oppleset oculos dixit:hoŗ quidem mihi patres fortuna quædam tristis eripuit:ipsos aũt orbitatis misericordia cum natura commendat.Experiar itaq; ut si pater infortunatiss̃imus fui:auus tamen sim prouidentior:& a quibus post me regantur amantiss̃imos mihi relinquam. Despondeo igitur filiã tuam Pherora maximo filioŗ Alexandri ut ei curator sis necessarius.Tuo uero antipater filio Aristoboli filiam: eris enim hoc modo pater orbatæ.Sororem uero eius meus Herodes accipiet: & pontifice auo materno pronatus. Et de his quidem sit iudicium meum:neq; quisq̃ dirimet quin me amabit.Præco aũt deum etiã bono regni mei:meorumq; nepotamẽ copulare nuptias:atq; hos pueros placidioribus: quam patres eoŗ oculis aspicere.Postq̃ hæc locutus effleuit & pueroŗ dexteras iunxit:benigniss̃ime consalutatis singulis dimisit consilium:statim diriguit antipater quantumq; dolore affectus esset neminem latuit pupillorum. Nãq; honorem apud patrẽ quoq; sibi derogatum existimabat:iterũq;

de rebus cunctis periculum fore:si alexãdri filius præter archelaum etiam pheroram adiutorem haberet:ad hoc reputabat odium suum & orbitatis miserationem qua tota gens flectebatur quãto uiuentium puerorum studio:& quanta memoria mortuorũ scelere tenerentur iudæi.Itaq; omnimodo dirimere sponsalia studuit:& callide quidem patri furripere timuit sæuienti:acriterq; uigilanti ad suspicandum.Palam uero eum supplex adire ausus est coramq; deposcere: ne se honore priuari quo dignum esset iudicasset:nundũq; regis nomen habere uellet: regni autem substãtiam penes alios esse:nec enim posse rerum obtinere dominatum:si præter auum Archelaum etiã Pheroras Alexandri filio socer esset adiunctus.Instantiss̃ime uero præcabatur:quia numerosa esset regia progenies nuptias permutari. Nouem nanq; regi uxores erant: sed harum septem unde filios susceperat ipsum antipatrum ex doside herodem autem ex Marianne pontificis filia:itemq; antipan & Archelaum ex Martha cesamaritide filiãq; Olympiadem:quã frater eius Iosephus habuerat:ex hyerosolomitide uero Cleopatra heroden & Philippum:necnon ex Pallade Phaselum .Habebat autem filias quoq; alias Bosamen & Salomen:unam ex Phedera : & alterã ex Iopide:duasq; uxores sine filiis consobrinam & sororem ac præter has Alexandri & aristoboli sorores duas ex marianne.Cum igitur tanta prolis copia supereret aliter nuptias iungi postulabat antipater.Rex autem perspecto eius animo quid de pupillis cogitaret uehementer iratus est:quippe filioŗ quos interfecerat casum reputans formidabat:ne etiam hi quandoq; criminationum antipatri præmium fierent:sed tunc quidem seuioribus dictis protelat.Postea uero blanditiis eius abductus sponsalia reformauit ac primum ipsi antipatro Aristoboli filiam collocat:filium uero eius iungit filiæ Pherore. Hinc licebit aduertere quantum antipatri ualuerit adulatio: q; ipsi in simili causa impetrare salome non potuit. Hanc enim quamuis soror esset:atq; hoc sæpe intercedente. Iulia uxore cæsaris postulasset arabũ regi nubere non passus est: sed inimicissimã sibi fore iurauit:nisi ab hoc studio destitisset.Posteaq; inuitam Alexe cuidam ex amicis suis in matrimoniũ dedit: eiusq; filiarum unã alexandri filio:alteram antipatri auunculo tradidit.Natarum autem Mariannes una sororis filium habebat Antipatrum: Altera fratris Phasẽlum. Sic interrupta pupilloŗ spe antipater & pro sua cõmoditate affinitatibus iunctis expectatione certa nitebatur:adiectaq; malignitati fiducia nequaq̃ erat tolerabilis:nã quia singuloŗ odium uitare non potuit: securitatem sibi extorquere querebat.Cum præterea pheroras ei ueluti iam confirmato regi obsecundaret:quin & mulierum conflata in aula conflatio nouas turbas excitabat.Etenim pherore uxor cum matre ac sorore sua: necron & matre antipatri multa in regno insolenter agebat: ausa etiam duas regis filias contumeliose tractare:cui rei maxime ab antipatro erat abiecta.Itaq; cũ illi inuisæ essent:aliis quidem morigeras habebant:sola uero salome aduersabatur eoŗ concordiæ q; nõ bono regis coirent apud ipsum insimulabat . Cognita uero eius delatiõe mulieres quodq; herodes ægre tulisset aperto quidem cõuentu & familiaritate abstinuerunt:cõtra uero ẽt discordare inter se rege audiẽte simulabãt. Cũ his colluderet antipater: ut palam pherore minie dubitaret offendere: occultos ãt cœtus & nocturnas cõmessationes habebant:earũq; cõfessionem fecit obseruatio firmiorẽ: cũ horum nihil ignoraret Salome:sed herodi cuncta nunciaret.Ille ãt ardens iracundia maxieq; contra Pherore coniugem q; eã præ cæteris accusaret salome cõuocato cognatoŗ amicoŗ cõsilio: & talia multa mulieris & filiaŗ contumelias crimini dedit: quodq; pharisæis mercedem cõtra præbuisset:fratrẽq; sibi hostem reddidisset expugnatũ uenenis.Postremo conuersus ad pherorã: utrũ ait se fratrem an uxorem uellet optare.Cunq; ille se citius uita dixisset quã coniuge cariturum incertus quid ageret ad antipatrum sermonẽ contulit:ac ne cũ pherora:uel eius cõiuge. aut quouis alio qui ad eam pertineret unq̃ colloqueretur edixit.Verum ille palam præcepta custodiẽs in occulto cum his pernoctabat. Metuensq; obseruationem salomes per amicos in italia degẽtes ut romam proficisceretur effecit:ipsoŗ perlatis litteris ubi antipatrum aliquanto post tempore ad cæsarem mitti oportere perscriberent.Igitur Herodes nihil moratus eum misit cunctis quæ usui forent magnaq; pecunia liberaliter instructum.Testamentũq; una portandum ei dedit in quo. Rex ipse Antipater inscriptus erat.Et Antipatri successor Herodes ex Marianne põtificis filia procreatus. Quin & silleus arabs itidem Romam negleto cæsaris præcepto nauigauit.De his cum Antipatro certaturus:de quibus cum Nicolao causam antedixerat. Non leue autem cũ areta rege suo certamen habebat: cuius & alios amicos interfecerat : & senium in petra oppido potentiss̃imum: redemptoq; phabato dispensatore cæsaris fautore utebatur etiã in heroden . Sed maiore pecunia data herodes phabatum a silleo remouit:ac per semetipsum quæ cæsar iusserat exigebat. Ille auterũm nihil dedisset : accusãbat apud cæsarem phabatũ dispensatorẽ esse dicens: non quæ ipsi: sed quæ herodi expedirent.Quibus commotus ad iracũdiã phabatus adhuc autem apud herodẽ maximus habebatur:secretorum sillei proditor factus est regiq; indicauit q; Silleus corinthũ eius sagittem pecunia corrupisset:eumq; asseruari oporteret: neq; rex id facere dubitauit quoniã corinthus iste licet in aula regis esset educatus ex Arabia tamen fuerat oriundus. Igitur mox non illũ solum corripi:sed etiam duos alios Arabas iussit eum apud repertos unum sillei amicum: alterũ philarchũ.Qui subditi quæstione magna pecunia coritho: ut heroden occideret p̃suasisse cõfessi

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

sunt.Illi quidem etiam a Saturnino rectore syriæ interrogati Romam trãsmissi sunt. Herodes ãt pherore uehementius imminebat:ut repudiaret uxorem.Aliquid enim quod mulierem plecteret excogitabat quia multas in eam odii causas haberet: donec ipsum etiam fratrem cũ ea supra modum indignatus eiecit. Pheroras autem æquo animo accepta iniuria i tetrarchiam suam recessit: ioratus unum sui exilii finem sibi fore mortem herodis.Neq; se ad eum reuersurum esse dum uixerit. Deniq; nec ægrotum quamuis sæpe accitus fratrem uisere uoluit cum quibusdam mandatis eum quasi moriturus uellet instruere.Sed ille quidem præter spem conualuit. Postmodum ãt pheroras in morbum incidit: tumq; herodis patientia demonstrata est. Nam & uenit ad eum & humanissime curatum uoluit. Sed morbum superare non quiuit:in diebus enim paucis est mortuus.Quem licet ad ultimum uitæ diem dilexisset Herodes: tamen q; illum quoq; ueneno peremerit fama uulgatum est. Verum eius corpore in hyerosolimam portato luctum maximum cunctæ genti denuntiauit:clarissimaq; funus sepultura dignatus est. Vnus quidem interfector Alexãdri & Aristoboli hunc exitum uitæ sortitus est. Transiit autem in Antipatrum auctorem pœna sceleris ex interitu pherore nacta principium. Quidam enim ex eius libertis cum regem tristes adiissent fratrem ipsius pheroram ueneno interemptum esse dicebant. Nam quendam ei cibum obtulisse coniugem suam non eo quo solebat modo conditum:eoq; sumpto illum morbo protinus esse corruptum uenisse autem ante biduum matris ac sororis eius accitu quandam uenefică mulierculam ex Arabia:ut uenenum pherore cõficeret amatorium & pro amatorio dedisse mortiferum sillei consilio.Nanq; illi notum fuisse:perculsus igitur plurimis suspitionibus rex: ancillas & nonnullas libertinas quæstioni subiicit.Ibiq; tum exclamat aliqua doloris impatiens. Deus cœli terræq; rector i matrem Antipatri quæ horum nobis malorum causa est uindicet. Hoc rex indicium nactus persequebatur ulterius indaginem ueritatis. Mulier uero & matris antipatri familiaritatem cum pherora eiusq; uxoribus & occultos eorum cõuentus: aperuit quoq; pheroras & Antipater redeuntes a rege: tota cum illis nocte potare soliti essent seruis omnibus exclusis & ancillis.Vna quidem libertinarum hoc indicauit.Cum autem ancillæ separatim:singulæ torquerentur:patuit oium dicta congruere: qua de causa romam quidé Antipater ex composito pheroras autem trans flumen recedere curauisset. Nam sæpe illos in sermone dixisse q; post alexãdrum & Aristobolum ad ipsos eorumq; coniuges transiturus esset herodes. Nec alicui posse parcere: q; marianne eiusq; filiis minime pepercisset:ideoq; melius esse ab hac bestia:quam longissime fugere.Sæpe autem dixisse matri antipatrum conquerentę q; cum ipse iam canus esset pater i dies singulos iuueneſceret seq; fortasse priusq; regnare incipiat moriturum:aut nunq; ille decesserit quando autem istud fiet:uoluptatem sibi successionis omnino fore breuissimam. Pullulare præterea hydræ capita hoc est Alexandri & aristoboli filios: sibi autem filiorum quoq; spem ademptã esse patris iniuria:qui non eorum quenq; post mortem suam regni successorem:sed Mariannes filium scripsisset heroden.Qua quidem in re prorsus eum senectute delirare:si testamentum suum standum arbitraretur.Te nanq; ut ex eius progenie nemo supereſſet:curaturum. quinetiam cum oés patres quibus inuisum quam filii fuerunt nomen odio uindicat. Plus tamen eum etiam fratris odisse.Deniq; nuper sibi ne cum pherora colloqueretur.c. talenta donasse atq; cum pheroras diceret quid enim per nos lædabatur:respondisse Antipatrum utinam cunctis ablatis nudos se dũmodo uiuos relinqueret. uerum hoc nequaq; fieri potest ut tam pestiferã bestiam quisq; effugiat: sub qua nec amicis esse palam liceret.Deniq; nunc occulte inquit conuenimus: licebit autę aperte si uirorum spiritum manusq; habeamus. Hæc in tormentis ancillæ prodiderunt: & q; pheroras cum illis petram fugere cogitasset:ut omnibus autę dictis herodes crederet.c. talentis effectũ est.De his eni soli antipatro dixerat.Igitur ante alios in dosiden antipatri matrem furor eius erũpit:eamq; omni ornatu quę illi donauerat spoliatam multis cõparato talentis expellit. Deinde ita deposita pherore mulieres a tormentis recreabat.Timore autę pauidus erat & ad omnes suspitiones excitabatur multosq; innocentes metu ne quę nocentiũ prætermitteret in torméta ducebat. Hinc ad samaritã se conuertit antipatrũ qui procurator erat antipatri: & ex illius cõmentis cõperit necandi sui causa ex ægypto antipatrũ uenenũ malũ petiisse per aliquę antiphili collegã: idq; ab eo antipatri auunculũ accepisse hesdionę ac pherore tradidisse. cui mãdasset Antipater:ut Heroden occideret: dũ ipse romæ abesset: ac suspitione careret:pherorã uero uenenũ uxori suæ dedisse seruandũ.Itaq; hanc euocatã statim rex quod acceperat afferre iubet. Illa uero quasi allatura egressa de tecto se præcipitem dedit:ut eo modo exprobrationis & regis uerbera præueniret. sed dei prouidentia sicut apparet quæ ab Antipatro pœnas repeteret non in caput:sed in alteram delata partem periculum mortis euasit.Portataq; ad regem ubi resipiscere potuit. Nam casus eã perturbauerat:& quamobrem se præcipitasset interrogata iurante rege: q; uera dicenti remitteret omne supplicium:sin falsa promere maluisset:corpus eius tormentis absumeret.Neq; sepulturæ qcq; relinqueret:paulisper tacuit. Deinde quid inquit secreta custodio cũ pheroras obierit Antipatro qui nos omnes perdidit seruatura? Audi rex & tecum deus testis ueritatis qui falli non potest.Cũ pherore morituro lachrymans assiderem:tunc ille me ad se uocauit: & multum inquit mulier de

fratris erga me animo sum deceptus.Nam qui sic me diligeret inuisum habui:& necare cogitaui: qui tanto nunc mei:licet nec dum mortui:dolore confunditur. Sed ego quidem ob impietatem præcium fero:tu uero quod in eum seruas relictum nobis ab Antipatro uenenum huc affer propere: meq; uidente consume: ne ad inferos quoq; ultricem huius sceleris conscientiam deferam. Ita ut iussit attuli:& magnam quidem ueneni partem sub obtutibus eius in ignem effudit:modicum uero mihi per dubios casus & quæ te metuerem reseruaui. His dictis illa quidem oino paululum quiddam ueneni habentem pixidem profert.Rex quidem in matrem fratremq; Antiphili contulit questionem.Verum hic quoq; antiphilum ex ægypto attulisse pixidé fatebatur: illumq; uenenum a fratre apud Alexandriam exercente medicinam accepisse dicebant.Totum autem regnum circũeuntes Alexandri & Aristoboli manes ipsi erant incertarum rerum exploratores atq; iudices:& a suspitionibus remotissima approbationes trahebant. Deniq; etiam pontificis filiam mariannem consciam esse maleficiorum patuit. Hoc enim tortis eius fratribus demonstratũ est. Rex autem matris audaciam filii quoq; penuria coercuit. Nam quem illa pepereat herodem Antipatri successorem scriptum ex testamento deleuit.Post hæc etiam batillus nouissima consilioq; Antipatri fides documentis accessit.Nanq; is erat quidam libertus eius:aliud autem uenenum ferens: hoc est aspidum uirus aduenerat: aliorumq; serpentum sucos:ut si prius fuisset inualidum: hoc se pheroras cum coniuge in regem armaret.Idem uero præter susceptam contra salutem patris audaciam uelut operam subcisiuam habebat epistolas aduersum fratres compositas ab Antipatro. Erant autem romæ in studiis archelaus & philippus iam adolescẽtuli magniq; animi regis filii quos Antipater uelut imminentes spei suæ remouere festinans:quasdã in eos litteras ipse finxit amicorum nomine romæ degentium.Nonnullis autem corruptis scribere persuasit.q; multis patrem maledictis caperent:Ac de Alexandri & Aristoboli nece manifeste quererentur:seq; accitos esse grauiter:iam enim pater eos redire præceperat:idq; maxime sollicitabat Antipatrũ.Quin etiam priusq; proficisceretur in iudæa constitutus Antipater:eiusdem modi contra eos romæ litteras mercabatur:patrem adeundo uitandæ suspitionis causa fratres purgare simulabat: quædam falsa scripta:quædam uero adolescentiæ peccata esse commemorans.Quo quidem tempore scriptoribus epistolarum quibus in fratrum perniciem simulabat: plurimis pecuniis datis sumptuũ cõfundere tentabat indicia.uestem præciosam:uariaq; stragula: poculaq; argentea: necnon & aurea comparando:aliaq; plurima instrumenta:ut præciorum magnitudine mercedes falsariis erogatas cælaret.Deniq;.cc.talenta retulit expensa & maxima fuit occasio causa sillei.Vniuersis autem malis eius tunc minoribus maiore conceptis: cum omnia quidem tormenta de parricidio: epistolæ uero de iteratis fratricidiis conclamarent.Nemo tamen ex iudæa uenientium:quo in loco fortunæ domus essent nunciauit:quamuis inter scelus probatum & eius reditum septem mensium interualla fluxissent.Ita erat inuisus omnibus. Fortasse autem etiam quibus indicandi uoluptas fuit:per interfectorum fratrum manes obmutescebant. Deniq; Romam litteras misit continuo se conuenturum esse:q; honorifice dimissus esset a cæsare nuntians. Rex autem insidiatorum manus tenere desiderans:timensq; ne si quid præsciissent forte cauerent ipse quoq; litteris beniuolentiam simulans:& alia familiarissime scripsit:& ut reuersionem suam maturaret orauit.Nam si properasset matris suæ quoq; offensionem posset componere:quam expulsam esse nõ ignorauit Antipater.Primam quidem de morte pherore acceperat epistolam apud tarentum eumq; uehementer luxerat:id autem nonnullis de patruo laudabile uidebatur: sed quantum intelligi datur causa doloris erat q; insidiæ pro uoto non cesserant. Neq; tam pheroram flebat quam maleficiorum ministrum.Præterea metus eum quidam ob ea quæ confecerat occupabat:ne quãdo forte deprehenderetur uenenum: Tum autem in Cilicia patris epistola sibi reddita quam supra memorauit: statim quidem festinabat:sed postq; in celenderium delatus est:subit eum quædam materni casus cogitatio anima iam per semetipsam diuinãte. Et amicorum quidem prudentiores ei suadebant: ne prius patrem conueniret:q; pro certo cognosceret.quibus ex causis matrem suam repudiasset. Nanq; timere ne forte criminationes eius auctæ fuissent.Minus autem prudentes & uisendæ patriæ cupidi magis quam q; antipatro esse utile considerantes ut properaret monebant: ne ex ipsa mora & patri causam praua suspitionis & calumniam præberet calumniantibus. Nunc enim si quid morum est in absente esse factum nec enim præsente illo quenq; id ausurum fuisse. Absurdum enim uideri propter suspitiones incertas certis bonis carere. Neq; enim mature se patri reddere: ab eoq; regnum accipere quo solo ipse niteretur. Paruit his antipater impellente fortuna transmissusq; in sebastum cæsariæ portum defertur.Occurrit autem illi præter opinionem maxima solitudo:cum omnes eum deuitarent:nullusq; auderet accedere.Nam & si semper æque inuisus erat odio tamen ut proderetur: tunc data libertas est. Multos autem auertebat ex rege formido:quoniam cunctas iam ciuitates de antipatro fama repleuerat: soluscq; de se quid ageretur antipater ignorabat.Nec enim uel clarius eo quisq; deductus est: cum romam nauigaret:uel ignobilius inde susceptus est.Enim uero clades ille domesticas itelligẽs calliditate celabat:metuq; pœnæ mortuus uultu cõfidentiã simulabat. Et neq; fugæ spes ulla erat: neq; ex circũstãtibus malis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

emergere poterat:certumq; nihil ei de domo ne ibi quidē nunciabatur: id enim regis interminatio prohibuerat. Vnde interdū etiā spes eū pertentabat hilarior: aut nihil esse deprehensum: aut si quid esset. Hoc sese impudentia sua diluiturum ac dolis quæ sola instrumenta salutis haberet. Itaq; his armatus sine amicis in regiam uenit q; a prima ianua cū iniuria sunt repulsi. Forte autē Varus syriæ rector intus aderat. Ingressus inde ad patrē confirmatusq; audacia uelut eius salutādi cā propius accedebat. Cū ille obiecta manu & capite declinato exclamabat. Et hoc paricidæ est ut me amplexari uelis: qui tot maleficiis inuolutus corruptū habes impium caput: neq; me attingas priusq; criminibus te exuas. Dabo enim tibi iudicium & iudicem qui opportune præsto est uarum. Vbi & quemadmodum te purges in diem crastinum meditare. Nam & tempus indulgeo calliditatibus tuis. Ad hæc metu obstupefactus Antipater quia respondere nihil potuit: reuersus est. Cum autem ad eum uenissent mater & uxor cunctas enim probationes exposuerunt. Tumq; recepta mente quo pacto sese defenderet cogitabat. Postero autē die rex exhibito propinquorū atq; amicorum consilio antipatri quoq; amicos uocat. Ipse autē cum Varo residens: cūctos iudices iussit adduci in quibus erant serui matris Antipatri quidam pridem comprehensi qui ab ea litteras ad eum portauerunt huiusce modi. Quoniam illa omnia patri tuo cognita sunt: caue ne ad eum uenias: nisi aliquod auxilium a cæsare impetraueris. Itaq; is una cum aliis introductis ingreditur Antipater. Cunq; pronus ante pedes patris cecidisset: oro inquit paterne quid de me præiudices: sed integras aures satisfactioni meæ præbeas. Demonstrabo enim me innoxiū si tu uelis. Ille autē magna ei uoce impetrato silentio ad Varum locutus est q; & tu uare & quilibet iustus iudex antipatrum morte dignum iudicauerit certe scio. Vereor autem ne mea quoq; tibi sit inuisa fortuna omniq; calamitate dignum deputes qui tales filios genuerim. An qui magis hoc tibi miserandus uideri debeo: q; erga tā sceleſtos indulgentissimus pater fui. Nam illis prioribus adhuc adolescentulis regnum detulerā eosq; romæ educatos amicos cæsaris feceram. Sed q; aliis inuidendos Regibus æmulandosq; constituti meæ salutis hostes inueni quorum tamen interitus Antipatro magis profuit. Isti enim q; adolescens & successor meus futurus esset maxime securitas quærebatur. At uero hic adolescentulus belua patientia mea plusq; necesse expletus in me satietatē suā profudit: eiq; diu uiuere sum uisus. meāq; senectutē grauiter tulit rexq; fieri non nisi parricidio passus est: quæ quidē non profecto iniqua ratione cogitauit: q; ex agro abiectū reduxeri: & exclusis quos mihi regina perpereat filiis regni mei uicarium declarauerim. Equidem tibi uare confiteor meæ mentis errorē. Ego illos contra me filios irritaui qui antipatri gratia spes eorum iustas abrupi. Quid enim tantū de illis quantum de isto bene sum meritus: cui uiuus etiam potestatem meam pene concessi. aperte autem regni successionem testamento reliqui: & præter destinatos ei separatim quinquaginta redditus talentorū sumptum passim mea pecunia subministrauit: ac nuper Romam quoq; nauigaturo dedi. ccc. talenta quēq; solum ex omni familia mea tanq; patris seruatorē celari cōmendaui. Aut quid illi tantū sceleris quantum antipater admiserunt: quod ne de his habui tale indicium quales demonstraui huius insidias: ar etiam probo qui ausus est aliquid parricida rursumq; ueritatem dolis quærat obtegere: quod tibi Vare cauendum sit. Nam ego istam beluam noui: & quā sit uerisimilis dicturus: iā non prospicio fietusq; simulatos. Hic est qui me quōdam monebat ut uiuum Alexandrum cauerem. neq; meum corpus omnibus crederem. Hic est q usq; ad cubile meum solebat ingredi & circūspicere ne quis mihi pararet insidias. Hic somni mei custos erat: & securitas dator qui consolaretur somnium peremptorum & uiuentium fratrum beniuolentiam diiudicaret. Hic propugnator & satelles meus. Cum eius calliditas Vare in mentem uenerit: & quemadmodum singula simulasset uix me credo uiuere tanq; grauem insidiatorē quo pacto effugerim miror. Verumtamen quia fortuna quædam excitat contra me domum meam mihiq; amicissimi semper infensi sunt: ego quidem fatorum iniquitatem flebo: & mecum ipse solitudinem gemam. Nemo autem qui meum sanguinem sitierit ebibetur: etiam si per omnes filios meos indicia uentura sint. Hæc dicens ipse quidem interrupto sermone tacuit dolore confusus. Nicolao autem uni ex amicis probationes iussit exponere. Inter hæc autem Antipater sublato capite: cum prostratus ante patris pedes maneret exclamat. Tu pater meas partes defendisti. Nam quomodo ego parricida quem tu semper seruatorem te habuisse commemoras. Aut si ficta ut dicis simulataq; mea pietas fuit. Cur in aliis tam callidus in hoc adeo demens fui: ut non intelligerem q; si homines lateret tanti sceleris cogitatio: cælestem latere iudicem omnino non posset: qui ubiq; presto esset: & cuncta conspiceret. An fratrum exitum ignorabam: quos ob ea deus ultus ē: quæ de te male tractauerant? Quid autem fuit cur me tua salus offenderit? Spes regni? Sed regnabam. Odii suspitio? Sed diligebat. An ex te metus aliquis? An quin tui seruans aliis tremendus erā? Sed egestas causa fuit? multo minus. Quis enim magis expensarum habuit potestatem? Si autem omnium hominum perditissimus essem: immaniq; bestiæ animum gererem: certe mansueti patris beneficiis uinceret: quem sicut tu dixisti reduxeris: totq; filiis antepositis uiuusq; Regem declaraueris: aliorumque bonorum magnitudine reddideris inuidendum. Ome miserum acerbissimamq; peregrinationem meam: quam longum laboris tempus: magnumq; insidiātibus

spatium præbui. Sed tantum tibi pater tuisq; rebus aberam: ne Silleus tuam contemneret senectutem. Roma mihi testis est pietatis: & princeps orbis terræ cæsar: qui me patris amatorem sæpe uocitabat. Accipe pater has eius litteras fictis in me criminationibus ueriores: hisq; me defendo. Hæc affectus erga te mei argumenta certissima recordare: quam ingrate hinc nauigantem scis: latentes in regno contra me inimicicias non ignorantem. Tu pater inuitus me perdidisti: tu compulisti ut darem accusandi tempus inuidiæ. Verum ad indicia ueniam. Ecce adsum terra mariq; nihil usq; parricida perpessus. Sed nondum me hoc argumento diligas. Nam & apud deum & apud te pater condemnatum me esse scio. Condemnatus deprecor ne aliorum tormentis fidem habeas in me feratur ignis: per uiscera mea pergant instrumenta pœnarum: ne parcas sceleſto corpori. Nā si parricida sum tormentorum expers mori non debeo. Talia cum lachrymis atq; ululatu uociferans: & omnes alios & Varum ad misericordiam prouocauit: solum autem Herodem quo minus fleret iracundia continebat documentis ueris intentum. Ibi autem Nicolaus iussu regis multa de Antipatri calliditate præfatus & misericordiæ spem sustulit: & accuratissimam accusationem instituit: cuncta quidem regni maleficia illi ascribens: maxime uero fratrum interitum: quos ipsius calumniis interfectos esse demonstrans etiam superstitibus eum insidiari quasi successionis captatoribus affirmabat. Nam qui patri uenenum parasset multo minus a fratribus abstineret. Cū aūt adueneni probationes uenissent: per ordinem proferebat indicia: etiam de pherora crimen exaggerans ueluti illum quoq; Antipater fratricidam fecisset: corruptisq; regis amicissimis scelere omnē domum repleuisset. Atq; ita multis aliis dictis exprobratis perorauit. Varus autem cum respondere iussisset antipatrum & ille nihil aliud elocutus: quam deus testis est innocentiæ meæ sileus iacet: uenenum perit: idq; alicui damnatorum capitis ex custodiendis bibendum dedit: eoq; statim mortuo quædam ī secreto cum Herode sermocinatus gesta in concilio cæsari scripsit. Posteroq; die inde discessit nihiloq; minus Rex Antipatro uinculis tradito cladis suæ nuntios ad Cæsarem misit. Post hæc etiam Salomen appetisse insidiis arguebatur Antipater. Quidam enim de seruis Antiphili Romam uenerat epistolas ferens alicuius Acmes nomine ancillæ iuliæ. quibus ad regē scriptis indicauerat Salomes epistolas inter litteras iuliæ repertas clam ei beniuolentiæ causa missæ. Ipsius autem Salomes epistolis & maledicta in regem acerbissima: & accusatio maxima continebatur. Sed omnes Antipatro erant fictæ. Isq; acmen pecunia corruptam ad Heroden eas mittere persuaserat. Epistola enim eiusdem mulierculæ ad ipsum scripta id prodidit cuius uerba hæc sunt. Sicut uoluisti patri tuo scripsi. & illas epistolas misi: certo sciens regem sorori suæ minīe posse parcere: si eas recitauerit. Bene autem facies si consumatis omnibus pollicitationum tuarū memor fueris. Hac epistola & quæ in salomen sunt composita deprehensis regem subiit cogitatio. ne forte etiam Alexander falsis epistolis fuisset oppressus. q; & pene sororem propter Antipatrum occidisse anxius erat. Itaq; non est ultra cunctatus: quo minus ab eo sumeret omnium causa supplicium: sed ne propositis satisfaceret graui morbo impeditus est. De acme tamen ancilla & in salomen factione conflata dedit litteras ad cæsarem: ac propterea testaméto mutato exemit nomē Antipatri regemq; scripsit ex archelao & philippo natu maiorem. Nam & hos Antipater insimulauerat. Cæsari autem post alia pecuniaria munera mille talenta: & uxori eius ac filiis itemq; amicis ex libertis prope. l. cæteris omnibus agrorum: & pecuniæ non parum distribuit: ac sororem salomen clarissimis donis honorauit. In testamento quidem ista correxit. Morbus autem ingraueſcebat q; eum senectus pariter ac mœror urgebat: & ānos iam. lxx. natus: & filiorum cladibus animum adeo habebat afflictum. ut nec in bona ualitudine quicq; iocunditatis admitteret. Acrioré autem faciebat ægritudinem q; Antipater uiueret. Hunc enim non opere superuacuo: sed cū ipse conualuisset cogitabat occidere. Ad has ei calamitates accidit etiam populi quidam tumultus. Erant in ciuitate sophistæ duo qui summe scire leges patrias uidebantur. Et propterea per omnē gentem maxima gloria prædicabantur: iudas filius sepherei: & alter magnali mathias. Hos nō pauci adolescentium sectabantur: cum leges exponerent: & in dies singulos puberum exercitus congregabant. Qui cum regem audissent mœrore ac morbo tabescere: apud notos loquebantur opportunum iam tempus esse ut deus uindicaretur: fabricataq; aduersus leges patrias opera destruerentur. Siquidem in templo nefas sit: imagines aut uultus aut cuiuslibet animalis cognomine simulachrum haberi. Hoc propterea dicebatur q; supra maximam portam templi rex aquilam collocauerat auream. Eamq; tunc monebant sophistæ ut tollerent pulchrum esse dicentes: etiam si quod inde periculum immineret: pro legibus patris mori non recusare. Sic enim decedentibus & animam immortalem & bonarum rerum sensum manere perpetuo: minus autem fortes: & sapientiæ suæ nescios amare animam: imperitia magisq; morbo cupere quam uirtute defungi. Dū hoc illi differerent: rumor subito peruagatur regem fere iam mori. Vnde etiam confidentius adolescētes conamen adorti sunt: ipsoq; meridie cum plurima multitudo uersaretur in templo: crassis dimissi funibus aquilam ex tecto auream securibus abscindebant. Qua re statim regis duci nūtiata: non parua ille manu comitatus ad templum cucurrit: & prope ad quadraginta iuuenes comprehensos regi exhibuit. Qui primum interrogati an aquilam ipsi auream cōcidere ausi essent fecisse

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

confeſſi ſunt.Deinde quo iubente lege patria reſponderunt, Cum uero quid exultarent tantum: quibus mors immineret ab his quæreretur:quia poſt mortem bonis plurimis frui ſperarent aſſeruerunt.His itaq; rex commotus magnitudine morbum ſuperat:atq; in contionem procedit. Deinde multum in eos quaſi ſacrilegos inuectus : & q; occaſione legis patriæ quædam maiora tentaſſent ueluti impios ſupplicio dignos eſſe iudicauit . Populus autē metu ne per multos quæſtio iret præcabatur ut primum facinoris ſuaſoribus deinde in eo compræhenſis pene ſubditis cæteris indignationem remitteret.Tandem igitur exoratus : & ipſos rex qui funibus demiſerant cum ſophiſtis uiuos incendit.Et reliquos qui una compræhenſi ſunt:obtruncandos carnificibus tradidit.Hinc totum corpus morbo occupatum uariis doloribus afficiebatur.Nam febris quidem nō mediocris erat:prurigo autem intolerabilis habebat omnem corporis ſuperficiem.Aſſiduis enim uexabatur colli tormentis:pedeſq; tanq̄ ex intercutis uitio tumuerant. Quin & inflatio uētriculi putredoq; teſticulorum uermiculos generans:ac præterea creber anhelitus: & irrupta eum ſuſpiria:membrorumq; omnium contractio fatigabat:ut qui hæc ad diuinitatem referrent pœnas eas eſſe dicerent ſophiſtarum.Ille autem quamuis cum tot uitiorum cruciatibus luctaretur:uitæ tamen cupidus erat:& remediis excogitatis ſalutem ſperabat.Deniq; iordanem trāſgreſſus apud callirhoen aquis calidis utebatur: quæ in lacum feracem bituminis quæ aſphaltidis uocatur affluentes pro dulcedine potui ſunt. Vbi autem corpus eius q; medicis oleo calidiori foueri placuerat in arcam plenam demerſum ita diſſolutum eſt : ut etiam lumina quaſi mortuus reſoluta torqueret. Deinde perturbatis qui eum curabant ad clamorem quidem illorum reſpicere iuſſus eſt.Deſperata uero ſalute militibus quinquagenas dragmas multamq; pecuniam rectoribus atq; amicis diuidi iuſſit . Cum autem rediens & ad hiericunta uenifſet,atra iam bili correptus: & pene ipſi morti minitabatur:factum nepharium excogitauit.Collectos enim cuiuſq; uici & omni iudæa nobiliores in locum cui nomen eſt hippodromo concludi præcepit.Deinde ſalome ſorore & Alexandro marito eius ad ſe uocatis:ſcio inquit mortem meam feſtis gaudiis celebraturos eſſe iudæos.Vere per alios lugeri potero & præclariſſimos honores ſepulturæ conſequi ſi quæ præcipio feceritis: Hos uiros qui habentur in cuſtodia cum animam efflauero ſtatim militibus circundatos occidite:ut etiam in uita omnis mihi iudæa:omniſq; domus illachrymet.Et ſimul his mandatis legatorum quos romam miſerat epiſtolæ ſunt allatæ:quibus acmen ancillam iuſſu cæſaris interemptā. & antipatrum morte damnatum eſſe iudicabatur. Qui & ſi pater eum in exilium dare mallet: id quoq; permiſiſſe cæſarem ſcriptum erat.Herodes autem paululum hoc nuntio recreatus doloribuſq; rurſum uictus . Nam inedia tuſſiſq; pariter uiolentia diſtendebatur fatum peruenire conatus eſt:ſumptoq; malo etiam cutellum poposcit:ſectum enim comedere conſueuerat.Deinde circūſpecto ne quis arbiter impediret: tanq̄ ſe percuſſurus dexteram ſuſtulit.Cum uero Aciabus cōſobrinus eius adcucurriſſet: manūq; cōtinuiſſet:ululatus maximus in regia ſtatim quaſi rex mortuus eſſet excitatus eſt.Eoq; propere audito Antipater fidutiam repetit:Letuſq; iam cuſtodes promiſſa etiam pecunia rogabat ut ſe ſoluerent atq; dimitterent: quod eorum princeps non ſolū nefieret obſtitit:ſed etiam regi uelociter nunciauit.Ille autem fortius exclamans q̄ uires ægrotantis ualebant.continuo ſatellitibus miſſis occidit antipatrum:mortuumq; ſepeliri præcepit in hyrcania.Deinde rurſum corrigit teſtamentum:& ſucceſſorem quidem Archelaum natu maximum antipatri fratrem ſcripſit tetrarcham uero Antipam . Poſt interitum autem filii quinq; diebus exactis moritur: annos quidem triginta quatuor ex quo interfecit Antigonum regno potitus triginta & ſeptem poſtq̄ rex a Romanis declaratus eſt.Et in aliis quidē omnibus ſecunda fortuna uius eſt acſi quis alius.Regnum enim quod priuatus ſibi quæſierat tanto conſeruato tempore filiis ſuis reliquit.In rebus autem domeſticis infœliciſſimus fuit.Salome autem anteq̄ recitaret mortem regis exercitus cum marito progreſſa uinctos abſoluit:quos occidi mandauerat:ipſum dicēs mutaſſe conſilium & unumquenq; iuſſiſſe domum dimitti.Atq; ita his abeuntibus militibus indicatur.Quibus in contionem cum alia turba in Amphitheatrum apud hiericunta collectis . Ptolomæus annuli regis cuſtos:quo ſignare ſolitus erat: & fortunatum illū eſſe cœpit dicere: & multitudinem conſolari.Relictamq; ab eo militibus epiſtolam recitauit in qua multum rogabat:ut beniuolo animo ſucceſſorem ſuum fouerent . Deinde poſt epiſtolam teſtamentum legebat: in quo philippū quidem hæredem trachonidis proximarumq; regionum . Tetrarcham uero ſicut ſupradiximus Antipam Regem autem Archelaum ſcripſerat:eidemq; anulum ad cæſarem ferre mandauerat:obſignatamq; regni adminiſtrati notitiam. Omniumq; nanq; diſpoſitionum ſuarum dominum & confirmatorem cæſarem eſſe uoluit:cætera uero ſeruari iuxta ſuperius teſtamentū. Quo perlecto confeſtim clamor ſecutus eſt omnium Archelao gratulantium : militeſq; per cuneos & populos adeuntes ſuamq; promittebant deiq; beniuolentiam præcabantur.Hinc ad lepeliendum regem operam contulerunt.Nihil autem munificentiæ prætermiſit Archelaus:ſed omnem ornatum extulit regium inſuneris pompa ducendum.Lectus quidem totus erat gemmis auroq; diſtinctus:thorus autem purpura uariatus:corpuſq; ſuper eum uelatum itidem purpura . Capiti autem diadema erat impoſitum. Corona uero deſuper aurea: ſceptrūq; ad dexteram:& circa lectum filii

cum propinquis.Præterea ſatellites agmenq; tetrarchium:germaniq; & galathæ uelut ad bellum inſtructi omnes antecedebant. Cætera uero militum manus armata duces ſuos ordinumq; principes ſequebantur.Quingenti autem ſerui ac liberti odores ferebant corpus autem per.cc.ſtadia portatum eſt in caſtellum Herodion ibiq; ſecundum ipſius regis mandata ſepultum eſt . Et Herodis quidem hic finis fuit.

¶ De bello Iudaico.Liber ſecundus incipit.

¶ Archelaus propter turbationes nouas cogitur proficiſci romā:multos occidit die feſto qui paſca appellatur. relinq; Philippum pro curatore regni & curatore familiariū rex:ratione adminiſtrationis reddit cæſari archelaus:accuſat archelaus apud Cæſarem: q; noie tantum Cæſare oſtendiſſet regem nō re ipſa:defenditur a Nicolao archelaus:& ad pedes Cæſaris ſe proſternit: iudæi cum relictis ab archelao congrediuntur : Varus res componit petunt iudæi ut per iudices res adminiſtrantur:Cæſar non annuens his archelaum tetrarcham fecit in media parte:pollicens regia dignitate donaturum:aliam medietatem regni aliis duobus filiis Herodis dimiſit: donauit Cæſar aliis muneribus cæteros filios & filias Herodis. Cap. Primum.

Vrbarum autem nouarum principium fuit Archelao romam proficiſcendi neceſſitas. Diebus enim ſeptem in lugendo patrem conſumptis:epuliſq; feralibus prolixæ populo exhibitis. Hic autē mos apud iudæos neceſſarios multos ad inopiam redegit. Nam qui eum negle xerit impius æſtimabitur: cādida ueſte indutus procedit ad templū. Ibiq; uariis fauoribus exceptus a plebe ipſe quoq; in excelſo tribunali ſolioq; aureo reſidēs humaniſſime uulgus admiſit:eiſq; & q; ſepulturam patris ſedulo curauiſſent gratias egit:& q; ſibi quaſi certo iam regi magnos honores adhibuiſſent. Verum ſe tamen ait non poteſtate ſolum iterim:ſed etiam ipſo regis nomine temperare: donec a Cæſare ſibi fuerit confirmata ſucceſſio: qui etiam teſtamento rerum eſſet omnium dominus conſtitutus. Iccirco enim ſe apud hiericuntha uolūtati exercitus reſtitiſſe cum ſibi diadema uoluiſſet imponere.Cæterum alacritate ac beniuolentia æque militibus etiam populo plenam ſe uiciſſitudinem relaturum ſi ab his quorum etiam imperium certus rex declaratus eſſet: ſtudiumq; ſibi eſſe:ut erga illos rebus omnibus patre meliorappareret.His gauiſa multitudo ſtatim eius mentem magnis tentare petitionibus cœpit.Nāq; alii tributa leuari:alii ueſtigalia tolli:quidam ſolui cuſtodias acclamabant. Cunctis autem poſtulatis in gratiam populi facile annuebat archelaus.Deinde celebratis hoſtiis cū amicis erat in epulis.Ecce autem ſubito poſt meridiem congregati non pauci nouarum rerum ſtudioſi:ubi cōmunis luctus de rege ceſſauit:propria lamenta ſuſcipiunt flentes eorum caſum quos propter abſciſſam ex porta templi aquilam auream Herodes morte damnauerat . Dolor autem non occultus erat: ſed clariſſimis quæſtibus fletuq; iuſto & plāctu ciuitas perſonabat uirorum cauſa uidelicet: quos pro templo ac legibus patriis interiiſſe dicebant.Eorum autem mortis pœnas ab illis quos Herodes pecuniis donaſſet repetendas eſſe clamitabant;ac primum quem his conſtituerat ponti ficem reiiciendum:aliumq; pietate præſtātem:magiſq; purum coaptari debere. Quibus & ſi mouebatur.Archelaus ad ultionem:tamen eum uelut per profectionis metum cōtinebat feſtinatio: ne ſi multitudinem reddidiſſet inimicam:motu eius impendiretur.Quamobrem monendo magis quam ui experiebatur ſedare turbatos:miſſoq; magiſtro militum ut quieſcerent rogabat. Sed illum ſeditionis auctores ubi ad templum uenit:priuſq̄ uerbum faceret:lapidibus perturbarunt: & aliis poſt eum mulcendi ſui gratia miſſis : multos enim allegabat Archelaus iracundæ omnia reſponderunt.Neq; ſi numero aucti fuiſſent:occiſſi fore uidebātur. Itaq; inſtante azimorum die feſto qui apud iudæos paſcha uocitatur: plurima uictimarum copia plenus : infinita quidem ad templum ex Agris multitudo religionis cauſa deſcendit : cum illi qui ſophiſtas lugebant:in templo conſiſterent nutrimenta ſeditioni quærentes. Hoc autem metu archelaus anteq̄ omnem populum morbus iſte corrumperet:cohortem militum & chiliarchum qui etiam ſeditionis principes compræhenderent eo dirigit : contra quos omne uulgus excitatum multos lapidum ictibus interfecit.Sautius uero Chiliarchus uix elabitur.Et illi quidem ſtatim ueluti nihil mali actum eſſet ad celebranda ſacra conuerſi ſunt.Sed Archelao ſine cæde iam multitudo comprimi poſſe nō uidebatur.Quamobrem totum illis immiſit exercitum pedites per ciuitatem ſimul omnes equiteſq; per campū qui cum ſacrificiis occupatos ſingulos inuaſiſſent;ppe ad.ix.milia hominum occidunt:reliquam uero manum per muros proximos deiecerunt.Præcones āt ſequebantur Archelaum iuſſu eius unūquemq; ut domū rediret admonēdo.Itaq; cūcti neglecta diei feſtiuitate abierē.Ipſe autem cū matre necnon & popla & Ptholomæo & nicolao amicis ad mare deſcendit reli-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

ćto Philippo regni procuratore:itemq; rerum familiarium curatore. Vna uero egreſſa eſt cum filiis ſuis Salome fratriſq; regis filii genere:ſpecie quidem uelut Archelao ad ſucceſſionem firmandam adiumento futuri: certa uero cauſa quæ contra leges in templum dimiſſa fuerant delaturi. Interea fuit illis Cæſariæ obuiam ſabinus ſyriæ procurator ad iudæam ueniēs ad pecunias cuſtodiendas herodis. Quē ulterius progredi uariis inhibuit multis accitis Archelai præcibus intercedente Ptholomæo. Et tunc quidē ſabinus in gratiam Vari neq; ad accas uenire properauit: neq; theſauros paternæ pecuniæ clauſit Archelao: ſed uſq; ad cognitionē Cæſaris ſe otioſum manere pollicitus apud cæſariam commorabatur. Poſtea uero quā ſibi obſtantiū unus Antiochiā petit: alter hoc eſt Archelaus romam nauigauit: mature profectus in hyeroſolimā regiā tenet: cuſtodūq; principibus idemq; diſpenſatoribus euocatis: rationes pecuniarū diſcutere conabatur: & accas occupare tentabat. Non tamen immemores Archelai mandatorū cuſtodes erant ſed in obſeruando ſingula quæq; perſeuerabant: cauſām cuſtodiæ magis Cæſari quā archelao tribuentes. Cum hoc autē antipas quoq; de regno certabat: poſteriore ſuperius herodis teſtamentū firmius eſſe defendens in quo res ipſe antipas fuerat ſcriptus: eiq; tam Salome q̄ multi alii cognati qui cum archelao nauigarent ſuffragio eſſe promiſſerāt. Ducebant autem ſecum fratrem matrēq; nicolai Ptholomæi in quo pro fide apud herodem probata non nihil uidebatur eſſe momenti. Nanq; illi fuerat amicorum cariſſimus. Oratori autē hirinio propter dicendi acrimoniam plurimū confidebat unde etiam qui ſe monerent ut archelao pro ætatis merito & ſecundi teſtamenti uoluntati cederet audiendos eſſe non cenſuit. Romæ uero migrauerunt ad eum cunctorum ſtudia propinquorum quibus inuiſus erat archelaus: quiq; præcipue liberi omnes ſuiq; iuris eſſe cupiebant: & aut romano magiſtratu adminiſtrari aut ſi hoc non impetrarent antipam regem habere ad hoc etiā ſabino petebatur antipas qui archelaum per epiſtolas accuſauerat apud cæſarem: antipam uero multum laudauerat itaq; digeſta crimina ſalome & cæteri qui cū ea ſentirent cæſari tradiderunt & poſt eos Archelaus geſtorum ſuorū perſcripta capitula patriſq; anulum per Ptholomæū rationeſq; adminiſtrationis intromiſit ad cæſarem. Ille autem præmeditatis eiſq; ab utraq; parte dicerentur: ubi & regni magnitudinem multitudinēq; reddituum animaduertit. Atq; inſuper herodis familiā numeroſam prælectis ét uari ac ſabini litteris optimates romanoꝝ ad cōſiliū uocat. In quo tūc primū ex agrippa quoq; ac filia ſua natū gaiū ſedere iuſſit filiū adoptiuū: atq; ita partibus ꝓſequendi copiā dedit. Igit Salomes filius antipater. Nanq; eis erat orator acerimus eoꝝ qui aduerſabant archelao: accuſationē ꝓpoſuit inſimulās archelaū quaſi uerbis quidē nunc de regno uideretur cōtendere: re autem uera iam dudum rex eſſet effectus: & apud aures modo Cæſaris cauillaretur: quem iudicem ſucceſſionis expectare noluiſſet. Nam poſt Herodis mortem quibuſdā ut diadema ſibi imponerent ſubornatis regis eum more in ſolio aureo reſidētem partim ordines militiæ permutaſſe: partim condonaſſe promotiones: & inſuper his omnia annuiſſe populo: quæ uelut a rege impetranda petiiſſet: maximorumq; reos criminum quos pater ſuus uinxerat abſoluiſſe quiq; iſta feciſſet: modo regni umbram a domino poſtulaturus ueniſſe: cuius ſibi corpus ipſe rapuiſſet: ut non rerum: ſed uocabulorum dominum eſſe Cæſarem demonſtraret. Ad hæc ei ꝙ etiam luctum patris aſſimulaſſet obiiciebat: cum iterdiu quidem perſonam componeret in mœrorem: noctu uero ad commenſationes uſq; potaret. Deniq; ſeditionem uulgi ex hac indignatione cōflatam eſſe dicebat: totius autem orationis ſuæ uires eorum multitudine qui circa templū cæſi fuerant abſtruebat. Hos enim ad diem feſtum quidem ueniſſe: ad hoſtias uero quas ipſi mactauerant crudeliter eſſe iugulatos: tantumq; in templo funerum eſſe congeſtum quantum nullum ab externis illatum bellum implacabile cōgeſiſſet. Itaq; huius crudelitatis Herode preſſo ne ſpe quidem regni unq̄ eum dignum eſſe uiſum: niſi cum ſanæ mentis inops erat: animā deterius ægrotante q̄ corpore: & quem in ſecundo teſtaméto ſcriberet ignorabat: præſertim qui priore teſtamento ſcriptum incuſare nihil poſſet: ſed incolumi corpore omniq; uitio purgata mente feciſſet. Vt tamen quis firmius eſſe ponat morbo laborantis arbitrium ipſum ſe Archelaum abdicaſſe regia dignitate: multis in eam cōtra leges admiſſis. Nam qualem fore ſi acciperet a Cæſare principatum: qui anteq̄ acciperet, tantum populum peremiſſet? Occulta in hunc modum perſecutus Antipater multis ex numero circunſtātium propinquorum in ſingula crimina teſtibus exhibitis perorauit. Surrexit autem nicolaus defenſor archelai & ante omnia cædem in templo neceſſario factam eſſe perdocuit. Nam quorum necis argueretur: non regni ſolum ſed etiam ipſius iudicis ideſt cæſaris hoſtes fuiſſe: aliorum autem criminum ſuaſores aduerſarios demonſtrauit. Secundū uero teſtamétum iccirco ratum manere poſtulabat: ꝙ Herodes in eo ſucceſſoris ſui firmatorem Cæſarem conſtituiſſet. Nam qui tantum ſaperet ut rerum domino poteſtas ſuccederet. Nec unq̄ in herodis erraſſe iudicio: ſed ſano corde quem conſtitueret elegiſſe qui per quem conſtitui deberet non ignorauit. Cum autem omnibus expoſitis etiam Nicolaus peroraſſet in medium ꝓgreſſus Archelaus ad genua cæſaris accedit otioſe. Quo benigne a Cæſare erecto eo ꝙ paterna quidē ſucceſſione dignus eſſet oſtendit certum uero nihil pronuntiauit. Sed illo die dimiſſo conſilio: ſi cum ipſe de cognitis deliberabat: utrum ex his qui teſtamento cōtinerentur aliquem regni oportēret conſtitui ſucceſſorem: an toti familiæ diſtribui principatum. Multitudo enim perſonarum egere ſubſidio uidebatur Sed anteq̄ de his quicq̄ ſtatueret a cæſare mater archelai marchace morbo corrupta moritur. Et uariæ litteræ de ſyria prolatæ ſunt iudæos defeciſſe nunciantes q̄ uarus ferre proſpiciens Hyeroſolimam poſtq̄ Archelaus nauigaret aſcendit ut incenſores ſeditionis cohiberet. Et quia multitudo ceſſatura non uidebatur ex tribus quas e ſyria duxerat ſecum cohortibus unam in ciuitate reliquit: atq; ita in Antiochiam ipſe remeauit. At Sabinus cum poſtea in Hyeroſolimam ueniſſet cauſas nouarum rerum iudæis præbuit: modo uim cuſtodibus ut Accas ſibi idem arces traderent adhibendo: nunc maligne regis exquirendo pecunias. Non autem ſolis relictis a Varo militibus fretus erat ſed etiam ſeruorum ſuorū multitudine: quos etiam omnes armatos auaritiæ miniſtros habebat. Feſto autem quinquageſima dieq; penthecoſte a iudæis uocatur: ſepties ſeptem diebus ex actis rediens ex eorum numero uocabulum nacta non religionis ſolennitas populum ſed indignatio congregauit. Deniq; concurſus infinitæ multitudinis ex galilea idemq; idumea & hiericunte trans iordanemq; poſitis regionibus factus eſt: cum indigena ex ipſa ciuitate populus iudæorum ex numero ſimul & alacritate præſtaret: & tripartita manu terna caſtra collocauerunt: una in ſeptentrionali regione templi: altera in meridionali Hippodromum uerſus: tertiaq; in occiduo prope regiam tractu circunfeſſoſq; Romanos undiq; obſidebant. Sabinus autem multitudine pariter eorumq; ſpiritu perterritus: crebris quidem Varum nuntiis præcabatur: ut q̄ mature ferret auxilium quaſi lanianda cohorte ſi quid more interueniſſet. Ipſe uero in altiſſimam caſtelli turrimq; Phaſelus uocabatur euadit fratris Herodis cognomine: quem Parthi necauerunt. Hinc militibus cohortis: ut in hoſtes irruerent ſignum dabat. Nam præ timore quibus ipſe præerat deſcendere nullus audebat. Eius autem præceptis milites obedientes in templum uolant: uehementiq; cum iudæis pugna conſligunt: in qua dum nemo deſuper adiuuaret imperitos belli peritia ſuperabant. Poſtea uero quam multi iudæi porticibus occupatis a uertice ſagittis eos appetebant: plurimi conterebantur: & neq; ex alto iaculantes ulciſci facile poterant: neq; communius dimicantes ferebant. Ab utriſq; tamen afflictus ſuccendunt porticus: opere magnitudine atq; ornatu mirabiles. Ibiq; cum multi flamma ſubito compræhenſi aut ea conſumebantur: aut in hoſtes deſilientes: ab ipſis occidebantur: alii introrſum cedentes præcipitantur ex muro. Nonnulli deſperata ſalute incendii periculum ſuis gladiis præueniebant. Qui tamen ex mœnibus obrependo in Romanos feciſſent impetum metu attoniti nullo negotio ſubigebantur: donec omnibus aut interemptis aut timore deiectis theſauro dei defenſoribus deſtituto manus milites attulerunt: & quadringenta ex eo talenta diripuere. Quorumq; furto ſublata non ſunt congregauit Sabinus. At iudæos multo plures: magiſq; pugnantes tam uirorum quam opum interitus in romanos contraxit. Obſeſſaq; regia minitabantur exitium: niſi quamprimum inde ſecederent: Sabino ſi uellet una cum cohorte militum abeundi copiam pollicentes. Quibus opitulabantur regalium plurimi qui ad eos ſponte tranſfugerant. Pars tamen bellicoſior. Erat ſebaſtenorum tria milia. Hiſq; rufus & gratus præpoſiti unus peditum rector: at uero equitum rufus. Quorum uterq; ui corporis atq; prudentia: etiam ſi nullam manum obedientem haberent: magnum tantum momentum belli romanis addidiſſent. Itaq; iudæi quidem inſtare obſidioni ſimul: & caſtelli mœnia tentantes & ad Sabinum clamātes: ut nullo impediente diſcederet: habituros tanto poſt tempore patriam libertatem. Sabinus autem quā q̄ optaret euadere: fidem tamen pollicitationibus non habebat ſed eorum lenitatem inſidiarum eſſe illecebram ſuſpicabatur: ſimulq; auxilium uari ſperans obſidionis periculum perferebat. Eodem tempore per iudæam plurimis locis tumultus erat multoſq; ad regni cupidinem tempus impulerat. Nam in idumea quidem duo millia ueteranorum qui ſub Herode militauerunt congregati armis inſtructi cum regalibus decertabant. Quibus Aciabus regis conſobrinus ex uicis munitiſſimis repugnabat campeſtre prælium declinando. Inferiori autem galileæ iuda filius Ezechiæ latronum principis ab Herode quondam rege capti: qui tunc illas regiones uaſtauerat: non parua multitudine collecta raptiſq; regis armentariis: & omnibus quos circa ſe habebat armatis contra potentiæ cupidos manus mouebat. Trans flumen quoq; Simon quidam ex regalibus ſeruis pulchritudine ſimul & uaſtitate corporis fretus impoſito ſibi diademate cum latronibus quos congregauerat ipſe circuiens: & apud hiericunta regiam: & multa alia magnifica diuerſoria igni corripit: facilem ſibi prædam ex incendio comparans. Omneſq; habitationes in quibus aliquid decoris erat concremaſſet niſi gratus regionum peditum rector ex Trachone ſagittarios: itemq; ſebaſtenorum pugnaciſſimos ducens properaſſet occurrere. Vbi peditum quidem in pugna multi conſumpti ſunt: ipſe autem Simonem compendio præuenit ardua uallē fugientem: & ex tranſuerſo percuſſum in uertice deiecit. Incenſæ ſunt autem & quæcunq; Iordani proxima fuerunt ſedes regiæ apud Becherantes quorundam aliorum manu conflata ex locis ulterioribus: tunc etiam paſtor quidam cui nomen erat Atrunga eo regnum affectare auſus eſt: quod ut ſperaret ui corporis animæq; fiducia mortem contemnentis impulſus eſt. Ac præterea fratrum ſibi ſimilium robore quorum ſingulis tanquam ducibus & Satrapis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

attributa manu armatorum ad incursus utebatur. Ipse autem ueluti rex maiora negocia procurabat. Et tum quidem sibi etiam coronam imposuit: non paruo autem post tempore cū fratribus suis uastando territoria & occidendo præcipue romanos itemq; regios perseuerauit: cum nec iudæorum quisq; effugeret: qui lucrum aliquod ferens uenisset in manus. Ausi sunt autē apud Amathontam compertum romanorum agmen obsidere: qui frumenta cohorti atq; arma portabant. Vbi arium quidem centurionem: & xl. fortissimos iaculis confecere. Cæteri uero in periculo constituti similia sustinendi auxilio grati qui cum sebastenis aduenit elapsi sunt. Multis in hunc modum cōtra indigenas itemq; alienigenas per omne bellum gestis post aliquod tempus tres ex his comprehensi sunt natu quidem maximus ab Archelao. Duo uero qui ætate sequebantur in manus grati ac ptolomæi delati. Nam quartus Archelao pactione concessit. Sed hic finis eos postea secutus est. Tunc autem latrocinali bello cunctam inflammabāt iudæam. Varus autem acceptus sabini & principium litteris toti cohorti metuens opem his ferre properabat. Itaq; cum duabus reliquis cohortibus & quatuor aliis equitum in ptholomaida profectus eodem regum atq; optimatum auxilia conuenire iussit. Ad hæc ab herodorum etiam cum per eorum trāsiret oppidum: mille & quingentos accepit armatos. Vbi uero in ptholomaidem tam cætera manus auxiliorum q̄ propter herodis inimicicias aretas rex Arabum non cum exiguo numero equitum peditumq; peruenit. statim exercitus partem in galileam quæ ptholomaidi propiquior erat dirigit amici sui galli filio his rectore præposito. Qui mox & aduersus quos ierat omnes in fugam uertit: & sepphoren ciuitatem captam ipsam quidem incendit: incolas uero eius seruitio subiugauit. Varus autem ipse cum omni samaria potitus ciuitate quidem abstinuit: q; inter aliorum turbas nihil eā mouisse deprehendit. castris autem ad uicum positis qui appellatur Aron ptholomæi possessionem p pterea direptam a barbaris: & ab amicis herodis qui ptholomæo insensi erant. Inde saphoprogreditur alterum uicum tutissimum: quem similiter omnesq; redditus sibi repertos fuerant depopulati. Cædis autem ignisq; plena erant omnia: nec prædæ Barbarorum quicq̄ obstabat. Exusta est autem emaus iussu uari necessarii cæterorumq; indigne ferētis habitatoribus eius fuga dispersis. Hinc progressus ad hyerosolimam cum exercitu solo uisu: iudæorum castra disiecit: & alii quidē per agros abiere fugientes. Qui uero intra ciuitatem degebant suscepto eo seditionis causas in alios conferebant: nihil quidem se pœnitus nouisse dicentes sed propter diem festum receptam necessario multitudinem in ciuitate obsessos esse potius cum romanis quam cum seditiosis conspirasse. Ante uero obuiam ei uenerant Iosephus Archelai consobrinus: & cum grato rufus agentes exercitum regium & sebastenes: & ex romana cohorte milites ornatos ornatu consueto. Sabinus enim nec in eos Vari uenire passus iamdudum ex ciuitate ad mare discesserat. Varus autem dispartitum aduersus auctores tumultus per agros dimisit exercitum: multisq; sibi exhibitis: quos minus turbulentos inuenisset custodiæ tradidit: maxime uero nocētium prope ad duo milia crucifixit. Adhuc autem super idumeam supereſſe decem armatorum milia nūtiato. Confestim Arabas domum redire iubet: quia eos non auxiliantium more uti militia: sed pro sua libidie & ultra q̄ ipse uellet agros uastare perspexit: suis autem conuocatis agminibus in aduersarios properabat. Verum illi se Varo anteq̄ in manus uenirent Aciabi consilio tradiderunt. Varus autem multitudini uenia data duces eos interrogandos misit ad cæsarem. At ille cum ignouisset cæteris: nōnullos regis cognatos: erant enim quidam inter eos herodis propinqui: supplicio subiugari præcepit quia omnino contra regem suum arma accepissent. Varus autem hoc modo rebus apud hyerosolimam compositis eademq; cohorte quæ dudum in præsidio ciuitatis fuerat ibi relicta Antiochiam abiit. Romæ autem Archelao alia rursus cum iudæis causa conflata est: qui ante seditionem permissu Vari legati exierant: ius genti suæ liberum petituri. Erant autem numero quinquaginta qui uenerant astantibus una cum populo qui romæ degerent octo milibus iudæorum. Itaq; conuocato a cæsare optimatum romanorum amicorum concilio in palatini Apollinis templū quod priuatum ipsius erat ædificium admirandis opibus exornatum: multitudo quidem iudæorum constitit cum legatis contraq; Archelaus cum amicis. Cognatorum autem amici ab utraq; parte secreti aderant. Nam & cum Archelao stare propter odium atq; inuidiam recusabant: & cum accusatoribus conspici pudore cæsaris prohibebantur. Inter quos erat etiam philippus archelai frater beniuolo animo duabus ex causis præmissus a Varo ut & Archelao subueniret: & si regnum herodis nepotibus distribui placuisset: partem aliquam mereretur. Iussit autem accusatores exponere quæ nam contra leges fecisset herodes: primum non se regem sed omnium qui usq; fuissent: tyrannum crudelissimum toleraſſe dicebant. Deinde multis ab eo trucidatis ea pertulisse superstites ut beatiores mortui putarentur. Non enim tormentis solum eum laceraſſe corpora subiectorum: sed etiam gentis suæ ciuitatibus deformatis ex terras ornauisse: populisq; alienis iudeæ sanguinem condonasse. Pro antiqua uero fœlicitate ac patriis legibus nationem suam tanta egestate simul ab eo: atq; iniquitate repletam: prorsus ut plures ex herode clades paucis ānis sustinuerint: quam omni æuo maiores sui postq̄ ex babylone discessere perpessi sunt. Xerxe tunc regnante ad discordiam concitati. Verum se tamen ad hanc mediocritatem & aduersæ fortunæ cōsuetudinē

processisse ut etiā successionem uoluntariā acerbissimæ feritatis subirent qui & Archelaum tanti tyranni filium patre mortuo regē appellassent: nihil morati: & una cum eo luxissent mortē herodis: ac pro eius successore uota celebrassent. Illum aūt quasi metueret: ne non certus eius filius uideretur ex cæde trium miliū ciuium regni sumpsisse primordia: & quia principatū meruit tot immolasse deo hoium uictimas: tot festo die templū cadaueribus impleuisse. Recte igitur eos q̄ de tantis malis supereſſent: aliquando respexisse calamitates suas: & belli lege cupere uulneribus excipiendis ora præbere: atq; ab romanis pcari: ut iudeæ reliquias misericordia dignas existimarent: ne ue quod ex ea natione restaret his obiicerēt a quibus crudelissime lacerabatur: sed patriā suam coniungi syriæ finibus ac per iudices romanos administrari decernerent. Hoc enim modo probatū iri iudæos: qui nunc ueluti turbulenti ac belli cupidi reprehenduntur: moderatis rectoribus obedire. Iudæorq; quidem accusatio eiusmodi petitione cōclusa est. Cum aūt surrexisset cōtra Nicolaus primū criminibus quæ in reges erant proposita dissolutis: nationē cœpit arguere: quia neq; gubernari facilis esset natura quæ regibus uix pareret. Vna uero etiam propinquos Archelai qui se accusatores contulerant insimulabat. Sed tunc quidē partibus Cæsar auditis conuētum diremit. Paucis aūt diebus post mediā regni partem sub tetrarchæ noīe dedit Archelao: etiā regem si se dignū præbuisset factuq; esse pollicitus. Reliquā uero dimidiā in duas tetrarchias diuisit: duobusq; aliis Herodis filiis attribuit: unā Philippo: alterā illi qui cū Archelao de regno certauerat: Huius aūt parti cesserat trans flumen regio quaq; ducenta talenta redditus erant. Batanea uero & Tracon & Auranites: & quædā pars domus Zenonis circa unā uicum Philippo desti nata sunt quæ talentorq; c. redditus ministrabant. Archelai uero ethnarca idumeā omnēq; iudæā & samariā habebat: quarta tributorq; parte leuata pro munere quia non rebellasset cum cæteris. Ac ciuitates q̄bus imperaret & ei traditæ sunt Stratonis Pyrgus & Sebaste & Ioppe & Hyerosolima. Græcas uero Gazam & Gadarā & Hioppō regno auulsas Syriæ Cæsar adiecit. Erant aūt redditus archelai. xl. talenta. quin & Salomæ præter illa quæ testamento regis & relicta erāt iānie domiā & azoti & phaselidis idē Cæsar constituit: regiāq; apud Ascalonā largitus est ex quibus omnibus talentorq; lx. redditus colligebantur. Domū uero eius Ethnarce subiugauit archelai. Cū autem cæteris herodis propinquis testamento relicto soluisset: duas eius filias uirgines extrinsecus quingentis milibus pecuniæ donauit: easq; nuptū pheroræ filiis collocauit. Diuiso aūt Herodis patrimonio etiam sibi relictas ab eo facultates ad mille talentum: hisdem distribuit: exceptis suo nomine quibusdam rebus uilissimis propter honorem defuncti.

Iudæus quidā interim simulat se esse Alexandrū ob similitudinem cū illo romā uenit cognoscitur a cæsare: patefacit ipse Cæsari dolū & fraudē: his ridens Cæsar remigū numero inseruit. Suaforē illius fraudis interficit: ponuntur quædā secte philosophorq; & eorq; uita. Cap. II.

INterea quidam iuuenis natione iudæus apud aliquē libertinum romanorq; in sidonio rum oppido educatus: illū se format similitudine quē Herodes necauerat. Alexādrum esse mentitus fallendi spe romā uenit. Huius aūt facinoris habebat sociū quendā gentilem suum: oēs regni actus optime scientē: a quo instructus affirmabat eorq; se miseri cordia qui sui atq; aristoboli occidendi causa missi fuerant similibus corporibus subditis morti esse subreptos. Deniq; his multos iam iudæos fefellerat in creta degentes: ac liberaliter illic acceptus malūq; inde transmissus ibiq; ampliore quæstu cumulatus etiā hospites suos magna uerisimilitudine romā secum nautgare pellexerat. Postremo delatus idice archina multisq; muneribus ab iudæis eius loci donatus quasi rex a paternis amicis deducebatur. Ad hoc enim fidei processerat formæ similitudo: ut qui Alexandrū illum uiderant: planeq; nouerant hunc eū esse iurarent: igitur oēs etiam romæ uisendi eius studio circūfusi properabant: & infinita multitudo per uicorum angustias quocūq; referebatur conueniebant. Tanta nāq; dementia multos cœperat ut illū sella portarent: ac regale obsequiū propriis eius sumptibus exhiberent. Sed Cæsar alexādri uultū optime sciens: accusatus enim fuerat ad eū ab Herode: & si priusq̄ uideret hoiem: fallaciam similitudinis aīaduerterat: hilariori tamen animi spe nōnihil indulgendum putauit: & ladū quēdam q̄ alexandrū bene cognosceret misit: ut ad se adolescentē adduceret. Quo ille conspecto statim personæ differentiā coniectura deprehendit. Maxime aūt ubi corporis eius duritiā & seruilē formā cōsiderauit: intellexit omne cōmentum. Satis aūt cōmotus est dictorq; eius audacia aristobolū percontantibus saluū quidem illū esse memorabat consulto uero non ad esse: quia apud Cyprū degeret cauendo insidias: minus enim se circūueniri posse disiunctos. Itaq; ladus ei ab aliis separato uitā dixit a Cæsare primū fore tantæ fraudis si prodidisset auctoré. Id aūt se facturum pollicitus ad cæsarē sequitur: & iudæū indicat: q̄ formæ suæ similitudine abusus esset ad quæstū. Tanta enī dona ex ciuitatibus eū singulis abstulisse docuit: quanta uiuus alexander accepisset. Risit his Cæsar & falsum quidē alexandrū propter habitudinē corporis remigū numero inseruit: suaforē uero eius iterfici iussit. Melius aūt sumptū detrimentū pro amētiæ ptio satis esse indicauit. Ethnarchia uero suscepta memor discordiæ supioris archelaus nō solū iudæis: sed ēt samarientibus crudeliter abusus est. Nonoq; pricipatus sui āno legatis cōtra se ab utrisq; ad Cæsarē missis: ipse qui-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

dem in exilium pellitur. Viennã gallicæ ciuitatem:patrimoniũ uero eius thesauris Cæsaris adiu
dicatur. Quem quidẽ priusq̃ euocaretur ad cæsarẽ:huiuscemodi somnium uidisse cõmemorauit
Nouẽ aristas plenas:& maximas a bobus comedi somniauit. Accitos deinde uates chaldeorumq;
nonnullos quidam illo putarent indicari somnio consuluerat. Aliis autẽ aliter interp̃tantibus Si
mon quidã esseus genere dixerat. Aristas annos arbitrari bouesq; regꝝ mutationes: eo quia agros
arando uerterent ac mutarent. Ideoq; regnaturꝝ esse tot annis quot significasset numerus arista
rum:uarias aũt rerum mutationes expertum esse moriturꝝ. His auditis quinq; diebus post idẽ ar
chelaus ad causam dicendã est euocatus. Dignum aũt dixi memoria etiã coniugis eius Glaphiræ
somniũ Archelai filiæ Cappadocum regis referre. Quã cum Alexander primus habuisset uxorẽ:
frater huius de quo loquimur Herodis filius a quo ille interfectus est:sicut iã designauimus post
illius mortẽ. Iube regi libyæ nuptã:eoq; defuncto domũ reuersam:domiq; apud patrem in uidui
tate degentẽ. Ethnarches Archelaus ubi conspexit ad hoc amoris accensus est: ut eã statim repu
diata coniuge sua Marianne sibi copularet. Hæc igitur in breui tẽpore postq̃ in iudæam rediit:ui
dere uisa est instantẽ sibi Alexãdrum dicere. Satis fuerat tibi libycũ matrimonium: sed tu illo nõ
contenta rursus ad meos penates reuerteris audacissima uiri tertii quodq; grauis est : fratris mei
iuncta matrimonio. Equidẽ non dissimulabo contumeliã:te quæ licet inuitam recuperabo. Atq;
hoc exposito somnio uix biduũ superuixit. Igitur Archelai finibus in prouinciã circũscriptis pro
curator equitum apud romanos cõponius a Cæsare missus est ea sibi a cæsare potestate mãdata.
Hoc disceptante Galileus quidã Simon noĩe defectionis arguebantur:quia indigenas increparet:
si tributum romanis pendere paterentur:dominosq; post deum ferre mortales. Erat aũt propriæ
sectæ sophista:nulla in re aliis simul. Etenim tria sunt apud iudæos genera philosophiæ . Horum
unũ pharisæi profitentur:alterꝝ saducei:tertium autẽ probabilius habetur essei colunt:gẽte qui
dem iudæi. Verum inter se mutuo amore coniunctissimi & qui præter cæteros uoluptatem qui
dem quasi maleficia uitare. continentiã uero seruare neq; cupiditati succumbere:uirtutẽ maximã
ducere. Itaq; nuptias quidẽ fastidiunt:alienos uero filios dum adhuc molles sunt erudiunt:tradi
tos pro cognatis habentes suis moribus diligenter instituunt. Non quia coniugia uel humani ge
neris successionẽ censeant p̃imendã:sed quia cauendam putent intẽperantiam fœminarꝝ nullam
earꝝ uni uiro fidem seruare credentes. Quin & diuitiarꝝ contemptores sunt:rerũq; apud eorꝝ cõi
catio admirationi habetur:neq; inuenias alteri alterꝝ opulentia p̃stare legemq; sibi dixerũt: ut q
disciplinam suã sectari uellent:bona contubernio publicarẽt. Ita enim fore ne uel paupertatis hu
militas:uel diuitiarꝝ dignitas appareret: sed permixtis facultatibus ueluti inter fratres unum esse
omniũ patrimoniũ. Probo autem ducunt oleũ:& si quis uel inuitus unctus fuerit:munditiis cor
pus abstergere:quoniã squalorẽ decori putant dũmodo semper in ueste sint candida. Designatos
aũt cõium rerum procuratores habent:& ad usus oium indiuisos . Non est autẽ illis una ciuitas
certa:sed in singulas multi domicilia transferunt:& aliunde aduenientibus sectæ suæ professori
bus quid habeant promptũ exhibent quasi propriũ. Deniq; tanq̃ consuetissimi ad eos ingrediun
tur quos nunq̃ ante uiderunt. Hinc est quia cũ peregrinantur propter latrocinia tantũ armãtur:
neq; præterea quicq̃ ferunt. In singulis aũt ciuitatibus ex eodem collegio specialis curator hospi
tum constituitur qui eorꝝ uestimenta cæteraq; usui necessaria tueatur. Amictus aũt cultusq; cor
poris oibus pueris in metu & sub cura magistri agentibus par est . Nec uero uestitũ siue calceos
mutant:nisi aut oino concisis prioribus aut longi tẽporis:usu consumptis. Nihil aũt inter se mer
cantur aut uendunt : sed egenti quisq; quod habeat præbens refert ab eo quod ipse non habeat .
Quãuis etiã sine permutatione cunctis libera sit facultas a quibus libuerit accipiendi quod opus
sit. Præcipue circa deũ religiosi sunt. Nãq; ante solis ortũ nihil profani loquunt̃. sed ei patria quæ
dã uota celebrant:quasi ut oriatur p̃cantes. Deinde ad quas uenerunt singuli artes a curatoribus
dimittuntur. Cũq; ad horã quintã studiose fuerint operati rursus in unũ congregantur:lintheisq;
præcinctis uelaminibus ita corpus aquis frigidis abluunt. Atq; hac lustratione in eadẽ secreta co
eunt. Quo neminẽ alterius sectæ hoiem aspirare cõcessum est ipsiq; purificati: uelut in sanctum
quoddã templũ in cœnaculum conueniunt:quibus cũ silentio sedentibus pistor quidẽ panes or
dine unum aũt ualsculũ ex uno pulmento singulis cocus apponit. Deinde uoce cibũ sacerdos an
teuenit:neq; gustate quẽq̃ fas est:nisi prius deo celebratur oratio. Post finẽ quoq; prandii uota re
petunt. Nã & cum incipiunt & desinunt quasi datorẽ uictus deum laudibus canunt. Tunc ueluti
sacris illis depositis uestimentis usq; post meridiẽ ad opera se conferunt. Reuersiq; inde similiter
cœnant consedentibus etiã hospitibus si quos fortasse interuenisse repperint. Neq; uero clamor
unq̃ tecum illud:neq; tumultus inquietat:cum etiam loquendi ordine aliis alii cedant: eorumq;
silentium extra tectum constitutis Arcanum quoddã uideatur horribile . Cuius quidem rei per
petua sobrietas causa est:quodq; apud eos edendi aut potandi modus saturitate diffinit̃. Sed quã
uis aliquarum rerum nihil sine præcepto faciunt curatoris:tamẽ in his duobus hoc est in iuuan
do & miserẽdo sui iuris sunt. Nam & subuenire dignis cum opus est suo arbitrio cuiq; licet atq;
indigentibus alimenta porrigere. Sane cognatis dare aliquid sine curatoribus interdictum. Idem

iracundiæ moderatores iusti sunt:indignationem cohibent:fidem tuentur:patri obsecundant:&
omne quod dixerunt iureiurando fortius habent. Ipsum aũt iusiurandum quasi periuro deterius
uitant. Iam enim mendacio condẽnatum arbitrantur:cui sine deo non creditur. Summum autem
studium ueterꝝ scriptis adhibent ea maxime indeq; quæ animæ & corpori expediant eligentes.
Hinc illis morborum remedia stirpes medicas quãq; uim propriã singuli lapides habeant riman
tibus conquirantur. Sectæ uero suæ studiosis non statim cum eius una collectio:sed per annũ in
tegrum extrinsecus cõmoranti cuiq; eundem uictus ordinẽ tribuunt . Dolabram quoq; & quod
prædictũ est perizoma & albam uestẽ tradentes . Cum uero processu temporis experimentũ cõ
tinentiæ dedit:accedit etiam ad cõmunem cibũ:& purioribus ob castificationẽ scilicet aquis par
ticipat:neq; tamen in conuictum assumitur. Post ostensionem quippe continentiæ duobus annis
aliis mores eius probantur. Cũq; dignus apparuerit tunc demũ in cõsortium assumitur. Prius ue
ro quam incipiat cõmunem habere cibum magnis execrationibus abiurat se primũ quidem cole
re deum:deinceps quoq; erga homines seruare iustitiam:& neq; propria sponte nocere cuiq̃:neq;
ex præcepto obesse:quinimmo iniquos omnes odisse:& cũ laborare semper iustitiæ sectatoribus
fidem omnibus seruare. maxime uero principibus. Neq; enim absq; uoluntate dei cuiq̃ consenti
re posse ad principatus potẽtiam accedere. Si uero ipse cæteris præsit nunq̃ abuti nunq̃ se ab usu
rum uiribus potestatis ad cõtumeliam subiectorꝝ sed neq; ueste aut ambitioso aliquo ornatu re
liquis eminere ueritatem semper diligere:& habere propositũ conuincere mentientes. Manus ue
ro a furto & animã puram seruare ab iniustis cõpendiis: & neq; aliquid de misteriis consecrantes
cælare. Neq; profanis eorꝝ quippiam publicare : etiam si intentata quispiam morte compellat. Su
per hæc aũt addunt nihil se de dogmatibus aliquid quã ipsi susceperint tradere. Fugere autem la
trocinia:& conseruatum iri similiter dogmatis sui libros:angelorꝝ nomina his quidem execratio
nibus explorant:& quasi præmuniunt accedentes. Depræhensos uero in peccatis a sua congrega
tione depellunt:& qui taliter fuerit condẽnatus miserabili plerũq; morte consumitur:illis quidẽ
sacramẽtis sacratibus obligatus:neq; capere ab aliis oblatũ cibum potest. Herbas uero pecudum
more decerpens:& fame exæsa membra corrupuntur. Ob quam etiã plurimos plærũq; miserati:
& extremũ spiritum agentes receperunt sufficientẽ pro peccatis eorꝝ quæ usq; ad mortem addu
xerat pœnam fuisse censentes:in iudiciis uero sunt diligentissimi atq; iustissimi. Disceptant autẽ
non minus quam centũ in unum coacti:quod aũt ab his decretũ fuerit immobile manet. Vene
ratio quoq; apud eos post deum magna legiferi est: ita ut si quis blasphemauerit morte damnet̃.
Senibus uero obedire:& plurimum quorũq; deprobabile arbitrãtur officium: cum simul deniq;
sederint. x. nullus unus nouem loquitur inuitis. Exponere quoq; ĩ medium eorꝝ uel in dexteram
sui partem quisq; deuitat. Sabbatis quoq; operationẽ aliquam contigisse omnibus iudæis diligẽ
tius cauent neq; cibum sibi solum pridie præparant:ne uidelicet illo die ignẽ accendant:sed neq;
uas aliquod transponere præsumunt immo nec alium purgant. Aliis autem diebus fodientes fo
ueam uno uerbi gratia pede altera illi cum illa dolabra quã tradi nuper accedentibus di
ximus demissa ueste sese diligentissime contegentes:ne scilicet splendori diuino iniuriam faciãt:
in eadem fouea ab onere uentris leuantur:ac deinceps terram quam effoderant reducunt:idq; ip
sum faciunt in locis secretissimis:& nempe cũ naturalis sit ista purgatio:nihilominus tamen solẽ
nem habent ut quasi ab immunditia diluantur:decernunt autẽ inter se secundum susceptæ absti
nentiæ tempora in ordines. iiii. tantumq; hi qui minores sunt inferiores præcedentibus æstiman
tur ut si aliquos eorꝝ contigerit quasi a contractu alienigenæ diluantur uiuunt aũt quã longissi
me: ita ut plurimi eorꝝ usq; ad centenariam præferãt ætatẽ propter simplicitatem. s. uictus:quod
eis nimirũ accedere puto propter institutionẽ bene in omnibus ordinatã . Sunt ãt aduersorum
cruciatus siquidem uincunt firmitate consilii. Mortẽ uero si cum decore obeunda sit iudicant ẽt
immortalitate meliorem:prodit aũt eorum in oibus negociis animos bellum gestum cum roma
nis. Tunc siquidem per artuum confractiones & ignes ac per tormenta omnigena trãseuntes: ut
uidelicet in legislatores aliquid loquerentur iniuriam:uel ciborum quippiã quos non solent ede
rent:ad neutrũ horum potuerunt impelli:sed neq; deprecari suos tortores:aut ipsa fere supplicia
in mediis quinimmo cruciatibus subridentes:& eis qui tormenta admouerant:illudentes constã
tes animos cum quadam hilaritate reddebant. s. quasi qui eos essent denuo recepturi. Opinio q̃p
pe apud illos firmata constitit:corruptibilia quidem esse corpora:materiamq; eorum nõ esse per
petuam:animas autem immortales semper manere:& de æthere subtilissimo commeantes quasi
carceribus ita corporibus implicari:uelut quas illecebra carnalis attraxerat . Cum uero fuerint a
carnalibus releuatæ uinculis quasi de seruitute longissima liberatas ita ilico lætari:eas sublimes
q; ferri. Et quidem bonis continentes in hoc græcorum sententiis pronunciant ultra Oceanum
degere:ubi eis sit imposita perfruitio:illic quippe esse regionẽ:quæ neq; imbribus: neq; niuibus:
neq; æstibus aggrauetur : sed quam Oceano oriens Zephyrus & leuiter aspirans amenet . Malis
autem animabus procellosa loca & hiberna delegant plena gemitibus exercendarum sine fine pe
narum:uidentur autem mihi secundum hanc ipsi intelligentiam græci quoq; fortibus suis quos

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Heroas & Senideos uocant beatorum insulas sequestrasse:improborum autem animabus locum apud inferos impiogz:in quo etiá cruciari quosdam cõmentati sunt: Sisyphos uim & tantalos & ixiones & tityos principio quidem immortales esse animantes: ob adhortationem utiq; uirtutis dehortationemq; nequitiæ bonos quippe fieri in huius uitæ cõuersationẽ meliores per spem bonorum etiá post lucem redibendogz:improborum autẽ impetum retardari æstimantiũ:quoniam & si huius uitæ spatio latuerint:post obitum tamen sint imortalia tormenta passuri.Hæc sunt ergo:quæ esset de diuinitate animæ philosophantur. Plane illecebram is qui semel deogz sapientiá gustauerint reponentes.Sunt autẽ in eis qui etiam futura nosse promittant.sacris uidelicet libris & uariis sanctificationibus:prophetarũq; dictis a primis ætatibus adhærentes:raro aũt accidit:ut prædictiones eogz frustratio consequatur.Est aũt aliud etiam esse notum collegiũ cibos quidem & mores legumq; similia cum prioribus habens.Distat aũt opinione coniugii:maximam siquidẽ uitæ hominum partem successionẽ.s.amputare eos:qui abstineant nuptiis arbitrantur : quippe si in eandem uelint ire sententiá:defectugz confestim genus humanum fore. Nihilominus tantum ipsi tanta moderatione conueniunt ut per triennium explorent ualitudinẽ fœminarum. Et si cõstanti purgatione apparuerint idoneæ pertuita eas in matrimonia adsiscunt. Nemo tamẽ eorum cum prægnante concumbit:ut ostendant:quia non uoluptatis nuptias: sed causa inierint liberorum.Lauantibus aũt fœminis:ita ut uiris perizomatũ inest amicus: tales mores huius collectionis:duo aũt priorum quasi ordines sunt.Ex quibus pharisei dicuntur qui certioré legalium rituũ notitiam profitentur:& hi primũ dogma habent:ut imarinene & deo uniuersa deputent: & quidem uel agere quæ iusta sunt uel negligere secundum maioré partem esse beniuolentiæ in hominibus profitentur adiuuante tantum in singulis & imarinene: animá autem quidem oẽm incorruptam esse:transire aũt in alia corpora solas bonogz: improborum autẽ interminabili supplicio cruciari.Saducei porro.i.sedis collectio imarinenẽ omnifariá negant: & deum extra oẽm malipa trationem inspectionemq; constituunt.Aiunt autẽ electioni hominũ uel bonum uel malum esse propositum:& secundum uoluntatem propriam alterutrum unumquẽq; coniungi.Animarũ autem generaliter uel supplicia denegant uel honores:& pharisæi quidem sociabiles : & qui studeãt se mutua dilectione completi.Saducei uero & inter se feris moribus discrepantes: & conuersatio eorum ita circa participes ut erga exteros inhumana:hæc sunt quæ de iudæorum philosophis dicenda repperi:nunc ad incœptum reuertor.

Decedente regno Archelai Philippus & Herodes antipas regũt Tetrarchas suas:defertur imperium ad Tyberium post mortem Augusti:Pilatus mittitur a Tyberio in iudæam: ob imagines Cæsaris quas tulit in templa oritur discordia maxima:Gaius cæsar uult deus appellari:eius imagines & statuas ꝑcipit erigi:renitentibus illis minatur eis:moritur Gaius: Claudius rapitur in regnum:mittit Agrippam ad senatum ut placeat eum esse regé:nõ admittit curia:remittitur Agrippas ad senatum nuntians pugnam aduersus eos.

Cap. III.

ARchelai regno in ordine prouinciæ iam decedẽte reliquit idem Philippus & Herodes qui cognominabatur Antipas tetrarchus suas regebant.Salomæ autem moriens iuliæ augusti coniugi regionem quam rexerat: & iamniá & in phaselide palmito testamento reliquit.Delato autem ad Tyberium iuliæ filium romano imperio post mortem.s.augusti qui ꝑfuit rebus annis septem & quinquaginta mensibus sex diebus duobus manentes in tetrarchiis suis:Herodes.s.ac Philippus:hic quidem iuxta fontes ipsos : de quibus iordanis flumen exoritur in paniada cõdidit ciuitatem:quam cæsariam uocitauit:aliamq; inferiori gaulanite: quá iuliadẽ nominauit.Herodes uero in galylea Tyberiadam imperia autem cognomine iuliæ. Missus autem a Tyberio in iudæam Pilatus qui curandá acceperat regionem nocte intempesta operas in hyerosolimam intulit imagines cæsaris: quæres postridie grandem inter iudæos suscitauit tumultum:nam qui aderant stupore permoti sunt:quasi iam profanatas leges suas uiderent.Nullum enim fas esse dicunt collocari in urbe simulachrum.Ad quærelam autem eorum qui in ciuitate erant:subito etiam de agris multitudo confluxit.Euntes autem illico Cæsariam ad Pilatum intentissime deprecabantur:ut ab Hyerosolimis auferrentur imagines:& eis iura patria seruarentur.Pilato autem supplicantibus abnuente circa domum eius proni corruerant:& immobiles quæ diebus continuis noctibusq; manere . Post autem Pilatus tribunal ascendens in studio magno conuocat multitudinem iudæorum quasi qui eis uellet dare responsum:cum subito milites accepto signo:sic enim fuerat præparatum : armati circunsteterunt iudæos: circundataq; triplici aciæ.Judæi quidem stuporis erant pleni uidentes insperatam rerum faciem.Tunc Pilatus denuntians trucidaturum se omnes nisi imagines Cæsaris suscepissent: annuit militibus: ut educerent gladios . Iudæi autem quasi ex uno consilio omnes subito corruerunt : & ceruices nudatas ad excipiendos ictus paratunt uociferantes uniuersi magis se interfici uelle quam legem . Tunc Pilatus circa religionem studium populi demiratus confestim de Hyerosolimis statuas iussit auferri : deinde uero conturbationem alteram commouebat : erat apud eos sacer thesaurus quem Chorboan dicunt : hunc ad inductionem aquarum iussit expendere:erat autem indu-

cenda aqua ab stadiis.ccc.ad hoc itaq; uulgi oriebantur querelæ ita ut etiam pilati qui hyerosoli mam uenerat cum clamore circũdarent tribunal:ille autem ꝑuiderat: sed quidem tumultum eorum populo permiscuit armatos milites:qui tunc essẽt priuatogz uestibus induti.Præcepit gladiis quidem non uterentur:fustibus autẽ acclamantes ferirent.Sicq; compositis rebus dat ex tribunali signum confestimq; cædebantur iudæi:quogz multi quidem perierunt plagis:multi uero se inuicem trucidantes in fugã misera contritione uersi sunt tũc ad calamitatem interfectorum stupens multitudo conticuit:atq; ob hoc accusator Herodis tetrarchæ agrippas fuit filius aristoboli:quẽ pater herodes interfecit:ad Tyberiũ uenit . Illo autem non suscipiente accusationẽ residens romæ ad aliquorũ quidem potentiũ notitias ambiebat.Maximis autem colebat officiis germanici filium Caiũ cum adhuc esset priuatus.Et quodá die iter copiosum epularum apparatum quibus eum demerebatur: ad ultimũ extensis manibus aperte deum cœpit ꝑcari: celeriter illum mortuo Tyberio dominũ cunctorum uidere.Hoc cum quidá de familiaribus eius Tyberio nunciasset statim concludi iussit Agrippam qui & sub grandi ærumna usq; ad mortẽ Tyberii in carcere per menses sex tenebatur.sed defuncto eo post regnũ annorum duogz & uiginti diegz trium succedens imperium.C. Cæsar absoluit Agrippá uinculis & Tetrarchiam Philippi: iam enim iste decesserat ei tradidit:regemq; appellauit.Cum uenisset aũt in regnũ agrippas:Herodis tetrarchæ cupiditatis per inuidiá suscitauit.Irritabat autẽ eum maxime in spem regni Herodias uxor:exprobrans ei secordiá & dicens:quia per id quod noluerat ad Cæsarẽ nauigare careret potestate maiorem cum Agrippá ex priuato regem fecisset : quomodo dubitaret illũ ex Tetrarcha eodẽ honore donare.His adductus Herodes uenit ad Caium:a quo ob auaritiã uehementer increpatus ad hispaniam fugit:secutus eum quippe fuerat accusator agrippas:cui etiã Tetrarchiam illius.C.Cæsar adiecit.Atq; ita Herodes quidem in hispania peregrinante secũ etiam uxore decessit.Caius uero cæsar in tantum contumeliose abusus est fortuna ut etiá & deum se putaret: & uellet uocari . Patriam quoq; suã multogz nobilium cæde truncauit.Extendit autẽ impietatem suam etiá in iudæam:Petroniũ deniq; cum exercitu hyerosolimas direxit: ꝑcipiens ut in tẽplo statuas eius leuaret:quod nisi susciperent iudæi contradicentes quidẽ ex his interficeret: reliquã uero multitudinẽ captiuaret:permouebat autẽ hoc profecto deum Et Petronius quidẽ cum tribus cohortibus multisq; de Syria habitatoribus properabat in iudæã de antiochia.Judæogz uero quidam nõ credebant famæ prælium nuntianti. Qui uero credebant nihil de resistentibus poterant cõminisci. celeriter autẽ in omnes peruadit metus:nam iam ptolomaidã peruenerat exercitus. Est autẽ hæc ciuitas Galyleæ littore in magno composita:circundatur autẽ montibus ab orientali plaga p sexaginta stadia dissepatis:sed ad Galyleã pertinentibus: a Meridiano autẽ Carmelo qui abest stadiis centum uigintia septẽtrionali quoq; mõte qui est altissimus: quẽ uocant etiam incolæ scalam tyriogz:& hic aũt distat stadiis.c.ab ea autẽ urbe quasi ab duobus stadiis præterlabitur fluuiolus quẽ uocant beleum exiguus prorsus: cui prope est sepulchrũ mẽnonis habens iuxta se.c.fere cubitorum spatium continentẽ:sed admiratione dignissimum:est aũt species uallis rotundæ uitreã emittens harenã:quam cũ exhauserint multæ naues pariter accedentes: locus hisdẽ rursus implẽtur: uenti siquidẽ quasi dedita opera conuehunt de circũstantibus supercilijs harenã istam utiq; cõem.Locus autẽ metalli statim metalla in uitrũ quæ susceperit mutat . Mirabile quoq; mihi illud uidetur: quoniã cõuersæ iam harenæ in uitrum quæcũq; pars super margines loci ipsius fuerit iacta in cõem harenã denuo conuertitur.Igitur loci eius natura talis est.Iudæi aũt cum mulieribus & filiis collecti incampũ in quo est sita ptolomais Petronio supplicabant principio ob patrias leges:deinceps uero etiá pro suo statu: ille ãt ob multitudinem ꝑcantium & ꝑcum inflexus exercitum quidẽ & statuas in ptolomaide reliquit:procedens aũt in galyleã & conuocans in tyberiade tam populũ iudæogz quam omnes eogz nobiles: & uim romani exercitus cœpit exponere: & minas cæsaris.His addens:quoniã & contumelioſa esset supplicatio iudæogz : cum oẽs siquidẽ gentes quæ parerent imperio ro.in suis urbibus inter reliquos deos:imagines quoq; Cæsaris locauissent soli iudæi istud abnuerent.Siquidẽ quasi ab imperio deficere esset etiã cum iniuria præsidentis.Illis uero contra legẽ moresq; patrios allegantibus:& quia ne dei quidẽ simulachrum nedum hominis:neq; solũ in templo:sed neq; in prophano aliquo totius regionis loco fas sibi esset locare:arripiens dictum Petronius respondit.Sed & mihi domini mei lex seruanda est.Si eã quippe transgrediar uobisq; ꝑcam iuste animaduersionem subibo impugnabit sane uos:non petronius:sed ille a quo sum directus:siquidem ita & ego uos cogam implere quæ iussa sũt.Ad hoc omnis multitudo succlamauit ante legis temerationem omnem se libenter subire perniciem . Sedato autem eorum clamore petronius ait.Pugnare ergo inquit aduersus Cæsarem estis parati? Responderunt iudæi pro cæsare quidem & populo ro.nobis semper per dies singulos usus est offerre sacrificia:si autem in templo imagines æstimet collocãdas debere eum totam iudæorum gentem primitus innouare: præbere se quippe iugulos cum mulieribus & paruulis ei qui interficere uoluisset.Ad hæc admiratio Petronium miseratiogz peruasit intuentem & insuperabilem religionem uirorum:& tantum uulgus ad mortem constanter paratum.Et tunc quidem infectis oibus

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

receſſerunt.Poſtridie autem ac deinceps ſummates eorum priuatim uiritimq; compellans: populum quoq; publice alloquens:tunc quaſi cõſulens admonebat.Interdum etiam minabatur extollens & uirtutem romanã & indignationem cæſaris inter hæc etiam ſuam neceſſitatem cui eſſent exequenda p̃cepta:ſed illi ad nulla hoꝝ experimenta cedentibus:cum uideret etiã ſementem regionis intercipi ipſum quippe anni tẽpus erat: & quinquaginta pœne diebus multitudo in urbe otioſe morabatur ad ultimũ conuocatis omnibus ait ſe etiã periculoſam rem uelle aggredi. Aut enim deo cooperante placabo cæſarẽ:ac uobis cum ſaluabor libenter:aut illũ in ultionem irritabo:pro tanta multitudine impendo animã meam. Atq; ita dimiſſis turbis multa pro eo uota facientibus Antiochiã ab Ptholomaida reuocauit exercitũ:atq; illinc confeſtim miſſis ad cæſarem referens:& quo apparatu in iudæã irruiſſet:& q̃ tota gens ſupplicaſſet: quibus ſi abnuendum putaret:noſſet cum uiris etiã prouinciam perdendã.Seruare ſiquidem ipſos legem patriam:& nouis præceptis uehementer obſiſtere.His epiſtolis reſpondit Caius imodice comminãs petronio mortem:quoniã iuſſionum ſuaꝝ ſegnis executor fuiſſet.Sed ſcriptorum taliũ uectores per tres continuos menſes contigit aduerſa tempeſtate retineri.Alii auté exitium.C.cæſaris nuntiantes proſpere nauigauerunt : denicq; ante ſeptem & uiginti dies epiſtolas Petronius accepit finẽ cæſaris indicantes quam illi peruenirent:qui cõminantia ſcripta portabant.Caio per dolũ interempto:qui regnauerat annis tribus méſibus ſex rapitur in regnũ ab eo exercitu qui romæ erat claudius.Senatus auté referentibus conſulibus ignatio Saturnillo & Pomponio ſecundo mandat tribus legionibus ut eſſent p̃ſidio ciuitati:& ipſe frequens in capitoliũ deuenit. Quia propter imanitaté caii bellum agi cum Claudio decernebat:uolẽs imperiũ ad optimates reducere: ut ſicut olym fuerat ad regendum digniſſimi eligerentur.Accidit auté ut agrippas aduenirẽt:quem cum & ſenatus in conſiliũ & in caſtra Claudius euocaſſet:ut.ſ.eo ſtrenuo adiutore uteretur in quibus res poſceret: uidens Agrippa Claudiũ iam eſſe opibus cæſaré ad eum perrexit: quem ille illico legatum ad ſenatum miſit indicantẽ ſuum propoſitum:quoniã primo quidem iuitus ab exercitu raptus ſit imquum eſſe ſe militũ erga ſe ſtudium tam religioſum deſerere iam tutã aliter ſuam non eſſe fortunam:iam enim ad inuidiã ſatis eſſe q̃ in regnum uocatus ſit. Deinde adminiſtratũ ire paratum ſe in rempub.non ut aliquis tyrannus ſed ut p̃ſul benignus ſufficere ſibi quippe honorem nominis.De ſingulis auté negociis cõem omnium ſtare ſententiã.Nam & ſi nõ natura eſſet modeſtus: locuples tamen moderandæ poteſtatis exemplũ Caii morte eſſe propoſitum.quæ cum detuliſſet agrippas reſpondit curia: quaſi quæ exercitui & bonis conſiliis fideret nolle ſe ſubire uoluntariã ſeruitutem:ſed accepto patré reſponſo Claudius rurſus miſit Agrippam nunciare eis:quoniã non poſſet adduci ut eos proderet: quoꝝ conceſſu in imperium eſſet accitus inuitum auté ſe initurũ eſſe pugnam aduerſus eos cum quibus confligere minime uellet:proinde eligendum eſſe locum extra ciuitatem in quo cõfligerent: neq; enim ſanctum eſſe propter illoꝝ peruerſitatem patriam ciuili cæde fœdari.Et Agrippa quidem iſta ſenatui nunciauit.

Senatus uadit ad Claudiũ:offert uictimas deo:ipſe donat Agrippã regio patrimonio:moritur agrippa:Claudius regnũ in prouinciã redegit:& Herodes q̃ regnabat ĩ calcide moriť. Cap. IIII.

INter hæc autem unus de his militibus qui cũ patribus erant educens gladium. Cõmilitones iquit quibus perturbati cauſis parricidia perpetrare cupimus imperatorem aduerſus propiquos noſtros Claudium ſecutos maxime cũ habeamus imperatoré quem in nullo culpare poſſimus:& ad quem cum iuſtis magnis allegationibus: q̃ cum armis egredi debeamus.Hæc dicens per mediam egreſſus eſt curiam:omnibus ſe militibus conſecutis: hoc exemplo optimates deſerti in magno metu eſſe cœperunt:ac deinceps uidentes ſibi aduerſionem tutam non eſſe iter ſecuti militum ad Claudiũ tranſierunt:occurrebant autem eis pro muris nudatos gladios ferentes hi qui fortunæ regis ambitioſius adulabanť:& pœne accidit:ut progreſſi quinq; interficerentur:ante.ſ.q̃ militum impetũ cæſar agnoſceret : niſi p̃currens Agrippas imminentis ei facinoris periculum nunciaſſet:dicens quoniam niſi coercuiſſet exercitum iam in ſanguine ciuium furentem confeſtim miſſurus eſſet omnes per quos conſpicuũ eſſet imperium: fieretq; ſolitudinis imperator.Hæc audiens Claudius continuit militum impetum. Suſcepit auté in caſtris aduentantem ſenatum:& indulgenti honore complexus : egreſſus cum patribus conſeſtim obtulit deo uictimas:ut mos eſt pro imperio ſupplicari.Agrippam quoq; protinus munerator regio patrimonio:omnia adiiciens ei:etiam illa quæ Auguſtus Herodi donauerat: traconitiden ſcilicet & aranitiden.Præter hæc autem aliud quoq; regnũ quod Lyſanie uocabatur. Et populo quidem donationem hanc per edictũ uindicauit.Patribus autem p̃cepit:ut inciſæ æris tabulæ in capitolio collocarẽtur. Donat auté ei etiam fratrem ſuum Herodẽ qui genus eiuſdem erat bernici iunctus regione Chalcidis . Opinione autem Celerrius Agrippæ dati regni cenſus maximus effluebat:qua ſane pecunia non ille in rebus exiguis abutebatur:ſed talem murum hyeroſolimis circundare cœpit:qualem ſi potuiſſet abſolui inefficacem prorſus obſidionem romanis oppugnantibus effeciſſet.Sed anteq̃ impleret opus deceſſit in cæſaria. Regnauit autem ãnis tribus. Ante quoq; cum Tetrarchiam regeret:aliis tribus annis tenuerat poteſtatem.Reliquit uero filias

quidem tres de cypro natas Bernicen:mariannem atq; druſilam: filium autem ex eadem ipſa cõiuge nomine agrippam:qui non nimis paruulus erat. Tunc claudius regnum eius in prouinciam redegit in cuius procuratione miſſus eſt Ceſtius feſtus. Poſt hunc autem Tyberium Alexãdrium: qui nihil de conſuetudine patria immutantes gentem in pace tenuerunt . Poſt hæc uero & herodes qui regnabat in Chalcide deceſſit.Relinquens de ſorore ſua Bernice filios duos.Bermocianũ & heroden:de priore autem marianne Ariſtobolum:cuius frater mortuus fuerat ariſtobolus priuatus:relicta filia iotapata:hi quidem erant ſicut ſupra dixi liberi ariſtoboli:qui fuerat herodis filius.Alexander autem & ariſtobolus nati fuerant herodi de marianne: quos ipſe parẽs interfecit. Alexandria autem poſteri in maiori Armenia regnauerunt.

Poſt obitum herodis qui ĩ chalcide regnauit: Claudius agrippam filium agrippæ regem inſtituit:Cumanus curam accipit alterius prouinciæ: unde inter iudæos oriuntur multi tumultus in die feſti azimorum:populus in fugam ſe conuertit:& propter egreſſum de conſtipatione.xxx. milia hominum conſumpta ſunt.

Cap. V.

POſt obitũ autem herodis qui regnauit in Chalcide claudius agrippam filium agrippæ in auunculi ſui regno conſtituit.Alterius autem prouinciæ ſuſcepit curam poſt alexãdrum cumanus:ſub quo oriri cœperunt tumultus:& denuo iudæos calamitas cõprehendit . Conueniente quippe multitudine ad diem feſtum azimorum in hyeroſolimã ſtante legione romana ſuper porticulum templi armati quippe milites ſemper cuſtodiebãt feſtos dies:ne quid conuenientes populi nouare auderent . Vnus ergo e militibus reductis turpiter ueſtimentis inclinans poſteriora ſua obuertit ad faciem iudæorum : & ad hunc habitum uocem emittens ſimilem ſucclamauit.Ob quod factum tota cœpit multitudo conqueri:ita ut circunſtarent cumanum ad ſupplicium militem depoſcentes.Ex his autem inconſulti iuuenes:& quaſi natura apti ad ſeditiones mouendas in litem grauiſſimam proſiliebant: hi continuo quippe ſaxa rapientes percutiebant milites. Tũc ueritus cumanus ne totius in eum uulgi impetus fieret plures euocauit armatos:qui cum eſſent porticibus immiſſi metus grauis incidit iudæis.Statimq; in fugam uerſi relicto templo refugere cœperunt . Tanta autem per egreſſus de cõſtipatione obtritio facta eſt:ut conculcatione mutua ſuper.xxx.milia hominum conſumpta ſint.Facta eſt autem uni uerſæ genti luctuoſa feſtiuitas & planctus per domos ſingulas perſonabat.

Inſurgunt tumultus latrocinantium:unde quidã p cumanum capiuntur:libri legis per militẽ quédam comburuntur : accenſi iudæi ex hoc conqueruntur apud cumanum: adiudicatus eſt ille ad ſupplicium ex hoc populus quieuit.

Cap. VI.

VCceſſit autem huic calamitati latrocinãtium tumultus . Iuxta bethoro quippe circa aſſenſum publicum ſtephanus quidam ſeruus cæſaris ſuppellectilẽ quãdam uehebat: quæ ab irruentibus direpta latronibus eſt. Cumanus autem ad inquiſitionem mittẽs eos qui in proximis uicis eſſent:uinctos ad ſe adduci iuſſit: denuntians: ut cõquiſitos latrones in uincula conijcerent.qua occaſione quidã militum in uico aliquo libros ſacre legis offenſos diſcidit atq; cõbuſſit.Iudæi ãt quaſi totã religionẽ inflamatã uiderit undiq; cõfluxerũt:& uelut machinaméto aliquo : ita ut ſuperſtitionis attacti oés ad unã euocationẽ ad cumanũ cæſariã cõcurrũt præcantes ut militẽ qui tantã cõtumeliã deo legiq; eius intuliſſet: nõ relinq̃ret ĩpunitũ.Ad hæc enĩ ille uidebat multitudinẽ neq; q̃q; q̃turã:niſi aliq̃ eẽt ſatisfactiõe ſedata, adiudicatũ militẽ p mediũ populũ:ad ſuppliciũ iuſſit adduci:ſicq; iudæi placatis anís receſſerunt.

Conflictus oritur inter gallileos & ſamaritanos:quidã gallileus ad feſtiuitaté aſcendens interficiť:Cumanus ad ſedationẽ mittit p̃catores: hyeroſolima audito homicidio uulgus in impetum in ſamariam irruit : Cumanus accurrit cũ ala militum:multos interfecit principes hyeroſolimæ præcatur ut ab incepto deſiſtant:iudæi tandem eorum præcibus acquieſcunt.

Cap. VII.

DEnuo ãt galyleorum & ſamaritanoꝝ conflictus exoritur. In uico enim:quẽ gemmam uocant qui eſt in magno Samariæ cõpoſitus:quidã galyleus de numero iudæoꝝ ad feſtiuitaté aſcẽdens interficiť . Ad quod factũ multi ex galylea regione cõuenerũt ut cũ ſamaritis cõfligerẽt.Hoꝝ ãt nobiliores cõuenerũt ĩ cumanũ rogantes:ut anteq̃ grauis calamitas oriretť tranſiret in galyleã:& in eos qui auctores eſſent homicidii uindicaret.Cumanus his negotiis quæ habebat in manibus poſtponens illoꝝ petitiões ſine affectu præcatores emiſit. Nunciato igiť homicidio hyeroſolima omnis multitudo cõmota ẽ:& relicta diei ſolennitate in Samariã uulgus impetũ fecit ſine duce:ne cuiq̃ principiũ ſuoꝝ retinenti acquieſcentes:latrocinio ãt eoꝝ & tumultu quidã Dinei filius Eleazarus & alexander præerat:qui in crabetene regiõe cõterminos irruentes promiſcuã dedere cædé a nullius ætatis exitio tẽperantes:uicos ãt inflamauerunt.Cumanus ãt hæc audiés adduxit ſecũ unam equitũ alam quæ uocať ſebaſtianoꝝ ut auxilio his qui uaſtabanť eſſet:ſicq; eoꝝ multos qui Eleazaꝝ erant ſecuti cõprehendit:plures quoq; interfecit.Ad reliquã ãt multitudinẽ quæ in uaſtandos ſamaritanoꝝ fines irruerũt:principes gentis de hyeroſolima cõcurrerũt: optiq; ciliciis:& aſpſis cinere capitibus præcabanť: ut ab incœpto deſinerẽt: nec pp exercendã in Samaritas ultionẽ ad hyeroſolimæ pniciẽ romanos cõmouerent:mi-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

ſererent́ át patriæ ſuæ atq; tépli filiorúq; & cõiugũ ꝓpriaꝝ: neq; oía ꝑiter in diſcrimẽ adducerẽt. Neq; ob unius galylei uindictá cúcta diſperderét. His acqeſcentes iudæi a negocio receſſerút.

Fiunt his téporibus multa latrocinia ſamaritaꝝ primates accedunt ad domiciú quadratũ:cõ querentes de huiuſmodi latronibus:cõueniunt & nobiles iudæoꝝ deffendentes:diſtulit domitius iudiciú:liddam uenit:audiés iteꝝ querelas ſamaritanoꝝ quoſdam percutit ſecuri: quoſdá delegauit:Cumanus uidet́ romá proficiſci: de reddéda ratione adminiſtrata ꝓuincia apud claudium:ex ſamaritis tres interficiuntur:Cumanus iubetur ex urbe diſcedere. Cap. VIII.

MVlti át per idem tépus in latrocinia conſpirabant:ſicut uere ſolet inſolentia creſcere rebus quietis:per quæ oém regioné agebant́ rapine:& audaces quiq; reliquis uim afferebant tunc ſamaritaꝝ primates ad domitiú quadratú qui Syriá prouinciá procurabat tyrum uenerunt uindicari de his qui regionem eoꝝ deprædati fuerint poſtulátes. Præſto át fuerant ét iudæoꝝ nobiles: & ionathas filius ananiæ princeps ſacerdotú obiecta diluens allegabat:initiú quidé tumultus ſamaritas fuiſſe:qui primi homicidiú ꝑpetraſſent: cám tamen calamitatú poſtea ſecutaꝝ præbuiſſe cumanú: qui inter principia in auctores cædis noluiſſet ulciſci: tunc quadratus utráq; parté interim diſtulit dicés. Quoniá cú ad ipſas regiões ueniſſet diligenter ſingula inqreret:deinceps uero ꝓcedens cæſariá oés quos cumanus uinctos reliquerat in crucé ſuſtulit. Inde cú Liddá ueniſſet denuo audiuit ſamaritanoꝝ qrelas & iudæoꝝ decem & octo uiros quos cognouit pugnæ fuiſſe ꝓcipes ſecuri percuſſit:duos át ex ſumantium pontificum ſacerdotem ionathá & ananiá eiuſq; filium ananú: & nonnullos alios iudæos nobiles cæſariá deſtinauit: ſimiliter át & ſamaritaꝝ nobiliſſimos quoſq;. Præcepit quoq; cumano & celeri tribuno romá nauigare redditurus claudio rationé pro his quæ in regno geſſerat. His ita compoſitis alidda aſcendebat hyeroſolimam & inueniens multitudinem feſtiuitatem azimoꝝ celebrantem ſine ulla conturbatione Antiochiá redit. Romæ autem cæſar auditis allegationibus cumani & ſamaritanoꝝ aderat autem Agrippas iudæoꝝ cám magna intentione deffendés: ſiquidem & cumanum multi potentiú oderant pronuncians aduerſus ſamaritas tres eoꝝ nobiliſſimos iuſſit interfici. Cumanum át iuſſit urbe diſcedere. Celeré uero tribunú uictum hyeroſolimá mittens iudæis ad ſupplicium dedit:ut per urbem tractus capite cæderet́. Poſt hæc felicé. Palantis fratré deſtinauit ad iudæos:q & eoꝝ ꝓuiciá cú Samaria & Galyleá & ꝑeam curaret. Agrippá uero de Chalcide í regnú magnú tráſtulit:tradés ei illá quoq; ꝓuiciá quæ felicis fuiſſet. Erat át iſta traconidis & batanea & gaulanitis. Addidit autem regnum etiam Lyſaniæ & tetrarchiam quam Varus rexerat.

Nero ſuccedit Domitio quadrato:fratrem matrem & uxorem interfecit:ad Hiſtrionum opera ſe conuertit. Cap. IX.

IPſe autem per annos tredecim:menſes octo:dies triginta adminiſtratio imperio deceſſit ſucceſſorem regni Neronem relinquens:quem ſuadelis agrippinæ uxoris ſuæ in imperium coartauerat:& quidem cum legittimum haberet filium britannicum ex Meſſalina natum priore ſcilicet coniuge: & Octauiá filiam: quam ipſe priuigno collocarat Neroni. Suſceperat autem ex agrippina antoniam. Et Nero quidem quemadmodum per magnitudinem fœlicitatis:& opus abuſus ſit fortuna:& qualiter fratrem ſuum atq; uxorem matréq; interfecerit. Poſt quos in omnes proximos immanitatem ſuam conuertit: atq; ut ad ultimum per amentiam ad hiſtrionum opera ſcenamq; peruenerit: quoniam ſcio eſſe & narrationem moleſtá tacitus præterire melius puto. Cõuertar át ad narranda:quæ ab eo aduerſus iudæos geſta ſunt.

Ariſtoboli filius regnat in armenia: augetur regnum agrippæ reſiduum iudeæ fœlici credit: hic eleazarum depræhendit mittitur romam cum multis aliis: inſurgit nouum genus latrocinantium. ſ. ſiccarioꝝ:inſurgút qdam ſecte hoíum q cõſiliis & ypocriſi hoíes decipiát. Cap. X.

MInorem igitur armeniam regnandá ariſtobolo dedit herodis filio. Regno át agrippæ quatuor urbes addit cú agris ad ſingulas pertinétibus imperia ſcilicet regione Abellam & Iuliadam:in Galylea autem Tancheam & Tyberiadam. Reliqua autem iudeæ fœlici procuráda dedit. Hinc principem latronú Eleazarum:qui per uiginti annos regioné deꝑdatus:alioſq; multos cæpit:uinctoſq; romá direxit: aliorúq; quos in crucé: ſuſtulit latronú:uel in communione ſceleris depræhenſoꝝ popularium:fuit pœne immunerabilis multitudo. Sic enim regione purgata aliud genus latrocinantium in hyeroſolimis oriebatur. Hi auté ſicarii uocabantur. Die claro & in media ciuitate paſſim quoſq; interficientes. Potiſſimú uero diebus feſtiuis ímiſcebantur uulgo:& ſicas ſub ueſte geſtantes. His diuerſos quoſq; íterficiebant ac deinceps collapſis hominibus illi inter reliquos deſcelere querebantur: qua fraude extra ſuſpitionem manebant:diuq; latuerunt. Primus igitur ab eis ionathas pontifex interficitur. Poſt hunc autem quottidie plurimi cædebantur: atq; ipſis calamitatibus moleſtior timor ciuitatem premebat:ſicut enim in medio bello per ſingula momenta omnes mortem operiebantur. Circúſpiciebant auté eminus quoſq; appropinquantes:& neq; amicis ſuis ſidere poterant:dum tantum in mediis ſuſpitionibus atq; cuſtodiis nihilominus interficiebantur. Tanta erat latrocinátium temeritas & ars quædam latendi. Ad hæc autem alia etiam maloꝝ collectio facta eſt cæde quidem

abſtinentium: ſed conſiliis magis impiorum: quæ pars non minus ꝗ ſicarioꝝ felicem urbis ſtatú corrupit:ſeductores quoq; homines & circúuentores ſub ſpé religionis nouádis rebus uulgus inſanire fecerunt: nam in ſolitudines egrediebant́ ꝓmittentes deú ſigna eis oſtenſuꝝ libertatis. Cõtra quos felix uidebantur quippe ſemina defectionis eſſe:mittés equites atq; pedites armatos magnam multitudinem interfecit.

Egyptius quidam pſeudo prophetæ congregat.xxx.milia hominum hyeroſolimam uult aſcédere:felix cum quibuſdam armatis eos depellit & fugat: inſurgunt quidem magi qui tentant reuocare populum a ſeruitute romanorum:inſurgút tumultus in ceſaria inter populum ſcilicet iudæum & græcú:Felix neqens paccare ex utriſq; nobiles ad neroné mittit: Succedit ceſtius felici qui plurimos latronum interficit. Cap. XI.

MAiore auté plaga iudæos afflixit ægyptius quidá pſeudo prophetæ: adueniens quippe in prouinciam magnus cú eſſet prophetæ opinioné ſibi arrogans.xxx.ferme milia hominú congregauit quos uana ſeductione deceperat: & circúducens eos de ſolitudine in monté qui uocatur oliuaꝝ:inde hyeroſolimam nitebatur abſcendere:depulſoq; romanorum præſidio in populares exercere dominationem utebatur ſane ſtipatoribus qui ad facinus conuenerant:præuidit ſane eius impetum felix:& occurrens cú ipſis Romanis armatis quos etiam iudæoꝝ reliqua multitudo iuuabat iniit conflictum. Et ægyptius quidem cú paucis fugit. Plurimi auté qui cú ipſo fuerant cõpræhenſi: atq; uinculis traditi ſunt. Reliqua uero multitudo in regiones proprias diſperſa eſt. Compreſſis porro his etiam ſicut in ægro corpore: rurſus pars altera tumeſcebat. Magi enim quidam & latrones collecti multis afflictioné inducebát: & quaſi ad libertatem uocabant:mortem aptiſſimam cõminantes his qui romanoꝝ principatui obedire uoluiſſent:ut uel reluctantes auerterent eos qui ſpontaneam ferrent ſeruitutem. Diſperſi ergo bipertitam regionem diripiebant quorúq; potentium domos: eoſq; inſuper trucidabant: inflámabant etiam agros: ita ut deſperatione eoꝝ tota iudæa protinus impleretur. Et hæc quidem pugna in dies grauius augebatur. Alter át tumultus ortus circa cæſariam inter iudæos ſcilicet qui ibi permixti habitabant:& ſyros cõmotione facta. Hi ſiquidem poſcebant ut eoꝝ fieret ciuitas iudæum eius fuiſſe conditorem dicentes:erat auté rex herodes. Aemuli uero conditorem quidem confitétur iudæum:ipſam uero ciuitatem fuiſſe gentiliú uindicabant. Neq; enim illic ſtatuas & fana potuiſſe conſtitui ſi ad iudæos eam conditor pertinere uoluiſſet. Ob has ergo cauſas inter ſe populus uterq; iurgabat. Procedebat autem uſq; ad arma contentio:& quottidie ad confligendum audaces quiq; partis alterutræ proſiliebant. Neq; enim iudæoꝝ ſeniores cohibere tumultus gentis ſuæ poterant:& græcis turpiſſimú uidebatur a iudæis inferiores uideri. Præſtabant aút hi quidé diuitiis & corporum uiribus. Græci uero auxilio militum: magna ſiquidé pars romanæ manus de Syria illo fuerat congregata. Et quaſi cognati ad auxiliandú parati erant ſyris. Præfecti át militum curabant cõprimere tumultum: & pugnaces quoſq; compræhendentes taureis ulciſcebant́: ac uinculis. Neq; tunc ſupplicia compræhéſorum impedimentum aut timoré reliquis inferebát: immo magis hoc ipſo ſeditionis irritabantur argumentum:tunc demum felix minaci edicto præcepit contumaces quoſq; urbe diſcedere:non parentium autem immiſſis militibus interfecit non paucos quorum etiam ſubſtantiæ direptæ ſunt. Poſt hæc quoq; cum uideret ſeditionem manere nobiles utriuſq; partis elegit:& ſuſcepta legatione miſit ad Neronem pro his quæ ſibi competere arbitrarentur acturos. Succeſſit autem ei Ceſtius & hos qui maxime infeſtabant prouinciam ſollicite perſecutus:latronum plurimos compræhendit atq; interfecit.

Albinus fit ſucceſſor qui fauit latronibus:& poſtea ceſtius florus qui ita ſe geſſit ut multi coacti ſint relinquere patrem ob publica latrocinia:& rapinas ſuas. Cap. XII.

VErum ſucceſſor huius Albinus nõ eodé more negotiis præfuit. Neq; enim fuit aliqua malignitatis ſpecies quá ille prætererit. Deniq; non ſolú ciuibus furabatur:& diripiebat ſubſtantiá ſinguloꝝ: neq; ſolum tributoꝝ addita mentis in cõmune genté grauabat:ſed ét quos ob latrocinia uel decuriones ciuitatú cõpræhenderunt:uel quia prioribus iudiciis in cuſtodiis erant relicti accepta a cognatis eoꝝ pecunia liberauit. Et is ſolum qui nõ dediſſet in carceribus quaſi nocentiſſimus remanebat. Per idem tépus eoꝝ quoq; qui res nouare cupiebant:in hyeroſolimis creſcit audacia. Ex quibus ſane qui erant opulenti Albinum largitiõe redimebant:ut eis tumultú mouétibus nõ indignaret́. pars át popularis q non ſatis gaudebat: qete Albini ꝓcipibus iungebat́. Vnuſquiſq; improboꝝ cohorte ꝓpria circundatus ipſe quidé qſi princeps latronú: & tyrannus eminebat. Stipatoribus uero ſuis ad direptioné mediocriú abutebatur. Ita fiebat:ut hi quidé quoꝝ uaſtabantur domus tacerent. Illi autem qui extra incommodum ſtetiſſent metu ne ſimilia paterent́ querelis deterrebant́: ímo & officiis ambiebát eos quos cõſtabat dignos eſſe ſuppliciis. In cõmune át oíum fuit intercepta fiducia. Et erat túc multiplex dominatio:& ſemina captiuitatis futuræ iam ab illo tépore ſpargebantur. Cum ſane eiuſmodi morum fuiſſet albinus: tamé ſuccedens ei Ceſtius Florus optimú eum ꝑ comparationem ſui fecit uideri. Ille ſiquidé plura occulte & cú fraude nocuerat Ceſtius uero iniquitates ſuas in uniuerſam genté

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tam palam quam ſi gloriareť exercuit.ac uelut non ad regendá prouinciam:ſed ad damnatorum pœnas carnifex miſſus neq; rapinarum ullum moré nec afflictionum prætermiſit. in miſeriis ât crudeliſſimus erat in turpibus uero impudétiſſimus neq; enim quis illo amplius offendit fallacia ueritatem neq; cõmentus eſt callidiores nocendi uias. Hinc ſiquidé uiritim illatis diſpédiis lucra quærere exiguũ uiſum eſt:ſed totas ſimul deſpoliauit urbes & labes populis inferebat ſolum non uoce per totam regioné edicens liberum eſſe omnibus latrocinari dum ipſe prædarum acciperet portionem. Deniq; ob illius auaritiá contigit totam pœne deſeri regioné ita ut plurimi ſedes patrias relinquentes ad externas prouicias cõmigrarent donec ât in Syria ceſtius gallus prouinciam regebat neq; auſus quiſpiam iudæoꝝ eſt aduerſum florum ad eum mittere legatos. Cum uero in ſtante azimoꝝ ſolénitate ipſe Hyeroſolimam ueniſſet occurrens multitudo quæ facile tricies cẽtum milium fuit præcabať:ut gentis ſuæ calamitatibus ſubueniret:& peſtem illam prouinciæ florum:ut eiiceret clamitabat. Qui tantum cũ ſub populi ore eſſet:& gallo aſſiſteret:non ſolũ nihil mouebatur:ſed uoces illas etiam deridebat. Ceſtius tantũ compeſcens impetum populi:& edicés quod deinceps placatiorem eis floꝝ redderet:regreſſus eſt antiochiam. Deduxit autem eum uſq; ad Cæſaream florus illudens mendaciis & iudæorum genti bellum ſedulo cõmiſcẽs : quo ſcilicet ſolo iniquitates ſuas occultum iri poſſe credebat.Pace ſiquidem permanente habituꝝ ſe apud cæſarem accuſatores. Iudæis uero defectionem negotiatus fuiſſet maiore ut quæ malo abducẽdam a ſe eſſe inuidiam peccatorum minorum.Igitur ut gens ab romano obrumperetur imperio ſedulo in didem augebat calamitates.

Fit queſtio in cæſarea inter iudæos & cæſarienſes de ſynagoga iudæorum quia impediebanť ad illuc acceſſum:iocundus qui erat præfectus equitum pergebat ſedare tumultum: recedunt iudæi in narbata cum libris legis primates iudæorum ad florum accedunt conquerentes : quos iubet uinciri propter ablationem librorum legis:ex hoc oriuntur iurgia maxia apud Hyeroſolimas accuſatur Florus & eius timore populus effugit: Florus indignatus ſedens pro tribunali militibus præcepit ut florum uenalium diriperát:unde multi interfecti & ſpoliati & domus omnium dirute ſunt.

Cap. XIII.

PEr idem tempus apud Neronem cæſarienſes uictores extitere.Decretũq; iſtud cõteſtãtes litteras attulerunt:per quæ hoc bello iudaico dabatur exordium.Duodecimo ſcilicet anno regni Neronis:ſeptimo decimo autem regni Agrippæ méſe maio. Ad magnitudinem aũt excitatoꝝ de eo maloꝝ: nequaq; idoneas cauſas habuiſſe deprehéďť.In cæſaria ſiquidé habitantes iudæi habebãt ſynagogã : prope agrum cuius erat dominus gentilis quidem cæſarienſis & frequenter quidá egerant:ut ad illoꝝ ius illa poſſeſſio iungeretur: multis partibus maius præciũ quam res meruerat offerentes. Dominus ât loci non ſolum preces eoꝝ deſpexiſſe cõtentus. Sed ad maiorem doloré ædificauit in loco tabernas ita ut anguſtum eis tranſitum relinqueret.Primum igitur feruentiores aliqui iumentũ proſilientes ædificationem uetabant.cum uero florus hos a prohibendo cohiberet: non habentes iudæoꝝ nobiles quid agerét inter quos erat Ioannes telones inflectunt floꝝ oblatione octo talentorum:ut ædificationem uetaret.Ille aũt ob capiendam tantummodo rem promittens ſe cuncta factuꝝ accepta pecunia ſtati de cæſaria egreſſus eſt:abiitq; in Sebaſte:ſeditioni tribuens facultaté quaſi qui pugnat ſpacium iudæoꝝ primatibus uendidiſſet.Sequenti autem die quæ apud iudæos ſabbatum eſt:cum plebs ad ſynagogam coiſſet ſeditioſus quidá cæſarienſis uaſſamium ante ingreſſum eoꝝ ponens alites immolabat.Hoc factum iudæos incoercibiliter accendit & legem ſuam quippe contumeliá pertuliſſe locum ipſum dicebant fuiſſe pollutũ.Pars autem iudæoꝝ quæ erat conſtantior atq; moderatior denuo iudicibus eſſe conquerendũ querebatur . Seditioſi autem & iuuentute turgentes iudæi effundebantur in litem. Stabant autem ad confligendũ parati etiam cæſarienſiũ tumultuoſiores. Ex conſilio quippe directus fuerat qui pro ſynagogæ foribus immolaret. Sicq; cõtinuo ex pugna commiſſa.Interueniens autem iocundus:qui ad prohibendũ erat relictus præfectus equitum,uas illud quidem quod poſitum fuerat iuſſit auferri & tumultum ſedare pergebat.cũ uero ſuperatus eſſet præ cæſarienſium uiolentia iudæi ſtatim libros legis rapientes ſeceſſerunt in narbata regio quædam eoꝝ hoc nomine appellatur:direpta cæſaria ſtadiis quadraginta.Primates ât eoꝝ duodecim cum Ioanne in ſebaſte ad florum uenerunt:de his quæ acciderant cõquerentes : & ut auxilio eſſet rogabant:q̃uis reuerentur tunc eũ & de octo talentis admonentes.Ille uero illico cõprahenſos eos uinciri iuſſit:arguens cur leges de cæſaria auferre auſi fuiſſent.Pro hoc igitur apud hyerosolimas grauiſſima iurgia naſcebantur. Verumtamen adhuc indignationé ſuam frenabát .Florus uero quaſi ad hoc operam ſuam locaſſet:ut bellum inflammaret miſit ad ſacrum theſauꝝ ut inde decem & ſeptem talenta auferrentur:quaſi eam pecuniá impenſæ cæſaris flagitaret.Tũc uero ſtatim inuaſit populum multa confuſio: concurrentes ad templum maximis uocibus nomẽ cæſaris appellabant:ut a tyrannide flori liberarentur:orantes.Quidam aũt ſeditioſoꝝ in florum maledicta iacebant ultima & caniſtrum circunferentes ſtipem eius nomine poſtulabant: quaſi inops & miſerrimus talibus indigeret auxiliis.His ât omnibus nihil eſt a cupiditate deterritus:ſed multo-

magis ad deprædandũ irritatus eſt.Deniq; cum debuerat cæſariam ueniens ignẽ belli illic naſcentis extinguere:cauſaſq; tumultuũ ſubmouere:pro quo etiam pecuniá acceperat pactus:tantum cũ exercitu equitũ atq; peditum hyeruſalem contendit ut romanis ad quæ uolebat uteretť: ac timore & minis urbem nudaret. Tunc populus lenire eius impetum uolens obuiam militibus proceſſit:cum ſolitis utiq; fauoribus & florum honorare oficiis paratus. Ille uero præmittens cũ equitibus,L.centurionem nomine capitonẽ diſcedere eos iuſſit.Neq; eum in quem tam grauia maledicta iecíſſent:falſo denuo honore deluderent.Oportere quippe eos ſi uiri ſunt fortes animiſq; conſtantes etiam in præſentem effundere contumelias:nec ſolũ eos in uerbis: ſed etiá in armis amorem libertatis oſtendere.His dictis exterrita multitudo ſimul etiam equitibus:qui cũ capitone uenerant:in medium uulgus irruentibus diffugerunt:anteq̃ floꝝ ſalutarent:aut militibus officia cõſueta redderent . Diſcedentes igitur in domos cũ metu atq; humilitate peruigilem duxere noctẽ. Florus autem tunc quidé deguit in regia . Poſtridie ât aduerſum eos extructo tribunali ſublimis reſedit:conuenienteſq; ſacerdotũ principes & ciuitatis uniuerſa nobilitas aſtiterũt tribunali . His præcepit florus:ut oẽs qui maledicta in eũ ſucclamaſſent protinus dederent edicens in ipſos eſſe: niſi eos produxerint uindicandũ.Ad hæc reſpondent iudæi:populũ quidé pacifica quæq; ſentire: illis uero qui errauiſſent in uerbis ueniam conferendá poſtulabant. In tanta ſiquidé multitudine nihil eſſe mirandũ offendi aliquos temerarios:& per ætatem inſipiétes:eſſe auté impoſſibile eoꝝ qui deliquerint diſcrimen agitari:cũ & ſingulos nimirum pœniteat:& per timoré ad negandum ſint parati.Debere tantum illũ ſi conſuleret gentis quieti:& uellet romano imperio ſeruare urbẽ. Magis propter multos innoxios dare ueniá etiam paucis delinquentibus quapropter paucos delinquentes improbos perturbare multitudinem tantũ bonorum. Ad hæc uero ille magna indignatione inflammatus militibus exclamauit:ut foꝝ uenalium quod erat in ſuperiori parte diriperẽt: ac paſſim obuios trucidarent.Illi uero ad lucri ſui cupiditatem addita auctoritate rectoris:non ſolum illum diripuerunt locũ in quem fuerant immiſſi:ſed in uniuerſas inſilientes domos interficiebant habitatores.Fuga autem erat per angiporta omnia & cædes eorum qui cõprahendebantur: direptionis quoq; nulla ſpecies prætermittebatur.Multos autem etiam nobiliũ comprahendentes adduxerunt ad floꝝ:quos ille uerberibus laniatos in cruce ſuſtulit. Deniq; omnis numerus illo interfectoꝝ die cũ paruulis: & mulieribus neq; eni lactantibus pepercerant fuit ducẽti &.xxx. grauiorem autem faciebat calamitaté uideri nouitas romanæ calamitatis:q; enim nemo unq̃ prius tunc florus auſus eſt:ut uiros.ſequeſtris ordinis pro tribunali flagellis cæderet ac patibulis affigeret.Quorum & ſi origo iudæa tamen romana dignitas erat.

Rex quidam agrippa alexandrum proficiſcens: inuenit germanam ſuam bericé:uidens iniquitatem militum miſit ad florum ut a ſede deſineret:qui noluit immo peiora operatur uenit hyerosolimam & uota deo exoluit:regina uero florum præcatur.

Cap. XIIII.

PEr idem tempus rex quidá agrippa alexandriam profectus:ut alexandrum qui ægyptũ procurabat:miſſus a nerone iure hoſpitis conueniret.Germanã autem ſuam beronicé hyeroſolimis inuentam & iniquitatem militum uidenté grauis pro hac angor inuaſerat:& frequenter quidem præfectos equitum ſuoꝝ: cuſtodes corporis mittens ad florum præcabatur:ut a ſede deſineret.Ille uero neq; in multitudinem interfectorũ:neq; in nobilitatem peccatricis:ſed tantum in lucra ſua: quæ de rapinis congregarentur aſpiciens contempſit abnuere.impetus autem militum in reginam efferatus eſt . Non ſolũ quippe ſub oculis eius obuios quoq; multabant: ſed etiam ipſam niſi confugiſſet in aulam interficerent.ibi ât peruigilem noctẽ cum intenta cuſtodia egit uerens utiq; irruptionẽ militum. Venerat autem hyeroſolimã ut uota deo ſolueret.His enim qui morbo uel aliis neceſſitatibus implicanť:mos eſt orare per triginta dies anteq̃ ſmmolent hoſtias abſtinere quoq; uino & capillos radere. Quem moré beronice Regia exercuit diebus:nudipes etiá ante tribunal ſtetit deprecans florum: & preter quod nihil honoris habita eſt & ét de uita ſua periclitata eſt.

Multitudo clamat contra florum : primates ſedant multitudinem florus uidens multitudinẽ ſedatam nouam querit inſurgere diſcordiá : multi occiduntur per romanos ſed deſperatione ductus populus irruit i romanos:quos epulit ex urbe: uidens florus nihil poſſe agere ab urbe digreditur Cæſariam uenit.

Cap. XV.

HAec autem facta ſunt ſextodecimo die menſis maii . Poſtridie auté conueniens multitudo in forum quod erat in ſuperiori parte ciuitatis confluens magnis clamoribus de his qui interfecti fuerant querebantur. Potiſſimũ autem inuidioſæ in florũ uoces erãt q; ueriti primates quiq; & pontifices diſruptis ueſtibus & uiritim ſingulos cõprahendentes poſtulabant:ut ab his uerbis quoꝝ cauſa mala tanta pertulerant deſinerent neq; in maiorem indignationé florum mouerent. Sicq; ſedata eſt multitudo: tam reuerentia præcantium quã ſpe q; nequaq̃ florus ultra in eos ſæuiret . Ille autem uidens multitudiné eſſe ſedatam angebatur: & denuo eam inflammare cupiens pontifex cum nobilibus aduocauit. itaq; unum ait argumẽtũ fore q; nihil ulterius denouandis rebus populus cogitaret.ſi obuiá procederet militibus de cæſa-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ria uenientibus.ueniebant autē duæ cohortes:qui cum uocasset populum ad occurrendum mandat centurionibus:ut nullam salutationē redderent obuiantibus iudæis: Ad quod si offensi petulanter quippiā essent locuti statim in eos uterentur armis.Pontifices ergo collectam multitudinē in templo præcabantur ut occurrerent romanis & ante graue incommodū cohortes solenniter salutabant. His hortationibus seditiosi quiq; annuebant:& ob interfectorū dolorem reliqua multitudo iungebatur audacibus.Tunc uero & omnis sacerdos omnesq; leuitæ sacra uasa proferētes: ornatūq; templi: citharistæ etiam & cantores cum musicis organis procedebant ante multitudinem: & obnixissime precabantur ut illum templi honorem custoditū esse uellēt:neq; ad direptionem uasorum sacrorū romanos contumeliis incitarent. Erat autem uidere:ipsos sacerdotū principes sparsis cinere capitibus & pectora diruptis uestibus nuda monstrantes nominatim singulos quosq; nobilium compellare:ac denuo in commune multitudinem precari:ne ob modicū peccatum patriam suam proderent his qui direptioni eius inhiarent.Quam enim utilitatem uel militibus esse de iudæorum salutatione tribuenda?uel illis quæ acciderant correptionem si in præsenti prodire cessassent.Ac contra si officiose susceperint solenniterq; uenientes auferri floro occasionem pugnæ:ipsos uera saluare patriam suam & ꝓuidere.Ne quid ultra quā pertulerant experiretur.His addunt quoniam paucis seditiosis si tanta multitudo iungatur quo magis ad pacificū cōsilium sua debuerint auctoritate transferre.Tali hortatu multitudinē inflectentes:etiam ipsos seditionis auctores:quosdam quidem minis: quosdam āt sui reuerentia mitigauerunt: ac deinceps præcedentes cum quiete omni populo sequente militibus obuiam prodierūt. Iamq; comminus factos salutauerunt.Illis autem nihil respondentibus seditiosi iudæorum aduersum Florum cuius hæc fierent consiliis succlamauerunt. Confestimq; milites cōprehendentes eos cædere fustibus adhorti sunt:atq; in fugam uersos persequentes equites proculcabant. Corruebant autem multi quidem cū a romanis cæderentur:plures autem cum se mutuo propellerent. In ipsis autem portis grauis facta est compressio:& unoquoq; alterum præuenire cupiente tardior fuga cunctis fiebat.Collabentium uero erat durus interitus.Suffocato enim atq; cōflato miseri disperibāt:& neq; ad sepulturam quisq; proximis suis cognoscēdus remanebant. irruebant autem pariter milites immoderate eos quos compræhendissent cædentes: & per ingressum quæ berethā uocatur detrudebant multitudinem transire cupientes:ut antoniam & templū obtinerent. Quos etiam florus cō secutus eduxit de regia eos qui secum erant:& in arcem transire nitebatur. Fruſtratus tunc é eius impetus.Conuersus quippe aduersum eos populus repugnauit: & per tecta euadentes obruebant saxis romanos. Qui cum superne sagittis uincerentur uenientibus:nec possent defendere multitudinem quæ per angustos arctabatur ingressus: ad reliquū se exercitum qui erat in regia recepe runt. Seditiosi autem uerentes ne superueniens denuo florus templū occuparet per antoniam ex templo ascendentes porticus ad templum per antoniam continentes interciderunt:quatenus auaritiam flori desperatione compescerēt. Nam cū diuinis inhiaret thesauris proq; hoc in antoniam transgredi niteretur:ubi intercisas porticus uidit:ab impetu conquieuit.Et conuocans sacerdotū principes:atq; curiam se quidem ait urbe digredi: præsidium tunc apud eos relinquere quantum ipi uoluissent:Ad hæc illis respondentibus nihil nouandū fore si unā tantū relinqueret apud eos cohortem.Dum tantum non illam quæ cum ciuibus pauloante conflixerat ob ea si quidem quæ pertulere populum illis militibus infensum: cohorte sicut præcabātur mutuata cum reliqua manu cæsariam regressus est.

Florus non cessans:iudæos apud Cestium accusat de defectione dirigitur tribunus neapolitanus ad hæc inuestiganda suscipit a iudæis benignissime:& cōquerunt de floro cognita in humanitate flori:uulgus uult legatos fieri ad neronem de crudelitate flori. Cap. XVI.

ALiud autem denuo pugnæ consilium cōminiscens rettulit ad cestium:& iudæos defectionis criminatus impudenti mendacio illos perpetrasse dicens quæcunq; eos pertulisse constabat.Nec sane principes hyerosolimoꝝ tacuerunt: sed & ipsi & beronice ad cælestium de his quæ iniq; in urbe egerat retulerunt.Ille autem susceptis litteris partis utriusq; quid facto opus esset cum principibus deliberabat. Et quibusdam quidem uidebatur cū exercitu in iudæam cæstium ire debere:& aut uindicare defectionem si fuisset admissa:aut magis fidos reddere iudæos:eorumq; accolas.Ipsi tamen magis placuit aliquem de suis præire:qui & negocia & consilia iudæorum possit ei fideliter nunciare. Direxit eo tribunum Neapolitanum qui ab alexandria reuertenti agrippæ circa iamniam occurrens:uel a quo fuisset directus uel ob quas causas indicat.Quo loci iudæorum etiam pontifices reliquiq; nobiles eorumq; curia adesse curauerant:ut regem circa scilicet officia nouarent. Postea uero quam congrua humanitate coluerūt conquesti sunt quam potuerunt flebiliter de calamitatibus propriis: & in humanitatem flori explicauerunt. Quam licet argueret agrippas tamen ut ducis auctoritati competebat inuentionem suam in iudæos transtulit: quoꝝ maxime miserabatur uolens scilicet frenare eorum motus:ut ꝑ hoc ipsum quod uiderentur nihil passi iniuriæ ab ultionis desinerent appetitu.Ad hæc ergo quicunq; egregii erant:& propter sua prædia desiderabant quietem:intelligebant regis redarguitionē

esse plenam benignitatis.Populus autem hyerosolimorum sexaginta stadiis obuis progressus officiose agrippam & neapolitanū suscepit.Lamentabātur tamen interfectos cōiuges mulieres:quarū plangoribus reliqus quoq; populus ad lamēta conuersus præcabatur agrippam ut genti consuleret.Succlamabant etiam neapolitano:ut ingrederetur urbem uideretq; quæ essent a floro gesta:& ita ostendebant forum quidem desertum domosq; uastatas. Deinceps uero per agrippam suasere neapolitano ut is cum uno tātum famulo usq; ad soloam totā circuiret ciuitatem: quatenus ipsis cognosceret oculis iudæos quidem omnibus aliis parere romanis: soli autē floro aduersari ꝑpter magnitudinem in eos crudelitatis. Ille igitur cum circuisset urbem & mansuetudinis populi sufficiens documētum teneret:ascendit in templum quo etiam multitudinem cōuocauit: & plurimis uerbis fidem eorum cum circa romanos collaudasset:multa etiam ad cōseruationem pacis hortatus adorauit eum eiusq; sancta in eo tamen cōsistens loco in quo licebat per religionem: sicq; regressus ad cestium est. Vulgus autem iudæoꝝ ad regem pontificesq; conuersus petebat: ut legati aduersum florum ad neronem mitterentur: neq; de tanta cæde tacentes suspitionē suæ defectionis præberent:uisuri quippe eos principes capiendorum armoꝝ fuisse nisi præuenientes ostendissent illum esse qui dedisset exordium constabat autē multitudinem nō esse quieturam si legationem aliquis impendisset.Ad hæc agrippa ordinari quidem legatos qui florum accusarēt inuidiosum putabat:despicere autē iudæos in bella commotos neq; sibi expedire cernebat.

Aduocat contionem iudæorum & cōstituit in suggestu beronicē germanam flori rex agrippa qui omnes hortatur iudæos ad quietem & patientiam dicens hæc non placere Cæsari:neq; eos posse romanis obsistere: qui toti orbi iam dominantur tandem acquiescit populus: uolensq; persuadere ut Floro obediunt.quousq; successor ueniat.accensa multitudo ex urbe pepulerunt: ipse in regnum discessit. Cap. XVII.

ADuocata igitur contione in xistum: & in suggestu cōstituens germanam suā beronicē masa modo eoꝝ domo ea siquidem xisto imminebat contra superiorem partē urbis. Nam xisto templū erat ponte coniunctum eiusmodi orationem habuit.Siquidem non uiderem uos omnes ad pugnam cū romanis esse concitatos.neq; populi puriorem sinceritatemq; pacem uelle seruare. Neq; processissem ad uos:neq; consulere confisus essem:supuacua quippe de utilibus oratio quando omnium habitatorum cōspirat ad deteriora consensus. Quomodo uero aliquos quidem ætas: maloꝝ belli nescios facit. Quosdam uero inconsiderata spes libertatis. nōnullos uero auaritia succendit & in cōfusione rerum capiendum de minoribus lucrum quemadmodum ipsi ab hoc errore corrigantur: & non per paucorum improba consilia etiam boni dispareāt existimau: oportere: ut omnibus uobis in unum coactis ea exponerem quæ arbitror expedire. Perstrepet autem nemo si non ea audierit quæ ipsius fert libido. His siquidem qui sunt ad defectionem irreuocabiliter incitati: licebit etiam post meos monitus manere in pristina uoluntate. Mea autem etiam ad illos qui audire cupiunt intercipietur oratio: nisi ab omnibus uobis silentium præbeatur. Noui quidem quam multi & iniurias procurantium prouincias & præconia libertatis quasi tragice prosequantur. Ego autem anteq; discutiam qui sitis & contra quos pugnam suscipere tentetis:primum seperabo causas quas connexas putatis.Si enim uiolatores uestros cupitis ulcisci:cur libertatem magna laude sustollitis?Si uero istud ipsum seruire intolerabile ducitis superflua est aduersum rectores querela.Et illis siquidem uel moderatissime agentibus:nihilominus turpe erit seruire. Considerate autem sigillatim & uidete quam exigua sit materia bellorum. Et primum quidem ipsa rectorum consideranda sunt crimina. Colere siquidem officiis non exasperare oportet iurgiis potestatem. Cum uero modicorum peccatorum exprobrationes maximas facitis:aduersum uos profecto eos quibus infertis contumelias irritatis. Relinquentes quippe & ꝙ ante claudio: & cū quadam uerecundia nocebant: palam uos confidenterq; populantur.Nihil āt ita plagas coercet:ut patientia & uiolatoꝝ quies quæ uigilantibus indicit pudorem.Fac autē eos qui a romanis in prouincias dirigant esse grauiter molestos.Non tamen etiā romani omnes uiolant uos:neq; ipse cæsar aduersum quē pugna uultis.Neq; enim ex præcepto illorum improbus ad uos quisq; uenit: neq; possunt illi quæ in oriente geruntur positi in occidēte conspicere. Sed neq; facile ea quæ hic fiunt:illic audiuntur. Est āt importunissimum & propter exiguas causas tantis:& ea de quibus querimur nescientibus uelle confligere.Et quidem nostroꝝ criminum cito erit futura correctio. Neq; enim unus idem prouinciæ semper curam tenebit & successores eius credibile est modestiores futuros. Motum āt semel bellum neq; deponere facile est absq; magnis calamitatibus neq; sustinere.Libertatis uero dona sitientibus prouidendum atq; certandum est:ut principio non ea careant.Molesta enim est nouitas seruitutis quā ne utiq; subeas iustum suscipi certamen uidetur.Qui uero semel subiectus est & deinceps deficit cōtumax magis seruus quā amator libertatis ostenditur. Tunc igitur oportuit oia agere ne susciperent romani cū in ꝓuinciā.Pompeius intraret.Maiores uero uestri eorūq; reges pecunia corporibus animis multo uobis meliores exiguæ parti uirtutis Romanæ obsistere nequiuerunt.Vos autem qui hæreditariam obedientiam suscepistis rebus autem omnibus ab illis qui primi paruere quam longis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

sime inferiores estis:contra omne romanum regnum obsistere arbitramini? Et athenienses quidē qui ob græcorum libertatem patriam suam quondam ignibus tradidere: qui superbissimum illū Xerxē per terram nauigantem:per mare uero ambulantem & cuius classem non caperet amplitudo pelagi latiorem autem Europa duceret exercitum.hunc inq̄ cum una naue fugientem gloriosissime persecuti sunt.Circa paruam autem salaminam qui tantas opes asiæ confregere: nūc tamē seruiunt romanis:& illam regiā græciæ ciuitatē administrāt italiæ iussiones. Lacedemonii quoq; post thermopylas & plateas & Agesilaum asiam perscrutatum eosdem dominos uenerantur. Macedones uero qui adhuc pœne libertatem imaginantur philippum uidere cū alexandro promittentem sibi orbis imperium:ferunt tamen rerum mutationem & adorāt eos ad quos fortuna migrauit.Aliæ quoq; multæ gentes ad libertatem fiducia subnixæ: & multo maiores cesserunt tamen & obediunt. Vos autem soli seruire dedignamini his quibus uideatis uniuersa esse subiecta? Cui militiæ? quibus confiditis armis? Vbi classis uestra quæ peruagetur romanorum maria? Vbi autē qui expensis possunt sufficere thesauri? Contra ægyptios forte aut arabas existimatis uos bellum mouere? Non circūspicitis romanorum imperium? Non metimini uestram imbecillitatē? Nonne scitis uestram ciuitatem a conterminis gentibus frequenter esse superatam? Illorum autem uirtus per totum orbem inuicta percurrit:immo etiam hoc orbe plus aliquid quæsierūt. Neq; enim sufficit eis ad orientem quidem totus euphrates : ad septentrionem uero Isterneq; meridietenus solitudine lybia perscrutata:neq; in occidente gadira:sed ultra oceanum alium quæsierunt orbē. Vsq; ad britannias inaccessas prius arma & exercitum transtulerunt . Quid ergo? Vos ne ditiores gallis:fortiores germanis: prudentiores græcis? Postremo plures estis omnibus in toto orbe degentibus? Quæ uos fiducia aduersum romanos erigit? Sed dicit aliquis seruire molestissimum est. Ac quanto magis id græcis:qui uniuersis sub sole habitantibus uidebantur præstare nobilitate: & tā latam quondam prouinciam possidentes:tunc bis ternis fascibus romanorum obediunt.Paribus autem macedones obsequuntur: qui certe multo uobis iustius deberent libertatem tueri . Quid autem quingentæ asiæ ciuitates? Nunquid non absq; ullo præsidio uni tantummodo rectori parēt? & fascibus consulis obsequuntur.Quid autem pergam enumerare heniochos: & colchos: & taurorum gentem:bosphoranos quoq; & habitantes circa ponti litora: nationes meoticasq; gentes? Apud quas nimirum olim neq; domesticus aliquis dominus noscebatur.Nunc uero militum subiiciuntur tantum tribus milibus:& quadraginta naues longæ innauigabile prius mare in pace custodiunt. Quanta bithynia & capadocia & pamphyliorum gens lydi quoq; & cilices pro libertate dicere ualerent.Tamen nunc sine armis tributa pendunt. Quid autem thraces quinq; quidē diebus in latum:septem autem in longum commeabilem prouinciam possidētes asperioreq; multo quam uestra est : ac multis partibus fortiorem altissimoq; gelu eos qui irruerint retardantem duobus milibus romanorum in præsidio manentibus obsequuntur . Post hos illyrii usq; ad dalmatiam:& istrio tenus incolentes duabus tantum legionibus obediunt:cum quibus & ipsi impetus compescunt dacorum . Ipsi quoq; dalmatiæ qui tam multa de libertate conati sunt sæpiusq; capti:rursum cum maioribus opibus rebellarunt.Nunc sub una romanorum legione agunt quietem. Verumtamen si aliquos magnæ causæ ad defectionem incitare deberent : gallos potissimū oporteret assurgere:quos uidelicet tantis munimentis natura cinxisset . Ab oriētali quippe plaga alpium montibus a septentrionali rheno flumine: a meridie pyreneis montibus ab occidente uero occeano.Sed tali munitione gaudentes trecentis &.xxv. gentibus numero si fontes autem: ut ita dixerim:fœlicitatis domestice habētes: omnibusq; bonis totū pœne orbem irrigantes ferunt: nihilominus uectigales esse romanorum:ac fœlicitatem suam in eoꝝ fœlicitate reponere.Idq; sine ipsum:non per animorum mollitiem: nec propter ignobilitatem parentum quippe octoginta annos pro libertate pugnauerunt:sed romanorum admirati sunt: horrueruntq; cum uirtute fortunam:qua illi plura sæpe obtinuere quam bellis.Deniq; sub mille &.cc.militibus seruiunt:qbus pœne plures habuerant ciuitates.Neq; iberis nascens in agris aurum ad gerēda pro libertate bella sufficit.Neq; tantum terrarum marisq; spacia.Romanis diremptæ gentes luscitani: scilicet & a cantabrorum armenia:nec uicinus occeanus:etiam accolis suis fragore terribilis satis fuit uincentibus romanis:sed ultra columnas herculis protulerunt arma:& ipsas nubes pyreneorum montium egressi uertices ditioni suæ subdiderunt romani atq; ita pugnacibus gentibus tantoq; ut præ dixi:spatio diremptis legio in præsidio una satis est . Quis uestrum nō audiuit multitudinem germanorum uirtutem quoq; & magnitudines corporum ut arbitror sæpe uidistis . Siquidem ubiq; romani earum gentium captiuos habent.Sed illi quidem ita ingentem spatiis regionem incolentes spiritus autem maiores corporibus gerentes & animam quidem contemtricem mortis : indignationes autem uehementiores ferisnunc autem limitem rhenum habent:& octo romanorum legionibus domantur: & seruiunt quidem qui capti sunt:reliqua autem uexꝝ gens uniuersa salutē in fuga non in armis reponit. Considerate etiam britānorum muros qui Hyerosolimorum cōfiditis muris.Illos siquidem circundatos occeano:& pœne non minorem quam noster orbis est habitantes romani nauigantes redegerūt inditionem suam : quatuorq; legiones tātæ magnitudinis

insulam tuentur.& quid opus est plura dicere? cum etiam parti bellicosissimum genus tantis prius populis imperantes & tam magnis opibus circundati obsides tamen mittunt romanis:estq; certe sub spē pacis seruientem in italia præcipuam orientis libertatem. Vniuersis quippe qui sub sole incolunt romanorum arma uenerantibus uos soli bellum geretis? Neq; carthaginensium cōsiderabitis finem:qui magno illo Hannibile gloriantes & ex nobilitate phœnicum stirpe uenientes tamen sub Scipionis dextera corruerunt.Sed neq; cirenæi lacedemone oriundi:neq; marmaridarum genus usq; ad dipsadē protentum neq; terribilis etiam audiētibus syrtes:Nasamones quoq; & mari & innumerabilis multitudo nomadum uirtutes impediere romanos. Sed tertiam partem orbis terrarum:cuius neq; numerare quidem natiōes facile est quæ.sab atlantico mari & co Iumnis Herculis usq; ad rubrum mare infinitos numero & locis æthiopes continet: totam tamē susceperunt armis & præter fruges annuas quibus romanam multitudinē octo mensibus pascūt alia quoq; uectigalia pendunt.Expensas quoq; deuotissimi imperio ministrant. Nihil de his quæ iubentur:sicut uos contumeliosum putantes . Equidem una cum illis tātum legio commoratur. Sed quid opus est longe petitis exemplis potentiam explicare romanam? Quom eam possitis de uicina uobis ægypto diligēter inspicere.Hæc enim cum usq; ad æthiopas porrigatur: opulentāq; arabiam:contigua quoq; sit in die quinquaginta & septingenta centena millia incolarum habens præter alexandrinorum plebem tamen uectigalia quorum magnitudinem decensu singulorum capitum æstimari licet deuotissime penditans:romanum nō dedignatur imperium. Et certe quā magnum stimulum defectionis habens:Alexandriā scilicet multitudine & diuitiis abundantem: magnitudine quoq; non imparem. Habet siquidem in longitudine stadia.xxx.in latitudine uero non minus quam decem:tributorum uero multo amplius per menses singulos infert: quam uos toto anno penditis:& præter pecuniam.iiii.mēsium romanæ plebi annonam ministrat.Munitur autem undiq;:aut incommeabili solitudine aut importuoso mari:aut fluminibus aut siluosus paludibus:quorum tamen omnium nihil romana fortuna fortius fuit. Duæ etiam legiones ciuitati insidentes profundam ægyptum cum illa macedonum nobilitate frenant. Quos igitur in bella de solitudinibus aliquibus socios assumetis? Siquidem omnes qui in orbe habitabili degūt romani sunt.nisi forte quis uestrum spes suas ultra Euphratē porriget: & Adiabenorum regionem gentiles suos æstimet adiutores . Porro nec illi propter irrationabilem causam tanto se bello implicabunt:nec si tam probroso operi assensum dabunt parthus tamen sineret. Est siquidem ei cura tuendæ cum Romanis amiciciæ & arbitrabitur fœdus esse temeratum si quis de his qui subiecti sunt eius imperio aduersum romanos in bello procedat.Super est ad diuinum confugiatur auxilium.Verum & hoc apud Romanos.Sine deo quippe impossibile esset imperium tale consistere.Considerate autem quemadmodum hæc ipsa erga ipsam religionem immoderatio:etiam si cū longe inferioribus bellum geratis:tamen ad dispensandum sit uobis difficillima atq; eadem trāsgrediendo offendatis deum:per quæ eum auxiliaturum putatis.Si enim seruetis sabbatorum consuetudinem:& ad nullum actum moueamini facile ꝓfecto capiemini . Sic quippe etiam maiores uestri experti sunt hos dies Pompeio ad bellum destinante in quibus scilicet hi qui oppugnabantur otio gerebant.Transgredientes autem in bello legem patriam nescio propter quid in reliquū dimicetis.Vna siquidem nunc uobis intentio est:ne quid de patria institutione soluatur.Quemadmodum autem aduocabitis ad adiutorium deum si cultū indebitum sponte uioletis? Assūmūt autem singuli quiq; bellum uel diuinæ uirtuti:uel humanis opibus cōfidentes. Cum uero utraq; hæc quantum ad ipsam pertinet consequentiam deserūtur:in manifestam utiq; captiuitatem uolentes pugnare profiliūt.Quid autem prohibet propriis manibus filios uestros coniugesq; laniare:& pulcherrimam inflammare patriam.Erumpētes siquidem in furorem lucrabimini uel ignominiam superatorum . bonum est o amice bonum est:cum adhuc stat nauis in portu præcauere tempestatem futuram:& non eo tempore quo in medias irrueris procellas nequiq̄ trepidare.His siquidem qui in improuisa mala inciderint supereſt:ut nō indigni uel miseratione uideantur:qui uero se in apertum discrimen iniecerint etiam exprobrationibus onerentur : nisi forte aliquis uestrum æstimet secundum peccata conflictum ire:romanos autem postq̄ uicerint mediocriter uobiscum acturos:& non in exemplo aliarum gentium sacram hanc urbem inflammaturos: interfecturos aūt uniuersum uestrum.Neq; enim qui superfueritis armis usq̄ locum fugæ habebitis: uniuersis.s.gentibus:uel iam habentibus romanos dominos:uel habere metuentibus. Periculum autem non solū in uos manebit:sed etiam in reliquis ciuitatibus habitantes iudæos. Neq; enim est in toto orbe populus in quo non uestra portio sit:quos certe omnes uobis rebellātibus cæde crudelissima diuersi quiq; conficient:& propter paucoꝝ uirorum praua consilia: uniuersæ urbes iudaico sanguine redundabunt.Manet aūt uenia eos qui talia patrauerunt:q; sint nimiꝝ uestro uitio congregati. Si uero eadē exequi supsederint considerate quā impiū sit aduersum tā benignos arma mouisse.Subeat aūt uos miseratio:& si non filioꝝ uestroꝝ atq; coniugū saltem istius ciuitatis:quæ mater urbiū uestræ regionis uocat.Parcite mœnibus sacris:parcite uenerabilibus adytis:templumq; uobis & sancta sanctoꝝ seruare.Neq; enim ultra uictores romani his abstinebunt

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quibus primo parcentes nullam receperunt gratiam. Proteſtor autem ego quidem ſancta ueſtra ſacroſq; angelos dei patriamq; communem quando nihil eorum conſiliorum quæ uobis uiderim expedire ſubtraxerim uos autem decernentes: quæ oportet mecum in pace degetis. Si uero protuleritis iras abſq; me periculis ſubdemini. His dictis aſtáte etiam ſorore lachrymauit: & multam partem de eorum impetu lachrymis infregit. Succlamabant autem non ſe aduerſum romanos: ſed aduerſum Florum ob ea quæ pertuliſſent pugnam gerere. Ad quos rex agrippa. Sed opera ueſtra inquit talia ſunt qualia aduerſum romanos pugnantium. Neq; enim Cæſari uectigal diſtis: & antonianas porticus incendiſtis. Sopietis autem cauſam defectionis. Si & porticus denuo cõſtruatis & tributa reddere maturetis. Neq; enim Flori hoc præſidium eſt autem pecuniam floro dabitis. His conſultis populus acquieuit: & cum rege ac Bernice aſcendẽtes in templum porticus ædificare adorti ſunt. Per uicos & regiones principes decurioneſq; diſperſi uectigal colligebant: celeriterq; quadraginta talenta. tantum enim erat reliquum. redacta ſunt. Et belli quidẽ imminentes minas eo tunc tempore agrippas compeſcuit. Deinceps uero perſuadere populo tentabat: ut parerent floro: donec ſucceſſor ei a Cæſare mitteretur. Ad quam orationẽ multitudo accẽſa nec a uerborum in rege contumeliis temperauit: ſed protinus cum urbe pepulerũt: auſiq; ſunt nonnulli ſeditioſorum etiam ſaxa in eum iacere. Rex autem uidens tumultuantium irreuocabilem impetum & conquerentem q; contumeliis eſſet affectus. Princeps quidem eorum una cum aliis potentibus miſit ad florum cæſariam: ut ipſe ex eis eligeret qui de tota regione uectigal exigerent. Ipſe uero diſceſſit in regnum.

Quidam eo tpe inſurgunt & romanos oẽs interficiunt Eleazarus dux militum prohibet romanos hoſtias imolare: Nobiles quidá hortantur ne id fiat: ad Flor̃ deſtinant̃ legati & ad Agrippam ut cum exercitu aſcenderent in ciuitatem: diuiditur ciuitas in duas partes: quidam nobiliũ & pontificum confugerunt: quidam in cloacis latuerunt. Cap. XVIII.

PEr idem tempus quidam eorum qui bellum maxime mouebant congregati irruebãt in quoddam præſidium: quod uocabatur Maſada: & occulte eo perſuaſo: romanos omnes interfecerunt. Alios autem de ſuis poſuerunt cuſtodes. In templo quoq; hyeroſolimorum Eleazarus quidam filius Ananiæ pontificis iuuenis audaciſſimus dux illo tempore militum perſuaſit his qui ſacrificiis miniſtrabant: ut nullius munus aut hoſtia qui non eſſet de iudæorum gente ſuſciperetur. Id autem erat romani belli ſemen atq; materia. Reiecit ſiquidem hoſtias Cæſaris quæ pro romano populo offerri ſolitæ erant: Plurimum autem ſuper hoc pontificibus aliiſq; nobilibus deprecatis ut nõ præterirent eum morem quo ſupplicabatur pro regibus. Nihil tamen acquieuerunt non parum quidem & ſuæ multitudini conſidentes: robur ſiquidem omne res nouare cupientium eorum uoluntates iuuabat: maxime autem aſpiciebant ad Eleazarum: qui per idem tempus ut dixi: princeps erat. Conuenientes igitur potentes quiq; cum pontificibus & phariſeorum nobiliſſimis: & uidentes q̃ grauibus malis pergerent ſubiicere ciuitatem: decreuerunt ſeditioſorum animos experiri: & ante portam quæ ærea uocatur contionem aduocantes: erat autem in interiori parte templi poſita quæ reſpicit ad ſolis exortum: ac primo quidem multa de temeraria eorum defectione cõqueſti: & q; tam breuiter bellum patriæ commouerent. Deinceps irrationabilitatem cauſæ ipſius arguebant dicentes: maiores quidem eorum ornaſſe templum ex magna parte de muneribus gentium: ſemperq; eorum qui ſortis eſſent populorum munera ſuſcepiſſe: & non ſolum prohibuiſſe aliquorum hoſtias id ſiquidem eſſe impiiſſimum: ſed etiam eas qui uiſerentur permanerent quæ ad præſens uſq; tempus oblationes eorũ in templi cultibus collocaſſe. At nunc eos qui romana arma irritarent: & deſponderent eorum bella nouum ſtatuere morem religionis atq; tunc in periculis etiam ream facere ciuitatẽ impietatis: uideri ſiquidem ea ſit in qua præter ſolos iudæos nullus alter immolet externus. Neq; ad orandum linatur accedere. Et ſiquidem circa unius alicuius priuati perſonam lex ferretur eiuſmodi poſſit nimirum iure nos inhumanitatis arguere. Nunc autem deſpiciuntur romani: & iudicatur Cæſar prophanus. Vnde uerendũ eſt: ne qui immolandas pro illis hoſtias repellunt ipſi in reliquum etiam pro ſe ſacrificia prohibeantur offerre. Fiatq; uere extra principatum ciuitas niſi celerius reſipiſcentes reddiderint hoſtias: ac priuſq̃ ad eos in quorum contumelia idem tentatũ eſt huius auſus fama perueniat. ſimul autem iſta dicentes producebãt in medio ſcientiſſimos morum paterno & ſacerdotes quoſq; narraturos quomodo omnes eorum maiores exterarum gentium ſemper ſacrificia ſuſcepiſſent. Attendebat autem nemo res nouare cupientium his quæ dicebantur: ſed neq; procedebant in medio altaris miniſtri ut belli materiam præpararent. Videntes igitur nobiles quiq; ſeditionem eo iam proceſſiſſe: ut eorum non poſſit auctoritate compeſci: & romanorum armorum periculum ſe primos eſſe manſuros inquantũ poterant conſulentes amoliri cauſas parabant & legatos quidem ad florum miſerunt quorum erat princeps filius ethei Symonialios aũt ad agrippã: inter quos nobiliſſimi ſtilus & antippas & coſtobarus erant qui etiam regẽ propinquitate tangebant. Precabant̃ aũt utrúq; ut cum exercitu aſcenderent in ciuitatem & ſeditionem opprimerẽt priuſq̃ ea intolerabilis fieret. Et floro quidem malum iſtud quaſi bonus

nuntius fuit uolenſq; inflámare bellum nihil reſpondit legatis. Agrippas autem pariter utriuſq; parcens. ſ. deficientibus uelis aduerſum quos bellum mouebatur: uolenſq; & romanis conſeruare iudæos: & iudæis templum atq; patriam ad hæc autem nec ſibi conducere talem conturbationẽ ſciẽs miſit in auxilium equites duo milia. Cum his autem erat præfectus equitum darius: dux uero agminis iachimus Philippi. His uero uenientibus optimates quiq; cum pontificibus: & omni multitudine quæ optabat quietem ſuperiorem occupabant ciuitatem inferiorem ſiquidem & tẽplum ſeditioſo & manus tenebat. Miſſilibus igitur & fundis indeſinentibus utebantur & continuo erat emiſſio ſagittarum ex utraq;. ſ. parte. Erat autem quando ex inſidiis procurrentes comminus dimicabant. Præſtabant autem audacia quidem ſeditioſi: belli uero ſcientia regii pollebãt. Et his quidem erat propoſitum maxime templum obtinere: prophanatoreſq; eius expellere. Seditioſis uero qui cum Eleazaro agebant ut præter ea quæ obtinebant etiam ſuperiorem inuaderent urbem. Per ſeptem igitur dies grauis utriuſq; partis cædes fiebat: & neutri de eo loco quem tenuerant depellabantur. Deinceps uero aduẽiente ea feſtiuitate quæ ex illo phorias dicitur: in qua mos eſt omnibus grandem lignorum materiam cõuehere ad templum: quatenus nunq̃ ignis deficiat eſca: ſemper enim inextinguibilis perſeuerat: quoſdam quidem cura religionis excluſit. inter infirmiorem autem uulgum multi irrumpentes. Sicariorum ſic enim uocãt latrones gladios in finibus gerentes audaciſſime utebantur opere quod adorti erant. Regum aũté audacia & multitudine uincebantur. Ita ſuperiore ciuitate ceſſerunt: cum iſti protinus irruentes Ananiæ pontificis domum: & Agrippæ ac Bernices palatium inflammauerunt. Poſtq̃ ignem archiuo intulerũt uolentes omnia creditorum documenta diſperdere: nec etiam unde ratio creditæ pecuniæ pateret atq; omnis ad eos debitorum ſẽ iungeret multitudo: & aduerſum locupletes quaſi metu liberatis haberent inſurgendi liberam facultatem. Fugientibus ergo chartarum publicarum cuſtodibus ignem ædibus iniecerunt: atq; ita ſuccenſis ciuitatis neruis hoſtibus irruebãt. Quo loco pontificum atq; nobilium quidam in cloacis quidam latuerunt: quidam uero cum regiis in ſuperiorem regiam confugerunt: portas celeriter obſtruentes. Inter quos Ananias pontifex: & Ezechias frater eius erant: & illi quos apud Agrippam uſos legatione diximus. Tunc ergo uictoria quidem & inflammatione contenti ceſſauerunt.

Quintadecima die menſis auguſti fit ipetus in amoniam & oẽs obſeſſos in eo p̃ſidio capiunt: poſt regẽ accedũt exurunt turres: p̃cantur manaimũ ut liceat auſugere q̃bus cõcediť relictis ſolum romanis intus: q confugiũt in turres regias: illi uero qui cũ manaimo erant: irruentes illa loca diripientes ſtrato pedum incenderunt. Cap. XIX.

POſtridie autem. xv. ſcilicet die auguſti menſis fecerunt impetum in antoniam: & omnes in eo præſidio agentes per biduum obſeſſos cæperunt atq; interfecerunt: præſidiumq; incenderẽt. Poſtea uero tranſierunt in regiam ad quam confugere Agrippæ milites: & in. iiii. partes agmen ſuo diuidentes muros moliebantur. Eorum uero qui intus erant erumpere nullus audebat propter multitudinem oppugnantium. Diſtribuit autem propugnacula: & turres ſubeuntes interficiebant: & frequenter quidem latrones ſub muris cadebant. Nec die autem conflictus: nec nocte ceſſabat: ſeditioſis uidelicet æſtimantibus in deſperationem cogi eos qui in præſidio erant propter inopiam uictus: regiis uero credentibus oppugnatores ſuos ceſſuros labori. In his autem erat Manaimus unus de filiis iudæ galileæ callidiſſimus rhetor qui etiam quondam ſub Cyrino exprobrauerat iudæis: quoniam poſt deum ſubiicerentur romanis. Is ergo aſſumptis quibuſdam nobilium perrexit in Maſada ubi armamẽtarium Herodis erat. Eoq; perrapto populares alioſq; latrones diligenter armauit. Hiſq; utens ſtipatoribus ueluti rex Hyeroſolimam reuertitur factuſq; princeps ſeditionis oppugnationem diſponebat. Machinamẽtorum autem inopia erat: & nec poterat palam ſuffodere muros: ſuperne hoſtibus tela iacẽtibus. Funiculum igitur longe ceptum ſub una turrim agentes ſuſpenderunt cum materiæ ſubiecta ac poſtea in ſuſtinentia ligna ignem immittens agreſſi ſunt. Sicq; ſubiicibus exuſtis turris quidem ex templo emota eſt. Alter autem murus intus ædificatus apperuit. Regii quippe molitiones eorum præſentientes fore etiam de concuſſione turris: alium ſibi murum cælerius ædificauerunt. Inter hoc autem hi quidem qui oppugnabant & ſtatim ſe uictores credebant cum uidiſſent alis murum ſtupore defecti ſunt: regii tamen ad Manaimum alioſq; ſeditionis principes mittebant: precantes ut eis deſcendere liceret: idem regiis eiuſq; reliquis. Quod cum Manaimus annuiſſet protinus diſceſſerunt. Romanos autem qui ſoli relicti erant grandis autem occupauit defectus. Neq; enim ui contra tantam multitudinem pares erant; & precari ut exire liceret ignominiam uindicabant: quamq̃ & ſi tribueretur nequaq̃ tutum putabant. Derelinquentes igitur inferiorem locum qui Straato pedon uocabatur quippe quaſi capi faciles in turres regias confugerunt: quarum una appellabatur Hippicos: alia Phaſelus: tertia Mariannes. Hi uero qui cũ Manaimo erant protinus irruentes ea loca de quibus milites fugerant ſi quos eorum compræhenderunt trucidantes omnem reliquum apparatum diripientes Strato pedum incenderũt. Hæc igitur acta ſunt ſexto die menſis ſeptembris.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

Capitur Ananias pontifex & cũ fratre Ezechia occidit & insurgunt qdam contra Manaimũ: tollentes eũ regem:interficit sophista a populo:interficit manaimus: p romanos ẽt multi ex iudæis occidunt:ita ut cæsaria uacuata iudæis remaneat. Cap. XX.

SEquenti autem die pontifex Ananias circa Euripos regiæ domui latẽs capitur:& a latronibus interficitur cũm Ezechia fratre. Circũsedentes autem turres seditiosi custodiebãt ne quis militum posset effugere. Manaimum autem & munitorum locorum destructio & pontificis Ananiæ mors in crudelitatem erexit:& neminem parem sibi in negociis arbitrans intolerabilis erat tyrannus. Insurrexerunt autem duo de sociis eleazari & mutuo collocuti: quia non deceret a romanis desiderio libertatis recedentes eandem populari suo prodere:dominumq; ferre:& si non uiolentum:tamen seipsis humiliorem. Nam si oporteat cunctis aliquem præesse:quẽuis magis alium quam illum deceret. Atq; ita pacti adoriũtur eum in templo. Soborus enim adoraturus accesserat regali habitu indutus:& studiosos sui in armis habebat. Cum igitur hi qui circa Eleazarum erant in illum prosiluissent: reliqus uero populus rapiens saxa interfecit sophistam:æstimantes quo modo illo peremptο tota seditio soluetur. Paululum autem stipatores manaimi resistentes postq; uiderunt totam aduersum se multitudinem irruere quiq; quo potuit diffugere & cædes quidem eorum qui compræhensi sunt:perscrutatio autem latentium sequebatur:pauciq; ex eis latentes in Masadá perfugerunt. cum quibus & Eleazarus filius Arri propinquus genere manaimo. Qui postea etiam i masadá tyrannidem egit. Ipsum autem Manaimum cum confugisset in locum qui athlans uocatur:atq; illic humiliter delitescret capientes extraxerunt in publicum:multisq; suppliciis affligentes interfecerunt. Simili ter autem sub eo agentes principes præcipuumq; tyrannidis adiutorem eius absalomõ nomine. Et populus quidem sicut dixi in his adiutor fuit:suspicans aliquam totius sedition s correctionẽ futuram. Hi uero non ad comprimẽdam pugnam: sed ut cum maiori licẽtia bellum agerent interfecerũt manaimum. Deniq; cum populus multum precaretur ut oppugnationem militum relaxarent uehementius insistebant donec ulterius resistere non ualentes:inutilius. s. Hic enim erat romanorum præfectus:& reliqui mittunt ad Eleazarum dicẽtes:ut solas eorum pacisceretur animas:arma autem & reliqua quæ haberent ipsis tradentibus sumerent. Qui precationem illico rapientes remittũt ad eos Curionem nitodemi filium & Ananiam seduci:& iudam ionathæ:sed eis dextras & sacramẽtum daturos. Quibus actis deducebat milites inutilius:sed quãdiu romani arma retinebant nemo aduersus eos seditiosorum fraudis aliquid molitus est. Postea uero quam secundum pactiones omnes scuta gladiosq; posuerunt neq; quicq; ulterius suspicantes descenderũt facto in eos impetu stipatores Eleazari compræhensos trucidabant: neq; resistentes neq; supplicantes:solas autem pactiones & iuramenta quæ dederant inclamantes. Et hi quidem ita crudeliter interfecti sunt præter inutilium. Hunc enim deprecantem & usq; ad circũcisionem iudaizare se promittentem tantummodo seruauerunt. Detrimentum autem romanis quidem erat leue de potentia siquidem amplissima pauci fuerunt interempti:iudæorum autem captiuitatis illud exitium probatur. Videntes aũt graues iam stare causas bellorũ: urbem tamen tali facinore fuisse repressam: ex quo nimirum diuina idignatio imminebat etiam si a romanis nulla ultio timeretur. Lugebant publice & iustitia ciuitatis p̃mebatur unusquisq; autem mediocrium quasi pro seditiosis causas redditurus turbabatur. Siquidẽ sabbato illam cædem cõtigerat perpetrari in quo. s. die propter religionem a sanctis quoq; operibus agunt quietem. Eodem aũt die eademq; hora quasi ex aliqua cælesti prouidentia cæsarienses quoq; iudæos apud se habitantes trucidauerunt: ita ut uno tempore super. xx. milia hominum cæderẽtur:& cunctis iudæis uacuata cæsarea remaneret. nam & eos qui effugerant compræhendens florus uinctos in arenam deduxit.

Iudæi diuisi uicos & loca alia inflammauerunt:immensa cædes fit ex iudæis & aliis: Ciuitates oẽs plene cadaueribus scythopolite tũ iudæis dimicant:clam tamen nocte dormientes tertia:eos inuadunt. xiii. milia interficiunt ex iudæis & eorũ substantiã diripiunt. Cap. XXI.

POst cæsariensium uero plagam tota gens efferata est. Diuisiq; iudæi syrorum uicos eisq; continentes rurales protinus uastauerunt: idem Philadelphiam & Gebdeonitẽ & Gerasam & Pellam & Scythopolim. Deinceps uero irruerunt in Gadara & Ioppem & Gauarnitidẽ. Et alia quidem subruentes loca:alia uero inflammantes etiã in Cadasam tyriorum & Ptholomaidam:Gabam quoq; Cæsariamq; tendebant. Obstitit autem eorum incursui: neq; Sebaste: neq; Ascalon: sed quoq; inflammatis Anthedona & Gazaram euerterunt. Multa autem circa fines harum ciuitatum diripiebantur: uici scilicet & agri eorum qui capiebantur uirorum immensa cædes fiebat: neq; tamen syrii minorem numero multitudinem de iudæorum uastabant: sed etiam eos qui in ciuitatibus erant compræhensos dispersedebant: non solum ob uetus odium: sed ut:& discrimen imminens præuenirent. Grauis ergo conturbatio totam syriam peruaserat:& omnis ciuitas i binos diuidebatur exercitus:unaq; alterutris salus erat:si anticipassent alteros cædes faciendo. & dies quidem ducebãtur in sanguine. noctes autem molestiores formido faciebat. nam licet uiderentur ámoliri iudæos: tamen etiã de aliis gentibus

iudaizantes cogebantur haberi suspectos:& per hoc ipsum quod in eis uidebatur ambiguũ: neq; temere eos placebat interfici & rursus per ipsam religionis commixtionem quasi pœnitus externos timebant:prouocabant autem ad cædes aduersorum etiam illos qui prius fuerant mansueti auaritia. quidem substantias cæsorum passi diripiebant & quasi uictores eorum prædam trucidauerunt in domos alias transferebãt. Glorioſior autem erat qui plura collegisset: quasi scilicet plures uirtute superasset. Erat autem cernere ciuitates plenas cadaueribus insepultis & inhũatos passim iacere cum paruulis senes. fœminas autem neq; uerecundia contectas: & omnis quidem prouincia plena erat inenarrabilium calamitatũ maior aũt his metus audendorum malorũ ipsis quæ acta erãt facinoribus imminebat:& hactenus quidẽ iudæis aduersum alienigenas conflictus erat. Incurrentes aũt in scythopoleos fines etiam iudæos:qui illic habitabant:experti sunt hostes. Hi enim cum scythopolitis conspirassent:& consanguinitatem utilitati propriæ postponentes aduersum iudæos cum gentilibus dimicabant:suspecta tamẽ eorum ipsa belli fuit auiditas. Deniq; scythopolitæ ueriti ne ciuitatem noctu adurerent:& magna sua calamitate ciuibus excusarent defectionem. Dixerunt eis:ut si uelint in eos firmare consensum & circa alienigenas ostẽdere fidem: transirent cum omnibus famulis suis in proximæ locum paludis. Quibus quæ fuerant iussa sine suspitione facientibus diebus quidem secutis duobus quieuerũt scythopolitæ. Tertia uero nocte explorantes alios incautos alios uero dormientes inuadunt: subitoq; omnes interfecerũt qui fuerunt. xiii. milia. Postq; eorum substantiam cunctam diripuerunt.

Circũfusis scythopolitis a iudæis Symon quidam qui multos ex iudæis quottidie truncauerat educens gladium nullum hostium interfecit & patrem & matrem & filios & uxorem interfecit p̃dignatõe:ne hostiũ qs gloriaret:& seip̃m:cædes maxima fit in scythopoli urbes & populi cũ uicini iudæos oẽs interficiũt:multæ ciuitates aliæ pepercerunt eis miseratiõe mote. Cap. XXII.

DIgnum autem etiam uidetur Symonis interitum enarrare. Hic enim sauli cuiusdã nõ ignobilis uiri filius erat. Fortitudine quoq; corporis & audacia animi insignissimus:quibus utriq; ad incommoda suæ gentis abusus multos siquidem iudæorum appropinquantes scythopolim quottidie obtruncabat:& frequenter integros cuneos fudit fugauit:ita ut totius aciei mora & momentum solus existeret. Compræhendit aũt eum digna ciuili interfectione pœna. Nam cum scythopolitæ circunfusi essent iudæis: & in paludem præcipites agerent educens Symon gladium in nullum quidem hostium impetum fecit. Nihil se quidem in tanta multitudine promoturum uidebat. Exclamans autem miserabiliter digna inqt scythopolitane his quæ gessi patior:quippe qui tam multa cæde ciuium meorum benignitati erga uos nostræ fidei feci. Dignæ enim nobis extera gens infida est:qui in nostrum genus tanta impietate delinquimus. Morior ergo quasi prophanus propriis manibus: neq; enim dignum est hostibus subiacere. Iste autem ipse finis:& mihi sceleris digna pœna: & aut uirtutis ydoneum decus erit:ut nemo. s. hostium de meo interitu glorietur:neq; insulter cadenti. Hæc dicens miserãtibus simul ac furentibus oculis circũspicit omnem familiam suam. Erant autem & uxor & filii & proiecti in senectutem parentes. Ille qdem patrem trahens cæsarea & cũ superstans ense penetrauit post quem non sane inuitã matrem interfecit. Super hos ãt coniugi & filiis intulit ferrũ singulis sane horæ pœne currentibus gladio & hostes p̃uenire cupientibus. Cum uero oẽm suam necessitudinem trucidasset cæsis superstans extendit dexterã:ut neminem posset latere: & totũ in uiscera sua ensem demersit. Dignus quidẽ miseratione iuuenis propter robur corporis atq; animi firmitatem. Cæterum quantũ ad fidem quam alienigenis præstitit digno fine cõsumptus. Ad cædẽ aũt quæ in scythopoli facta est:reliquæ quoq; urbes iudæis apud se habitantibus irruebãt:& duo milia quingentos ascalonite:ptholomais aũt duo milia interfecit. Vinxerunt quoq; non paucos Tyrii:multos quidem trucidauerunt:plures autem uinctos custodibus tradidere. Hippinei quoq; & Gaddiri similiter audacissimos quidem amoliebantur: terribiles autem sollicite obseruabant. Reliquæ quoq; urbes aduersum iudæos singulæ:& put habebant uel timore uel odio mouebantur:soli aũt antiochini & sidonii & apamei suis cohabitatoribus pepercerunt: & neq; interfecere quemq; iudæorum neq; uinculis tradiderunt. Forte autem & propter multitudinem suam desperarunt:eorum si qui motus fuissent: mihi autem uidẽtur magis erga eos miseratione moti quos utiq; nihil moliri uidebant. Gerraseni autem neq; in eos qui apud se remanere delegerunt quicq; gesserunt mali:& egredientes usq; ad fines suos deduxerunt.

In regno Agrippæ isurgit pernicies aduersus iudæos:uarus multos ciues qui ad Agrippam & cestium uenerant poscendi p̃sidii gratia initinere occidit: hũc Varum agrippa punire non audet summouit eum e regione qua procurabat. Cap. XXIII.

EXcitata est aũt etiam in regno agrippæ aduersum iudæos pernicies. Ipse siquidẽ perrexerat ad cestiũ gallum antiochiã:relicto sup negocia sua quodã ex sociis noie Varo issemo qui regi genere erat propinquus. Venerunt ad eũ de Batanea regione septuaginta numero uiri & nobilitate & prudentia ciuiũ suorum p̃stantissimi poscendi præsidii gratia: ut si q scilicet apud eos quoq; motus fierent haberent idoneã custodiam per quã possent

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

insurgentes quosq; comprimere. Hos uarus quosdam armatos de regiis permittens interfecit in itinere omnes. Ausus autem est tale facinus propter consilium Agrippæ & propter nimiam auaritiam impie in gentiles suos agere non recusans regnum omne corrupit: perseuerãs. s. post talem principatum in totũ genus exercere iniquitatẽ. Donec discussus Agrippa rebus aiaduertere quidem in uarum ueritus est propter propinquitatem issеomi. Procuranda tamen eum regione sum mouit. Seditiosi aũt compræhendentes præsidium: quod appellatur cyptus imminens finibus hiericunthæ custodes uero quidem interfecerunt munimenta autem destruxerunt.

Iudæi persuadent romanis ut deserant castellũ: utuntur honoribus iudæi in alexandria quos Alexander concesserat conflictus continuus cũ iudæis & græcis fit. Cap. XXIIII.

PEr eosdem dies etiam in macherunte multitudo iudæorum persuadebat in præsidio relictis romanis deserere castellum eisq; tradere. Illi autem q; rogabãtur cogi metuentes pacti sunt cum eis discessionem suam & accipientes fidem tradunt præsidiũ quod diligenter cœperunt macherunte custodiis optinere. In Alexandria autem semper quidem erat incolis aduersum iudæos seditio. Iam ab illo tempore: ex quo strennuus Alexander contra Aegyptios usus iudæis præmium societatis tradidit eis: & habitandi apud Alexandriam facultatem & ius orbis æquale cum gentibus, permanebat auté eis honor iste apud succeſſores quoq; Alexandri. Deniq; & in parte ciuitatis locum eis proprium deputauerunt: quatenus haberent cõuersationem per omnia mundiorem a commotione. s. gentium sequestratam præstiteruntq; eis ut etiam macedones appellarentur. Deinceps uero cum in possessionem Romanorum ægyptus uenisset: neq; Cæsar primus: neq; post eum quispiam honores quos Alexander iudæis decreuerat minuit. Conflictus autem eorum aduersus græcos pœne continuus erat: & iudicibus multis quotidie ab utraq; parte lucrum reuehentibus seditio accendebatur.

Alexandrini conueniunt ut largitionẽ ad Herodem mittant: permiscenť iudæi cũ græcis in amphiteatro: fit discordia maxima inter eos: Tyberius alexander coercuit eos hortationibus q ir rudentes Tyberiũ contumeliis appetebant ille quasi oés fecit interficere: domos dirripere. Zabolon ciuitas acestio occupatur: dirripit domos & loca incendit. Cap. XXV.

TVnc uero cum apud alios turbata res esset: illic magis exarsit tumultus. Nam cũ Alexandrini in concionem uenissent ut ordinarẽt pro certis negociis largitionem ad Neronem ferendam concurrere in amphiteatrũ permixti græcis plurimi iudæoq;. Quos cum uidissent æmuli ex templo clamare cœperunt: iudæos hostes: & exploratores esse ac deinceps insilientes intulerunt eisdem manus & reliqui quidem fugiẽtes dissipati sunt tres ex his uiros compræhendentes trahebant quasi uiuos incẽsuri. Commota est autem omnis terra iudæorum ad ultionem ferendam: & primum quidem in græcos saxa iacebãt. Postea etiam uero sacibus raptis in amphiteatrum impetum fecerunt: comminantes q; in ipso loco tantum simul populum cõcremarent & pœne minas implessent rebus: nisi iras eorum compressisset Tyberius alexander princeps ciuitatis. Nec tamen ipse coercendi principium ab armis sumpsit: sed nobiles eorum quosq; summittens hortabatur ut desinerent: neq; aduersum se militiam romanam commouerent. Seditiosi autem benignam deprecationem ridẽtes Tyberiũ contumeliis appetebant. Qui postq; uidit absq; calamitate tumultuosos nõ posse compesci immisit in eos duas romanorum legiones: quæ in ciuitate erant. Cum his alios quinq; milia equites casu ad iudæorum interitum delibya uenientes præcepitq; ut non solum interficerent: sed etiam substantias eorum diriperẽt domosq; inflammarent. Qui protinus concurrentes in locum qui uocatur delta: illo quippe erat iudæorum multitudo collecta exequebantur strennue iussiones nec sane sine cruenta uictoria. Collecti quippe in unum iudæi & eos qui de suis optime armati erant ante reliquam multitudinem statuentes aliquãdiu restiterunt. Postq; uero in fugam inclinati sunt: passim trucidabantur: & erat eorum grandis interitus. Tum quæ sibi mandata fuerant exequũtur. Conglobati enim iudæi his quos melius armatos habebant in fronte positis aliquãdiu quidem restiterũt. Semel infugam uersi mactabantur: nec unius exitii modus cum alii sub diuo atq; in campo depræhenderentur: in ædes autem alii concluderentur: & eas quoq; incenderent romani una etiam diripiendo quæ in his reperissent: neq; illos aut infantium miſericordia aut reuerẽtia senecturis moueret: sed in omnes ætates pari cæde sæuirent. Vnde totus quidem ille locus sanguine redundabat. Quinq; uero congesta sunt milia mortuorum: nec tamen saltem reliquiæ remansissent: nisi ad præces se cõtulissent eorumq; misertus Alexãder romanos iussisset abscedere. Sed illi quidem quibus erat cõsuetum obedire ꝑceptis primo eius nutu discedunt: populares autem alexãdrini propter odii magnitudinem difficulter ab incœpto reuocabantur: uixq; a corporibus distrahebantur: Apud Alexandriam quidé talis casus euenit. Cestio uero iam quiescendũ esse non uidebatur infensis ubiq; iudæis: sed duodecimam legionem integram ex antiochia secum ducens: & ex reliquis bina milia lecta peditum: &. iiii. alas equitum insuper regum auxilia: hoc est antiochi duo milia equitum & peditum tria milia sagittarios omnes Agrippæ uero tantũdem peditum & equitum mille: cum & cestius sequeretur. iiii. milibus cõitatis: quorum tertia pars equitum erat; pluresq; sagittarii; ptho-

lomaida progressus est plurimi autem ex ciuitatibus auxilio cõuenere: peritia quidem militibus inferiores: q; uero sciẽtiæ deerat in iudæos odio: idemq; alacritate supplentes. Aderat autem ipse quoq; agrippa cestio: & eorum quæ conducerent simul & itineris principes: ibi tum adducta exercitus parte cestius inualidissimam galileæ ciuitatem contẽdit zabulon quæ appellatur uiroq;. & ab iudæorum finibus ptolomaida discernit. Cunq; offendisset eam ciuibus destitutam in montes enim multitudo refugerat omnigenum autem rerum plenam: illas quidem militibus diripiẽdas concessit: ipsum uero oppidum q̃uis admiratus esset eius pulchritudinem quippe domus habebat similiter ut apud Tyrum & Sydona & Beritum ædificatas incendit. Deinde cursu territorio peragrato quicquid iuenisset obuiam depopulatus inflammatis etiam circum eam positis uicis in ptolomaidam regressus est. Syris autem adhuc prædæ inherentibus: & præcipue biritis recepta iudæi fiducia: cestium enim recessisse cognouerant repente in eos qui remãserant irruunt: & prope duo milia morte consumunt.

Cæstius p̃mittit exercitũ in ioppé quæ capiť: intẽdit eã & uiros oés interficit. Cap. XXVI.

CEstius autem ex ptolomaide reuersus ipse quidem Cæsaream peruenit in ioppã uero partem præmisit exercitus: cum præceptis huiusmodi ut oppidum custodirẽt si eo potiri potuissent: aut si oppidani impetum præsensissent: tam suum q̃ cæterorum militũ præstolarentur aduẽtum. Illorum igitur alii mari alii terra profecti utrinq; ioppem facillime capiunt: ita ut ne fugæ quidem habitatores copiam reperirent: nedum ad pugnam separarent. Agressi autem cunctos interficiunt cum familiis direptamq; ciuitatem incẽdunt. Interfectorum autem numerus octo milia quadringenti fuerunt. Simili modo & infinitam samariæ nabathite. Nam Toparchiam non paucos direxit equites: qui & parté finium uendicauerunt: magnãq; indigenarum multitudinem peremerunt: & direptisq; patrimoniis etiam uicos igni dederunt.

Cestius mittit Cesenium gallum in gallileam suscipiunt eum ciuitates qui uero nõ obtemperabant insequitur & trucidabat: progrediẽs multa loca inuadit: Iudæi ad diem festum Hyerosolimam petierunt: qui auditis militibus uenientibus: dimissis solẽnitatibus in romanos irruerunt: quorum multos occiderunt. Cap. XXVII.

IN galylcam quoq; misit Cesenium gallum ductorem duodecimæ legionis eiq; tantam militum manum attribuit: quantam genti expugnãdæ sufficere posse credebat: & eum ualidissima galyleæ ciuitas sephoris cum fauore suscepit. Huiusq; prudens consilium: secutæ ciuitates aliæ quiescebant. Qui uero seditionibus & latrociniis operam dabant in galyleæ montem undiq; medium recessere: qui est contra sephori & uocatur asamõ. Aduersus eos gallus ducebat exercitum. Illi autem quãdiu superiores erant facile romanos ad se ascendentes ulciscebantur: & ex his plures quam ducentos interfecerunt. Vbi uero eos uiderunt circumacto itinere ad celsiora progressos mature uictoriam concesserunt: & neq; pugnam minus armato ferebant. Neq; si terga dedissent equitum poterant manus effugere: adeo ut pauci locis aspersis delitescerent: amplius uero quam duo milia trucidarentur. Gallus quidem cum nihil iam tentati nouitatis apud galyleam uideret cæsariam cum exercitu remeabat. Cestius uero cum omni multitudine reuersus in antipatridé perrexit. Cognitoq; non paruam multitudinem iudæorum in turri quæ apheci uocabatur esse collectam: qui & his congrederentur præmisit. Sed priusq̃ in manus uenirẽt iudæi metu dispersi sunt: eorumq; castra iam desolata milites adorti cum uicis circumpositis incenderũt. Ex Antipatride autem cestius in liddá profectus uacuam uiris ciuitatem offendit. Nam propter Scenopheiorum dies festos cum in Hyerosolimam populus omnis ascenderat. Quinquaginta uero quos ibi compræhendit occisis exustoq; oppido ulterius procedebat per quæ Bethiron profectus in quodam loco cui nomen est Gabao castra ponit distante a Hyerosolimis stadiis quinquaginta: iudæi uero cum iam ciuitati propinquare bellum uiderent: omissis dierum festorum solennibus ad arma properabãt: satisq; freti multitudine incomposiri ad pugnam & cum clamore prosiliebãt: Ne dierum quidé septem habita ratione feriatorum erat enim sabbatum quod apud eos religione maxima curabatur. Idem auté furor qui eos ab obsequio pietatis emouerat in prælio quoq; superiores effecit. Tanto namq; impetu romanos aggressi sunt ut eorum & aciem perrumperent uiaq; aperta cædibus in medio ruerent: ac nisi ei militũ parti quæ nec dum locum amiserat equites ex circuitu subueniſſent: quiq; non satis defecerũt pedites in periculo totus cestii exercitus fuisset. Interfecti sunt autem quingenti & quindecim romani milites ex quibus quadringenti pedites: cæteri equites erant: Iudæi uero uiginti duo: quorum fortissimi uidebantur Monobari regis Adaibene propinqui: Monobazus & Cenedecus: & post hos pera ita iugiter & syra babylonius qui ad iudæos: ab Agrippa rege transfugerant cui pridem militabant. A fronte quidem repulsi iudæi ad ciuitatem reuertebantur. Romanos autem ad Bethorõ ascendẽtes Gioræ filius Symon inuadit: multosq; postremi agminis coactores laniauit: ac multa carra cum sarcinis capta in ciuitatem reduxit. Cestio uero in agris triduo commorante iudæi locis superioribus occupatis obseruabant eius transitum neq; necessaturos eos certum erat: si romani proficisci cœpissent.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

Quærit Agrippa uerbis iudæos auertere ut deſiſterét:mittit portatũ & Phebũ ad iudæos:perimit phebus: Ceſtius íducit exercitũ in opidũ iudæoꝝ incéditꝗ ꝑté ciuitatis. Cap. XXVIII.

Taꝗ dum Agrippa cũ infinita hoſtiũ multitudine montes amplexa ne romanos qdé a periculo tutos eé perſpiceret uerbis iudæos experiri decreuit:uel omnes ſibi parituros exiſtimans:ut bello deſiſterent uel ſiqui aduerſarentur ſeuocandos eſſe : qui ab eorum ſnia diſcreparent . Miſit igitur ex comitibus ſuis portatũ & Phebum quos illis ſciebat eſſe notiſſimos:& a Ceſtio fœdus amicitiæ : certáꝗ a peccatis populo Ro. ueniá pollicerentur:ſi proiectis armis ſecum ſentire uoluiſſent. Verũ ſeditioſi metu ne cuncta multitudo ſpe ſecuritatis ad agrippam ſeſe conferret legatos obtruncare ſtatuerunt:& phebũ quidem priuſꝗ uerbum faceret peremerunt. Ná portatus uulneratus effugit:populares aũt id indigne ferentes factũ cædédo fuſtibus atꝗ lapidibus in oppidum cõpulerunt. Ceſtius uero quia inteſtiná eoꝝ diſcordiam opportunũ ad irruendũ tépus íuenit totũ in eos duxit exercitũ: inꝗ fugá uerſus uſꝗ Hyeroſolimá profectus eſt. Caſtris aũt in loco poſitis qui appellatur Scopos interuallo ſepté ſtudiorum a ciuitate diſcedens:nihil per triduũ aduerſus oppidũ conabatur:ſperans fortaſſe intus degentes aliqd remiſſuros. In uicos auté circa ciuitatem non paruá militum manũ ad rapienda frumenta dimiſit. Quarto aũt die qui trigeſimus menſis erat octobris ordinatũ in oppidũ introduxit exercitũ. Populus quidé a ſeditioſis cuſtodiebatur : ipſi aũt romanorum diſciplina territi exterioribus ceſſare partibus ciuitatis & in partem interioré templum quæ refugerunt . Ceſtius uero tráſgreſſus Pedeſtá:quæ ſic uocatur & cenopolim:& forum quod appellatur Dacon incédit. Deinde cum ad ſuperiorem ciuitatem ueniſſet prope aulam regiam caſtra poſuit. Et ſi túc uoluiſſet intra muros uiolenter irrumpere ciuitatem ilico poſſediſſet:belloꝗ finem dediſſet. Sed Tyrannus præpoſitus caſtris & priſcus & plures equitum magiſtri a floro pecunia corrupti conatũ eius auertere & iudæos intolerandis malis repleri cladibuſꝗ contigit.

Quidam uocabant ceſtiũ patefacturi portas: q cogniti proiecti ſunt ex muris. Ceſtius tentat muros aſcendere & inuadere templũ:repugnantur a iudæis:recedit ceſtius & iudæi inſequuntur: dimittit quæ erant impediméto ad fugá:& niſi nox adueniſſet totus exercitus periiſſet: nocte aufugit:inſequuntur iudæi:ex romanis mortui ſunt quinꝗ milia & trecenti peditum: ex equitibus noningenti & octuaginta. Cap. XXIX.

Nterea plurimi popularium notiſſimi Ananias uanati filii ceſtiũ quaſi portas ei patefacturi uocabant. Ille aũt & ira faſtidiens & quod non ſatis ei credendũ putaret tádiu id neglexit donec proditione cõperta ſeditioſi ananũ quidem cum cæteris de muro deiectis lapidibus in domos ſuas fugere cõpulerunt. Ipſi uero per turres diſpoſiti muꝝ tentantibus repugnabant: per dies quidé quinꝗ romanis undiꝗ conantibus inexplicabilis erat ipetus. ſexto aũt die Ceſtius cũ plurimis eiſdéꝗ ſagittariis a ſeptétrionali tractu templũ aggredit iudæis ex porticu reſiſtentibus. Qui repente quidé romanos ad muꝝ adeuntes auertere. Poſtremo aũt repulſi teloꝝ multitudine receſſerũt. Itaꝗ romanoꝝ qui anteibant ſcutis ſuis muro nixis:& qui eos ſequebantur aliis ac per ordiné aliis ſimiliter adiunctis:quæ ſic appellatur: teſtudiné contexuerunt. Vnde ſagittæ in eam delatæ irritæ delabebant & ſine aliqua noxa milites mœnia ſuffodiebant:templiꝗ portas incendere moliebant. Vehemés aũt ſeditioſos ſtupor inuaſerat: iamꝗ multi ex ciuitate diffugiebant:ueluti continuo caperetur. His át populus alacrior efficiebatur:& quantũ nequiſſimi cæde dant:tantũ ut ipſi portas aperirent. Ceſtiumꝗ tanꝗ de ſe optime meritũ reciperent appropinquabant. Et profecto ſi paululum in obſidione perſeueraſſet: ſtatim ciuitaté obtinuiſſet. Sed credo iam tunc infeſtus deus peſſimis eiuſꝗ ſancta illo die finem bello dare prohibuerunt. Deniꝗ ceſtius neꝗ aís populi neꝗ obſeſſoꝝ deſperatione perſpecta milité reuocat:& ſine ulla ſpei repulſa inconſulte nimis ac iniuſte diſceſſit. Inopinata uero eius fuga latronũ fiduciam recreauit:inſecuti nouiſſimos aliquos equitum peditũꝗ peremere. Et tunc quidé ceſtius in caſtris quæ apud Scopon munierat tendit:altero aũt die ulterius recedendo magis hoſtes prouocauit:táꝗ poſtremis appoſiti multos necabant : quoꝗ utraꝗ itineris parte uallata in tranſuerſos tela iacebant:& neꝗ in eos ſe retorquere:a quibus a tergo ſauciabant nouiſſimi audebant quandam infinitá multitudiné inſequi exiſtimantes. Et a lateribus inſtantis uim repellere minime ſufficiebant:cũ ipſi quidé graues eſſent:ordinéꝗ interrũpere formidarent:uiderét aũt iudæos leues & ad excurrendũ faciles eſſe. Vnde eueniebat ut multa mala perpeterentur:cũ nihil etiá inimicis nocerent. Tota igitur uia perculſi deiectiꝗ agmine ſternebant:donec multis occiſis in qbus erat priſcus ſextæ legionis dux:& Longinus chilarchus:& Emilius iocundus alæ præfectus uix in gabao peruenerunt:ubi caſtra prius poſuerant:multis inſtrumétis amiſſis. Hic aũt ceſtius biduo cõmoratus inops conſilii quid ageret: cũ tertio die maioré hoſtiũ uidiſſet numeꝝ & oía circũ loca plena iudæis tarditaté ſibi obfuiſſe cognouit:& ſi adhuc ibi maneret pluribus ſe inimicis uſurũ. Itaꝗ pro compendio fugæ cunctaꝗ militibus impedimento erant amputari præcepit . Occiſiſꝗ tunc mulis atꝗ aſinis aliiſꝗ iumentis:præter illa quæ ſagittas & machinas ferrent. Hæc enim uelut uſui futura ſeruabat maxime qa timebat ne iudæis cõtra ſe capta prodeſſent . Bethoron uerſus antecedebat exercitum.

At iudæi latioribus quidem locis minus inſtabant:contractos uero in anguſtias atꝗ diſcenſus qui diſceſſiſſent ab exitu prohibebant . Alii poſtremo ſuper agmen impingere:fuſaꝗ omnis multitudo per itineris iuga militem ſagittis operuit. Vbi etiam peditibus ꝑ pacto ſibi ſubuenirent hæſitantibus equitum periculum promptius erat. Nec enim ordinate uiá proſequi poterant obſtantibus iaculis:& ne contra hoſtes irent aſcenſus ardui prohibebant equitátibus inuii. Lateribus autem rupes ac ualles in quas deiecti qui aberraſſent conſumebant. Nulluſꝗ locus aut fugiendi aut ulciſcendi rationem habebat . Itaꝗ incerti quid agerent ad ululatus quos deſperati ſolent:fletuſꝗ conuerſi ſunt. Quibus reſonabat iudæorum cohortatio cũ clamore lætantium pariter ac ſæuientium. Totuſꝗ pœne qui cũ ceſtio fuerat periſſet exercitus niſi nox adueniſſet. Qua romani quidem in bechoron confugerunt:iudæi uero obſeſſis circum omnibus locis eorum tranſitus cuſtodiebant . Deniꝗ ibi cum ceſtius aperto itinere deſperato iam de fuga cogitabat. Lectoſꝗ ad quadringétos omnium fortiſſimos milites tectoꝝ faſtigiis impoſuit. Hiſꝗ præcepit uigilum qui in caſtris excubant ſigna clamare: ut eo modo iudæi omnem illic militum numerũ arbitrarentur remanere. Ipſe autem cum cæteris otioſe uſꝗ ad triginta ſtadia progredit. Vnde mane cũ iudæi locum in quo romani tetenderant deſolatum uidiſſent in quadringentos a quibus decepti fuerant concurrerunt: & illos quidem ſine mora iaculis confecerunt:mox autem ceſtium perſequi properabant. Sed ille cum nocte non paruum ſpatium itineris peregiſſet:die uehementius quoꝗ fugiebat: adeo ut metu perculſi milites machinas ſiue tormenta muralia: itéꝗ balliſtas:multaꝗ alia inſtrumenta relinquerent. Quibus tunc ablatis iudæi rurſus contra illos q ea reliquerant uſi ſunt. Inſequendo át romanos antipatridam uſꝗ uenerunt. Deinde cum eos aſſequi non potuiſſent inde redeuntes:& machinas ſecum aſportarunt:mortuoſꝗ ſpoliarunt:& prædam quæ remanſerat collegerunt:& peana canentes in metropolim remearunt. ſuis quidem paucis amiſſis. Romanorum autem auxilioꝝ quinꝗ milibus peditum ac trecétis: itéꝗ noningétis & octuaginta equitibus interemptis. Hæc quidé nouembris menſis octauo die geſta ſunt:anno duodecimo Neronis principatus.

Poſt fugam Ceſtii multi nobilium ex ciuitate fugiunt mittit quoſdam ad Neronem nunciaturos eius miſeriam: Qui Ceſtium fugauerant reuerſi ſunt in hyeroſolimam:ex romanis qui ſuperant amicos ſibi ſociát:Eleazarus pſuadet populo ut ſibi pareat conſtituunt diuerſi diuerſis locis præfecti:Ioſephus unus ex præfectis ſubditos ſibi querit conciliare:multos ex illis præponit & ꝑficit regionibus gallyleæ ſibi ſubdire: munit loca omnia propter romanos quos timet inſurgit qdem inſidiator cum multis qui gallyleam depopulantur congregat pecunias: cogitabatꝗ diuerſa in perniciem Ioſephi. Cap. XXX.

Oſt ceſtii uero caſus aduerſos: nobiliũ multi tanꝗ e naui peſſum itura ex ciuitate enatabát. Deniꝗ caſtabarus & Saulus una cũ Philippo iachanis filio q príceps erat exercitus regis Agrippæ:inde dilapſi ad Ceſtium tráſfugerunt. Qui uero cum his in aula regia fuerat obſeſſus antippas fuga deſpecta quemadmodũ a ſeditioſis peremptus ſit alias indicabimus. Ceſtius autem Saulum & cæteros in achaiam ad neronem miſit: & propriam neceſſitatem indicaturos:& belli cauſas deriuaturos in florum. Sperauit enim & iram in illũ excitatum iri: & ſua pericula ſummouéda. Tunc át Damaſceni cæde romanoꝝ cognita:iudæos apud ſe degentes pertinere ſtuduerunt:& cũ eos in publicis terminis collectos haberent: náꝗ id olim ꝑꝑ ſuſpitiones meditabantur. Facile quidem ſui conatus exitum fore putabát. Verebantur át mulieres ſuas fere omnes præter paucas iudaizantes:& eorum religione deceptas. Quare his magna cura fuit eas celandi quid agerent. Iudæorum át decem milia quippe in anguſto loco atꝗ omnes inermes aggreſſi:una hora ſine metu iugulauerunt. Qui uero ceſtiũ fugauerát in hyeroſolimam reuerſi:quos adhuc romanoꝝ ſtudioſos inueniſſent:partim ui partim blandiciis ſibi etiá ſotiabant. Et in templum cõgregati plures belli duces eligendos eſſe cenſebant. Declaratus eſt igit Ioſippus curionis filius & pontifex ananus omnia quæ in ciuitate geréda eſſet imperaturos: maximeꝗ ut ciuitatis muros erigerét . Filium náꝗ Symonis Eleazarum romanoꝝ ꝗuis prædam & ereptas ceſtio pecunias:& inſuper his plurima ex theſauris publicis in poteſtate haberet:tamé nullis neceſſitatibus præpoſuerunt:ꝙ & ipſum tyrannidis ſuperbia uiderent ferri:eiuſꝗ ſtudioſos ſiue imitatores ſatellitum more uerſari. Verum paulatim Eleazarus ambitione pecuniæ: iteniꝗ aſtutia pſuaſit populo:ut in omnibus ſibi pareret. In iudæam uero quos mitterent alios militũ duces optarũt Hierum filium aſapha unũ ex pontificibus:Eleazarum pontificis filium:nigro auté mandauerũt qui túc idumeá regebat:ex regione trans iordané poſita genus ducens :unde parartes cognominabantur ducibus obtemperare. Sed ne alias quidé regiones omittendas putabát. Náꝗ in hiericunta Ioſippus filius Symonis:& trans flumen thapna : & Ioannes eſſeus Topchias adminiſtraturi directi ſunt. Hinc át lidda & ioppe & ámanum erant adite. Cophinitie át & accabatine regionibus Ioánes filius annæ rector erat deſignatus:& utriuſꝗ galyleæ Ioſippus mathathiæ filius:huius adminiſtrationi iũcta erat & gamala munitiſſima ciuitatũ ; quæ ibi fuere quidé rectoꝝ pro alacritate ac prudentia ſua quiſꝗ res ſibi creditas adminiſtrabat. Ioſippus aũt cum in galyleá ueniſſet primum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

eurę habuit indigenarę ſibi conciliare beniuolentiã: multa ſciens ea cõfici poſſe licet in aliis peccauiſſet.Deinde conſiderato q̃ potentiſſimos quidé amicos habebit: ſi eos participes poteſtatis ſe ciſſet;omnem uero multitudinem ſi plærasq̃ per indigenas & conſuetos fieri præciperet.L.xx.de ſenioribus eius gentis prudentiſſimos elegit:eoſq̃ rectores totius galyleæ conſtituit.Septem uero p̃ ſingulas ciuitates : minoręq̃ litium iudices ordinate maiora negocia cauſaſq̃ capitales ad ſe referre iuſſiſſet iam.lxx.diſpoſitos per ciuitates:quo iure inter ſe uterentur:etiam quemadmodum extrinſecus uſi eſſent animaduertit: certuſq̃ in galyleam romanos eſſe uenturos opportuna loca muro cingebat:hoc eſt iotapata & berſabeæ & ſeloim necnon & caphe recho & iaphac & ſicophoh:mõtem cui nomen eſt itabirio & tharice & tiberida: ad hæc etiã circa generaſeth lacum ſpeluncas in ea quæ inferior galylea uocabatur muniuit. Superioris autem galyleæ achabaron & petram quæ ſic dicitur ninetimero in gaulanitidem uero ſeleuciam:& ſogennam gamala munitione circundedit.Solis autem ſephoritis permiſit ut murum ſibimetipſis fabricarent: quia eos pecunioſos eſſe: & ad bellum promptos ét ſine præcepto uideret. Similiter autem etiam giſcalam ioſippi iuſti ſup ſe murum cinxit ioannes:cæteris autem caſtellis omnibus ipſe ioſippus intererat iubendo: ſimul atq̃ opem ferendo.Quin & exercitum ex galylea ſupra centum milia uirorum comparauit:quos omnes undiq̃ collectis armis ueteribus inſtruebat.Deinde reputãs hoc maximã romanorum inuictam eſſe uirtutem q̃ edicto eſſent audientes rectoribus ſuis : & exercitationi operam darent. Doctrinam quidem urgente neceſſitate deſpexit:parendi autem facultatem ratus regentium multitudine poſſe contingere ita ut romani ſolent diuiſit exercitum: plureſq̃ fecit agminũ principes. Diuerſiſq̃ militum generibus ordinatis alios de cadarchis : alios chiliarchis ſubdidit : & inſuper his rectores maioręq̃ rerum adminiſtratores . Docebat át ſignorũ diſciplinas & prouocationes reuocationeſq̃ buccinarum.& principia cornuum & circundationes:& quemadmodũ oporteret laborantibus ſuccurrere fortiores.& circum defatigatis partiri pericula quæq̃ ad fortitudinem animi corporiſq̃ tolerantiam pertinerent inſtituebat.Maxime uero eos erudiebat ad bellum:uſquequaq̃ Romanoręq̃ referens diſciplinam:& q̃ cum uiris eſſent præliaturi qui & uiribus corporis & animi obſtinatione totum pœne orbem ſuperarét . His addidit quo pacto belli tẽpore ſuis eſſent parituri præceptis:iam nunc periculũ fore niſi conſuetis delictis hoc eſt furtis & latrociniis & rapinis abſtinuiſſent:ſed neq̃ aut gentilibus fraudem facerent aut conſuetiſſimoręq̃ damna propriũ quæſtum putarent.Illa enim bella optime adminiſtrari:quorum milites bonã conſcientiam gererent.Qui uero per ſe praui fuiſſent:his non ſolũ inimicos ſed etiam deum hoſtem futurę. Multa in hũc modum admonendo perſeuerabat: & iam quidem quantum prælium paratũ eſſet cõflatũ erat.Nam ſeptuaginta peditum milia &.cc.xl. equites ac præter hos etiã mercenarios quibus maxime fretus erat habebat quatuor milia.d. necnon & ſexcentos circa ſe electos cuſtodes corporis atq̃ ſatellites.Exceptis autem mercenariis facile cæteri milites a ciuitatibus alebantur.Nanq̃ ſingulæ quas enumerauimus cũ mediam ſui multitudinem mitterent in militiam:reliquos ad compa randum eiş uictum tenebant:ut pars armis pars faciendi operis dirimeretur: & armati ſecuritatem rependerent ſuggerentibus commeatũ. Ioſippo autem hoc modo adminiſtrãti galyleã inſurrexit quidam inſidiator patriæ Giſcalon ortus Leſim filius nomine ioãnes callidiſſimus ac dolis plenus & nequitia quidem nobiliſſimus omnium:antea uero parumper & aliquantũ militiæ ſuæ impedimentum paſſus inopia:facile mentiri paratus miruſq̃ ad fidem adhibere mendacio:& qui fallaciam uirtutem putaret: eaq̃ aduerſus amiciſſimos uteretur ſimulator humanitatis & ſpe lucri appetentiſſimus cædium: qui ſemper quidem immoderata concupiſſet: ſpem uero leuioribus maleficiis aluiſſet.Latro enim erat ſui moris ac ſolitarius: deinde comitatũ inuenit audaciæ: primo quidem paruum ampliorem autem proficiens . Curæ auté habebat neminẽ ignarũ aſciſcere: ſed qui & habitudine corporis & animi magnitudine bellorũq̃ peritia præſtaret hos eligebat:donec quadringentoręq̃ uiroręq̃ cateruam congregauit: quorum plures ex Tyriorum finibus & uicis erant.Iſq̃ omnem galyleã depopulabatur:& multos futuri belli metu ſuſpenſos lacerabat . Hunc igitur iãdudum regendi milites cupientem & maiora deſiderantem diu pecuniæ retardabat inopia. Cum autem uideret ioſippum ſua uiuacitate letari: perſuadet ei primũ fabricãdi muri patriæ ſolicitudinem ſibi cõmitteret.In qua requeſtus magnos a locupletibus fecit . Deinde callidiſſima fraude compoſita uelut oleo quod non a gentilibus ſuis tractatũ eſſet uti cauerẽt oés apud ſyriã iudææi:ut ad confinia oleũ mitteret depoſcit . Nummoſq̃ tyrio qui.iiii.atticos faceret emptis.iiii. amphoris eodé prætio amphore dimidium uenundabat.Cunq̃ galylea ferax eſſet olei:maximeq̃ illo tẽpore magna ubertate redundaret: in ea loca ubi erat penuria ſolus multũq̃ mittendo: infinitam ſummã pecuniæ cõgregauit . Qua mox in eum uſus eſt:qui hoc ſibi beneficiũ præſtiriſſet. Deniq̃ exiſtimans ioſippum diſpoſuiſſe rectorem ſe eſſe galyleæ futurum quibus præerat latronibus imperauit: prædas uehementius exercere q̃ multis rebus nouis per regiones excitatis autẽ inſidiis alicubi rectorem perimeret ſi cui ferret auxilium:aut ſi latrocinia negligeret.Ob hoc eum apud indigenas accuſaret. Iamdudum autem rumoré diſſipauerat:q̃ res galyleæ ioſippus prodere cogitaret:multaq̃ in hunc modum ad eius perniciem comparabat.

Quidam qui aggreſſi ſunt procuratorem bernicis & multa abſtulerũt:quia Ioſephus iuſſit ut regibus reſtituerentur illa:contra eum tumultus maximos parant:accuſantes eum eſſe proditoré irruũt in eius domum:querit placare illos uerbis:prætualet aduerſus eos: Ioannes quidam fraudé molitur contra Ioſephum;inſidias: cognita fraude ut de iniuria uendicaret accedit cum militibus ad Ioannem hic autem emiſſis armatis iuſſit eum interfici: aufugit in lacum: reſumptis uiribus Ioannes cogit aufugere tentat aliud genus inſidiarę aduerſus Ioſephum. Cap. XXXI.

Taq̃ illo tempore cum quidam ex uico damaritarum in magno campo cuſtodias agẽtes prolomæum agrippæ & bernicis procuratorem aggreſſi: omnes quas ferebat ſarcinas abſtuliſſent:in quibus erant non paruæ ueſtes prætioſæ:plurimaq̃ argenti pocula: & ſexcenti aurei. neq̃ hanc prædam occulte adminiſtrare poſſent: omnia taricheas ad Ioſippum comportarunt.Ille autem repræhenſa uiolentia quam regiis intuliſſent:reponi res ablatas apud aliquem eius ciuitatis potentiſſimum iubet : paratus eas dominis oportune remittere. Vnde maximum eius periculum comparatum eſt . Nanq̃ raptores earum & quia prædæ nullam partem accepiſſent:ægre ferentes & proſpicientes quod Ioſippus cogitauerat laborem ſuum regibus condonare:per uicos nocte diſcurrunt:omnibuſq̃ indicant Ioſippum prodidiſſe:eodemq̃ tumultu ciuitates proximas repleuerunt:adeo ut centum armatorum milia contra ioſippum prima luce concurrerent.Deniq̃ multitudo in circo apud Taricheas congregata plurima per iracundiã conclamabat:partim deponi partim concremari uociferans proditorem.Plæroſq̃ incitabat ioannes:& cum eo filius taphnã & ieſus quidam.Tunc magiſtratus tyberiadis ioſippi quidem amici & ſatellites tantæ multitudinis incurſu perterriti omnes præter paucos diffugerunt . Ipſe uero dormiens prope cum iam ignis admoueretur exurgens:& monentibus eum.iiii.qui remanſerãt: neq̃ ſolitudine ſua:neq̃ illorum qui contra ſe uenerant copiis perturbatus:in conſpectu eorum proſiliit ueſte diſciſſa infuſoq̃ capite puluere: auerſuſq̃ poſt tergum manibus ſuoq̃ cruici gladio admixto.Hæc autem amiciores ei maxime taricheatas ad miſericordiam commouerant.Ruſtica uero plebs & finitimorum quibus moleſtior uidebatur:non ſine maledictis eum iubebant publicas proferre pecunias:& facta proditionis fateri. Nam ex habitu eius opinabantur nihil eorum de quibus nata fuerat ſuſpitio pœnitus negaturum: & impetrandæ ueniæ cauſa feciſſe omnia quæ miſericordiam prouocarent.At illius iſta humilitas conſilium perſtruebat:& contra ſe indignãtes arte circunueniens:ut ſuper his unde iraſcerentur inter ſe ipſi diſcordarent:omnia cõfeſſus eſt.Deinde ſibi facultate cõceſſa: ego inquit has pecunias neq̃ agrippæ remittere cogitabam neq̃ in propria lucra conuertere:abſit enim ut amicum putem unq̃ qui uobis ſit inimicus:aut quæſtum ex re capiam quæ uos cõmuniter læderet.Sed quia uidebam o taricheate maximam ciuitatem ueſtrã monitionis egere:& ad extruenda mœnia minus habere pecuniæ:timebamq̃ tyberienſem populum & alias ciuitates raptas pecunias inhiãtes: pedetentimq̃ eas retinere decreui ut uos muro circundarem.Si hoc non uidetur profecto quæ oblata ſunt & diripienda propono.Si recte conſului:bene de uobis meritum coercetis:hæc taricheate quidem ab eo dicta cum fauore receperunt. Tyberienſes uero cum aliis deprauando inſuper etiam minitabantur:utriq̃ autem relicto ioſippo inter ſe litigabant.Ille autem fretus iam ſecũ ſentientibus: erant enim prope ad.xl.milia taricheate : cũ multitudine liberius loquebatur:multum in eorum temeritatem inuectus: ex præſenti quidé pecunia tarichearum ait eſſe muniendam.Curæ autem ſibi fore ſimiliter ut etiam cæteræ tutæ ſint ciuitates. Nec enim pecunias defore ſi concordare uelint in eos unde parandæ ſunt: & non in eum moueãtur qui parat.itaq̃ cum alia quidé multitudo quæ decepta fuerat q̃uis irata recederet duo uero armatorum milia impetũ in eum fecere.Cũq̃ ſe ille tecto ante recepiſſet inſtabant ei minitãtes.Iteruã autem Ioſippus in hos altera fraude nititur. Cunq̃ ad faſtigium culminis euaſiſſet cõpreſſo dextra ſtrepitu:neſcire ait ſe quid peterent ſibi preſtari:uoces enĩ ſe non exaudire confuſas. Omnia uero quæ iuberent eſſe facturum ſi aliquos intromiſiſſent:qui ſecum otioſe colloquerentur.His auditis illico nobiliores cum magiſtratibus ad eum ingrediuntur.Quos ille in ædiũ partes inductos clauſa ianua tamdiu uerberauit:donec eorum inteſtina nudata ſunt. Circunſtabat ãt interim populus exiſtimans eos prolixis allegationibus concertare. Cum ſubito Ioſippus foribus patefactis cruentos eos dimiſit . Vnde tanto terrore qui minabantur affecti ſunt:ut protectis armis aufugerent. Ob hoc ioannis etiam atq̃ etiam creſcebat inuidia : aliaſq̃ nihilominus ioſippo moliebatur inſidias:morboq̃ ſimulato per epiſtolam poſtulauit:ut ſibi medicinæ gratia tyberienſibus ei aquis calidis uti permitteret.Ioſippus autem nondum ei ſuſpectus erat inſidiator ad præfectos ciuitatis litteras fecit:ut hoſpitiũ & utenſilia ioanni præberent.Quibus ille potitur biduo poſt cuius reꝺcauſa uenerat agebat.& his fraude circunuentis: aliis uero pecunia corruptis ut ioſippum deſererent perſuaſit . His cognitis ſylla quem ioſippus cuſtodiæ præpoſuerat: propere de inſidiis ei ſcripſit:itaq̃ ille accepta epiſtola noctuq̃ itinere maturato matutinus ad tyberiadã peruenit.Et cætera quidem multitudo obuiam ei proceſſit.Ioannes autem q̃uis eum contra ſe uenire ſuſpicaretur: tamen direpto quodam ex notis infirmitate ſimulata q̃ lectulo detineretur obſequio ſe defuiſſe mandauit . Tyberienſibus autem a ioſippo in amphitheatri ſtadium congregatis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

ut eos quæ ſibi ſcripta fuerant alloqueretur miſſis armatis ioannes iuſſit eum interfici. Quos cū iam nudare gladios perſpexiſſet populus exclamauit atq; ita conuerſus ad eius uocē Ioſippus ubi ferrum prope iugulo ſuo imminere proſpexit in litus diſiluit e tumulo excelſo cubitis ſex:in quo uerba faciens cum populo ſteterat : aſcenſaq; nauicula cum duobus ſatellitibus ſuis quæ illic applicuerat in medium lacum refugit.Milites uero eius ilico raptis armis contra inſidiatores irruebant. Mox autem ueritus ioſippus ne bello inteſtino ſuſcitato propter paucorum inuidiam ciuitas conſumaretur nuncium ſuis miſit:qui eos moueret:ut propriæ tantū ſaluti conſulerent.Neq; uero quemq̄ occiderent uel aliquerent noxiorum . Et illi quidem dicto parentes conquieuerunt. Qui uero circum ciuitatem per agros habitabant auditis inſidiis & quis earum fabricator fuiſſet contra ioannem ueniebant.Sed ille primus in iſcala patriam ſuam fuga receptus eſt.At galylei totis iam ciuitatibus ad ioſippum confluebant.Et cum multa eſſent armatorum milia congregata: qui ſe aduerſus ioannem cōmunem inſidiatorem adeſſe clamabant:unaq; cum eo ciuitatem quæ illum ſuſcepiſſet ignibus traditurosiad ea ioſippus probare quidem ſe eorum beniuolentiam impetum autem cohibendum eſſe dicebat prudentia magis inimicos uincere cupiens quam perimere.His uero qui de ſingulis ciuitatibus cum ioāne rebellaſſent nominatim exceptis quippe alacri animo ſuos quiſq; populus indicabat præconum uoce denunciabat intra quinq; dies eorum qui Ioannem non reliquiſſent patrimonia diripienda:domoſq; eorum cum familiis exurēdas. Et tria quidem milia ſtatim ab eo reuocauit:qui profugi ante pedes eius arma proiecerūt . Cum reliquis autem ioannes prope mille uiris ſyris fugitiuis tranſtulit ſe iturum in occultas inſidias ex apertis ac per nuntios in hyeroſolimam clam direptos Ioſippum accuſabat q; magnum exercitum colligiſſet:iamq; niſi præueniat ui tyrannus metropoleos uenturus eſſet . Verum ea populus quidem præſciens negligebat:liuore autem potentes nonnulliq; magiſtratuum clam pecunias ad comparandos mercenarios milites miſere ioanni:ut per eos bellum cum ioſippo gereret.Decretum quæ inter ſe conceperunt: quo idem ioſippus militum adminiſtratione decederet . non tamen id ſatis eſſe credebant: ideoq; duo milia & quingentos armatos & quatuor nobiles uiros iuriſperiti filiū Ioſandrum & Ananiam ſadduci & Symonem & Iudam Ionati filios omnes eloquentia ualidiſſimos:ut eorum ſcilicet monitu auerteretur ab ioſippo beniuolentia multitudinis. Et ſiquidē ipſe ſponte ſua ueniret paterentur eum rationem reddere. Sin remanere contenderet:uelut hoſte uterentur . Amici autem ioſippi militem quidem ad eum uenturum eſſe perſcripſerant : cauſam uero non indicauerunt quomodo ſecretum fuit inimicorum eius cōſilium. Vnde factū eſt ut quod præcauere non potuit:quatuor ſtatim ciuitates ad inimicos poſtq̄ uenere deficerent . Hoc eſt ſephores & gabra & giſcala & tyberias:quas tamen continuo ſine armis recepit.Captos autem quatuor duces conſilius armatorumq; fortiſſimos remiſit ad hyeroſolimā:contra quos populus haud mediocri indignatione commotus:ipſos & a quibus pmiſſi fuerant occidiſſet: niſi ante fugiſſent.

Deferitur Ioſephus a ſuis:quos ipſe punit:euocans omnes primates & aſtutia quadam ducens ſcaphis ducens ſecum in taricheas cuidam clamanti clitus nomine iubet manus abſcidi ipſeq; ſibi met dexteram truncauit timore perterritus. Cap. XXXII.

IOanné uero iam intra muros iſcalon Ioſippi timor cuſtodiebat.Et paucis diebus poſt iterum rebellauit tyberias:habitatoribus eius Agrippam regem implorantibus. Et cū ille conſtituto die ad eos non ueniſſet:paucisq; romani equites ibi tum comparuiſſent: a Ioſippo alienati ſunt.Hiſq; apud taricheas cognitis ſtatim:defectio conſecuta eſt. Cū uero cunctos ioſippus milites miſiſſet frumentatum:neq; ſolus egredi contra deſtitutores:neq; ſe continere patiebatur:metuens nedum ipſe tardaret:ante in ciuitatem regii tranſgredirentur. Nec enim poſtero die obſtante ſabbato quicq̄ facere poterat.Dolo autem qui ſe deſeruerant circunuenire cogitabat.Et portas quidem tarichearum claudi iuſſit: ne quis cōſilium ſuum illis proderet contra quos ſuſcipiebatur . Omnibus autem ſcaphis quas in lacu repperit congregatis: ducentæ autem & triginta fuerunt:quaterniq; nautæ non amplius ſingulis inerāt:mature ad tyberiada nauigat . Cunq; tanto ab ea diſtaret ſpatio unde facile uideri non poſſet:inanes ſcaphas in ſalo relictas ſeptem ipſe ſolus inermes ſatellites ſecum habens propius ut conſpiceretur acceſſit . Quem cum inimici adhuc maledicentes ei ex muro conſpexiſſent:metu perterriti : & ſcaphas armatorū eſſe plenas exiſtimantes: arma proiiciunt:manuſq; ſupplices agitantes ut ciuitati parceret præcabantur.Ioſippus autem poſtq̄ multis eos minis & caſtigationibus exprobrauit:primū q; bello contra populum romanum ſuſcepto: inteſtinis diſſenſionibus uires ſuas anteq̄ conſumerent inimicorum uota complerent . Deinde q; ſecuritatis ſuæ curatorem de medio tollere properarent ciuitatemq; non erubeſcerent ſibi claudere:qui eam muro cinxiſſet non repudiaturum ſe:it:ſi qui ſibi ſatiſfacerent:quibuſq; interuenientibus amicitiam cum ciuitate firmaret. Itaq; ſtatim ad eum decem tyberienſium potentiſſimi deſcenderūt.His autem in unam receptis nauiculam piſcatoriā:& procul abductis alios quinquaginta curiales uenire iuſſit maxime notiſſimos: uelut illi quoq; fidem ſibi præbere deberent.Deinde nouas cauſationes excogitans:alios inſuper atq; alios obtectu fœderis euocabat:ut mature taricheas recurrerent gubernatoribus nauium impletarum impera-

bat:quoſq; auexiſſent in carcerem collocarent.Donec omnem curiam quæ ſexcentos haberet uiros:duoq; milia popularium comprehenſa in taricheas ſcaphis abduxit.Relictis autem uociferātibus clitum quendam eſſe maxime defectionis auctorem : iramq; ipſius pœna illius præcātibus ſatiari:illum quidem ioſippus nolebat occidere.ſuorum uero ſatellitum quendam leui egredi iuſſit:qui cliti manus abſcinderet.Cum uero his præ timore ſolum globo inimicorum cōmiſſurum negaſſet:eaq; cauſa indignari ioſippum ſtantem in ſcapha clitus cerneret:ipſumq; uelle deſcendere ac de ſe ſupplicium ſumere:ut ſaltem unam manum ſibi concederet orabat.Neq; hoc abnuente ioſippo:dummodo alteram ſibimet clitus præſcideret:educto ille dextera gladio leuā ſibi truncauit: tantus eum timor ioſippi inuaſerat . Ita tunc ioſippus uacuis ſcaphis & ſatellitibus ſeptem populo capto rurſus tyberiadam ſibi ſociauit.Pauciſq; diebus poſt cum etiam ſephorim defeciſſe inter alias reperiſſet militibus eam depredari permiſit : omniaq; inde lecta popularibus dedit eā ſephoritis. Nam & captus rapinarum damna corrigere uoluit: reddibitione rerum rurſus eos ad beniuolentiam reuocare.Hactenus apud galyleam motus iamq; ab inteſtinis diſſenſionibus quiescentes aduerſus romanos inſtruebantur:hyeroſolimis autem Ananias pontifex & potētiores qui non cum Romanorum parte ſentirent muros inſtaurabant:multaq; bellica inſtrumēta perq; omne oppidum ſagittæ aliaq; arma fabricabantur. Exercitationibus autem ſiſmanus iuuenum operam dabat . Eranteq; uniuerſa plena tumultus:magnaq; triſtitia mediocres occupauerat: multiq; futuras clades proſpicientes fletum cohibere non poterant : infeſtaq; pacem cupientibus omnia uidebantur. Belli autem in centoribus quæ illis placerēt ex templo refingebant ſtatuſq; iam tūc quaſi perituræ ciuitatis erat.anteq̄ romani uenirent.Anano autem apparatum belli negligere cura fuit:& ſtudioſorum quos æmulatores uocabāt amentiam ad ulteriora conuertere . Vi tamen uictus ē:& quis illius finis fuerit poſterioribus explanabimus.Antina crabrittena caparchia agioræ filius ſymon: multis nouarum rerum cupidis congregatis ad rapinas cōuerſus non ſolum domos locupletum perturbabat : uerum etiam corpora uerberibus conficiebat . Iamq; tunc certus erat incipiens tyrannidem. Ab Anano autem miſſis aduerſus eum militibus magiſtratuum ad latrones qui erant magade cum his quos habebat effugit:ibiq; manēs donec ananus & alii eius inimici perempti ſunt:idumeam cum cæteris populabatur: adeo ut magiſtratus eius gentis propter cædium multitudinem & prædarum aſſiduitatem collecto milite uicos præſidiis tuerētur: & idumeæ quidem res ita ſe habebant.

¶De bello iudaico.Liber.iii.incipit.

¶Sentiens Nero res geſtas non proſpere indignatur: mittit ueſpaſianum in ſyriam ad regendos exercitus & ulciſcendos iudæos rebellantes tandē ex iudæis.x.milia perimuntur: nō ceſſant iudæi uerum aſcolonem petunt:ſed Antonius poſitis inſidiis qua erant tranſituri ſuper octo milia interficit cæteri aufugiunt:Niger unus ex ducibus iudæorum in turrim ſe recipit quem antonius ſuccendit ille uero ſaltu demiſſus euadit: uidentes iudæi illum gaudēt q; dei prouidētia dux eorum impoſterum ſit ſeruatus, Cap. I.

NEronem autem ubi res apud iudæam nō proſpere geſtas accepit.Latens quidem quod neceſſe fuit cum ſtupore timor inuadit: aperte āt ſuperbiam ſimulans:ultro etiam indignabatur ; magiſq; ducis negligentia:q̄ uirtute hoſtium quæ contigerant eſſe dicebat.Dicere ſe putans propter pondus imperii triſtiora cōtemnere uideri q̄ malis omnibus ſuperiorem animum gerere.Verumtamen curis arguebaē mētis eius perturbatio cum deliberaret cui nam motum crederet oriētem qui una & iudæos rebellantes ulciſceretur proximaſq; his nationes ſimili morbo correptas ante caperet.Inuenit igitur ſolum Veſpaſianum his neceſſitatibus parem & qui tanti belli magnitudinem ſuſtinere poſſet uirum ab adoleſcentia uſq; ad ſenectutem bellis exercitatum: & qui populo ro.iam pridem pacaſſet heſperiam germanorū tumultu concuſſam: armiſq; ante illud tempus incognitam britanniam uindicaſſet . Vnde patri quoq; ipſius claudio præſtiterat:ut ſine proprio ſudore triumpharet.Itaq; his uelut omnibus fretus nero:ætatemq; illius cum peritia ſtabilem cernens obſideſq; fidei liberos:eorum florum manus eſſe paternæ prudentiæ : iam tum fortaſſe de tota republica deo aliquid ordinante . mittit eum ad regendos exercitus in ſyria conſtitutos:multis pro tempore blandimentis atq; obſequiis animatum qualia neceſſitas imparare conſueuit . Ille autem protinus ex achaia ubi cum Nerone fuerat:ritum quidem filium ſuum dirigit alexandriam ut inde quintam item decimam legiones moueret. Ipſe uero trāſmiſſus ad helleſpontum terreno itinere ſic ſyriam peruenit ibiq; romanas uires multaq; a uicinis regibus auxilia congregauit. At iudæi poſt malam cæſtii pugnam inſpera-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

ta fœlicitate ſublati:animorum impetus cohibere non poterant.Sed tanq̃ fortuna eos exagitãte perciti bellum ulterius producebãt.Deniq; omni quanta fuit manu pugnaciſſima cõgregata aſcalonem petierunt . Ea ciuitas antiqua eſt ſeptingentorum &.xx.ſtadiorum ſpatio ab hyeroſolima diſtans:& iudæis ſemper inuiſa:quæ res fecit ut etiam tunc primis eorum incurſibus proprior uideretur.Tres autem uiros aggreſſionis duces habebant:& corporis uiribus & prudentia præſtantiſſimos:nigrum peraitam:& ſyllam babylonium:& ioannem myſeum.Aſcalon enim ualidiſſimo quidem muro cincta erat:ſed uacua pœne præſidiis.Vna enim cohors cauſa peditum & una equitum ala tuebatur:quibus præfectus erat antonius.Illi quidem ira multa uelocius itinere peracto: quoniam ex propinquo uenirent præſto erant.Antonius uero nec enim eorum fore impetum neſciebat equites iam de ciuitate duxerat & neq; multitudinem ueritus uel audaciam:primas hoſtium coitiones fortiter ſuſtinuit:murumq; properantes aggredi refrenauit. Itaq; iudæi q̃ cum peritioribus imperiti:& pedites cum equitibus conſtipatis:aut inordinati leuiterq; armati cum inſtructis pluſq; indignationi quam conſilio tribuentes: cum morigeris & nutu rectoris omnia facientibus dimicaturi:facilis erat aduerſariis labor.Nam ut ſemel eorum primæ ab equitibus turbatæ ſunt acies fugam petunt:& murum uerſus ſe a tergo urgentibus incedẽtes ſuimetipſi hoſtes erãt: donec omnes incurſibus equitum victi per totũ campum diſperſi ſunt: qui fuit plurimus totuſq; habilis equitantibus:quod quidem romanos iuuit:ut magna quidem ſtrage iudæos proſterneret. Nam & fugientes præuertendo torquebant : & quos occupaſſent curriculo tranſligendo infinitos peremere. Alii uero alios quocunq; ſe uertiſſent circundatos exagitantes facile iaculis opprimebant.Et iudæis quidem propria multitudo per deſperationem ſalutis ſolitudo uidebatur.Romani uero licet in bello pauci eſſent: rebus tamen ſecundis animati etiam ſuperflui reſidui uidebantur.Et illi quidem res aduerſas ſuperare certabant dum cito pudet fugere : mutariq; fortunã ſperant. Romanis autem in his quæ proſpere agerent minime laborãtibus: ad maiorem uſq; diei partem pugna protracta eſt donec iudæorum quidem perempta ſunt.x.milia:duoq; duces ioãnes & ſcyla.Cæteri uero & plæriq; ſautii cũ nigro qui unus reſtabat ex ducibus:in ciuitatem idumeæ quæ challis dicitur confugere . Nonnulli tunc etiam romanorum in illo prælio uulnerati ſunt. Sed non iudæorum ſpiritus clade tanta ſedatus eſt : multoq; magis eorũ dolor incitauit audaciã & coniicientes quãtum ante pedes mortuorum iaceret:priſtinis rebus fœliciter geſtis ad plagam alteram illicebãtur.Deniq; paruo tempore intermiſſo q̃ ne curandis quidẽ uulneribus ſatis eſſet: cunctiſq; aggregatis uiribus maiore cum indignatione:multoq; plures aſcalonem recurrebant:eadem ſe præter imperitiam:aliaq; belli uitia commitante fortuna.Etenim cum antonius qua trãſiturí fuerant poſuiſſet inſidias ex improuiſo in eas dilapſi & ab equitibus circundati:priuſq̃ ſe ad pugnam componerent:iterum ſuper octo milia procubuerunt:cæteri uero oẽs aufugerunt. Cũq; his niger multis dum fugeret magni animi facinoribus demonſtratis: & quoniam hoſtes inſtaret in turrim quandam tutiſſimam compelluntur alicuius uici:cui nomen eſt baldezel.Antonius uero cum ſuis ne uel moras circũ turrim quæ inexpugnabilis eſſet diu tenerent: uel ducem hoſtiũ fortiſſimum uiuum relinquerent:ignem muro ſupponunt: turriq; inflammata romani quidẽ exultantes recedunt:quaſi etiam nigro conſumpto.Ille autem in caſtelli ſpecus intimum ex turri ſaltu demiſſus euadit:triduoq; poſt ſotiis cum fletu eum ad ſepulturam inueſtigantibus:ſeſe oſtẽdit gaudioq; inſperato repleuit omnes iudæos:tanq̃ dei ,puidẽtia dux eis in poſterũ reſeruatus.

Veſpaſianus ãtiochiã cũ exercitu uẽit:agrippã offẽdit fert opẽ ſaphoris cõtra iudæos. Cap. II.

DE ueſpaſianus antiochiam exercitum ducens quæ ſyriæ metropolis eſt : magnitudine ſimul aliaq; fœlicitate ſine dubio tertium iter omnes quæ in romano orbe ſunt locũ obtinens:ubi etiam aduentu ſuo regem agrippam cum omni manu propria offendebat præſtolari ad ptolomaidam properabat.In hac aũt ciuitate occurrerunt ei ſephoriciues oppidum galyleæ colentes : ſolimente pacata:qui tam ſuæ ſalutis prouidentia quã romano rum uirium gnari etiam priuſq̃ Veſpaſianus ueniret:ſentio gallo fidem dederant:dextraſq; iunxerant:& præſidium militare ſuſceperant . Itaq; & benigniſſime a duce ſuſcepti alacri animo etiam contra gentiles ſuos auxilia promiſerant.Quibus interim Veſpaſianus ultionis cauſa poſcẽtibus equitum peditumq; tantum numerum tradidit:quantum obſtare poſſe arbitrabatur incurſibus: ſiquid iudæi commouere tentaſſent.Non enim minimum eſſe uidebatur futuri belli periculum: auferri ciuitatem ſephorim Galyleæ maximam & in loco tutiſſimo conditam: totuſq; gentis futuram præſidio.

Duæ ſunt galyleæ opime abundantes : homines pugnaces ſunt: continent hee prouinciæ diuerſas ciuitates quæ irrigantur diuerſis fluminibus qbuſq; finibus terminant. Cap. III.

DVæ ſunt ãt galyleæ quæ ſuperior & inferior appellãtur: eaſq; phenice & ſyria cingunt. Diſcernit uero ab occidente ptolomais territori ſui finibus quondam & galyleorum. Nunc autem mons tyriorum carmelus cui coniuncta eſt gaba ciuitas hippeon hoc eſt equitum quæ ſic appellatur ex eo q̃ equites ab herode rege dimiſſi coloni deducebantur a meridiæ autem ſamaritis & ſcytopolis uſq; ad flumen iordanẽ: ab oriente uero ioppa & gadaris:ſed & gaulanitide diffinitur quæ etiam regi agrippæ fines ſunt. Septẽtrionalis autẽ eius tractus tyro itemq; tyriorum finibus terminatur . Inferiores quoq; galyleæ fines q̃ longi ſunt ex tyberiade ad zabulon cui uicina eſt in locis maritimis ptolomaienſium ciuitas propagatur.Latitudine autem patet ex uico ſalothi qui in magno campo ſitus eſt uſq; ad berſaben: unde etiã ſupiorius galyleæ latitudo incipit uſq; ad bacauicum qui terrã dirimit tyriorum.Longitudo uero eius a talla uico iordani proximo uſq; ad berothe tenditur.Sed cum tanta ſint utræq; magnitudine:tantiſq; gentibus alienigenis cinctæ:ſemper tamen omnibus belli periculis reſtiterunt . Nam & pugnaces ſunt ab infantia galylei:& omni tempore plurimi:neq; aut formido unq̃ uires aut eorum penuria regiones illas occupauit:quoniam totæ opimæ & fertiles ſunt:omniumq; generum arboribus conſitæ: ut etiam minime agri colendi ſtudioſos ubertate uſi prouocent . Deniq; excultæ ſunt ab incolis totæ:nec pars ulla eſt otioſa:quin & ciuitates ibi crebræ ſint: ubiq; multitudo uicorum propter opulentiam populoſa:ut qui ſit breuiſſimus ſupra.xv.milia colonoꝝ habeat prorſus:ut etiam ſi quis magnitudine minorem galyleam direxit quam trans fluuium regionem uiribus tamen eam prætulerit.hæc enim omnis eſt in opere aſſiduecq; fructuum ferax: ut illa q̃ trans flumen eſt licet multo maior ſit:plæraq; tamen aſpera atq; deſerta eſt: & nutriendis fructibus mã ſuetis inhabilis . Galyleæ uero mollicies & ingenium fructuoſum campos cum uariis arboribus conſitos:tum maxime oliuetis ac uineis & palmetis exultos . Irrigatur autem abunde montanis torrentibus a fontibus aque perẽnis : quotiens illis ſitio æſtuante defecerint . Et longitudo quidem eius eſt a macherunta impellam . Latitudo uero a philadelphia uſq; ad iordanem . Et pella quidem quam ſupradiximus ſeptentrionalis eius eſt tractus.Occiduus uero iordanis:meridianus autem moabites regio terminat. Ab oriente autem arabia & ſalbonitide necnon & philadelphia: itemq; geraphidis clauditur . Samarienſis autem regio inter iudæam quidem & galyleam ſita eſt: incipiens enim a uico in planicie poſito: cui nomen genaniæ meccabaitæ nam deſinit toparchiã: ſed natura nihil ab iudæa diſcrepat . Nam utræq; montuoſæ ſunt & campeſtres agroq; collendo molles atq; opimæ necnon & arboribus plenæ pomiſq; tam ſilueſtribus quam manſuetis abundant eo q̃ nunq̃ natura ſint aridæ imbriumq; ſatis habent . Dulces autem per eas multi modis aquæ ſunt:boniq; graminis copia.præter alias earum pecora lactis abundant : quodq; maximum uirtutis atq; opulentiæ ſpecimẽ eſt utraq; uiris refertã eſt. His autem finitimis Anunath uicus q etiam borceas appellatur iudeæ limes a ſeptentrione . Meridiana uero pars eius ſi in longitudine metiare adiacenti uico arabum finibus terminatur:cui nomen eſt iordano. At iudeæ latitudo ex iordane flumine uſq; ad ioppen explicatur:media uero ciuitas eius eſt hyeroſolima . Vnde quidã non ſine ratione umbilicum eius terræ id oppidum uocauerunt.Sed nec marinis quidem delitiis caret a ptholomaida uſq; locis extenta maritimis.in.xi.autem ſortes diuiſa eſt. quarum prima eſt regnum quod optinet hyeroſolimorum ciuitas præ cæteris inter omnes accolas eminens uelut caput in corpore . Aliis uero poſt hæc toparchiæ ſunt diſtributæ. Coſna eſt ſecunda:& poſt eam atrabata eſt.Deinde theana & lydda itemq; amineus & pelle & idumeæ & angada & herodium & hiericus poſt quas iãnia & ioppe finitimis præſunt: & præter hanc gamalitica & gaulanitis & bathania & traconidis:quæ etiam regni agrippæ partes ſunt. Eadem uero terra incipiens ex monte libano & fontibus iordanis:uſq; ad tyberiadis proximum lacum latitudine pandit . Ex uico autẽ qui appellatur pharphaſus qui ad iuliada oppidum tendit latitudinem & habitatur ab incolis iudæis una ſyriſq; permixtus.

Exercitus quem dederat ſaphoritis Veſpaſianus:diuiditur in duo:aſſidue ciuitates & loca illa incurſant depredando Ioſephus in ſaphoritim impetum facit ſed nihil efficit totam galyleã igne & ſanguine repleuit. Cap. IIII.

DE iudæa quidem & quibus eſſet cincta regionibus: quam maxime potui breuiter expoſui.Quod autem Veſpaſianus miſerat auxiliũ ſephoritis:hoc eſt equites mille:ſexcq; milia peditum:placido eos regente chiliarcho caſtris in magno campo poſitis biffariã diuiduntur. Et pedites quidem in ciuitate ipſius tuẽdæ cauſa:equitatus uero in caſtello degebant. Vtrinq; autem aſſidue prodeundo & circum eas regiones loca omnia incurſando:magnis incommodis ioſippum eiuſq; ſocios q̃uis quietos afficiebant. Et præterea ciuitates extrinſecus depredabantur eorumq; conatus ſi quando excurrendi habuiſſent fiduciam repellebant . Sed ioſippus quidem aduerſus ciuitatem impetum fecit: ſperans eam ita capere quam ipſe anteq̃ a galyleis deſiſteret ita muris cinxerat:ut romanis quoq; eſſet inuicta . Vnde etiam deſpe decidit:cum & ui & ſuaſu infirmior ſephoritis fuiſſet inuentus : magnumq; in iudæa bellum accendit romanis indigne ferentibus inſidias . Et propterea nec die nec nocte ab agrorum depopulatione ceſſantibus:ſed paſſim diripientibus quicquid rerum in his reperiſſent. Qui tamen cũ mortem pugnacibus ſemper inferrent:imbelles ad ſeruitium capiebant . Ignis uero & ſanguis galyleam totam repleuerat: nec quiſq̃ expers eius acerbitatis aut cladis erat:unam ſalutis ſpem fugientes habebant in ciuitatibus quas murorum ambitu Ioſippus communierat.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Titus filius Vespasiani patrem suum reperit ptolomaida qui multas legiones comparauerat multosq; cuiuscunq; generis ad militiam uiros congregauerat. Cap. V.

TItus autem alexandriam transmissus ex achaia citius quam per hiemen sperabatur manum quidem militum cuius causa directus fuerat susceptit: contemptoq; usus itinere mature ad ptholomaidam peruenit. Cunq; ibi patrem suum reperisset duobus quæ illum secum habebat agminibus erant autem nobilissimæ quinta & decima legiones: iunxit etiam quas ipse adduxit quintam & decimam. Eas autem sequebatur etiam decem & octo cohortes quibus accessere ex cæsaria cum unaquaq; ala equitum. Decem autem cohortum singulæ mille pedites habebant: in cæteris uero tresdecí sexcenti pedites: & centeni uiceni equites erãt. Satis autem auxiliorum etiam regibus congregatum est. Antiochus enim & Agrippa & semus bina milia peditum & sagittarios equites mille præbuerũt: cum Arabiæ quoq; rex malchus præter quinq; milia peditum equites mille misisset: quorum pars maior erant sagittarii: ut tota manus computata cum regiis: decem milia circiter peditum equitumq; colligeret præter colones q plurimi sequebantur: & meditationi bellicæ assueti nihil a pugnacissimis aberant: q; tempore quidé pacis dominorum exercitationibus interessent: belli autem pericula cũ ipsis experirentur: & neq; peritia neq; uiribus a quoquam nisi a dominis uincerentur.

Laudatur romanorum prudentia instruentium seruos in militie disciplinam: q̃q; sunt edocti instruendis castris & quem ordinem seruant in bellicis rebus describitur. Cap. VI.

VAquidem in re nimis admirandam quis existimauerit romanorum prouidentiam ita seruos instituentium: ut non solum uitæ ministerio: sed etiam necessitatibus utiles sint. Quod si quis eorum aliam quoq; respexerit militiæ disciplinam: profecto cognoscet tantum eos imperium non fortunæ munere: sed propria uirtute quæsisse. Armis enim uti non ex bello cœperunt: neq; solum si necesse sit manus mouent: cum in pacis ocio cessauerint: sed armis ueluti natura cohærentes nullas capiunt exercitationis indutias: nec tempora præstolantur. Meditationes eorum nihil a uera contentione discrepant: sed in dies singulos militum quisq; omnibus animis tanq̃ in procinctu positus exercetur: quo etiam facillie prælia tolerant. Nec enim uel ordo neglectus eos a consueta dispositione dispergit: neq; metus ab assumptis dimouet aut lassitudo. Vnde sequitur ut sp̃ superent quos non itidem confirmatos inuenerint. Nec errauerit si quis eorum meditationes conflictus esse dixerit sine sanguine: contraq; prælia meditationes esse cum sanguine. Nec enim cursu capi faciles sunt hostibus: sed quocunq; in hostilem terram irruperint ante castrorum munitionem nunquam prælium sumunt. Quæ q̃dem non leui opere neq; iniquo loco erigunt nec omnes inordinate describunt: sed si quidé inequale solum fuerit complanatur. iiii. uero angulis eorum dimensio designatur. Nam & fabrorum multitudo & ferramentorum copia quæ usus extrúctionis poscit: sequitur exercitum: & interior quidem pars castrorum tabernaculis distribuitur: ambitus autem eorum extrísecus muri faciem præfert: ordinatis etiam turribus pari spatio dispositis: quarũ interualla tælis atq; ballistis aliisq; machinis saxa iacentibus omnibus instrumentis missilium complent: ut cuncta scilicet iaculorũ genera in promptu sint. Et omni autem muri parte. iiii. portas ædificant tam iumentis aditu faciles quam ipsis si quid urgeat intro currentibus latas: intus autem castra uici spatiis interpositis dirimunt mediaq; rectorum tabernacula collocant: & inter hæc ducis maximi medium templo simillimum prorsus ut quasi repentina quædam ciuitas existat forumq; & opificum statiões & sedes militum primatibus ordinũq; principibus ubi sigq; sint inter alios ambiguitates iudicent. Ipse uero ambitus & omnia quæ in eo sunt & scientia fabricãtium opinione citius cõmunitur. Quasi res urgeat fossa extrinsecus cingitur depressa cubitis. iiii. pariq; spatio lata. Armis autem septi per contubernia cum decore atq; otio in tentoriis agunt: oiaq; ab his ordinate ẽt alia caute quæ per cõtubernia expediunt: ueluti si ligno aq̃ue opus sit aut frumẽto. Nec enĩ cœna uel prandiũ cum uoluerit in ptãte cuiusq; est. Simul aut oĩbus somnus & excubiæ & uigilandi tpa buccina significant. Neq; enĩ est oĩno quicq̃ quod sine edicto gerat. Mane ãt milites quidem ad centuriões: illi uero ad chiliarchos conueniunt salutatũ: cum quibus ad summũ oĩum ducem uniuersi ordinum principes. Ille ãt his signum aliaq; dat ex more p̃cepta perferenda subiectis: quæ quidé ẽt cum in acie sunt agentes citius parent: ut si res exigat incursibus eius itéq; reuocationibus uniuersi piter obsecundent. Cum aũt castris egrediendũ est turba indiciũ facit: nemoq; ocioſus est. Sed uel solo nutu moniti tabernacula colligũt: oiaq; ad perfectionẽ instruunt. Deinde itez turba ut sint pati significat. Illi ãt cum mulos & iumenta sarcinis onerauerint uelut in curruli certamine signũ expectant. Castra uero incẽdunt & q; sibi alia munire facile sit: & ne quãdo hostibus eadẽ usui sunt. Et tamen tertio quoq; tubæ signo indicant: ut exeaĩ: urgendo aliq̃ ex causa morantes ne quis ordinem deserat. Dextraq; duci p̃co astans ter si ad bellũ parati sunt: uoce patria percontat. Illiq; tertiens alacri & magna uoce paratos esse se respondent interrogantéq; p̃ueniunt & martio quidem spiritu repleti cũ clamore dexteras erigunt. Deinde ocioſe: & cũ omni decore ꝓgredientes ambulant suũ quisq; ordinem uelut in bello custodiens: pedites quidem thoracibus & galeis septi: & ex utroq; latere sicas ferentes. Leuus ãt gladius multo est longior cũ dexter mensurã palmæ non excedat. Qui uero ducẽ stipant lecti pedites scuta & lanceas portãt: cætera manus hastas & clypeos longos seramq; & corbẽ & sarculũ & securim & habenam & falcem & catenam triduiq; uiaticũ ut parum intersit inter onusta animalia & pedites. Equitibus autem ad dexteram gladius est longior: & cõtus in manu transuersusq; ad equi latera clypeus ternaq; super pharetrã uel amplius dependent lata cuspide iacula nihil ab hastis magnitudine differentia. Cassides uero & thoracas peditibus habent similes: nulloq; armorum genere discrepãt: & in his equitum lecti qui circum ducem morãtur. Agmen autem semper cui sorte id obtigerit antecedit. Talia quidem sunt romanorum itinera & mansiones: itemq; armorum uarietas. Nihil uero nec in prælis incõsultum aut subitum agunt sed omnia semper sequuntur facta sententia opusq; adhibetur ante decretis. Vnde aut minime peccant: aut si peccauerint facilis est errati correctio. Fortunæ autem successibus meliores consiliorum etiam si aliter cesserit arbitrantur euentus: quasi bonum quidem fortuitum illiciat: ut diuina prouidentia non esse credatur quæ uero ante cogitata fuerint etiam si aduersus casus exceperit bene iam meditatos exhibeant ad cauẽdum ne idem rursus eueniat & bonorum quidem fortuitorum non is auctor sit cui contigerint: totum uero quæ innoxiis acciderint: saltẽ q; rectum consilium cœperint uideatur esse solatio. Armorum quidem exercitatione comperãt: ut non modo corpora: sed animi quoq; militum fortiores sint. Maior tamen illis est ex timore diligentia. Namq; leges apud eos non desertionis solum: uerũetiam minimæ negligentiæ sunt capitales: ducesq; magis quam ipse leges terribiles. Náq; bonos honorando redimunt: ne in coercendis noxiis sint crudeles. Tanto autem obsequio rectoribus parent: ut & in pace ornamẽto sint: & in acie corpus unum totius conspiciatur exercitus. Sic eorum copulati sunt ordines: ita circũduci sunt mobiles: & acutis auribus ad præcepta: oculisq; ad signa: & ad opera manibus unde facere quidem semper strẽnui sunt: parati uero tardissimi. Nec est ubi præliantes aut multitudinem hostium ut consilia sensere ducum: aut difficultatem regionum: sed ne fortunæ quidem succubuere. Nam & eam certiorem putant esse uictoriam. Quorum igitur actus ex consiliis incipiunt deliberantibus: adeo strennuus paret exercitus: quid mirum si euphrates ab oriente & occeanus ab occidente: itemq; a meridiano tractu libyæ fertilissima regio: & septẽtrione rhenus atq; ister sunt imperii limites: cum minorem esse possidentibus possessionem recte quis dixerit: hæc ego prosecutus sum non tam proposito laudandi romanos: quam solatio deuictorum: & ut nouarum rerũ cupidos deterrerem: fortasse autem ad experiẽtiam proderit bonarum artium studiosis romanæ instituta militiæ nescientibus: redeo tamen unde digressus sum.

Vespasianus cũ filio suo ordinat exercitũ in ptolomaide placidus interimit maximã multitudinem in galylea: peruenit iotapatẽ qui receptus cũ suis. a iudæis illico sunt interfecti: ex iudæis uero tres ceciderunt placidus aufugit. Cap. VII.

VEspasianus quidẽ una cum Tito filio suo in ptholomaide iterim degens ordinabat exercitum. At uero q galyleam p̃suaserat placidus ubi maximã eorũ quos compræhẽdisset multitudinẽ interemit: hæc aũt fuit galyleorũ imbecillior turba animisq; deficiens pugnacissimos autẽ uidit sp̃ in ciuitates confugere: quas Iosippus conierat: in iotapata quæ oĩum tutissima erat impetũ uertit: existimans eam repentino aggressu facillime captum iri: magnáq; & sibi ex ea re alios apud rectores gloriã comparádam: & illis cõmodum ad reliqua maturius explicáda: quasi metu cessuris aliis ciuitatibus: si quæ ualidissima esset occupatá uidissent. Multum tunc opinione deceptus est: iotapatem enim cũ eius impetũ præcessissent prope ciuitatem aduenientẽ excipiunt; egressiq; cũ romanis ex improuiso plurimi & ad pugnã parati: necnon & alacres quippe ut pro salute patriæ: item coniugum liberorumq; dimicantes: in fugam eos uertunt multosq; sauciant: septẽ solum interfectis: quia neq; solum inordinate pugna diserere: septisq; undiq; corporibus leuiter fuerant uulnerati: cum iudæi magis quoq; eminus iaculari quam manus conserere inermes: cum armatis confiderent. Ex ipsis autem iudæis tres ceciderunt: paucis p̃terea sauciatis. Placidus quidem q; impetu suo languidior inuentus esset aufugit.

Vespasianus cum armatis suis in galyleam peruenit: timent omnes Iosephus conspiciens non posse repugnare in tyberiade confugit. Cap. VIII.

VEspasianus uero ipse galyleam cupiens inuadere: ex ptholomaide proficiscitur ordinato militum itinere: sicut romani cõsueuerunt. Auxiliatores uero qui leuius armati essent: itemq; sagittarios præire iussit ad repentinos incursus hostium cohibẽdos: & ut si ꝓspectas atq; oportunas siluas insidiis scrutarentur: cum quibus etiam erat romanorum armata portio. Eos autem sequebantur de singulis hecatontarchis. Deinde equites peditesq; armaturam suam ferentes mensuraſq; castrorum. Post hos stratores uiarum ibant: qui aggeris maligna corrigerent: ac deuia complanarent: siluasq; obstantes præciderent: ne perplexo itinere fatigaretur exercitus. Deinde suas itemq; subiectorum sibi rectorum sarcinas: & tutionis causa multos cum his equites ordinauit. Post quos ipse ueniebat: lectos pedites equitesq;

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

necnon & lancearios ſecum ducés.Equitumq; ꝓterea ſuoꝝ agmine comitatus. De ſingulis enim turmis proprios centū & uiginti equites deputatos habebat.Hos ſequebanť qui expugnandis ciuitatibus machinas & cætera tormenta portarent . Deinde rectores:itemq; prætecti cohortibus: chiliarchi ſtipati lectis militibus.Et poſt hos circum aquilam ſigna alia:quæ oībus apud Romanos agminibus præeſt:quod & uniuerſaꝝ auium regnum habeat:& ſit ualidiſſima. Itaq; illam & principatus inſigne putant:omęq; uictoriæ quodcunq; bello petierint. Sacras uero ſignoꝝ effigies:itidē ſequebantur cornicines:& poſt eas acies in latitudiné ſenis digeſta militibus. Hiſq; adhærebat ex more quidá hecatontarchus:diſciplinæ atq; ordinis cuſtos. Serui autē ſingulorum agminum cincti cū peditibus erant:mulis aliiſq; iumentis aduehentes militū ſarcinas. Omnium uero agminum poſtrema erat mercenaria multitudo: eamq; armoꝝ coactores ſequebanť armati pedites equitesq; non pauci.Itaq; pacto itinere Veſpaſianus cū omni exercitu ad fines galyleæ peruenit:ibiq; poſitis caſtris q̄is promptos ad bellum milites continebat: una & oſtendendo exercitū quo hoſtes metu præcelleret: ſpatiumq; indulgédo pœnitudinis:ſi quis ante prælium uoluntatē mutaret.Nihilominus aūt murorum inſtruebat obſidium.Itaq; multos quidem rebellionis fugere uel ſolus fecit ducis aſpectus:metum uero uniuerſis incuſſit. Ioſippus enim eiuſq; ſocii qui nō longe a ſephori in caſtra poſuerunt:ubi bellum appropinquare cognouerunt:& iam iamq; romanos p̄lio ſecum congreſſuros non modo ante pugnam:ſed anteq̄ hoſtes omnino conſpicerent fuga diſiecti ſunt.Cum paucis aūt relictis ioſippus ubi ſe aiaduertit neq; ad excipiendos hoſtes ſufficientem manum habere:iudæorumq; animos concidiſſe ac ſi fides his haberetur: plærosq; libēter ad hoſtes defectum ire.iam tum quidem bello omni quieſcebat quam longiſſime autem peritulis abeſſe decreuit abductiſq; qui ſecum remanſerant intiberiada confugit.

Veſpaſianus ciuitaté gaderenſium capit Ioſephus mittit hyeroſolimā litteras:ſi cupiant fedus uel bellū cū romanis:ſi bellū mittāt cū dignū exercitū ut poſſint repugnare romāos. Cap. IX.

VEſpaſianus aūt gadarenſium ciuitatem aggreſſus primo impetu capit:q; eam pugnaci multitudine uacuam reꝑeriſſet.Deinde hinc tranſgreſſus interius cunctos etiam puberes interfecit: cum romanos odio gētis & cladis memoria quam pertulerat ceſtius nullius ætatis miſericordia commoueret.Incendit aūté non ſolū ciuitatem:ſed ét oēs circū uicos & municipia quædá pœnitus deſolata. Nonnulla uero quoꝝ habitatores ipſe cœpiſſet.Ioſippus aūt quam tuitionis cā optauerat ciuitatem ipſe metu repleuit.Nā tyberienſes nuſq̄ eum niſi de cōi bello deſperaſſet in fugam uerſum iri credebant: neq; in hoc eos uoluntatis eius fallebat opinio.Videbat enim res iudæoꝝ quorſum euaderent: unāq; illis uiam ſalutis eſſe ſi propoſitū mutauiſſent.Ipſe uero q̄is adhuc ſperaret a romanis ueniam tribuendam mori cū ſpe uoluiſſet quā prodita patria cum dedecore adminiſtrationis ſibi creditæ apud illos fœliciter ageret contra quos fuerat miſſus.Decreuit igitur hyeroſolimam primatibus quéadmodū ſeſe res haberent cum fide perſcribere:ne uel nimis extollendo uires hoſtiū timiditatis poſtmodū argueretur.Vel minus aliquid nunciando fortaſſe cœpit etiam pœnitentes ad ferociam reuocaret: atq; ſi fœdus eis placeret cito reſcriberent aut ſi bellandum eſſet dignū ei contra romanos exercitum mitterent.Ille qdem hac epiſtola ſcripta mature dirigit qui in hyeroſolimā litteras ferret.

Veſpaſianus agrediés recindere iotapata monté ubi iudæi plurimi cōfugerāt:ciuitaté circūuallare iubet p milites ipſe proficiſciť ponit caſtra ageres facit ad oppugnandū ciuitaté Ioſephus curat ut muri ciuitatis altius p.xx.cubitus eleuenť quod romanos multū ꝑteruit. Cap. X.

VEſpaſianus autem iotapata excindere cupiés : nam in eam plurimos hoſtium refugiſſe cognouerat : & præterea ualidiſſimum hoc eorum eſſe receptaculum præmittit peditꝫ cum equitibus qui montanum iter coæquarent ſaxis aſperum ac peditibus quoq; difficile:omnino uero equitibus inuium.Et hoc quidē quatriduo fecere quod iuſſum eſt latamq; apuere exercitui uiam. Quinto autem die Ioſippus qui menſis maii uigeſimus & primus erat:prior in iotapata extiberiada uenit:abiectoſq; iudæorum ſpiritus erigit.Cum uero transitum eius Veſpaſiano quidam tranſſuga nunciaſſet:utq; mox ciuitatem peteret incitaret: ueluti cum ea totam iudæam capere poſſet.ſi Ioſippum ſubiugaſſet.Hoc ille nuncio proxima fœlicitate percepto dei prouidentia factum ratus:ut qui hoſtium prudentiſſimus uideretur: ultro ſe etiá in cuſtodiá traderet uoluntariam:ſtatim qdem cum equitibus mille placidum præmittit:unaq; ducem primū ebucium tam manu quā prudētia uiꝝ inſigné circūuallere ciuitatem iuſſos: ne clam inde Ioſippus elaberet.Poſtero aūt die cuncta manu cōmitatus ipſe conſeqtur. & poſt meridiem uſq; acto itinere ad iotapata peruenit.Abductoq; in ſeptētrionalem eius partē exercitu in quodá tumulo caſtra ponit diſtante ab urbe ſtadiis.vii.conſulto āt quam maxime cōſpici ab hoſtibus affectabat:ut uiſu attoniti mirarenť.Quod etiá factum eſt eoſq; tantus cōtinuo ſtupor inuaſit: ut muris egredi nullus auderet.At romanos quotidie ambulando fatigatos ciuitatē ſtatim aggredi piguit ob eandē cām duplici acie circundato oppido:tertiū extrinſecus agmé equitū poſuere:oēs iudæis exitus obſtruentes:ſed ea res illos in ſalutis deſperatione audaciores effecit:quippe in bello nihil é neceſſitate pugnacius.Itaq; poſtridie impetu in muros facto iudæi primo quidem locis

ſuis manentes:romanis caſtra ante muros habentibus reſiſtebant.Poſtea uero quam Veſpaſianus & ſagittarios & fundibulatores:omnemq; iaculorum multitudinem adhibitam:miſſilibus in eos permiſit uti:atq; ipſe cum peditibus in aduerſum collem unde murus expugnabilis erat niti cœpit:tunc ciuitati metuens ioſippus & cum eo cuncta iudæorum proſiluit multitudo: omneſq; in romanos pariter irruentes:procul a muris eos deterruere multa manu ſimul & audacia patrando facinorā:neq; minora patiebantur tunc quam faciebant . Nam quantum ipſos ſalutis deſperatio tantum pudor incendebat romanos.Et hos quidem pitia cum fortitudine: illos autem duce iracundia ferocitas armabat. Deniq; cum toto die pugnatum fuiſſet: prælium nox diremit: in quo romanorum plurimis ſauciatis treſdecim interfecti ſunt : iudæorum autem cum ſexcenti eſſent uulnerati ſeptem & decem ceciderunt. Nihil quoq; minus romanis poſtridie iterum irruentibus occurrunt:multoq; fortius reſiſterunt:ex eo ſcilicet fiduciam nacti: q; eos pridie præter ſpem ſuſtinuerunt.Sed eos quoq; pugnatiores experti ſunt:q; eorum iracundiam pudor incenderat: uinci credentium niſi cito uiciſſent . Itaq; per dies quinq; romanis minime ab aggreſſione ceſſantibus:iotapatenorum exceſus angebantur:muriq; fortius oppugnabantur. Et neq; iudæi uires hoſtium formidabant:neq; romanos difficultas oppidi capiendi laſſabat. Etenim iotapata paulominus tota rupes eſt:ex aliis quidem partibus undiq; uallibus immenſis præceps: ut earum altitudinem oculis deprædendere cupientium aſpectus ante deficiat . Ab una uero tantum boreæ parte adiri poteſt.ubi per tranſuerſum latus deſinentis montis ædificata eſt. Quod quidem ipſum muro ciuitatis Ioſippus fuerat amplexus:quo inacceſſa eſſent hoſtibus ſuperiora cacumina. Aliis uero circum montibus tecta priuſq̄ in eam peruenireturia nullo poterat conſpici.Iotapata quidem ſic erat communita.Veſpaſianus autem & cum natura loci ſimul certandum putans: & cum audacia iudæorum incipere obſidionem acriter ſtatuit:aduocatiſq; ſibi ſubditis de aggreſſu deliberabat.Cunq; aggerem fieri placuiſſet:qua parte murus facilis erat acceſſui:totum ad comparandā materiam miſit exercitum: oppidoq; propinquis montibus exciſis: magnaq; ui lignorum & lapidum congregata:ſcutiſq; minoribus ſiue ancillibus ad euitāda iacula deſuper miſſa per ualles diſpoſitis:ſub eoꝝ defenſione aggerem conſtruebant . Nulla autem noxa uel minima tælorum erat quæ de muro iacerentur.His autem alii terram ex propinquis tumulis eruentes ſine intermiſſione ſuppeditabant:cunctis trifariam diſtributis:nullus erat ocioſus. At iudæi ſuper eorum tegmina ſaxa ingentia & omne tælorum genus immitterent:quæ licet minime penetrarent:magnos q dem crepitus dabant:& horribile impedimentum erat operantibus.Tunc igitur Veſpaſianus machinis miſſilium circumpoſitis: erāt autem omnes.clx.in eos qui ſuper murum aſtarent iuſſit tæla contendi:ſimulq; ex baliſtis lanceæ ꝑcurrebant:ſaxaq; tormentis ingentia mittebantur:igniſq; & ſagittarum frequentiſſima multitudo:quæ non ſolum murum: ſed etiam tutum intra iactum earum ſpatium iudæis inacceſſum fecere.Arabum uero ſagittariorum manus & iaculatores:itēq; fundibulatores & omnes machinæ tælis operabantur. Neq; tamē his iudæi prohibiti ne deſuper ulciſcerentur quieti erant:ſed excurrendo per cuneos more latronum tegmina operantium diſſipabant:nudatoſq; feriebant:uel ſi quando illi ceſſiſſent aggerem diſſipabāt:uallorumq; munimēta cum ancillibus igni tradebant:donec Veſpaſianus cognito huius incommodi cauſam ex diſtributione operum contigiſſe : q; interiecta ſpatia iudæis locum aggrediendi præberent : adunauit tegmina coniunctiſq; pariter uiribus obreptiones hoſtium præpeditæ ſunt. Erecto autem prope agere : paulocq; minus æquato propugnaculo : indignum eſſe ratus ioſippus nihil contra moliri quod oppido ſaluti foret:conuocat fabros murumq; altius iubet extolli.Cum illa iam multis obſtantibus iaculis minime ædificare poſſe firmarent : hanc eis defenſionem excogitauit . Sudibus fixis per eōs boum coria extendi præcepit:quæ miſſos tormentis lapides ſinuata ſuſciperent:quibuſq; repulſa tæla cætera dilaberentur:& ignis humore langueſceret . hiſq; ante fabros oppoſitis illi murum die noctuq; operando:ad uiginti cubitorum altitudinem erexerunt crebris etiam turribus in eo conſtructis miniſq; ualidiſſimis aptatis:quæ quidem res romanis iam intra ciuitatem ſe eſſe credentibus magnum ſomnium comparauit : tam ioſippi molitione quam oppidanorum obſtinatione perterritis.

Veſpaſianus certans pluribus diebus uidens non poſſe capere ciuitaté ſtatuit obſidere eā ut cogerentur inopia reꝝ redere uidens nolle eos redere:iteꝝ ad certandū ſe conuertit Ioſephus cogitat de fuga cū ſuis:populus hortatur ne recedat: ipſe dicit melius : quia parabit aliū exercitum quo reuocabit Veſpaſianum ab eis:ſtatuit remanere: ſe parat ad prælium: egreditur multis iurationibus romanos egrediens : Veſpaſianus nollens cum deſperatis congredi iubet ut armati declinent impetum. Cap. XI.

VT Veſpaſianus & calliditate cōſilii & hoſtiū audacia magis irritabať:quoniā recepta ex munitiōe fiducia romanos ultra incurſabāt: qnq; dies ſingulos p̄lia cateruati & cuiuſcūq; modi latrocinales doli & eoꝝ q̄ caſus obtuliſſet rapinæ aliorūq; incēdia fiebant: donec Veſpaſianus retento milite a pugna ſtatuit obſidere ciuitatē: ut eā uſui neceſſarioꝝ penuria caperet.Aut.n.coaptos inopia ſibi ſupplicaturos: aut ſi ad finē uſq; in eadé ptinacia

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL ES

durauiſſent fame cõſumendos eius habitatores putabat: multoq; faciliores pugnæ fore: ſi poſt in teruallũ rurſus anxiis incubuiſſet. Itaq; oẽs exitus eoꝝ aſſeruari ꝓcepit: illi aũt frumẽti qdem alia rumq; omnium rerum intus habebant copiam. ſalẽ præter aquæ uero penuriam quia neq; fons erat intra ciuitatem & imbre contentis eius habitatoribus rara eſt in illo tractu æſtiuis mẽſibus pluuia. Quo tempore obſeſſi etiam hoc uehementius afficiebantur: quod arcendæ ſiti fuerat excogitatum quodq; fieri ac uelut omnis aqua iam defeciſſet ægre ferebant. Ioſippus enim & cum ciuitatem uideret abũdare aliis rebus forteſq; animo uiros eſſe quo longiorem romanis obſidionem faceret: quam ſperabant iam tunc potus menſuram ciuibus miniſtrabat. Illis autem conſeruari aquam penuria grauius eſſe uidebatur: amplioremq; cupiditatem mouebat ꝙ ius bibendi liberum non haberent: ac uelut ad extremam ſitim peruentum eſſent labori cedebant. Hoc autem modo affectos romanos latere non poterant qui eos ex aduerſo colle trans murum in unum cõfluere locum: & aquæ menſuram accipere proſpectabant. Quo etiam balliſtarum perueniẽtibus tælis plurimos occidebant. Veſpaſianus quidem non multo poſt exhauſtis puteis ipſa ſibi neceſſitate traditum iri ciuitatem ſperabat. Ioſippus autem ut hanc eius ſpẽ frangeret iuſſit quãplurimos per murorum minas dimerſa undis atq; humida ueſtimenta ſuſpendere: ut omnes repente aqua perfluerent. Ex quo mœror ſimul romanis ac timor erat: cum tantum aquæ uiderẽt eos lubidrio conſumere quos potus indigere credebant. Deniq; dux belli etiam cum ipſe quia penuria ciuitatem poſſe capere deſperaſſet: iterum conſilium ad uim atq; arma cõuertit. Iudæis id quoq; maxime cupientibus. Namq; nec ſe nec ciuitatem ſaluam fore credebant priuſq; fame uel ſiti perirent mortem bello optabant. Ioſippus tamen præter hoc aliud conſilium quo ſibi copia parare tur per quandam uallem deuiam: propterea quia minus curioſe habitam a cuſtodibus excogitauit. Mittendo enim per occiduas eius partes litteras ad quos uellet iudæos extra ciuitatem degẽtes ab his omnia uſui neceſſaria & quæ in ciuitate defecerant accipiebat mandato commeatibus ut plærũq; ad excubias reparent terga uelleribus tecti: qui ſi eos nocte uidiſſent canum ſimilitudinem mentirentur. Idq; factitatum eſt donec eius fraudem uigiles perſenſerunt: uallemq; cinxerunt. Itaq; tunc Ioſippus non diu ciuitatem ſuſtinere poſſe proſpiciens: ſuamq; pariter ſalutem ſi uellet remanere deſperans cum optimatibus de fuga tractabat. Verum id populus ſenſit: & circũfuſus ne ſeſe negligeret precabatur in quo ſolo recũberent. Ipſum enim ſaluti eſſe ciuitatis manentem: uelut omnes eius cauſa alacri eſſent animo certaturi. Quod ſi etiam capiantur eundem ſolatio eſſe. Decere autem illum nec inimicos fugere nec amicos deſerere: aut quaſi ex naui tempeſtate oppreſſa deſilire qui ad eam tranquillo mari ueniſſet. Ipſum enim magis demerſurum eſſe ciuitatem cum iam nemo audebit hoſtibus repugnare ſi diſceſſiſſet cui confiderent. Ioſippus autem quod ſibi caueret occultans illorum commodo ſe exitum parare dicebat. Nam intra ciuitatẽ manendo neq; ſeruatis grande aliquid ſe eſſe profuturum: & ſi caperentur una cum his eſſe fruſtra periturum. Obſidione uero liberatus extrinſecus maximo eius emolumento fore. Mature. n. congregatis ex territorio galyleis alio bello romanos ab eorum ciuitate reuocaturum. tunc autẽ non uidere quod apud eos reſidens utilitatis afferret: niſi ꝙ romanos ad obſidionem magis incitaret: ut ſe caperent magnipendentes. Quem ſi fugiſſe cognouiſſent multum eẽ de obſidionis impetu remiſſuros. Non flexit his populum Ioſippus: ſed hoc circũſiſtere ſe magis incendit. Deniq; pueri & ſenes itemq; mulierculæ cum infantibus flentes ad pedes eius accedebant: eumq; omnes complexi tenebant: & ut fortunæ ſocius ſibi remaneret cum ululatibus ſupplicabant. Non inuidia ſalutis eius quantum ego arbitror: ſed propria ſpe. Nihil enim ſe mali remanente Ioſippo exiſtimabant eſſe paſſuros. Ille autem ſiquidem paruiſſet hæc præces eſſe ratus: cuſtodiam uero ſi p uim cogeretur: multum enim ex intentione diſceſſus etiam querelarum miſericordia fregerat remanere ſtatuit. Communiq; deſperatione ciuitatis armatus: & nunc tempus eſt dicẽs pugnam incipere: cum ſpes nulla ſalutis eſt: pulchrumq; uitam paciſci pro laude ac forti aliquo patrato facinore in memoriam poſteritatis occumbere: ad opera ſeſe conuertit. Cum pugnaciſſimis egreſſus diſiectis cuſtodibus uſq; ad romanorum caſtra excurrebat: & nũc pelles aggeribus impoſitas ſub quibus tendebant diſcerpere: nũc operibus ignem immittere. Poſteroq; die ſimiliter ac tertio per aliquot dies ac noctes bellando non laborabat. Sed Veſpaſianus romanos his incurſibus male affectos aſpiciens. Nam & terga dare iudæis pudebat: & fugientes inſequi armorum pondere tardabantur: cum iudæi ſemper aliquid agentes priuſq; paterentur in ciuitatem refugerent: armatis imperat ut eorum impetum declinarent: ne uel cum hominibus mortis auidis manum conſereret. Nihil eſſe fortius deſperatis. Reſtingui autem illorum impetus ſi propoſito careãt quaſi flamma ſi materiam non inueniat. Ad hoc oportere romanos cautius quærere uictoriam lugendæ poſſeſſionis cauſa: non ex neceſſitate bellantes: per ſagittarios autem arabum & ſyriæ & fundibulatores: perq; ſaxa tormẽtis emiſſa plærumq; repellebat iudæos. Nulla enim tællorum machina quieſcebat. Illi autem his quidem male acceptis cedebant: uerum eminus miſſa inter iactum ſubeuntes ſæuius romanis inſtabant: cum neq; corpori: neq; animæ parcerent: ſed per uicem utriq; pugnarent: ſuorum quiſq; laboribus ſubuenientes.

Admouet Veſpaſianus arietẽ muris: muri concutiuntur machinis cogitat Ioſephus quõ ictus arietis refella: romani econtra aliud genus machinant: Ioſephus cũ ſociis igne concremarunt romanoꝝ propugnacula & ageres ita ut ſpatio unius hore oia ſint concremata. Cap. XII.

Igitur Veſpaſianus ultro ſe exiſtimans longitudine tpis hoſtiumq; icurſibus obſideri: cum prope iam muris aggeres æquarentur: arietẽ admoueri præcepit: eſt aũt aries immenſa materia malo nauis aſſimilis: cuius ſummũ graui ferro ſolidatũ eſt in arietis effigie fabricati: unde ẽt nomen accepit. Dependet auté funibus medius ex trabe alia uelut ex trutina paliſ utrinq; fultus bene fundatis. Retrorſum aũt magna uiroꝝ multitudine repulſus: hiſdemq; ſimul rurſus impellentibus miſſus in fronte prominente ferro mœnia percutit: nec eſt ulla tam ualida turris: aut muroꝝ ambitus adeo latus: ut etſi priores ictus fortiter ſuſtinuerit: aſſiduos uincat. Ad huius periculũ rei duci romano tranſire placuit: ui capere oppidũ properanti quoniã pernicioſa uidebatur obſidio iudæis minime quieſcentibus. Itaq; romani quidem baliſtis cæteriſq; miſſilium machinis ut facilius ferirent: qui de muris obſtare tentaſſent: adhibitis utebãtur: neq; ſagittarii aut fundibulatores longius aberant. Cum uero ea cauſa muros nemo auderet aſcendere ipſi arietem applicabãt gradibus deſuper: itemq; pellibus ſeptũ tam pro ſui defenſione quam machinæ. Et primo qdem impetu mœnia cõcuſſa ſunt clamorq; oppidanoꝝ uelut iam capti eſſent maximus factus eſt. Ioſippus aũt eundem locum ferit: neq; multo poſt murũ diſturbatum iri proſpiciẽs: quo cõmento uim machinæ paulatim falleret excogitauit. Saccos enim paleis refertos qua ſemp impetũ arietis feriri uiderent demitti iuſſit ex muro: ut eo modo ſecundi ictus errarent: aut etiã excepta uulnera laxitas fruſtraretur. Quæ quidem res multũ romanis moræ attulit. Nam quocũq; hi machinã conuertiſſent: contra illi qui ſuper murũ ſtabant paleaꝝ traducẽtes ſaccos ictibus ſupponebãt: nihilq; murus percuſſione lædebatur: donec etiã romani aduerſus hoc aliud machinati ſunt. Proceris enim contis exhibitis: in his ſummis falces quibus ſaccos incideret alligarunt. Cum aũt hoc modo efficax eſſet opus arietis ac murus quia recens ædificatus erat ictibus cederet: quod reliquũ erat Ioſippus: eiuſq; ſocii ad ignis auxiliũ ſe contulerunt accenſumq; totum quod aridæ fuit materiæ: tribus ex locis pariter inflãmare: unaq; machinas & ꝓpugnacula romanoꝝ & aggeres concremarunt. Illi uero non ſine malo ſubueniebãt audacia ſimul eoꝝ territi: & ne adiumento eſſent flammis præuertentibus impediti: quæ aridum nactæ fomitẽ & præterea bitumen ac picem: necnon etiam ſulfur opinione citius uolitabant operaq; romanorum multo labore curata unius horæ ſpatio poſſiderant.

Quidam uir iudæus ſaxo ſoleuato & demiſſo caput arietis fregit: hic fixus eſt quinq; ſagittarum uulneribus decidit tãdem: alii duo uiri romanoꝝ aciem ꝓruperunt: Ioſephus uero & cætera multitudo intendit Machinas romanis lugentibus. Cap. XIII.

Hic etiam uir quidem iudæus prædicatione ac memoria dignus inuentus eſt addi filius Eleazarus: cui Salab galyleæ patria fuit. Is enim ſaxum ingens alte ſublatũ tanta ui ſuper arietẽ ex muro dimiſit: ut machinæ caput obrumperet: idq; ex mediis hoſtibus ſaltu ad eos delatus auferret: nulloq; metu reportaret ad muꝝ. Poſtremo tanq̃ ſigno quo tæla mitterent hoſtibus poſitus nudo corpore quinq; ſagittaꝝ uulneribus fixus eſt: earũq; nulla reſpecta ubi murũ aſcendit unde uideri ab oibus poterat eius audacia ibi cõſtitit: compunctuſq; dolore plagaꝝ cum ariete decidit. Poſt hunc fortiſſimi extiterunt duo fratres Veciras & Philippus de uico Roma galylei. Qui cum ſuper milites decimæ legionis profiluiſſent tanto ſpetu utiq; tranſgreſſi ſunt ut & aciem romanoꝝ perrumperent quouſq; aduerſum ierant oẽs infugam uerterent. Præter hos Ioſippus quoq; & cætera multitudo raptis ignibus machinas & refugia cũ opibus quintæ itemq; decimæ & eius quæ terga dederat legionis incẽdunt. Cæteri autem qui mox conſecuti ſunt & inſtrumenta & omne genus materiæ obruere.

Veſpaſianus in planta pedis uulneratur totus exercitus turbatur ſuperato dolore uulneris ſæuius bellũ in iudæos incitauit: pugnatur fortiter utriq; cædit murus ictibus machinaꝝ ad matutinas uigilias illi uero muniere partem illam. Cap. XIIII.

Vrſus autem romani poſt meridiem erectum arietem ad eam muri partem quæ prídem quaſſata fuerat appulere: ibiq; defenſorum eius quidam Veſpaſiani plantam ſagitta percuſſam leuiter uulnerat: quamuis tæli ſpatio defeciſſet. Maximam tunc id romanis perturbationem fecit. His enim qui prope aderant uiſo ſanguine perterritis p omnem fama cucurrit exercitum relictaq; obſiditione plæriq; cum ſtupore atq; formidine ad ducem belli concurrebant: & ante omnes. Titus aderat metuens patri. Vnde contigit ut & beniuolentia circa rectorem & filii trepidatio confunderet multitudinem. Facile tunc pater & timore filium & perturbatione liberauit exercitum. Superato enim dolore uulneris & ab omnibus qui ſui cauſa pertimuerunt conſpici ſtudens bellum in iudæos ſæuius incitauit. Nam uelut ultor ducis quiſq; omne periculum adire cupiebat: & clamore alius alium adhortantes murum petebant. Ioſippus autem cum ſuis ſociis licet aſſiduis baliſtarum itemq; tormentorum ictibus caderent nequaq̃ tamen deterrebãtur a muro: ſed flammis & ferro & ſaxis eos aſpere q arietẽ

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

protecti palmis impellerent. Nihil aũt aut parum proficiebant cũm ſine intermiſſione procum berent in conſpectu hoſtium poſiti:quos ipſi contra uidere nõ poſſent. Náq; & ſuis ignibus col lucentes táq; ſi dies eſſet & certum erat hoſtibus ſignũ quo tæla dirigerẽt:machiniſq; procul nõ apparentibus miſſilia cauere non poterant. Ergo propterea non tam baliſtaꝝ quam iaculoꝝ ui ſimul multi tráſſigebantur:miſſaq; machinis ſaxa & muroꝝ minas auferebant & frangebant an gulos turrium. Virorum aũt nulli tam fortiter conſtipati erant:ut non uſq; ad extremá aciem ſa xi magnitudine ac uiolentia ſternerentur. Sciet auté aliquis huius machinæ uis quantũ ualet ex his quæ illa nocte cõtigere in muro cuidá ex circũſtantibus. Ioſippo caput auulſum eſt:eiuſq; ad tertium ſtadiũ ueluti funda excuſa caluaria. interdiu quoq; prægnantis fœminæ ſecto utero ad dimidium ſtadiũ infans abactus eſt:tanta tormento uis fuit. Ergo machinis terribilior erat im petus & miſſiliũ ſtrepitus. Crebri aũt mortui cum ad mortuos deiicerentur ſonabant & acerbiſ ſimus quidé intus excitabantur mulieꝝ tumultus extrinſecus aũt occumbentiũ gemitus cõcre pabat:totuſq; ambitus muri:ad quẽ pugnabatur ſanguine confluebat:iamq; aſcendi poterat con geſtione cadaueꝝ. Montibus aũt reſonantibus multo amplius horror his ex clamoribus accede bat:nec quicq; illi nocti defuit uel quod auribus uel oculis terrorem poſſet icutere. Plurimi qui dem pro iotapata decertantes fortiter ceciderunt plurimi etiá ſautiati:& tamen uis circa matuti nas uigilias murus aſſiduis machinaꝝ ictibus ceſſit. Cũq; illi quidem corporibus atq; armis ſepti eam partem:quæ deiecta fuerat priuſq; romani pontes apponerent munire.

Veſpaſianus parat exercitus & machinas ad iuadendũ urbẽ recreato prius exercitu:Ioſephus cognito cõſilio ueſpaſiani ordinat milites ad reſiſtẽdum:pliaꝫ crudeliſſimo certamie. Cap. XV.

MAne aũt Veſpaſianus ad occupandá ciuitatem iã ducebat exercitũ ex nocturno labore paululũ recreatum. Idéq; cupiens de conuulſi muri pte alio ꝓpugnatores adducere eq tum qdem fortiſſimũ equis diſpoſitis trifariá collocat ut tecti armis dirutũ latus un diq; obſiderent:cúctoſq; præ manibus ferrẽt: q; ſi pontes admoueri cœpiſſent ipſi plu res introirent. Poſt illos aũt pedites ualidiſſimos ordinauit. Reliquá uero equitũ multitudiné ſe cundum muri ſpatiũ p montana loca diſtendit:ne qs fugiens excidiũ ciuitatis lateret. Deinde qui hos ſequerenꝫ cõſtituit ſagittarios paratas ſagittas habere iuſſos. Fundibulatores quoq; ſimiliter & appoſitos machinis. Alios aũt integris muri partibus ſcalas applicare præcepit: ut qui hos ꝓhi bere tentaſſent deiectæ partis defenſioné relinquerent:cæteriq; oĩbus ſimul tælis oppreſſi uiolé tia irrumpentiũ cederent. Ioſippus aũt hoc conſilio cognito p murum qdem integrũ labore fati gatos:itemq; ſenes poſuit q̃ſi ledi non poſſent. In parte uero colapſa ualidũ & potentiſſimũ quẽ q; ſenoſq; ante oẽs uiros in qbus & ipſe fuit ad pericula ſubeunda:ſortitus eſt : hiſq; præcepit ut agminũ ululatibus ne metu quæ terẽtur aures obſtruerenꝫ:contra ſagittaꝝ uero multitudinem cõmuniti protegerentur deſuper ſcutis paulatimq; recederent donec ſagittarii pharetras exinani rent. Si uero pontes a romanis apponerenꝫ:ipſos præſilire mandauit hoſtibus atq; ꝓſuaſit & eoꝝ inſtrumentis reſiſtere:unumquẽq; uero ita certare debere nõ quaſi conſeruandá tueretur: ſed q̃ſi perditá iam patriá uindicaret:atq; oculis ſuis proponere mactari ſenes ac liberos coniugeſq; ſuas propemodũ ab hoſtibus capi:iamq; futuræ cladi iram nunc collectã in auctores eius effuderent: ita qdem in utroq; diſpoſuit. Ciuitatis aũt uulgus otioſum mulieres ac pueri poſtq̃ oppidum tri plici acie uidere circundatũ:nullus enim ad pugnã tráſlatus fuerat a cuſtodiis ſtrictiſq; gladiis ad parté muri deiectam hoſtes inſtare:armiſq; montana oĩa deſuper collucere:atq; arabam quẽdam ſagittariis tæla ſuggerere:tunc extremo ululatu q̃ſi capta urbe conſonuerunt: non ut impendere mala ſed ut adeeſſe iam crederes. Quare Ioſippus mulieres ne miſericordia ſuoꝝ aĩos effœmina rent intra domos cũ interminatione concludit ſilere iuſſas: ipſe uero ad parté muri quæ ſibi ob tigerat tranſiit:& puntes qdem applicantibus aĩum non intendit:ſed tantũ ſpeculabatur impetũ ſagittaꝝ: ſimul aũt ac tubinices uniuerſoꝝ agminũ congregati ſunt pariter & grauiter ifremuit exercitus:ſignoq; dato miſſis undiq; ſagittis lux obſcori cœpit. Ioſippi ſocii memores præcepto rum:& aduerſus clamoré obſtructis auribus & cõtra ſagittaꝝ uulnera corporibus cõmunitis cũ admouerentur pontiũ machinæ ipſi eas curſu:& anteq̃ hoſtes pedem in his ponerent occupant : eoſq; aſcendere nitentes prælio deterrebant uaria manu:itéq; animi facinora demonſtrantes : & ne uel in extremis calamitatibus deteriores illis uiderentur: hi qui ſine periculo fortes contra il los etiam curabant. Nec prius a romanis diuellebantur quá uel caderent uel occiderent. Qui ro manis deſilientibus conflictu iam liberi facillime tæla dirigebant.

Die.xx.méſis iunii iudæi q̃ſi defeſſi qa non haberẽt propugnatores quos mitterent : cogita uerunt oleo feruẽti ſup infuſo romanos oppugnare:ac fœno græco ſup ſparſo ut inde romani ca derent:uidens dux Veſpaſianus tot male milites ꝓpeti:eos a bello reuocat & a pena. Cap. XVI.

ATaq; iudæis perpetuo dimicantibus cum nec unde mutarent propugnatores haberẽt defeſſis aũt aſſidue ſubſtitueretur proq; his quos uiolentia repuliſſent alii ſuccederẽt inuicem ſe adhortati latera copulát:protectiq; deſuper longioribus ſcutis inexpugna bilis globus effecti ſunt:totaq; acie uelut uno corpore repellẽdo iudæos in muro iam

pedem ponebant:cum Ioſippus his rerũ anguſtiis conſilio neceſſitatis adhibito mira eſt enim ma chinis excogitandis cum deſperatione ſtimulatur. Feruẽti oleo profundi milites iubet ſcutorum coniunctione defenſos. Id autem iudæi multi qui & paratum haberent: & plurimum cito roma nis infundũt:ipſis etiam in eis lacunis miſſis calore bulientibus hæc res romanorum ardentium aciem diſſipauit: & cum dolore ſcæuiſſimo deuoluebantur a muro. Siquidem facile a uertice ad pedes uſq; ſub armatura oleum per totum corpus fluebat:carnemq; non ſecus ac flamma epaſce batur:q; natura facile caleſceret:ſeroq; pro ſui pinguedine refrigeſceret. Thoracibus autem & ga leis illigatis incendii fuga non erat. Nunc autem ſalientes: nunc incuruati dolore de pontibus de cidebant. Ad ſuos autem tuto recedere contra nitentes non poterant: quoniam facile ab inſequẽ tibus capiebantur. Sed neq; romanis uirtus in rebus aduerſis:nec iudæis prudentia defuit: roma ni enim licet oleo perfuſi mirabilia pati uiderent: tamen in eos qui perfuderant ferebantur præ cedentem quiſq; incurſando tanq̃ ipſe impetum retardaret. Iudæi uero progreſſum eorum dolo altero deceperunt cum fœno græco decocto pontium tabulata perfunderent:quibus illi dilabẽ tes retrahebantur:& neq; fugientium quiſq̃ neq; aggredientium firmo poſſet eniti ueſtigio. Sed alii quidem reſupinati per ipſas pontium tabulas calcarentur:multi uero ſuper aggeres deiiceren tur:& qui cecidiſſent a iudæis feriebantur:qui romanis deſilientibus conflictu iam liberti facilli me tæla dirigebant. Cum autem multa milites mala in hoc perpeti prælio dux uideret:poſt meri dianas eos horas a pugna reuocat:quorum non paucis obtruncatis plures ſunt uulnerati. Ex iotapata uero ſex uiris mortuis:plures quam trecenti ſautii tranſlati ſunt. Hoc autem modo pugna tum eſt iunii menſis die uigeſimo.

Veſpaſianus tres turres ferro circũdatas erigi fecit plenas iaculatoribus & fundibulatoribus fortiſſimis:ita ut ex his q intra muros erant deferre deffenſioné muri coganꝫ. Cap. XVII.

IT Veſpaſianus eorum cauſa qui occiderant conſolatus exercitum poſtq̃ ita uidet ac cenſum neq; tam exhortationem quam opus depoſceret:aggeres quidem altius tollit. Tres uero turres quinquagenum pedum in excelſum iubet erigi ferro undiq; tectas : & ut pondere ſtabiles eſſent:neq; ignibus expugnarentur:eaſq; ſuper aggeres collocat iaculatoribus & ſagittariis:itemq; leuiorum miſſilium machinis plenas fundibulariorum quoq; fortiſſimis. Qui cum non conſpicerentur propter altitudinem turrium & loricas:ipſi eos qui ſu per murum aſtarent facillime cernerent:tæliſq; appeterent:cum illi neq; a uertice uenientes ſagit tas facile declinarent:neq; ulciſci poſſent quos non uiderent: altitudine quidem turrium librata manu iacula ſuperante ferro aut quo erant ſeptæ flammis obſtante. Ob hoc igitur defenſionem muri deſerunt:magiſq; aggredi tentantibus occurrebant. Et iotapateni quidem ita reſiſtebant: q̃ uis multi in dies ſingulos occumberent:neq; contra mali quicq̃ hoſtibus facerent: q; eos ſine pe riculo lædere non poterant.

Veſpaſianus mittit Traianum in aphata ciuitatem congreditur cum illis tãdem ſuperat ciui tatem omneſq; præter infantes occidit. Cap. XVIII.

IIſdem autem diebus Veſpaſianus ad finitimam quãdam iotapatæ ciuitatem euocatus cui nomen eſt Aphaca nouaꝝ res affectantem:& propterea q; iotapatenos præter ſpé re ſtitiſſe audierat inſoleſcentem: mittit eo Traianum decimæ legionis rectorem: dans ei duo milia peditum & equites mille. Ille autem cum oppidum contra expugnationem munitiſſimum repperiſſet:nam præter naturam qua tutum erat etiam muro duplici cingebatur: habitatores uero eius uidiſſet paratos ad pugnam ſibi obuios proceſſiſſe prælium cum his com mittit: eoſq; pauliſp reluctatos in fugam uertit : quos ueſtigiis conſecuti romani exterioris muri ambitum quo confugerant cum ipſis irrumpunt. Secundum autem murum petentibus ciues ſui clauſere ciuitatem metu. ſ. ne cum his rurſus hoſtes intrarẽt:profecto autem deus galyleorum cla des romanis dabat:qui etiam tunc ciuitatis eius uniuerſum populum excluſum manibus propri is ad interitum hoſtibus dedit auidiſſimis cædium:multi enim ſimul ruentes ad portas multũq; nominatim præpoſitos inclamantes inter ipſas præces immoriebãtur:quibus hoſtes unum mu rum alterum ciues clauſerãt & inter medios coacti murorum ambitus: multi quidem ſociorum ſuis gladiis tranſſigebantur:infiniti uero a romanis interficiebantur:ne uel adoleſcentium quidé recepta fiducia. Nam præter hoſtilem metum etiam domeſtica proditio eorum animos fregerat. Deniq; moriebantur non romanos ſed iudæos execrantes: quoad omnes interire numero homi num.xii.milia. unde Traianus uacuam eſſe ciuitatem pugnatoribus reputans: & ſi q adhuc intus eſſent:nihil eos auſuros eſſe exiſtimans præ timore imperatori excidiũ reſeruauit. Miſſiſq; nuntiis ad Veſpaſianũ petit:ut filium Titũ dirigeret finé uictoriæ impoſituꝝ:ille aũt laboris aliqd ſuper eſſe ratus cũ milite filiũ miſit:hoc eſt quingentis equitibus & peditibus mille. Qui mature ad ci uitaté profectus ſic ordinauit exercitũ:ut in læuo quidé latere Traianũ conſtitueret: ipſe uero in dextrũ obſidioni præeſſet. Itaq; militibus ſcalas muris undiq; applicãtibus:cũ pauliſp deſuper ga lylei obſtitiſſent continuo mœnia reliquerunt. Titus uero comiteſq; ſaltu demiſſi mature ciuita tem obtinuere:tuncq; uæhemens cum his qui ſe intus congregauere pugna cõmiſſa eſt. Nũc per

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USALIEN

angusta uiarum irruentibus ualidissimis:nec fœmínis ex tectoꝝ culminibus quæ forte inuenis sent tæla iactantibus.Et hoc qdem modo usq; ad sextá horam sustinuere conflictú.Assumptis át bellatoribus cætera multitudo & sub diuo & per domos senes pariter ac iuuenes mactabant.De niq; uirilis sexus præter infantes nullus remansit: qui cum mulieribus abducti sunt seruitio. Interemptorum quidem in ciuitate & in primo congressu numerus fuit quindecim miliú:captiuorum aút duo milia.c.xxx.Hæc galyleis clades contigit quinto & uigesimo die iunii mensis.

Ad samaritas cerealis mittit a Vespasiano:quia eos pronos ad tumultum uidebat:inopia quæ quidam moriebantur:quidam ad romanos confugiebant:reliquos uero omnes negens persuasio ne placare occidit:erant autem undecim milia & sexcenti. Cap. XIX.

SEd ne Samaritæ quidem alieni a calamitatibus remansere : hi nãq; in monte garizin qui est illis sanctissimus congregati locis suis expectabant:belli auté minas eoꝝ conuentus ac spé habere uidebatur:nec saltem uicinoꝝ malis corrigebantur: sed incõsulta suarum uirium infirmitate secũdis romanoꝝ rebus exterriti: prona in tumultum uoluntate pendebant. Vespasiano aũt placebat motus antecapere : eorumq; impetus præuenire:nam & si præsidiis tota samaritica regio cincta erat:tamen eorum multitudo qui coierant:& conspiratio timebatur.Eaq; causa cerealé quintæ legionis rectorem cum sexcentis equitibus tribusq; peditum milibus mittit. Ille autem ad monté quidem accedere prælioq; cõgredi ne quaq; turum esse duxit:quoniá hostes plurimi desuperent:milites uero circũuallatis undiq; montibus radicibus tota eos die custodiebant. Euenit autem aquæ tunc indigẽtibus samaritis etiam graues accendi æstus:erat enim tempus æstatis:neq; se rebus necessariis uulgus instruxerat: adeo ut nonnulli quidé una die siti morirentur:multi uero eiusmodi morti seruitiú præferentes ad romanos transfugere:ex quibus cognito cerealis illos etiam qui adhuc perseuerarét malis infractos montem ascendit: & circũ hostes exercitu constituto primũ eos a dextera parte hortabatur: atq; ut salui esse mallent rogabat si arma proiecissent tutos fore promittens . Deniq; quia persuadere non posset aggressus eos occidit omnes.Erant autem undecim milia & sexcenti. Hæc iunii mensis uigesimo & septimo die gesta sunt atq; his calamitatibus Samaritæ usi sunt.

Ageres super altitudinem murorum iotapatenis effertur: quidam ad Vespasianum uenit pfugus ex ciuitate:nũcians paucitatem ciuium & facilitatem capiendi: Vespasianus exercitum parat nocte hora qua ille docuerat ciuitatem aggrediuntur:& custodes occidunt:ciuitatem ingrediuntur:quidam uero ne oppeterent per romanos se ipsos interfecerunt:tandem Vespasianus incendi fecit ciuitatem uniuersam. Cap. XX.

IOtapatenis autem diu durantibus:& præter spé aduersa tolerantibus quadragesimo q dem ac septimo die romanoꝝ aggeres super muroꝝ altitudinem sunt elati. Quidá uero ad Vespasianum eodé die profugus uenit paucitatem ciuium & infirmitatem enuncians:simul q; diuturnis uigiliis prœliis assiduis consumpti minime quidem ulterius uim ferre possent:ueꝝ dolo etiam caperent si quis instaret.Circa extremam nãq; uigiliam quando & maloꝝ requiem habere uiderentur:& maxime defatigatos custodes matutinus sõnus occupat dormire eos dicebat eademq; hora inuadẽdos esse dicebat . Vespasiano aũt qui fidem nosset inter se iudæoꝝ quantaq; superbia pœnas contẽnerent trásfuga suspectus erat:nam & antea quidam ex iotapata captus omne tormentoꝝ genus fortiter pertulit: & tum ne flámis quidem coactus quid intus ageretur hostibus exquirentibus prodidisset mortẽ deridens cruci suffixus est.Fidere tunc proditori coniectura faciebat.Et fortasse quidé illum uera dicere:ipse aũt nihil ex eius fallacia magnum sibi existimans esse metuendi asseruari hoiem iussit:& ad occupandam ciuitaté parabat exercitum.Hora igitur quæ fuerat indicata ociose ibat ad muros:primusq; incedebat Titus cum uno ex Chiliarchis Domitio sabino:paucis ex quintadecima legione comitatus: interfectis autem uigiliis in ciuitatẽ ingrediuntur:& post eos sextus quidá Caluarus chiliarchus & placidus subiectos milites introducendo.Arce uero occupata cũ hostes in medio oppido uersarentur: iamq; plane dies esset:nec tunc quidẽ illi qui capti tenerentur adhuc excidium sentiebant multo labore somnoq; pariter dissoluti. Et siquis euigilasset:nebula uisus eius hebetante: quæ casu túc plurima se circũ oppidum funderet:donec totus irrupit exercitus:soloq; maloꝝ periculo exsuscitati morientesq; demum se pisse crediderunt:romanos aũt memores quæ obsidionis tpe pertulissent: neq; pcendi cuiq; neq; miserendi quéq; tangebat cura . Sed ex arce plebé ad prona cõpulsam facillime trucidabant:ubi loci difficultas pugnacibus negaret copiá resistendi.Circúuiarum náq; angustiis pressi ac per declina dilabentes fluente desuper bello obtegebantur : id multos etiá qui circa iosippũ lecti erant ut manibus propriis liberarentur imutauit: nam cũ se uiderent romanorum neminé posse occidere ne romanoꝝ manibus oppeterent ꝓuenerunt:& in extrema parte ciuitatis congregati semet interfecerunt. Quicũq; tamen uigilum primi captá ciuitatem sensérunt in quadã turri septẽtrionali fuga recepti aliquádiu quidé restiterunt . Deinde circúclusi hostium multitudine sero dextras dedere:hisq; instantibus mortẽ suam æquo aio præbuerunt.Potuissent autem incruentæ romani obsidionis fine gloriari : nisi unus ex ipsis occidisset Hecatontarchus

Antonius peremptus insidiis: nam quidá ex his qui ad speluncas confugerant:erant ãt plurimi rogabant antoniũ dextram sibi porrigere ad fidem salutis ac præsidiú quo tutus ascenderet . Cunq; his manum porrexisset incaute super ille hasta prœuentú in inguine perculit statimq; cõfecit: illo die quid immanissimá multitudinem peremere romani. Postea uero secutis diebus scrutando latebras per cuniculos & speluncas oẽm ulciscebantur ætaté præter infantes ac fœminas . Itaq; captiui quidem mille ducenti congregati erant:quadraginta uero milia cõnumerata sunt excidii tẽpore pugnisq; superioribus mortuoꝝ.At Vespasianus ciuitaté ipsam excindi iubet:castellaq; eius omnia adhuc exurit. Iotapata quidem ita deuicta est tertiodecimo imperii . Neronis anno calendarum iulliarum die.

Iosephus ne a romanis inueniretur in puteũ se demisit lapidéq; supra imposuit ne uiderent: nocte exibat perscrutans si posset euadere: indicatur per quandã mulierem mittit ad eum cũ fide de uenia:timebat uero iosephus in somnis simulachra ei apparent deprecatur deum.in manus romanorum se committit:habita prius oratione ad socios. Cap. XXI.

ROmani uero iosippũ requirentes & propriæ indignationis cã:& quod imperatori opæ precium uidebatur:captus enim maxia pars belli esset: mortuos itaq; abditos rimabãtur:ille autem in exitio ciuitatis fortunæ quodã usus auxilio per medios se hostes surripuit & in quendã profundum puteum saltu demissus est: cui amplũ specus adiunctũ erat:latere quod supra scrutantes uidere non possent. Vbi.xl.quidé insignes uiros latitantes offendit:rerúq; utilium apparatum:qui non paucis diebus sufficeret.Hostibus autem oia complexis interdiu quidem se occultauit.Nocte uero ascendens uigilias explorabat ut fugeret . Cunq; oia undiq; ipsius causa maxie custodirentur. neq; fallendi spes esset in speluncá iterum descendebat: biduóq; ibi delituit.Tertia uero quadã die capta quadam muliere quæ cũ ipsis fuerat indicatus est. Tumq; Vespasianus propere duos chiliarchos Paulinum:& Callicanũ iussos pacem dare Iosippo & bene hortari eũ ut ascenderet mittit.Quibus tamen ille rogantibus postq; ad eum uenerunt fidemq; pro salute dantibus minime paruit.Ex his ãt magis quæ pati meritus esset qui plurima cõmisisset: quá ex naturali mansuetudine rogantium suspitioné colligens uelut ad pœnam euocaretur timebat:donec Vespasianus tertiũ quoq; chiliarchum nicanorem iosippi notũ atq; olym consuetum direxit:is ãt quam dulce in eos romanorum esset ingenium: quos semel subiugasset referens quodq; ipse Iosippus uirtutis cã magis admirabilis quã inuisus ducibus haberetur:essetq; imperatori studium non eũ ad supplicium ducere quod etiam sine deditione sibi liceret exigere:sed cõseruare potius uirum fortem.His addebat q; ne Vespasianus si quid dolo moliretꝰ amicú ad id mitteret ut in re optima pessimá hoc est perfidiam ꝓtexeret amicitia:neq; semetipsum illi ut amicum falleret obtemperatuꝝ fore.Verum iosippo etiã post Nicanoris dicta hæsitante milites quidem irati speluncæ ignem submittere properabant.Sed retinebat eos belli ductor uiuũ iosippum capere plurimipendens.Nicanore aũt uæheméter instante ubi etiá hostilis multitudinis minas cõpit iosippus.nocturna somnia reminiscitur quibus ei deus & futuras iudæorum clades:& quæ romanis essent euentura principibus ostendit.Erat aũt interprætandis quoq; somniis idoneus & cõiectare quæ ambigue diuinitus dicerentur sciebat. Qui & sacros prophetarũ libros nouerat q; & ipse sacerdos esset & parentibus sacerdotibus ꝓcreatus:illa igitur hora quasi deo plenus & recentium somnioꝝ quæ uiderat horrenda simulachra mente cõplexus occultas præces deo offert. Et quia iudæorum inquit labefactari tibi rem placuit.Fortuna uero ad romanos tota migrauit: animamq; meam quæ futura prædiceret elegisti.Do quidé manus sponte romanis & uiuo.Testor ãt q; non proditor:sed tuus minister ad eos ibo.Simul his dictis nicanori cõsentiebat.Verũ qui una confugerant iudæorum postq; intellexerunt iosippũ rogantibus cædere uniuersi circústantes clamabant.Certe plurimum ingemiscere leges patriæ ubi sunt quæ iudæis deus abnuit:quibus mortem cotẽnentes animas indidit uita iosippe.Captus es:lucéq; pateris intueri seruientem q; cito tui oblitus es?q; multos pro libertate mori persuasisti?Falsam profecto opinionem fortitudinis habeas:falsamq; prudentiæ si salutem apud eos speras cum quibus ita dimicasti:aut si hæc etiam certa sunt ab illis tamé te seruari cupis.Sed q̃uis te romanorum fortuna tui obliuione ꝓfuderit: & nos tamé patriæ gloriæ consulentes & dexterã tibi & gladium cõmodabimus.Tu uero siqdem spõte moriare dux iudæorum:sin uero inuitus:proditor morieris Vix hæc elocuti sunt: & intentatis ei gladiis occidendum illum cõminabantur si romanis pareret.Timens igitur impetũ iosippus & se dei præceptoꝝ proditorem esse ratus:si ea non enunciasset morte prœuentus argumẽtis eos philosophiæ necessario tractare incipit. Et quid enim tantope inquit o sotii propriæ cædis auidi sumus:aut cur amicissimas inter se res corpus & animã in dissensionem uocamus : mutatum me eé quispiam dicet? Sed romani hoc sciunt optimũ esse in bello mori:sed lege belli hoc est a uictoribus trucidari:proinde siquidem romanoꝝ ferrum deprecor uere meo gladio meaq; manu sim dignus.Sin illi hosti parcendũ putãt: quam iustius nosipsi nobis pepercimus?Quippe stolidũ est eadem circa nos admittere:pro quibus ab illis dissensimus. Pulchrũ enim esse pro libertate mori:& ipse fateor:pugnando tamen & illoꝝ manibus qui eam ꝓripuere:nunc aũt neq; prælio nobis ob-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſtant:neq; nos interficiunt.Itidé autem timidus eſt habendus qui mori non uult cũ opus eſt:& q uult cũ non oportet.Præterea quis non metus prohibet ad romanos aſcédere?népe mortis.Ergo eam quæ ab hoſtibus dubiæ ſuſpecta formidinis eſt:eam certé ipſi nobis irrogauimus.Veꝝ ſerui tutem dicet aliquis?Valde quidé nunc liberi ſumus.At uiri fortis eſt ſemet occidere: immo uero ignauiſſimi quantũ opinor. Nam & gubernatoré timidiſſimũ puto:qui tempeſtatem metuẽs ãte uim turbinis nauem ſponte ſubmergit.Quin ét propria manu perire a cõi omnium animaliũ natura diſcrepat:eoq; mõ in creatorem noſtrum ſummũ ſcelus admittitur. Nullũ eſt animal quod ex induſtria uel per ſe moriatur.Siquidé naturæ lex ualidiſſima ut uelint uiuere in oĩbus ſita eſt: iccirco & quod nobis adimendũ id putant hoſtes ducimus & inſidiatores pœna ꝓſequimur.Deũ uero indigne ferre non arbitramur:cum domũ eius homo deſpiciat? Ab illo enim accæpimus ut eſſemus:rurſumq; ut eſſe deſineremus illi reddendũ eſt . Corpora quidé cunctis mortalia ſunt ex caduca materia fabricata.Anima uero ſemper imortalis eſt: deniq; picula in corporibus collocata.Si quis ergo depoſitum hoſis ſurripuerit aut male tractauerit:peſſimus ſtatim ac perfidioſus habetur.Sic dei depoſitũ ex proprio corpore qui eiecerit eũ ſe latuiſſe qué læſerit æſtimabit?Et ſeruos quidem fugientes ulciſci iuſtũ creditur:q̃uis nequaq̃ dominos fugerint:ipſi uero deũ fugientes:& optimum deũ impie facere non uidebimur.An ignoratis q̃ eoꝝ qui lege naturæ uita exeũt acceptũq; deo debitum ſoluunt cũ id qui dedit recuperare uoluerit perpetua laus domuſq; ac familia ſtabiles ſunt? puræ ãt & quæ inuocantes exaudiant animæ retinent locum in cælo adeptæ ſanctiſſimũ atq; inde rurſum uoluentibus ſæculis caſta corpora iubentur incolere: quoꝝ uero manus in ſeipſos inſanierũt eoꝝ animas tenebroſior orchus ſuſcipiet.Pater aũt illaꝝ deus auctores iniuriæ per nepotes ulciſcitur. Hinc & deo inuiſum eſt:& a ſapientiſſimo legis noſtræ cõditore coercetur.Deniq; ſi qui ſe occiderit apud nos quidé uſq; ad ſolis occaſum inſepultos abiici decretũ eſt: cum ét hoſtes ſepeliri fas eſſe ducemus apud alios etiam dextre iubentur abſcindi eiuſmodi mortuoꝝ quæ ĩ ipſos armatæ ſunt: quoniã ut corpus ab anima:ita manũ eé a corpore alienam exiſtimarent.Pulchrũ eſt igitur o ſocii iuſta ſentire:neq; humanis cladibus addere ut creatorem oĩum impietate lædamus:ſi ſalui eſſe uolumus ſalui ſimus . Nec enĩ ſalus apud eos ignobilis eſt:q̃bus tantis uirtute operibus demõſtrauimus. Sin mori placet ab his occidi pulchrũ eſt q nos cœperint.Non migrabo ego in hoſtium locũ:ut ipſe mei proditor fiam.Multo enĩ ſtolidior ſim: quam qui ad hoſtes ultro profugiũt. Siquidem illi ſalutis cá id faciunt:ego uero interitus & quidem mei romanoꝝ tamen inſidias expeto.Nam ſi me poſt uinctas dexteras perimant magno aĩo paratoq; moriar mendacii perfidiam ꝓ uictoriæ ſolatio mecum auferens.

Ioſephus dehortatur ſuos a cæde:nequiens reuocare a propoſito:oés ſe ipſos interfecerũt: ducitur Ioſephus ad Veſpaſianũ iubet ueſpaſianus eũ cuſtodiri ad Neronẽ mitteret:Ioſephus alloq̃tur Veſpaſianum ſeorſum cum filio ueſpaſiani eũq; dominum & regem orbis prædicit:Veſpaſianus eum liberat muneribuſq; uariis eum donat. Cap. XXII.

MVlta quidẽ in hunc modum Ioſippus ut a cæde ꝓpria ſocios dehortaretur dicebat.Illi autem obſtructis auribus deſperatione q̃ ſe iam dudũ morti deuouerant concitant: & alius aliunde cũ gladiis accurrentes ignauiam exprobrabant:& quaſi eũ mox percuſ ſurus quiſq; adoriebatur.Ille ãt cum alium nominatim uocaret:alium uultu iudæis intueretur:alterius dexterã præhenderet:talium precibus exoraret uatia mentis affectione:ut in tali neceſſitate potuit diſtractos: ferrum oĩum a cæde ſua prohibebat: non ſecus ut feræ beſtiæ circunclusæ ad eum ſemper:qui ſe contingeret ora conuertens. Illoꝝ autem qui ducem in extrema quoq; clade reuerendum putarent debilitabant dextræ:gladiiq; de manibus labebãtur:multi ſpõte cũ manus ei afferrent frameas dimittebant: Ioſippo autẽ non defuit in ea deſperatiõe conſiliũ: ſed fretus dei prouidentia ſalutẽ in periculum mittit. Et quoniã mori decretum eſt inquit:agite: cædes mutuas ſortiamur & cui obtigerit:manus ſequentis occumbat: atq; ita oĩum fortuna perambulet:neq; ſua dextera quiſq; ſubiaceat.Iniuſtũ eſt enĩ cæteris interẽptis ex aliis nequaq̃ ſi pœnituerit ſaluum eſſe. Viſus eſt uera dicere:& quod perſuaſit agitur ſors cuiq; obtigit paratã ei: q ſequeretur necé ſuam præbeat quaſi mox etiã duce perituro . Cũ Ioſippo enim pire uita dulcius æſtimabant.Remanſit ãt ipſe cum altero ſiue fortuna dici poterat ſiue dei ꝓuidentia.Conſultoq; proſpiciens ne uel forte grauaretur:uel ſi nouiſſimus receſſiſſet gentilis cæde polluereť illi quidé fide interpoſita ut uiueret perſuaſit: ille quidem hoc modo & romanoꝝ & domeſtico bello libe ratus ad Veſpaſianũ per nicanorem ducebať.Omnes ãt romani uiſendi eius gratia occurrebãt & cum ſe circa ducé premeret multitudo uarius tumultus erat. His exultãtibus q̃ captus eſſet aliis minitantibus:nonnullis ãt propius eum uidere certantibus.Et qui longius erãt hoſtem interficié dum eſſe clamabant.Qui uero propius erãt:facta eius reputantes mutatiõe ſtupeſcebãt. Rectoꝝ aũt nemo fuit: qui licet ante iraſceretť nomini eius uiri aſpectu nõ mitior factus ſit . Titum uero præter alios & fortis Ioſippi animus in calamitatibus & ætatis eius mira capiebat: qualiſq; pridé fuiſſet in præliis reminiſcentẽ:& qualis nunc ſic in hoſtiũ manibus intuentẽ. Iubebat intelligere quanta eſſet fortunæ potentia : quamq; uelox belli momentũ humanaꝝ aũt rerum nihil firmũ

atq; perpetuũ:quã multos etiam tunc ita ut ſentiebat ipſe ut Ioſippum miſerarentur affecit:pluriq; ſalutis eius pars Titus extitit apud patrem . Veſpaſianus tamen quaſi miſſurus eũ cæſari ut cautiſſime cuſtodiretur ꝓcepit.Quo audito Ioſippus aliquid ſoli ſe dicere uelle ait . Sũmotiſq; ab illo omnibus aliis præter filiũ Titum alioſq; duos amicos . Tu quidẽ inquit Veſpaſiane tantum hoc puta Ioſippum te habere captiuũ.Ego autem maiorum ad te nuntius uenio præmiſſus a deo ut iudæoꝝ legem uideré: & quemadmodum duces exercitũ mori deceret ad Neronẽ me mittis. Quid ita?quaſi qui Neroni uſq; ad te ſucceſſuri ſint maneant.Tu & Cæſar & Veſpaſiane & imperator atq; hic filius tuus nunc:me aũt colligatum arctius tibi aſſeruato:nam dominus quidé non mei ſolum es tu Cæſar:uerũ etiã terræ mariſq; ac totius hoĩum generis.Me ãt ad maiorem pœnã cuſtodiri oportet ſi ex tempore aut ſubito in dominũ iſta confingo.His dictis Veſpaſianus ſtati quidem fidem non habere uidebatur:ea quæ & Ioſippũ exiſtimabat ſalutis gratia cõminiſci. Paulatim uero ad credendũ impellebatur: iam pridem illũ excitãte ad imperium deo ſeptraq; multis prænonſtrante portentis:ſed & in aliis ueracem eſſe Ioſippũ depræhenderat.Altero nanq; amicorum qui ſecretis intererant admirari dicente quemadmodũ niſi hæc deliramenta ſint:neq; iotapatenis de excidio:neq; ſibi de captiuitate quicq̃ diuinaſſet ut a ſe iram depelleret.Ioſippus iotapatenis ait ſe prædixiſſe q̃ poſt diem ſeptimũ & quadrageſimũ eos maneret exitiũ : quodq; ipſum romani uiuum eſſent in cuſtodia retenturi.Hæc in ſecreto quæſita Veſpaſianus ubi uera eſſe cõperit a captiuis etiã quæ de ſe dixiſſet credibilia cœperat exiſtimare:ſed neq; cuſtodiam Ioſippo nec uincula remittebat: ueſtimentis ãt aliiſq; muneribus eũ donare benigniſſimeq; fouere nõ deſinebat etiam Tito magnam honori eius operam cõmodante.

Veſpaſianus in ptolomaida reuertitur multi clamãt de excidio Ioſephi ipſe nihil reſpõdebat: legiones duas mittit hyematum cæſaream:quaſdam ſcitopolim. Cap. XXIII.

QVarto aũt die menſis iulii Veſpaſianus in ptolomaida reuerſus: inde incola maritima cæſaream peruenit : iudeæ maximam ciuitaté & quæ maioré incolaꝝ partem græcos haberet: igitur & exercitum & rectorẽ indigenæ omni fauore ac benignitate ſuſcipiũt affectu quidem quo romanos diligerent plus autẽ illoꝝ qui exciſi fuerãt odio : unde etiam multi quidem ſimul ut de Ioſippo ſuppliciũ ſumeret cũ clamore precabantur. Veſpaſianus aũt de iſta quidem petitione uelut ab inconſulta multitudine oblata nihil reſpondẽdo diſſoluit. Legionũ uero duas quidẽ hyematum apud Cæſaream poſuit: q̃ oportunã uideret eſſe ciuitatem. Decimã uero & quintã Scitopolim miſit:ne totius exercitus moleſtia Cæſareã premeret.Erat aũt illa quoq; aprica per hyemẽ quantũ æſtatis caloribus æſtuoſa ut ĩ planitie ſita atq; mari na.

Quidam ex iudæis qui fugerant collectis in tyoppa:fabricatis piratis nauibus inuiũ faciebant pelagus illaꝝ partium:ueſpaſianus uero illuc applicans:tum per romanos tum ꝓ uentos qui illoꝝ naues in ſcopulos cõpellebant:quatuor milia & ducenta cadauera inuenta ſunt. Ciuitaté incẽdũt dimittitq; ueſpaſianus equites qui loca tuerentur. Cap. XXIIII.

DVm hæc autem aguntť collecta non exigua multitudo quæ uel ab hoſtibus ſeditione defecerant:uel ex ciuitatibus euerſis effugerãt Tyoppam ſibi receptaculo renouauit quam ante uaſtauerat Cæſtius.Et quia terra quã uaſtauerat arcebanť:migrandum in mare cenſuerunt ac piraticis nauibus fabricatis in Syriam & phœnicé: itemq; in ægyptum cõmeantes plurimos latrocinuis prædabanť : oĩbuſq; nauigiis inuium faciebãt illaꝝ partium pelagus . Sed Veſpaſianus cognito quid conſtituiſſent equites in Tyoppam necnõ & pedites mittit,hicq; nocte in ciuitaté q̃ in cuſtodita erat ingreſſi ſunt.Eius ãt habitatores poſtq̃ irruptio præſens erat ne tunc romanos arcerẽt metu deterriti naues fuga petierũt: & in his ultra contiguum ſagittæ ſpatiũ pernoctauere.Cũ uero Hyoppa natura eſſet importuoſa:nanq; in aſperum:cæteraq; arduũ litus deſinit:ac ſummis utriq; cornibus leuiter in curuũ quæ uaſtæ ſuſſunt & ingentibus procellis pelagus turbant. Vbi ét nunc Andromade catenaꝝ ſignis extãtibus fabulæ ueteris fides oſtendiť. Aduerſus ãt aquilo feriens litora ſummos in obiectas cautes fluctus affligit:eo q̃ ſolitudiné in tutiorem efficit ſtationem: in eo ſalo fluctuãtibus hyoppenis prima luce uolans:quem illac nauigantes melã poriã uocant flatus incumbit:& alias quidé naues inter ſe alias uero colliſit in ſcopulos.Multæ auté cum magna ui aduerſo æſtu niterentur ad pelagus.Nam & litus ſaxis infeſtum:& hoſtes in eo conſtitutos timebãt ſublataꝝ in ſublimi gurgite mergebanť. Et neq; fugæ uſpiam locus erat neq; manentibus ſpes ſalutis cũ & mari uentoꝝ & ciuitate romanoꝝ uiolentia pellerentť.Itaq; multi ululatus colliſſis nauibus audiebantur:& multi crepitus fractis:ioppenoꝝ autem fluctibus pars obruti:pars naufragiis implicati moriebantur.Nonnulli aũt ferro ſe interfĩcientes ueluti ſatius eſſet mori prævenĩebant:plurimi ãt euecti fluctibus ſcopulis carpebãtur: ut & pelagus ſanguine redundaret:omniſq; ora maritima cadaueribus oppleretur cũ etiam ad litus apulſos in eo ſtantes romani milites trucidarent.Eiectorum autem corpoꝝ q̃tuor milia ducenta fuerunt.Ita captam nullo prælio ciuitaté romani funditus eruũt. Tyoppa quidem hoc modo breui tempore bis a romanis exciſa eſt.Veſpaſianus autem ne rurſus eo piratæ cõfluerent caſtris in arce munitis ibi cum peditibus paucis equitatum reliquit : ut hi quidem locis ſuis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

manentes eadem castra defenderent: equites uero omne circum territorium peragentes ad fines tyoppe uicos & municipia simul eximerent. Illi quidem præceptis obedientes in dies singulos incursando excindebant totas regiones atq; uastabant.

Audita captiuitate tyotapate ab hyerosolimis: maximus eos inuasit dolor: audito ꝙ Iosephus esset cũ romanis ira in eũ concitabantur ita ut in romanos sæuius incitarentur. Cap. XXV.

VBi uero Tyotapatæ apud Hyerosolimam casus nunciatus est. Primo quidẽ plurimi & pro magnitudine calamitatis: & quod nemo qui se uidisse diceretq; iactabant aduenerat non credebant. Nec enim uel nuntius aliquis supfuerat: sed ipsa p se fama excidiũ prædicabat. Vnde per matura tristium paulatim per finitimos ueritas ambulabat & apud oẽs ambiguitate certior habebatur. Quinetiã rebus gestis pluraq̃ facta nõ erãt effingebant: & excidio ciuitatis interemptus dicebat esse iosippus. Quæ res maximo luctu repleuit hyerosolimam. Et per singulas domos itẽq; cognationes amissoꝝ quisq; lugebatur a suis. Luctus uero ducis publicus erat. Et hi quidem hospites alii propinquos amicos: alii nonnulli ẽt fratres flebant. Iosippum autem uniuersi: adeo ut per dies triginta nunq̃ lamenta in ciuitate cessarent: magnaq; mercede conducerentur tibicines næniaꝝ. Tempore autem ueritate releuata: ubi de iotapata quidem ut res habebat: fictum uero quod de iosippi morte uulgabatur: eũq; uiuere & cum romanis esse cõpertum comprobatũ est: ac supra captiui fortunam a ducibus honorari: tantam in eũ uiuũ iracundiam quantã prius cum mortuũ crederent beniuolentiam conceperunt. Et ab aliis quidẽ ignauiæ: apud alios proditionis arguebatur: totaq; in eum ciuitas plena erat indignatione atq; cõuitiis. Vltro aũt his uulneribus excitabant magisq; accendebant rebus aduersis & offensio q̃ prudẽtibus ne similia pferant: cautionis & custodiæ cãm pbet ad alias calamitates tanq̃ stimulus incitabat: & maloꝝ quæ sp accipiebant ex fine principiũ. Deniq; maiore in romanos ĩpetu ferebant uelut ĩ iosippũ pariter uĩdicaturi Hyerosolimoꝝ qdẽ habitatores eiuscemodi turbis agitabãtur.

Vespasianus ad agrippam proficiscitur: audit tyberiada & taricheas rebellare: iratus mittit filium suum illuc: appropinquãtes ciuitati quidam ex senioribus ad uespasiani pedes suppliciter accedunt is uero eis indulxit. Cap. XXVI.

VEspasianus ãt studio uisendi regnum Agrippæ. Nam & ipse rex inuitabat rectorẽ cũ exercitu simul paratus accipere domesticis diuitiis ac peos ægras partes regni compescere: motis ex cæsarea maritima castris in eam quæ Philippi dicitur cæsareã demigrauit: ibiq; per dies .xx. milite recreato. Ipse quoq; reꝝ gestarum gratias deo referens in epulis erat. Postq̃ uero Tyberiada quidẽ nouas res cupere ac rebellare Taricheas audiuit ad regnum ãt Agrippæ utraq; pertinebat decreto apud eos undiq; iudæos excidere: opportunũ esse credidit aduersus eos exercitum ducere: simul ut Agrippæ hospitio uicem repẽderet potestati eius ciuitatibus creditis. Igitur filium suũ Titum in Cæsaream ut inde militem Scitopoli traduceret mittit. Hæc aũt ciuitas decem ciuitatum maxima & Tyberia oĩum uicina est. Quo cũ ipse uenisset: ibi filium præstolabatur. Deinde cũ tribus ultra legionibus progressus ad trigesimũ a tyberiade stadium in quadam mansione conspicua rebellantibus cui nomen est Enabris castra ponit: atq; hinc Decatharcũ Valerinum cũ equitibus quinquaginta dirigit: qui pacifico sermone oppidanos alloqueretur & ad fidem inuitaret. Audierat enim ꝙ pacem populis desideraret ante nullis ad bellũ eum cogentibus seditionem pateretur. Itaq; Valerinus ubi muro appropinquauit & ipse de equo dissiluit: & suos comites idem facere iussit: ne lacessendi prælii cã potius uenisse uideretur. Sed priusq̃ uerbum faceret armati excurrere in eum: seditiosi qui erãt ualidiores rectore quodam nomine iesu Tobye filio latrocinalis agminis principe. Valerinus ãt neq; propter mãdata ducis prælio congredi tutum ratus ẽt si de uictoria certus pugnãq; periculosam esse: si cũ multis pauci & instructis imperiti cõfligerent. Inopinata præterea iudæoꝝ stupefactus audacia: & ipse pedes refugit: & quinq; aliis similiter equis relictis: quos iesus eiusq; socii ueluti pugna nõ insidiis captos læti in oppidũ adduxerunt. Id autẽ ueriti seniores & qui præstare populis uidebant in romanorum castra profugiunt: adhibitoq; sibi rege ad Vespasiani genua suppliciter accedunt: ne se despiceret obsecrãtes: neue quæ paucoꝝ esset totius ciuitatis insaniã existimaret: sed populo parceret qui semper amica romanis sentiret: magisq; ultũ iret defectionis auctores: a qbus ipsi olym ad fœdus uenire properantes nũc usq; ne id facerent asseruati fuissent. His eoꝝ præcibus quãq̃ toti ciuitati propter equoꝝ rapinam infensus esset indulsit. Nam & Agrippã uidebat eius oppidi causa trepidare. Fide ãt per eos populo data iesus eiusq; socii tutũ sibi nõ esse rati apud tyberiada consistere: ad taricheas effugiunt.

Vespasianus præmittit traianũ in arcem an multitudo pacem cupiat: illi apertis portis eum liberatorem ac benemeritum proclamant: post ad taricheas proficiscitur: castra ponit: superatis illis: ad nauale bellum se contulerunt. Cap. XXVII.

POsteroq; die Vespasianus in arcem præmittit: cũ equitibus Traianũ: qui multitudinẽ an omnes pacem cuperent experiretur. Cognito autem populũ eadẽ sentire: quin simpliciter ad ciuitatem ducebat exercitum. Illi ãt portis ei patefactis cum laudationibus

obuiam prodeunt: salutis datorem ac benemeritum acclamantes. Cum uero militem angusti aditus remorarent: murorum partem dirui Vespasianus ex meridiano latere iussit: eoq; pacto dilatauit ingressum ut præda tamen & iniur iis abstinerent in gratiã regis edixit: eiusdẽq; cã muris pepercit: spondentibus habitatoribus eius. Post hæc cũ reliquis fore concordes: aliisq; modis malis affectatã ciuitatẽ ex dissensione recreauit. Deinde ab ipsa digressus: inter ipsam & taricheas castra posuit: muroq; firmauit: belli sibi moras illic fore prospiciens: quod oĩs turbarũ copiens multitudo ad taricheas conflueret: munitione confisa ciuitatis: & lacu gẽnesar q ab indigenis sic appellabatur. Etenim ciuitatem ita ut tyberias sub monte positam qua lacu nõ alluebatur undiq; muro ualidissimo: sed minore quã tyberida iosippus cinxerat. Nam illam quidẽ in principio defectiõis pecuniaꝝ: itemq; uirium copia cõnumerat. Taricheis uero largitatis eius reliquiæ profecerũt. Scaphas aũt plurimas in lacu paratas habebant: ut in eas uidelicet si terrestri prælio uincerent refugerent: simulq; ad nauale bellũ si opus esset instructas. Romanis autem castra munientibus iesus eiusq; socii neq; multitudinẽ hostiũ neq; disciplinæ militiæ perterriti: cursũ ĩ eos irruũt: primoq; impetu disiectis muri fabricatoribus ac parte aliqua ædificii: dissipata: ubi armatos congregati uiderunt: anteq̃ aliquid paterentur ad suos refugiunt: eosq; insecuti romani ad nauigia cõpulere. Et illi quidem tantũ prouecti unde romanos contingere missilibus possent anchoras iaciũt: & sicut acies assolent dẽsatis inter se nauibus hostes aduersus in terra cõstitutos nauali plio decertabãt.

Congregata multitudine prope ciuitatẽ in planitiæ uidẽs Vespasianus filiũ suum mittit: ipse uero patri nunciauit dicens opus esse pluribus auxiliis: suos deinde hortatur. eoꝝ genus & aĩum reminiscens ut strenue sint dimicaturi: Vespasianns mittit auxilia: gentem aggrediuntur: omnes fugant oppidum occupant: cunctos occidunt præter indigenas. Cap. XXVIII.

AVdito ãt Vespasianus magnamq; multitudinem in proxima ciuitati planitie congregatam: filium suum cũ sexcentis equitibus lectis eo mittit. Qui cũ infinitum hostium numerum reperisset patri quidem maioribus auxiliis opus esse mandauit. Ipse uero equitum plærosq; etiam priusq̃ subsidia uenirẽt alacres esse uidens: cũ nonnulli eoꝝ multitudinem iudæoꝝ formidarent: unde exaudiri posset cõstitit: & o romani ait pulchrũ est nãq; in principio sermõis admonere uos generis uestri: ut qui cũ quibus pugnaturi sumus sciatis: nostras enim manus nemo unq̃ toto orbe hostis ullus euasit: iudæi uero ut ẽt p his dicamus aliquid ad hoc usq; tempus uicti non defatigantur. Itaq; oportet illos in aduersis rebus constanter dimicantes: ẽt nos in secundis perseuerantius laborare. Aperta quidẽ fronte uobis plurimũ alacritatis inesse conspiciens gaudeo: Vereor aũt ne cui uestrum tanta timorẽ multitudo hostium latenter incutiat. Igitur quisq; iteꝝ cogitet qualis cũ quibus decertabit: ꝙq; iudæi licet satis sint audaces mortemq; contẽnant: incompositi tamẽ bellorũq; imperiti sunt & uulgus recte potius q̃ exercitus appellandi. De uestra uero peritia atq; ordinatione referre quid opus est? Nempe iccirco soli armis exercemur pacis etiã tempore: ut ne in bello nos cũ hostibus numero conseramus: nã quod erat perpetuæ militiæ cõmodum si pares cum rudibus congrediamur: quin reputate ꝙ armati cũ inermibus & equites cũ peditibus & duces tuti consilio cum uagis neq; rectorem habẽtibus decertabitis: ꝙq; nos hæ uirtutes multo plures efficiãt. Multum ãt uitia de hostiũ numero detrahant: nec sola hoĩum multitudo q̃uis pugnacissimi fuerint in bello obtinet: sed etiã si uel in paucis sit fortitudo: hi enĩ & ordinari faciles sunt & sibimet subuenire: numerosæ ãt copiæ plus incõmodi ex semetipsis q̃ ex hostibus capiũt: itaq; iudæos audacia & ferocitas ac desperatio mentis uitia ducunt. Quæ rebus secundis aliquantũ ualent mĩmis offensionibus extinguunt. Nos aũt uirtus regit & morigera uolũtas itẽq; fortitudo: quæ & in pspera fortuna uiget nec ad finem usq; inter aduersa decipitur. Ad hoc maiores sunt q̃ iudæis causæ certaminis: nam si illi pro libertate ac patria belli pericula sustinent: qd est nobis inclita fama pstantius? Et ne post orbis terræ imperiũ uideamus hostiũ aduersarioꝝ loco iudæos habere. Præterea cõsiderate ꝙ patiendi quidẽ alicuius ĩtolerabilis mali metus est. Multos enĩ nos in proxĩo adiutores habemus. Rapere ãt uictoriam possumus & quos a patre mitti nobis speramus auxilio cõuenit antecapere ut & maior sit: & sociũ non habeat uirtutis effectus. Equidẽ puto nũc de me ac patre meo uobisq; pariter iudiciũ fieri. Siqdẽ ille rebus ante gloriosæ gestis dignus fuit. Ego uero eius sum filius: uosq; milites mei: nã illi uincere consuetũ est. Ego uero reuerti ad eũ non ppetiar uictus. Quo pacto ãt uos non puduerit: duce uestro piculis occurrente non superare? Appetã enim pericula mihi credite: primusq; in hostes irrupã. Nemo ãt uestrũ a me discesserit persuasum habens impetum meũ sustẽtari opere diuino: & manifestissime psumite ꝙ multo plus mixti hostibus efficiemus q̃ si extrinsecus pugnaremus. Postq̃ hæc locutus est Titus diuina quædã alacritas militibus incidit. Et quia traianum aduenire cũ trecentis equitibus ante præliũ contigit ægre ferebant tanq̃ si minueret uictoria societate. Misit ãt Vespasianus Silonẽ & Antoniũ cũ duobus milibus sagittarioꝝ: ut occupato mõte: qui ex aduerso erat oppido muroꝝ propugnatores repellerẽt. Et ab illis qdẽ ita ut pceptũ fuerat circũuẽti sunt ex ea parte subuenire tentantes. Titus ãt primus perrexit citato equo in hostes & post eũ cæteri cũ clamore pro tanto spatio fusi quantũ aduersa acies occupauerat. Vnde multo ẽt plures

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

quam erant apparuerunt.Iudæi uero licet incurſu eoꝝ & diſciplina cõterriti pauliſper quidé primos ſuſtinuere cõgreſſus.Perculſi át contis equorũq; impetu deturbati cõculcabant̃ atq; ita multis paſſim peremptis diſpergunt̃:& in ciuitatẽ ut quiſq; uelocitatis habebat effugiunt.Titus autẽ aliquos tergo inſtans alios per tranſitũ occidebat : nõnullos curſu antecapiens ictu ora tranſuerberabat.Multos ár alium ſuper lapſos inuoluens conficiebat:omneſq; ad mœnia cõfugiẽtes ꝓueniens detorquebat ad campum: donec ſuæ multitudinis elapſu in oppidum confugerunt . Excepit autem illos acerba diſſenſio.Náq; indigenis & fortunarum ſuarum & ciuitatis gratia:& ab initio bellum geſtum maxime q; male pugnatum fuerat non placebat. Sed populus aduenarum qui plurimus eſſet uim adhibebat:& inter ſe diſcordantiũ clamor erat:quaſi iam arma caperẽt . Quibus auditis nec procul a muris aberat Titus exclamat:hoc tempus eſt.Quid moramur cõmilitones?Deo nobis dedente iudæos:Suſcipite uictoriá.Non auditis clamores qui manus noſtras euadere diſcordant:habemus ciuitatem ſi modo properamus.Verũtamen cũ uelocitate animis opus eſt.Nihil enim magnum effici ſine periculo cõſueuit:non ſolum autem hoſtium concordiá quos cito neceſſitas in gratiam reuocabit:ſed etiá noſtrorum auxilia ꝓuenire debemus:ut præter uictoriam quantas copias pauci ſuperamus etiam ciuitate ſoli potiamur. Simul his dictis incẽdit equũ atq; ad lacum decurrit:& per eum propere ciuitatẽ ingreditur quem cæteri cõſecuti ſunt . Pauor autem eius audaciæ muroꝝ defenſores inuaſit : & pugnare quidem uel prohibere uæhementem nemo ſuſtinuit.Relictis aút excubiis leſus quidem cũ ſociis in agros effugit:alii uero decurrentes ad lacum:in manus hoſtium contra uenientium incidebant. Mactabantur alii cũ ſcaphas ſcanderent itemq; alii cũ iam prouectas aſſequi natando conarentur: plurimaq; per ciuitatem agebatur hominum cædes:aduenarum quidem reſiſtentium qui non effugiſſent : indigenarũ uero ſine pugna:quoniam ſpes eos fœderis & conſcientia:quod belli conſilium non habuerant prælio deterrebat:donec Titus nocentibus interemptis miſeratus indigenas ab internitione requieuit.At qui in lacum confugerant ac ciuitatẽ captam uiderunt quá longiſſime ab hoſtibus receſſerunt.

Letatur Veſpaſianus audita uictoria filii: poſt aduerſus eos qui ad lacum deſcenderant rates fabricari iuſſit. Cap. XXIX.

ITus uero miſſis equitibus res geſtas patri nuntiat.Quibus ille cõptis q; neceſſe fuit & filii uirtute ad modũ lætus & facinoris claritudine.Maxía.n.belli ps uidebat̃ exẽpta: tũ qdé ſtati circũdari ciuitatẽ cuſtodibus iuſſit: ne qs ex eadẽ ſubterfugeret: neq; a cædibus tẽperet.Poſtero át die cũ deſcendiſſet ad lacũ rates aduerſus illos qui eo refugerát fabricari iuſſit.Quæ tã materiaꝝ copia q̃ artificũ multitudine mature cõtextæ ſunt.

Declarat̃ natura lacus:& ubertas & reꝝ aeris & uicinorum locorum. Cap. XXX.

LAcus autem Geneſar quidem a terra appellatur. Quadragíta uero ſtadiis in latitudine patens centumq; in longitudine aquæ dulcis eſt atq; potabilis . Paluſtri enim craſſitudine tenuioris habet latices & undiq; in littora & arenas deſinens purus eſt: ac præter hoc temperatus ad hauriendum & fluuio quidem ſiue fonte leuior.Semper enim frigidior quam lacus diffuſio patitur manet : æſtiuiſq; noctibus eius aquæ ſub diuo perflatæ nequaq̃ cædibus cedunt:id enim facere indigenis moris eſt.Variaq; ſunt in eo piſcium genera:ab alterius loci piſcibus tam ſapore q̃ ſpecie diſcreta:mediuſq; eſt in fluuio iordane Panium nomine:qui terra conditus fertur ex ea quæ uocatur phiale.Hæc autem eſt quæ in traconitidi aſcenditur ad centeſimum uigeſimum ſtadium cæſariæ: non longius in dextro itineris latere & propriæ ex rotunditate phiala dicitur lacus rotæ ſpeciem præferens. Semper autem inter eius labia cohibetur unda nunq̃ deficiens uel exuberans.Cunq; interim hoc eſſe iordanis principium neſciretur a tetrarcha quodam traconidis philippo depræhenſum. Is nanq; miſſis in phialem paleis iuenit eas apud Panium reditas unde ante fluuius naſci credebatur . Naturalis quidem pulchritudo Panii regis opibus & Agrippæ diuitiis magnificentiis accurata eſt.Manifeſtum autem flumẽ iordanis ex hoc antro incipiens ſemecunitidis quidem lacus paludes ſecat & margines: centum autẽ.xx.aliis præteritis ſtadiis poſt oppidum Iuliada Geneſara lacum medium trangemenſus. Deinde multam per ſolitudinem in Aſphaltidẽ lacum exit. Ad Geneſara uero lacum eiuſdem nominis terra prætendi tur natura ſimul & pulchritudine admirabilis:nullum enim ipſa pro ubertate ſui negat arbuſtum totaq; plantis conſeuere cultores.Cæli uero temperies etiam diuerſis aptiſſima eſt. Nuces enim q̃ arborum maxime frigoribus gaudent infinitæ floreſcũt:ubi etiam palmæ quas nutrit calor æſtiuus:has iuxta ficus & oleæ quibus aura mollior deſtinata eſt ut naturæ magnificentiam hanc eẽ qui dixerit uim adhibentis ut in unum conueniant inter ſe repugnantia animiq; temporum contentione bona uelut ſingula peculiari ſtudio terræ fouerent. Non enim ſolum nutrit præter opinionem poma uaria:ſed etiam ſeruat egregia:quidem & quodammodo regnãtia . Vuas & carices ſine intermiſſione.x.mẽſibus ſuggerit:cæteros uero fructus anni ſpatio ſeneſcentes. Nã ꝓter aeris lenitatẽ & fonte quoq; irrigat̃ uberrimoq; capharneũ ab indigenis appellat̃.Eũ nõnulli uená eſſe. Nihili fluminis opinant̃ q; ſimiles coracino ſicut lacus generat piſces.Lõgitudo át regionis æque ac littora cognominis lacus.xxx.ſtadiis extendit̃ & latitudo.xx.Hoꝝ qdé natura eiuſmodi eſt.

Fabricatis ratibus inſequitur illos per lacum Veſpaſianus:nemine remanente occiſi ſunt. paucis poſt diebus intollerabilis fetor ex cadaueribus in terram amari compulſis inſurrexit: ut nõ ſolum uictis ſed romanis Miſerabilis fuerit: totumq; aerem corrupit. Cap. XXXI.

VEſpaſianus aút ꝓfectis ratibus iꝓſita manu militũ quanta in eo q̃ lacu effugerát ſatis eſſe una ꝓuehit̃.Illi aút neq; cõpulſi ad terrá euadendi facultatẽ habebant infeſtis oibus neq; nauali bello pari cõditione pugnãdi.Ná & ſcaphæ paruæ atq; piraticæ aduerſus rates infirmæ erát & cũ paucis ſinguli ueherent̃ cũctis aſtantibus romanis appropinquare metuebát . Verũtamen circũ rates nauigando nõnunq̃ etiá prope accedẽdo lapidibus romanos eminus appetebát:aut cõminus ẽt irritando feriebát plus aút ipſis utroq; mõnocebat̃.Nec.n.ſaxis qcq̃ præter crebros ſonitus agebát:quoniá cõtra ſeptos armis iacebant̃ contiguiq; ſagittis eoꝝ efficiebant̃.Etſi accedere ꝓpius auſi fuiſſent priuſq̃ facerent aliqd patiebant̃ cũq; his nauigiis mergebant̃.Multos aút uulnera iferre tentantiũ q̃ plus cõtingi poſſent alios deſiliẽdo in ſcaphas romani gladiis trãſligebant.Nõnullos cõcurrentibus iter ſe ratibus i medio deꝓhenſos cũ nauiculis capiebant. Submerſoꝝ aút q̃ capita ſuſtuliſſent aut ſagittis ꝓueniebant̃ aut ratibus occupabant̃:& ſi deſpatione cõpulſi inimici adnare tẽtaſſent:eis uel manus uel capita trucabant̃:plurimuſq; paſſim ac uarius erat iteritus eoꝝ:donec i fugá uerſi cæteri terræ appulſi ſũt: circúcluſis nauiculis ſuis.Effuſi aút multi qdé in ipſo lacu tælis cõfigebant̃: multos uero in tetrã egreſſos pemerũt romani.Mixtũ aút ſanguine plenũq; cadaueribus cerneres totũ lacũ.Nullus.n. ſaluus euaſit.Acerbus aút ſecutis diebus odor illá regioné oppꝫſſit & facies.Ná littora qdé naufragiis ſimul plena erát & corpibus tumidis.Caleſcétes aút ac tabefacti mortui cæli tractũ corrũpebant:ut nõ iudæis ſolũ ille caſus miſerabilis uideret̃:uerũ etiá factoribus ipis eét inuiſus.Iſte qdé illius ꝓlii naualis exitus fuit.Perierunt cũ his q̃ pridé in ciuitate cecidere ſex milia & qngenti. 6 5 0 0

Reſidet Veſpaſianus pro tribunali apud Tarichea quidq; de ſuperſtitibus fiendum ſit delibe rat:tãdem quoſdam occidit:quoſdam donat:quoſdam uendit. Cap. XXXII.

IT Veſpaſianus pugna pacta pro tribunali apud Taricheas reſidẽs aduená populũ ab indigenis ſecernebat:q̃ actor belli extitiſſe uidebat̃: & an hi quoq; ſeruádi eẽnt cũ rectoribus deliberabat. Tunc aút affirmátibus eoꝝ liberationẽ detrimento futurã. nec.n.dimiſſos qeſcere poſſe hoíes:q & patriis careret uimq; adhibere ac bellũ inferre poſſent ad quos cõfugiſſent Veſpaſianus ſalute qdé idignos eé eos cõtraq; ſeruatores ſuos nouerat euaſuros:ſed de eoꝝ mortis q̃litate cogitabat. Ná ſi ibi occiderent̃ nõ ꝓpeſſuros ſupplicabat̃ idigenas tot apud ſe ſupplices obtrũcari fideq; iterpoſita deditis uim pigebat afferre. Veꝝ ab amicis ſupbat̃:nihil in iudæos cõmitti poſſe dicẽtibus.quodq; utile eẽt honeſto debere ꝓponere: cũ utrũq; obtinere nõ poſſet. Indubitata igit̃ conceſſa licẽtia ſolo eos itinere qd Tyberiada duceret exire ꝓmiſit.Cũq; illi facile his quæ cuperẽt credidiſſent:& qa iuſſum fuerat comitati:neq; pecuniis ſuis quicq̃ metuẽtes abirent totá quidé a tyberiada uſq; uiá romani ne qs euaderet occupauerunt: eoſq; in ciuitatem cõcluſos mox iſecutos Veſpaſianus oẽs in amphitheatri ſtadio cõſtituit. Et ſeniores qdé cũ ibellibus q mille ducẽti erát iuſſit occidi:iuuenũ át ualidiſſimos ſex milia lectos ad iſthmõ nerõi tráſmiſit.Cæterá uero multitudinẽ.xxx.milia & q̃drigẽtos uẽdidit: ꝓter alios quos agrippæ donauerat. Ná his q ex eius regno eſſent facere qd uellet ipſe ꝓmiſit.Veꝝ & iſtos rex uẽdidit.Reliquũ tamẽ uulgus q erat Tracõide & Gaulanite & coppeni: plureſq; & Cadarite ſeditioſi & fugitiui:& qbus ꝓ pacis bello cõciliarent.Capti ſunt aũt ſexto idus ſeptembris. 1200 6000 30400

¶De bello Iudaico Liber.iiii.incipit.

¶Exciſis iotapatis reliqui iudæi ſe dederunt romanis ꝓter quedá caſtella & ciuitates:quaꝝ noía ponunt̃ & eaꝝ conditio lacum quẽdam gamala occupant intrantes romani:domos hoſtiũ tecta oía circundant:ex quo multi romani mortui recederęq; coacti ſunt. Cap. I.

VIcũq; autem iudæi iotapatis exciſis a romanis defecerant : hi ſe ad eos poſtq̃ taricheate ſuperati ſunt applicabant : omniaq; romani caſtella & ciuitates cœperant:præter iſcala & qui montem itabiriũ occuparant.Cum his autem rebellarat gamara ciuitas contra taricheas poſita ſupra lacum quæ ad fines pertinebant Agrippæ:itéq; Sotanin & ſeleucia.Et he quidem gaulanitidis regiones erant ambæ.Sotanin ſuperioris partis cui nomẽ eſt Gaulana & inferioris gamala.Seleucia uero ad lacum ſemecoli.xxx.latum &.lx.ſtadiis lõgum. paludeſq; ſuas ad daphné uſq; tendentem.Quæ regio cũ alias ſit delitioſa:tamen fontes habet qui minorem quem ſic appellát iordanem halátes ſub aureo iouis templo in maiorem deducunt. Sotanin quidem ac ſeleuciam colentes in principio defectiõis agrippa ſibi fœdere ſociauerat:

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
CREDOSUSALE

mis ſuperbe ſe dominum fore pollicitus uelut ciuitatem liberaturus ingreditur:cum ſalutis eum datorem ac defenſoré ſui populi clamor deſignaret. Vbi uero cum ſuis copiis ītroiit:mox de propria potentia deliberabat:nec minus eos a q̄bus rogatus erat quā eos contra quos fuerat aduocatus inimicos putabat. Ioannes aūt cum multitudine zelotaȝ in templo exire prohibitus amiſſis etiam quæ in ciuitate habebat.Nam ſtatim rex eoȝ Simon cum ſociis diripuerat: ſaluté iam deſperabat.Templū tamen adiuuante populo Symon aggreditur.Illi aūt in porticibus per quæ propugnacula ſtantes impetū repellebant:multiq̄ a Symonis parte oppetebant:multi ſautii referebā tur:quoniā zelotæ ad dexteram ſupiores erant:eoq̄ ictus impenetrabiles habebant.Et q̄uis loco plus poſſent:turres tamen quatuor maximas fabricauerāt:ut ex alto uidelicet miſſilia torquerét. Vnam ad orientalé angulum:& ſeptétrionalem alterā:ſuper xiſtum tertiā:in angulo alio cōtra ciuitatem iferiorem. Quarta uero turris ſupra uerticem paſtophoriȝ condita erat: ubi moris eſt unum de ſacerdotibus aſtātem poſt meridié quod ſeptimus quiſq̄ inciperet tuba ſignificare:rurſuſq̄ ueſperi quod deſineret nunc ferias populo:nunc ut opus faciat denuntiantem.Per turres āt diſpoſuerunt baliſtas ſaxorumq̄ tormenta & ſagittarios & fundarum ſcientes. itaq̄ tunc Symon pigrius ad impetus mouebatur:cum plærīq̄ molleſcerent:amplioribus tamen copiis fretus propius accedebat.Machinarum enim miſſilia delata longius multos pugnantium perimebant.

Bella fiunt in Italia p Vitelliū & ſuos milites: audiens hæc Veſpaſianus q̄ Vitellius princeps ſit factus indignaf: milites Veſpaſianū hortanf ut romā accedat:eo q̄ ip̄m populus iperatoré cō ſtituet:renuit ipſe:ipſi cogunt uelle imperium:cogitat quō rem efficere poſſit. Cap. XVII.

Per idem tēpus romanos quoq̄ ſcæuiora mala circūueniunt.Aderat.n.ex germania Vitellius cū exercitu:aliam p̄terea ingentē multitudinem ſecum trahens. Et cū eum deſtinata militi ſpacia non caperent totā urbē pro caſtris habebat oēmq̄ domū repleuit armatis. Illi aūt conſpectis romanoȝ diuitiis oculis inſuetis & auri argentiq̄ ſtupore perfuſi uix cupidiné continebant:adeo ut in rapinas ſe conuerterent & eos qui obſtare conarentur occiderent.& in italia quidé ita res erant.Veſpaſianus aūt poſtq̄ Hyeroſolimis proxima depopulatus Cæſareā reuertebatur audiit romanoȝ tumultus & Vitelliū principem. Hoc aūt licet ipſe imperiū pati ſicut bene iperare noſſet ad indignationē perductus eſt: dominū dedignabatur eū qui ueluti deſertū inuaſiſſet imperiū. Dolore aūt ſaucius cruciatum ferre non poterat:neq̄ aliis uacare bellis cum patria uaſtaretur. Verūtamen quantū ira impellebatur adulciſcendum:tantū longinquitatis cogitatio reprimebat. Multa.n.fortunam poſſe noua facere priuſq̄ ad italiam p̄ſertim hyemis tpe ipſe tranſiret:pluſq̄ creſcentem iracundiam cohibebat. Rectores aūt cū militibus conuenientes aperte iam de mutatione tractabant: & cū indignatione uociferantes incuſabant Romæ conſtitutos milites & in delitiis agentes:q̄ ne famam quidē belli ſuſtineant: q̄ bus libuerit diſcernere principatū:& ſpe quæſtus imperatores creare.Se aūt laboribus tot exactis ſub galeis ſeneſcentes aliis condonare poteſtaté:cum apud ſe digniorem habeant imperio. Cui ſi hanc amiſerint quā iuſtiorem uel quando reficerent erga ſe beniuolentiæ gratiā. Tanto āt Veſpaſianum quā Vitellium dignius eſſe principé fieri:quanto illis qui eū declaraſſent ipſi præſtarent. Non.n.ſe minora pertuliſſe bella:quā qui ex germania ueniſſent:neq̄ illis qui tyrannū inde ducerent in armis deteriores eſſe.Nullum aūt in creando Veſpaſiano fore certamé. Non enim ſenatū populum ue romanū Vitellii libidines pro Veſpaſiani pudicitia perpeſſuros:nec pro bono impatore crudeliſſimū tyrannum:aut filiū pro patre optaturos principem.Maximum enim pacis tutamen uerā in impatore præſtantiā.Ergo ſiue peritiæ ſenectutis debeatur imperiū: habere ſe ueſpaſianum:ſiue adoleſcentiæ uiribus Titum:ex ambōȝ ætate quod erit cōmodum temperabiť. Nō ſolum aūt ſe miniſtraturos declarati imperii uires:q̄ tres legiones regumq̄ habentes auxilia conſeruaſſent oſa ad orientem atq̄ ad Europā Vitellii timoribus ſepata:ſed etiam qui eſſent in italia propugnatores Veſpaſiani fratré atq̄ alium filium:quoȝ alteri multos dignitate præditos iuuenes ſociatū iri ſpectarent:alteri uero etiam urbis eſſet cōmiſſa cuſtodia. Quæ pars ad imperii principia non parum ualeret. Poſtremo ſi ipſi ceſſarent ſenatum fortaſſe declaratuȝ eum principem qué conſeruatores milites dehoneſtarēt.Hæc primo p cuneos milites loquebanť. Deinde adhortati ſe inuicé Veſpaſianum imperatoré appellant:eumq̄ ut in periculo conſtitutū imperium conſeruaret:orabant.Illi aūt olym quidem rerum oſum cura fuit:nequaq̄ uero imperare uolebat. Dignum q̄dem ſe factis exiſtimans:priuatæ aūt uitæ ſecuritatem clarioris fortunæ periculis anteponens.Recuſanti autem rectores magis inſtabant:& circūfuſi milites cum gladiis mortem ei minitabantur niſi uiuere uellet ut dignus eſſet.Diu tamé reluctatus q̄ renuebat imperium.Poſtremo cum his qui ſe deſignauerant minime diſſuadere poſſet:accepit. Mutiano autem cæteriſq̄ qui eū ad imperium inuitauerant:& exercitu alio uociferāte ut ſe in hoſtes omnes duceret? prius res alexandrinas procurandas putauit; ſciens ægyptum plurimam eſſe partem imperii propter frumentariam functionem:eaq̄ ſi potitus eſſet ui quoq̄ ſi præſtaret Vitellium deiiciendū ſperabat. Nec enim perpeſſurum eſſe populum fame oppreſſum.Simul etiam duas legiones:quæ apud Alexandriam degerent ſibi cupiebat adiūgere. Cogitabat.n.etiā propugnaculo ſibi fore illam regionem

aduerſus incerta fortunæ.Nam & terra difficilis acceſſu mariq̄ importuoſa eſt:& ab occidente q̄dem aridam lybiam habet obiectam:a meridie uero limitem qui Sienē ab æthiopia dirimit:nauibuſq̄ inuias Nili fluminis cataractas.Itemq̄ ab oriente mare rubrum ad Coſoton ciuſtatem uſq̄ diffuſum.Septentrionale uero munimentum habet terram uſq̄ ad ſyriam : & quod dicitur ægyptium pelagus totum portibus carens.Hoc quidem modo ægyptus ex omni parte tuta eſt. Inter peluſium uero & Sienē per duo milia ſtadiorum porrigitur. Ex plinicine autem ad Peluſium nauigio ſtadiorum trium milium & ſexcentorum. Nilus autem ad Elephantiné uſq̄ nauibus aſcenditur.Nāq̄ ulterius progredi ut ſupra diximus cataractæ non ſinunt.

Deſcribitur q̄ſtas portus alexādrini mittit Veſpaſianus ad tyberiū ad alexandrū ut eſſet ſibi adiumento fama eſt q̄ Veſpaſianus ſit impator: q̄ſi oēs ad eū accedūt cōgratulantes & ſubiciētes ſe eius ip̄io:recordatus Veſpaſianus qđ Ioſephus p̄dixerat:liberari iubet eū euiculis. Cap.XVIII.

Portus autem alexandrinus etiam in pace nauibus aditu difficilis eſt. Nam & hoſtium per anguſtum habet:ſaxiſq̄ latētibus a directo curſu deflectitur : & læua quidem pars manufactis brachiis cingitur. A dextera uero pharus obiecta inſula turrim maximam ſuſtinet:ad trecenta uſq̄ ſtadio nauigantibus igne lucentem:ut quam longiſſime difficultatem applicandarum nauium præcaueant.Circum hanc aūt inſulam opere iſtructo ingentes muri ſunt: quibus afflictuum pelagus & a uerſis obiicibus fractum aſperiorem facit meatū: eoq̄ periculoſum per anguſtiam aditum.Intus tamen portus ipſe tutiſſimus eſt:& triginta ſtadiis magnus.In quem tam quæ deſunt illi terræ ad beatitudinem deuehuntur:quam quæ ſuperāt ex bonis domeſticis & indigenis in totum orbem diuiſa exportantur. Itaq̄ non ſine ratione Veſpaſianus alexandriā rumore cupidus occupauit:ad totius imperii firmamētum.Proinde ſtatim ad Tyberium Alexandrum litteras dedit:qui ægyptum & alexandriam regebat:indicās militum alacritatem:quodq̄ q̄ ipſe neceſſe fuit ſuſcepto munere principatus operam atq̄ adiumentum eius aſſumeret.Alexander auté ſimul ut Veſpaſiani legit epiſtolam prompto animo:& legiones eius ſacramento rogauit & populum:uiriq̄ aūt libentiſſime paruere uirtutem uiri ex proxima adminiſtratione ſcientes.Et ille quidem permiſſa ſibi poteſtate : oſa quæ imperii uſus exigeret aduentui quoq̄ principis neceſſaria iam parabat. Opinione uero citius declaratum in oriēte Veſpaſianum imperatorem ubiq̄ fama nunciauit.Et uniuerſæ quidem ciuitates feſtos dies habebant:nuntiiq̄ læti pro eo ſimul & ſacrificia celebrabant. Agmina uero apud Meſiā p̄anoniamq̄ degentia : quæ propter Vitellii audaciam paulo ante fuerant concitata:iuſiurandum Veſpaſiano maiore gaudio p̄buerunt.Veſpaſianus autem cæſaream reuerſus iam Beritū uenerat:ubi multæ quidem e Syria: multæ uero ab aliis prouinciis legationes aderāt obuiam ei coronas & gratulatoria decreta a ſingulis ciuitatibus offerentes.Affuit autem rector etiam prouinciæ Mutianus:populorum alacritatem iurataq̄ per ipſum principi ſacramenta renuncians. Vbiq̄ autem Veſpaſiani uotis obſecundante fortuna:rebuſq̄ ad eum plurima ex parte inclinatis cogitare cœpit: q̄ non ſine prouidētia ſumpſiſſet imperium.Sed iuſta quædam fati ratio ad eius poteſtatem circūduxiſſet rerum omnium principatum. Recordatus autem ſigna & alia:multa enim ſibi cōtigerant imperium prænoſtrātia:& Ioſippi dicta quibus eum Nerone uiuo auſus fuerat appellare imperatorem.Admirabatur autem uirum quem adhuc habebat in uinculis : aduocatoq̄ Mutiano cum amicis & rectoribus aliis:primo quam ſtrēnuus fuiſſet ioſippus:quantumq̄ in Iotapatis expugnādis propter eum laboraſſe exponit.Deinde uaticinationes eius quas ipſe quidé timoris cā ſuſpicaretur eſſe figmentā:tempus autem diuinum fuiſſe ut rerum exitus probauiſſet.Tumq̄ inhoneſtum eſſe ait: ut qui ſibi auguraſſet imperium uociſq̄ dei miniſter ac nuncius extitiſſet adhuc captiui loco haberet: fortunamq̄ ſuſtineret aduerſam.Vocatumq̄ ad ſe Ioſippum ſolui iubet. Hoc autē facto alii quidem rectores ex ea gratia quam alienigenæ retuliſſet: præclara etiam de ſe ſperanda eſſe arbitrabantur.Titus uero qui cum patre aderat:iuſtum eſt inquit pater una cum ferro etiam probro loſippum ſolui. Erit autem tanq̄ nec initio uinctus ſi non diſſoluerimus: ſed inciderimus catænas. Nāq̄ id agi ſolet in his qui non recte fuerint uincti.Eadem Veſpaſiano placebant: & quidam interueniens ſecuri catænas abrupit. Ioſippus quidem pro his quæ prædixerat præmio famæ donatus:& de futuris iam dignus cui iam credendum eſſe habebatur.

Veſpaſianus mittit mutianū in Italiam:geritur bellum cū cecinio ab Antonio : cecinius uidens exercitū Antonii cogitat de proditione:ad ipſum mittit ſi uolunt occidere cecinam:certaf: ſuperatur exercitus uitellii: Antonius in urbem ueniens cum Sabino capitolium nocte occupat: Vitellius cum ſuis militibus eos inuadit:ſuperat:Sabinus occiditur:Domitianus cum multis nobilibus euadit: Vitellius iugulatur a populo. Cap. XIX.

Veſpaſianus aūt reſponſo legatiōibus redditoriuſteq̄ & pro meritis adminiſtratiōibus ordinatis Antiochiā uenit.Et quo primū tenderet cogitans Alexandrino itinere p̄ſtabilius eſſe duxit quæ Romæ agerenť curare. Alexandriā.n.ſtabilē eſſe:romanas āt res a Vitellio p̄turbari.Mittit igiť in italiam Mutianum cū multis equitum peditumq̄ copiis. Quī tamé pp hyemis aſperitatem ueritus nauigare per cappadocias & Phrygiam

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CREDOS USALE

ducit exercitum. Inter hæc aũt Antonius primus aduocata legione tertia ex his quæ apud Meſiã morabantur:illã enim regebat,puincią:bellum gerere cũ uitellio ,pperabat.Vitellius ãt cũ magna manu Ceciniũ cominium obuią ei mittit.Is aũt roma ,pfectus quãprimũ circa Cremonã Galliæ Antoniũ conſequtur:quæ cõfinis Italiæ ciuitas eſt: ibiq; cõſpecta hoſtiũ ordinatione ac multitudi ne plio qdem congredi non audebat.Diſceſſum ãt piculoſum reputans de ,pditione deliberabat. Conuocatis aũt Ecatontarchis & Chiliarchis ſibi ſubditis ut tranſirent ad Antoniũ ſuadebat. Vi tellii qdem rebus detrahẽs.Veſpaſiani aũt uires extollens:& alteꝛ nomen iperii tantũ;alteꝛ uir tutem habere cõmemoráſ:ipſis quoq; melius eẽt ſi id gratũ faciant:quod neceſſe eſt.Cũq; ſe mul titudine ſupatũ iri ſciant uoluntati piculum ꝓuenire . Ná Veſpaſianum qdẽ idoneũ eſſe etiã ſine ipſis ad reliq; uindicanda: Vitelliũ uero nec cũ ipſis qdem ꝓſentia poſſe ſeruare.Multa in hũc mo dum quod uoluit ꝓſuaſit:& cum milite tráſfugit ad Antoniũ.Eadẽ uero nocte milites pœnitudo ſimul ac metus eius ſi uiciſſet a quo miſſi fuerant occupauit; eductiſq; gladiis cecinã obtruncare uoluerunt.Feciſſentq; niſi his aduoluti chiliarchi ſupplicaſſent.Quãobrem cæde qdẽ ſe,abſtinue runt:uinctum aũt quaſi ,pditoꝛẽ Vitellio tranſmittendũ habebant.His auditis primus continuo Antonius ſuos monet:eoſq; armis indefectores ducit.Illi aũt inſtructi ad ꝓlium pauliſper qdẽ re ſtiterunt.Mox aũt loco pulſi romani Cremonã fugerunt. Primus autẽ comitatus eqtibus curſus eoꝝ prævertit:& per ciuitatẽ circũcluſam plærąq; multitudiné peremit. Aggreſſus aũt reliquos oppidũ militibus prædari pmiſit,In quo multi qdem hoſpites mercatores : multi uero indigenæ piere.Totus Vitellii exercitus uiroꝝ triginta milia & ducenti.Quin & Antonius eorum quos de Meſia adduxerat q̃tuor milia & qngentos amittit.Solutũ aũt uinculis Ceciniũ reꝝ geſtarum nũ cium ad Veſpaſianũ dirigit.Qui ad eũ intromiſſus & collaudatus eſt:& ,pditoris dedecus inſpera tis protexit honoribus.Romæ aũt Sabinus ubi Antoniũ appropinquare cognouit fiducia recrea tus eſt:collectiſq; uigilum militũ agminibus nocte occupat capitoliũ. Luce uero facta multi no bilium ſociati ſunt ei:& Domitianus fratris filius pars ingens obtinendæ uictoriæ.Sed Vitellius de primo qdem minus curabat. His aũt iratus qui cũ Sabino defecerant & nobiliũ ſanguiné pro ingenita crudelitate ſitiens ímittit capitolio quã ſecum adduxerat militũ manum. Vbi multa ab his itéq; aliis q templum tenebant pugnantibus audacter admiſſa ſunt. Poſtremo aũt germani q multitudine ſupabant collé obtinuerunt.Et Domitianus qdem cũ multis Romanoꝝ uiris inſi gnibus diuina qdam ratione ſaluus euaſit. Reliqua uero multitudo tota laniat , Et Sabinus qdé ad Vitellium ductus occidit.Milites aũt direptis donariis tẽplum incendunt.Tumq; poſtero die cũ exercitu uenit Antonius:eumq; Vitellii milites excipiunt : & trifario cõmiſſo intra urbẽ prę lio oẽs interiere.Procedit aũt ebrius de palatio uitellius:& ut aſſolet in extremis longiore luxu ꝓ digæ menſæ refertus. Tractus aũt per populũ uariocq; uerboꝝ genere dehoneſtatus in media ur be iugulatur.Octo menſes ac dies quinq; potitus imperio:quem ſi uiuere diutius contigiſſet: ut opinor:eius luxuriæ minime ſufficere potuiſſet imperium. Aliorũ uero mortuorum ſupra quin quaginta milia numerata ſunt.Hæc quidem geſta ſunt die tertio menſis octobris.

Mutianus urbem ingrediť cum exercitu amoniũ cum aliis ſubleuat:occidit multos q conſen ſerant cũ Vitellio domitianus filius Veſpaſiani:rector efficiť populus Veſpaſianum clamat impa torem:ad Veſpaſianũ qui alexandriã iam applicauerat.ueniunt legati:intendit aĩum Veſpaſianus in reliqas iudeæ:Titum mittit ad Hyeroſolimam. Cap. XX.

POſtero autem die mutianus cũ exercitu romam ingrediť: & Antonii militibus a cæde repreſſis adhuc.n.hoſpitia ꝓſcrutando:& Vitellii milites & ex populo plurimos q cum illo ſenſerant occidebãt:examinationis diligentiã iracundia ꝓuenientes. Domitianum productũ populo rectorem inſinuat:uſq; ad patris aduentum.Populus aũt iam timore liberatus imperatoꝛẽ prædicat ueſpaſianum:ſimulq; & illum confirmatũ:& Vitellium eſſe deiectum feſta lætitia celebrabat.Cum aũt Veſpaſianus Alexandriam ueniſſet:geſta ei romæ nunciata ſunt:& legati ei ex toto orbe congratulantes affuerunt.Cũq; maxima poſt romam ciui tas eſſet:anguſtior multitudini ,pbabatur.Firmato aũt iam totius orbis imperio rebuſq; populo præter ſpem conſeruatis Veſpaſianus in iudeæ reliqas intendit aĩum. Et ipſe quidem exacta hye me romã proficiſci parabat:reſq; apud Alexandriã mature cõponere proponebat.Filiũ uero Titũ cum externis copiis ad liberandã hyeroſolimam dirigit.Qui terreno itinere Nicopolim uſq; pro greſſus ab Alexandria ciuitate uiginti ſtadioꝝ interuallo diſtantẽ inde militẽ longis nauibus im ponit.Iſq; Nilo flumine poſt menſium tractus Thumũ uſq; uehitur.Hinc aũt egreſſus in terram apud Thãnim ciuitatem diuertit.Vnde ſecunda ei mãſio fuit ciuitas Heraclius: & Peluſiũ tertia. Hinc aũt milite per biduũ recreato tertio die peluſii fines tranſiit: unãq; manſionem profectus ꝓ ſolitudines ad Caſſii iouis tẽplum caſtra poſuit.Poſteroq; die apud Oſtracinẽ: quæ manſio aquæ inops eſt:ob quã cauſam aduentitia utuntur indigenæ.Hinc apud Rinocoruriã requieſcit:& inde progreſſus in quartam manſionẽ Raſiam uenit:quæ prima occurrit Tyriæ ciuitatem.Gaza uero quintæ manſionis caſtra ſuſcepit:& poſtea in Aſcalonẽ atq; hinc iamniã:deinde ioppam:& ex iop pa Cæſaream peruenit.Decreto apud ſe alias militum copias congregare.

¶De bello Iudaico.Liber.vi.incipit.

¶Tito exiſtente adhuc apud Alexandriã hyeroſolimis oriť triſaria ſeditio zelotaꝝ Symonis & Ioannis:inter eos congrediunť:ita ut tẽplum uniuerſum inundareť ſanguine. Cap. I.

TItus quidem ad eum modum quem prædiximus emenſa ultra ægyptum ad Syriam ad ſolitudinẽ Cæſaream uenerat. Ibi enim exercitũ decreuerat ordinare. Illo autem adhuc apud Alexandriam una cum patre imperium quod nuper eis deus permiſerat diſponẽte: contigit etiam ſeditionem quæ apud hyeroſolimã erat aucta triſariã diuidi:& aliorum partem in alterã uerti. Quod ut in malis optimũ quis dixe rit factumq; iuſtitiæ . Nam Zelotaꝝ quidem ĩ populum dominatio quæ auctor erat excidii ciuitatis:unde cœperit & ꝓ quos creuerit di ligenter ſuperius declaratum eſt.Hanc autem non erraverit quiſq; di cens ſeditionem in ſeditiõe eſſe factam: ac ueluti rabida fera externa rum penuria ĩ ſua uiſcera ſæuire ſolet.Sic Eleazarus Symonis filius qui & abinitio zelotas in tẽplum a populo ſeparauerat:uelut indignari ſimulans ob ea quæ in di es ſingulos Ioannes auderet.Cum ne ipſe quidem a cædibus quieſceret.Re autem uera ſeſe poſte riori tyranno ſubiectum eſſe minime ferens ſummæ rei deſiderio propriæ potẽtiæ cupiditate ab aliis defecit.A ſcitis etiam iuda Chaliæ filio & Ezenonis Symonis potẽtiſſimis: præter quos erat etiam Ezechias chobari filius non ignobilis.Horum ſingulos zelotæ non exigui ſequebanť. Oc cupatoq; interiore templi ambitu ſup eius portas in ſacris foribus arma ponunt:& abundare qui dem ſe ſuis neceſſariis confidebant: ſacrarum enim rerum copia ſuppetebat nihil impium exiſti mantibus paucitati uero ſuorum timentes plærũq; in locis ſuis ocioſi manebant. Ioannes autem quanto ſuperior erat uirorum multitudine tanto loco ſuperabatur:hoſteſq; habẽs a uertice:neq; ſine metu conabatur incurſus:& præ iracundia ceſſare non poterat. Plus aũt mali perferẽs quam Eleazari partem afficiens tamen non remittebat.Crebri enim fiebant impetus & miſſiliũ iactus totumq; polluebatur cædibus templum.Filius aũt Gioræ Symon quem rebus deſperatis inuita tum ultro ſibi tyrannum ſpe auxilii populus introduxerat: & ſuperioré ciuitatis retinens partem & inferioris plurimam partem animoſius iam Ioannem eiuſq; ſocios adoriebatur: quaſi qui deſu per impugnaretur.Subiectus autem illorum manibus erat ſicut & illi ſuperiorum.Et Ioannẽ eue niebat duplex prælium præferentem lædi pariter ac lædere:quantoq; uincebatur:eo q Eleazaro eſſet humilior:tanto plus habebat Symone celſior conſtitutus:cum inferiores aggreſſus etiam ſo la manu ſine labore prohiberet.Deſuper uero ex phano iaculantes machinis deterreret. Quippe baliſtis & non paucis lanceis utebantur ſaxorumq; tormentis : quibus non ſolum bellantes ulci ſcebantur:ſed multos etiam ſacra celebrãtium perimebant. Quanq̃ enim ad omne impietatis ge nus rabidi ferebantur : tamen eos qui ſacrificare cuperent recipiebant cum ſuſpitione & cuſtodi bus indigenas perſcrutando.Hoſpites enim etiam qui exoraſſent eorum crudelitatem poſt exitu ri ſubſiciua ſeditionis opera conſumebantur.Miſſilia nanq; machinaꝝ ui ad aram uſq;:templũq; peruenientia in ſacerdotes ſacra celebrantes cadebant : ac multi qui properantes ab ultimis fini bus terræ ad ſanctiſſimum locum ueniſſent ante ipſas hoſtias procubuerunt : aramq; uniuerſis græcis & barbaris adorandam ſuo ſanguine imbuere. Indigenis autem mortuis alienigenæ ac ſa cerdotes cum prophanis miſcebantur per quæ atria diuina ſtagnum fecerat diuerſorum cadaue rum ſangũis.Quid tantum paſſa es miſerrima ciuitas a romanis: qui tua inteſtina ſcelera purga turi flammis introiere. Iam enim dei locus non eras neq; manere poteras domeſticorum facino rum facta ſepulchrum: & quæ phanum ciuili bello tumulum conſtitueras poteris autem denuo fieri:poteris ſi unq̃ uaſtatorem tui deum placaueris . Sed enim reprimenda ſunt quæ dolent lege ſcribendi:q; non domeſtici iuctus ſed exponendarum rerum hoc tempus eſt. Proſequar autem ſe ditionis facinora cætera.

Deſcribiť diſcordia quæ ĩter eos fuit & ſcelera q̃ inter eos comittebanť : poſt q̃liter oẽs quaſi romanos expectabant:poſt quõ Titus miſit diuerſas legiones in Hyeroſolimam. Cap. II.

ERgo diuerſis triſarie iſidiatoribus Eleazarus quidem eiuſq; ſocii qui ſacras primitias conſeruabant in Ioannẽ ebrii ferebantur . Qui uero huic parerent plebem diripientes in Symonẽ rebellabant cum ipſi quoq; Symoni contra diuerſæ partis ſeditioſos adiu mento eſſet ciuitas.Si quãdo igitur utraq; parte patiebatur Ioannes obuertebat ſocios & de ciuitate quidem ſubeũtes miſſis ex porticibus tælis de templo uero iaculantes machinis ul ciſcebatur.Quotiens aũt deſuper inſtantium moleſtia caruiſſet: frequenter enim ebrietate & la bore ceſſabant libentius in Symonẽ eiuſq; ſocios quãpluribus irruebat.Semper aũt quantũ in ci uitate pepuliſſet in fugã uerſos ædes frumenti plenas oiumq; utenſilium incendebat:idemq; hoc illo egrediẽte Symon inſecutus agebat;ueluti pro romanis oia conſilio corrumperẽt quæ ad ob-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CREDOS USALES

ſidionem ciuitatis erant præparata:ſuarumq; uiriũ neruos abſcinderent.Deniq; cõtigit una exuri oia circum tẽplum & inter ꝓprias acies ſolitudinem atq; aream pugnæ fieri ciuitaté concremari aũt paulominus oẽ frumentum quod non paucis annis ſufficere potuiſſet obſeſſis . Deniq; fame capti ſũt q; minime quiuiſſent niſi eam ſibimet cõparauiſſent.Vndiq; aũt inſidiatoribus & confinis oppugnãtibus ciuitaté medius populus quaſi aliquod magnũ corpus lacerabatur.Senes uero ac mulierculæ inteſtinis malis attonitæ pro romanis uota faciebãt:externũq; bellum quo domeſticis malis liberarentur expetebãt.Grauis aũt metus ac terror fœdiſſimus occupauerat: & neq; conſilii capiendi tps erat ut uoluntaté mutarent neq; pactionis aut fugæ ſpes cupientibus.Etenim cuſtodiebantur oĩa:diſſidenteſq; latronũ principes quoſcũq; romanis pacatos eſſe uel trãſſugere ad eos uelle ſentirent quaſi cões hoſtes interficiebant:ſolũq; in occidendis uita dignis cõcordes erãt.Et pugnantiũ quidem nocte dieq; clamor perpetuus oriebatur:ſed metu acerbiores erãt lugentium quæſtus.Et aſſiduas qdem lamentationis cauſãs calamitates præbebant:timor aũt includebat ululatus:atq; obmuteſcente dolore præ fortitudine tacito gemitu cruciabant:neq; iam aut reuerẽtia uiuis apud domeſticos erat:neq; mortuis cura ſepulturæ habebatur. Quoꝝ ambo rum hæc cã erat q; quiſq; de ſe ſperabat.In omni enim re amicos remiſerant:qui cũ ſeditioſis non erant:quaſi continuo modis oĩbus morituri.At uero ſeditioſi congeſta in tumulũ cadauera conculcantes dimittebant:& ex mortuis haurientes audaciam quos ſub pedibus cernerẽt immanius ſæuiebant:ſemperq; aliquid in ſe ꝓnitioſum excogitantes: & quod uiſum fuiſſet ſine miſeratione facientes:nullam cædis aut crudelitatis uiam prætermiſere:adeo ut etiã ſacris materiis ad bellica conficienda inſtrumenta Ioannes abuteret.Nam cum olym fulcire templum populo itemq; pontificibus placuiſſet:idq; uiginti cubitis altius ædificaret: rex qdem Agrippa ex monte Libano aptas ei materias maximis ſumptibus & labore deuexit:hoc é ligna & magnitudine ſimul directa proceritate ſpectabilia.Interuentu aũt belli opere interrupto Ioãnes his ſectis q; ſufficere longitudinem credidit:turres ædificauit & aduerſus eos conſtituit qui deſuper a templo pugnarent.Poſt muri ambitum contra exedram occidentalé admotis qua ſolum poterat q; aliæ partes ratibus ex longinquo fuerunt occupatæ. Et ille quidé fabricatis ex impietate machinis ſubactum iri ſperauit hoſtes.Deus uero laborem eius inutilem demonſtrauit: & priuſq; in his quicq; poneret romanos adduxit.Etenim Titus poſtq; partem ad ſe collegit exercitus aliis uero ut ad Hyeroſolimam occurrerent ſcribit:Cæſaream profectus eſt.Erãt autem tres legiones quæ pridem ſub eius patre iudæam uaſtauerãt:& duodecima quæ olym cum Ceſtio male pugnauerat:quæq; licet per id fortitudine eſſet inſignis: tunc tamen eorum etiam memoria quæ pertulerat alacrius ad uindictam properabat.Harum quidem quintam legionem iuſſit ſibi per amaus occurrere . Decimam uero aſcendere per Iericuntha.Ipſe quidem cum cæteris regreſſus eſt:quo regum quoq; ſubſidia plurima quãdudum multiq; ſyri auxiliatores comitabantur. Suppletum eſt autem quatuor legionum quantum Veſpaſianus electum cum Mutiano miſerat in Italiam: ex his qui cum Tito acceſſerãt. Duo nãq; milia de Alexandrino exercitu lecta: tria milia uero ex Euphrate eum ſequebantur & amicorum ſpectatiſſimus beniuolentia ſimulq; prudentia Tyberius Alexander:qui antea quidem ægyptum adminiſtrauerat:tunc autem dignus qui exercitum regeret:propterea iudicatus q; primus inſipienti fuit hoſpes imperio:& cum fide clariſſima incertæ fortunæ ſociatus eſt:idemq; cõſultor in uſus bellicos ætate ac peritia præcipuus aderat.

Deſcribitur ordo Titi & militum & oĩum aliorũ in eundo Hyeroſolimã:peruenit[ſuſnã opidum quod Veſpaſianus cœperat:ciuitaté tentat adire: tãdem coactus eſt ſi uoluit euadere irruere in hoſtes:ad ſuos ſaluum ſe recepit. Cap. III.

PRogredientem uero in hoſtilem terrã Titum antecedebãt regia oĩaq; auxilia poſt eos uiarum ſtratores caſtrorumq; metatores.Deinde rectoꝝ ſarcinæ atq; armati.Poſt hos ipſe Titus & alios lectos habens & ſigniferos:quoꝝ agmẽ equites ſequebantur.Hi uero ante machinas ibant:& ſecundũ illos una cũ lectis Chiliarchi & ꝓfecti cum cohortibus.Poſt aũt circum aquilã ſigna:& ante ſigna tubicines:deide acies ſenum uiroꝝ ordinibus dilatata.Seruile aũt uulgus a tergo cuiuſq; agminis:& ante hos ſarcinæ. Oĩum uero nouiſſimi mercenarii eorũq; cuſtodes coactores armoꝝ.Procedens aũt decenter exercitus: ita ut mos eſt romanis in Suſnã per Samaritidé uenit:quæ & prius ab eius patre fuerat occupata: & tunc ꝓſidiis tenebatur.Ibi autem unam moratus eſt ueſperam:mane inde proficiſcitur:peractaq; in die manſione: caſtra ponit in loco quem Iudæi ſermone patrio Achanto canlona uocitant:iuxta uicum quendã Gabe Saul nomine:quod ſignificat uallem Saul:diſtantem ab Hyeroſolimis ſtadiis fere triginta. Hinc ſexcentis prope lectis equitibus comitatus perrexit in ciuitatem q; tuta eſſet:incolarũq; animos exploraturus:ſi forte ſe cõſpecto priuſq; ad manus ueniretur mutarẽt. Audierat enim quod erat uerum:a ſeditioſis & latronibus oppreſſum populum deſiderare quidem pacem:ſed quod rebellãtibus infirmior eſſet nihil conari. Quãdiu quidem mane per uiam quæ ad murum duceret equitabat.Nemo autem portas aperuit. Vbi uero itinere ad turrim ſaxeam declinato trãſuerſum agmen equitum duxit infiniti ſubito proſiliunt: qua muliebres turres uocantur: & per eam quæ

contra monumentum Helenæ porta eſt egreſſi equitatum intercedunt:atq; alios etiam tunc uia currentes ne cum his qui deuerterent ſeſe iungerent a fronte oppoſiti prohibuerunt . Titũ uero cum paucis ſepant.Ille aũt ultra qdem minus progredi poterat:a muro.n.cũcta foſſis patebant.& tranſuerſi erant hoſtes:multiſq; materiis ipedita.Ad ſuos aũt in aggere cõſtitutos recurſus intercidente hoſtili manu deſperabat.Quoꝝ plæriq; imperatoris periculũ neſciebant:ſed exiſtimantes eũ ſecũ reuerti ipſi ét fugiebant. Titus aũt in ſua tantũ fortitudine ſitam eſſe ꝓſpiciens ſpem ſalutis flectit equũ:& ut ſequerent cum clamore comites adoratus in medios hoſtes irruit ui ad eos trã ſire feſtinans.Quo qdem tpe maxime intelligi potuit & belli momenta & iperatoꝝ pericula deũ curare.Tot.n.aduerſus Titum miſſilibus quom neq; galea neq; torace ſeptus eſſet nõ bellator,n. ſed expoliator:ut dixit;ꝓceſſerat:nullum in eius corpus delatũ eſt:ſed tanq; ne eum ferirent ex induſtria mitterentur oĩa præteruolabant. Gladio uero ſp a lateribus inſtantes dirimens multoſq; ante ora ſubuertens ſup cadentes agebat equũ. Illorum aũt clamor erat pp audaciam Cæſaris ut eum aggrederent cohortatio.Fugaq; & diſceſſio repentina quocũq; diuerteret curſum. Huic aũt ſe periculo participes cũ a tergo & a lateribus foderent adiunxerant.una enim erat cuiq; ſpes ſalutis uiã cito patefacere priuſq; circũuentus opprimeretur.Deniq; duo ex minus ptinacibus alter cũ equo pcuſſus eſt:altero uero delecto & occiſo equus eius abductus eſt.Titus uero iam cũ cæteris in caſtra ſaluus euadit . Iudæis qdem q; aggreſſione prima ſuperiores fuerant incõſulta ſpes animos extollit:magnamq; his in poſterum fiduciam momentum temporaneum comparuit.

Titus ciuitati nocte appropinquat:caſtra ponit in monte elacõ dicto:exeunt iudæi:in legionẽ decimam irruunt fugantq; romanos:nuntiatur tito:fert auxilium: dimicatur utrinq;: Titus tandem legionem liberat. Cap. IIII.

CAeſar aũt poſtq; ex amaus agmen ſibi ſociatũ eſt nocte luce inde digreſſus ad locũ qui Scopos appellat accedit.Vnde iam & ciuitas & clari tẽpli magnitudo cõſpici poterat: qua parte ſeptẽtrionalem regionẽ continens ciuitas humilior proprie Scopos noiatus eſt:diſtans a ciuitate ſtadiis ſepté:ibiq; duabus legionibus ſimul qntæ uero retrorſum ſtadiis tribus caſtra muniri iubet . Labore nãq; nocturni itineris attritos milites progredi uiſum eſt ut ſine fortitudine murũ ſtruerent.Mox aũt cœpto ædificio decima quoq; legio p hiericũtha aderat a Veſpaſiano præoccupata: ubi quædam pars armatoꝝ in ꝓſidio fuerat collocata.His aũt ꝑceptum erat ſexto ab Hyeroſolimis ſtadio caſtra ponere qua in pte mons q appellat Elacon cõtra ciuitaté ab oriente ſitus eſt atq; interiacente ualle diſcernit:cui nomen eſt Cedrõ. Intra ciuitatem uero ſine requie confugientiũ diſſenſionẽ tum primũ ingens ſubito bellũ foris interueniẽs refrenauit:& cũ ſtupore ſeditioſi romanoꝝ caſtra inſpectantes trifariã diſtributa malam inter ſe iniere concordiã;rationemq; inuicé reqrebant quidnã expectarent:qd ue perpeſſi tres muros cõtra uitã ſuam paterent opponi:bellaq; tanta ſe fundente licentia tanq; ſpectato res bonoꝝ operũ ſibiq; utiliũ reſiderent mœnibus clauſis remiſſiſq; armis ac manibus in noſmetipſos profecto exclamat aliqs tantummõ fortes ſumus:romanoꝝ aũt lucro ex noſtra ſeditione ſine ſanguine oppidum cedet.His alios atq; alios cõgregantes exhortabant:raptiſq; armis ſubito in legionẽ decimã ruunt:perq; uallẽ facto impetu cũ ingenti clamore muꝝ ædificantes romanos aggrediunt.Illi aũt in opere diſtributi armis ob eã cauſam plæriq; depoſitis:nec.n.excurſum iudæos auſuros eſſe credebant:& ſi maxime uellent aĩos eoꝝ ſeditione diſtractũ iri arbitrabant.Præter opinionem ꝓturbati ſunt:atq; opere q ſiq; derelicto confeſtim alii recedere.Multi aũt ad arma properantes priuſq; ſe in hoſtes corrigerent feriebant.Plures aũt iudæis ſp adiiciebant eoꝝ freti uictoria qui præceſſerant:& q; cũ pauci eſſent multiplex numerus & ſibi & hoſtibus uidebant:q; ſecunda fortuna uterentur . Romani aũt maxime ordinari conſueti cũ decore atq; præceptis bellũ gerere ſcientes ex perturbatione trepidabant. Vnde tunc quoq; præuenti aggreſſione cedebant. Siquãdo tamẽ ſeſe conuerterent ab inſequentibus occupati & a curſu reprimebant iudæos & ob impetũ minus cautos feriebant.Semp uero excurſione gliſcẽte magiſq; turbati poſtremo caſtris pulſi ſũt: rotaq; legio in periculũ uentura fuiſſe uidebatur:niſi hoc mature ſibi nũciato Titus eis tuliſſet auxilium: multiſq; increpans ignauiam & ſuos a fuga reuocaſſet: iudæoſq; a latere ipſe cũ his irruens quos circa ſe habebat electos:multos quidem occidiſſet:plures uero ſauciaſſet. Omnes autem i fugam uertiſſet:atq; in uallẽ præcipites compuliſſet . Illi autẽ in prono loco multa mala perpeſſi poſtq; in aduerſam partem euaſere . Flectunt ſe iterum & ualle intercedente cum Romanis dimicabãt. Igitur ad medium diem bellatum eſt . Paulo autem poſt meridiem Titus his qui ſecum erant in ſubſidio collocatis:aliiſq; cohortibus aduerſus excurrẽtes oppoſitis:reliquum agmen ad murum in ſummotis ædificandũ remiſit.Iudæis aũt hæc fuga eſſe uidebatur.Cũq; ſpeculator quẽ in muro poſuerãt amictu agitato ſignũ dediſſet:freqntiſſima multitudo tanto ipetu ꝓſiluit:ut eoꝝ curſu imaniſſimis beſtiis eét aſſimilis.Deniq; in aduerſa acie ſtantiũ nemo ipetum ſuſtinuit:ſed tanq; machina pcuſſum agmen cõtinuo diſſipatũ eſt:pulſiq; in monte refugiũt.In aſcenſu aũt medio Titus cũ paucis relictus:multũq; monẽtibus amicis q pro impatoris reuerẽtia cõtẽpto piculo pduãte ut mortẽ appetẽtibus Iudæis cederet.Neq; ꝓ his i diſcrimẽ uẽiret:quos ãte ipm ſaluos eẽ nõ

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CREDOS USALES

oporteret:ſed potius fortunã ſuam reputaret q̃ non militis officio fungereť:ueꝝ & belli & orbis terræ dominus eſſet:ne in fugã uerti uideret in quo oĩa niterent. Hæc aũt ne audiret ſimulãs & ad ſe recurrentibus obſtabat:eoſq; in ora feriens cũ ui obniterent occidebat : & in galeã repente incũbens multitudiné repellebat.Illi aũt & uiribus eius & obſtinatione pterriti: ne tũ quidé in ci uitaté fugere:ſed in utrũq; latus ab eo declinãtes rurſum fugiẽtes inſequebant. Quos tamen aggreſſus a latere ipſoꝝ quoq; ipetum præpediebat.Dũ hæc aguntur ét illos q̃ ſuperiora caſtra muniebant:ubi fugere inferiores uidere metus ac turba occupat: totúq; agmen diſpergitur ſuſpicantium:excurſum q̃dem iudæoꝝ ferre non poſſe.Titũ uero in fugam reuerſum.Nec.n.unq̃ illo manente alios fugituros fuiſſe:& tanq̃ laruali terrore circundati alius alio ferebant:donec q̃dam cũ in medio bello uerſari impatoré uidiſſent:plurimũ metuentes uniuerſo agmini ſuoꝝ eius periculum cũ clamore nunciauerunt.Itaq; pudore reuocati & fuga maius aliq̃d ſibi exprobrãtes q̃ Cæſaré deſeruiſſent:totis uiribus in iudæos utebant:& ſemel ad deſcenſum tranſuerſi urgebant eos in decliuia. Illi autem in pedem recedẽtes pugnabant.Cúq; romani plus poſſent:eo q̃ ſuperiores erant:in uallé omnes coacti ſunt.Titus aũt contra ſe poſitis imminebat : & legionem quidem ad muri fabricam redire iubet:ipſe uero cum his quibus antea reſiſtendo hoſtes arcebat. Itaq; ſi mehil addentem obſequio neq; inuidia detrahentem uerum dicere oportet:ipſe Cæſar his totã legionem periculo liberauit:atq; ipſe caſtra muniendi copiam militibus præbuit.

Remiſſo aliquãtiſper bello oriť diſcordia inter eos:in duas ptes ſeditio remanet: Titus ad ciuitatẽ ellectos milites mittit:explanare fecit oĩa ita ut repletũ ſit quicqd cauũ erat. Cap. V.

REmiſſo aũt paulíſper bello externo:itez inteſtinũ ſeditio ſuſcitauit. Azimorũq; inſtãte die qui eſt aprilis menſis q̃rtusdecimus.Hoc.n.ſe primũ tpe opinanť iudæi ab ægyptiis eſſe libera os.Eleazarus q̃dem cũ ſociis portã ſubaperiẽs introire cupiebat:ex populo qui tẽplum adorare cuperent. Ioannes aũt die feſto ad protegẽdas inſidias auſus eſt:& ſuoꝝ quoſdam ignotiores armis ſub ueſte latẽtibus inſtructus.Quoꝝ plæriq; de induſtria aggreſſi erant occulte:inter alios phani occupandi gratia ſubmittit. Illi aũt poſtq̃ iurauere veſtimentis abiectis:ſubito armati apparuerunt . Magna uero ſtatim turba circa tẽplum ac tumultus erat:cũ alienis q̃dem a ſeditione populus oĩbus diſcrimen iputaret.Zelotæ uero ſibimet ſolũ inſidias comparatas. Vez hi quidem relicta portaꝝ cuſtodia & alii expugnaculis diſilientes priuſq̃ manus conſererent in tẽpli cloacas confugere.Populares aũté ad ará delati & circũ templum appulſi conculcabant:cum lignis paſſim ferroq; cæderentur.Multos ocioſoꝝ inimici priuato odio q̃ſi diuerſæ factionis ſocios interficiebant.Et quicúq; ante hæc inſidiatorem aliquem offenderat tunc agnitus q̃ſi Zelotes ducebať ad morté.Sed qui atrocitate magna innocentes afficeret indutias conceſſere nocentibus:progreſſoſq; ex cloacis dimiſerunt. Ipſi át interius tẽplum & oés eius apparatus tenentes confidentius oppugnabant Symonẽ. Seditio q̃dem hoc modo quæ tripartita fuerat in duas partes diuiſa eſt.Titus aũt caſtra propius ciuitaté tranſferre cupiens de Scopo contra excurſus q̃dem lectos equites ac pedites quos ſatis eſſe arbitrabatur: aliũ uero exercitum iuſſit totum quod erat uſq; ad muros ſpaciũ complanare.Cunctis igitur materiis ac ſepibus dirutis quibus hortos ac lucos incolæ p̃munierant:omniq; oppoſita:q̃uis mãſueta ſilua:excíſa repletum eſt quicquid erat cauum & uallibus impeditũ.Saxorum aũt eminentiſſimis ferro truncatis humiliorem totum illum tractum a Scopo uſq; ad Herodis monumenta fecerunt.ſerpẽtium ſtagnum continentia quæ Colibethara uocatur.

Iudæi romanos quærunt decipere inſtituunt quoſdam qui pacem ſimulant: romanoſq; uelle introducere:Titus noluit quia ſuſpecta erat ei talis inuitatio. Cap. VI.

ILis deniq; diebus iudæi romanis huiuſcemodi inſidias parauere.Seditioſoꝝ audaciſſimi extra muliebres quæ ſic appellantur progreſſi turres ſimulato q̃ pacis eos ſtudioſos peruliſſent:eo q̃ timerent impetum romanorum:ibidem uerſabantur & alter ſub altero uitabundi latebant.Alii uero per muros diſpoſiti populumq; ſe eſſe ſimulantes clamore pacem implorabant:fœduſq; poſcebant portaſq; ſe patefacturos eſſe pollicentes inuitabant romanos.Hoc autem uociferantes una etiam contra illos ueluti portis eos ambigerét lapides iacie bant.Illiq; ſe ui perrumpere aditus uelle ſimulabant & ciuibus ſupplicare. Cunq; ad romanos ſepiſſime ire conarentur:reuerſiq; perturbatis ſimiles uidebantur.Verum hæc eoꝝ callíditas apud milites quidem fide non carebat:ſed tanq̃ hos quidem in manibus haberent paratos ad ſupplicium.Illos uero ciuitatem ſibi aperturos ſperabant:opuſq; aggredi feſtinabát. Tito autem ſuſpecta erat inuitatio:quia rationem non haberet.

Quidã ex romanis ad urbẽ uſq; accedentes eo q̃ crediderunt illis:interficiuntur:multi feriũtur:unde iraſcitur multum Titus pp inobedientiam eorum eiſq; arguit. Cap. VII.

PRidiæ náq; prouocatos eos ad pactionẽ per Ioſephum: nihil mediocre ſentire cognouerat.Etiá nunc milites manere loco ſuo præcepit.lá uero q̃dam operibus oppoſiti raptis armis ad portas excurrere cœperant.Hi aũt qui expulſi uidebanť:primo q̃dem cedebant : deinde ubi ad turres portæ propinquabant curſu eos circũueniunt & a tergo

perſequebantur.Qui uero in muro ſtabant lapidũ his multitudinẽ oĩgenumq; tæloꝝ ſimul infũdunt:adeo ut multos quidẽ necarent plurimos quidé ſauciarent.Nec.n.facile erat a muro diffugere:aliis retro uiolenter inſtantibus.Et p̃ter hoc pudor q̃ rectores peccauerant:itéq; metus in dilecto perſeuerare ſuadebat.Quamobré hoſtes diu decernétes multis uulneribus acceptis neq; paucioribus redditis.Poſtremo eos a q̃bus circunuenti fuerant repulere. Quos tamen recedétes uſq; ad Helenæ monumentũ iudæi urgendo iaculis ſequebant. Deinde inſolenter fortunæ maledicẽtes & romanos uituperabant fraude pellectos:ſcutaq; alta ſublata criſpantes tripudiabant & cum lætitia uociferabant.Milites át interminatio principũ & Cæſar iratus huiuſmodi oratione corripuit.Iudæi quidé quos ſola regit deſperatio oĩa cũ deliberatione faciũt atq; prudentia: fraudes & inſidias cõponendo:eorũq; dolos fortuna p̃ſequit q̃ ſunt morigeri:ſibiq; inuicem beniuoli ac fideles . Romani uero q̃bus ad diſciplinã & conſuetudiné obediendi rectoribus fortuna famulať. Nunc cõtrario peccant & intẽperantia manuũ debellant: quia oĩum eſt peſſimũ præſente cæſare ſine rectore dimicantes. Certe inquit plurimũ ingemiſcent militiæ leges:plurimũ pater cum hoc uulnus audierit.Ille quidé cũ bellando ſenuerit nunq̃ iſto modo peccauit.Leges aũt ſi cũ in eos q̃ minimũ aliquid præter ordinẽ mouerint mortẽ uindicent: núc totũ deſeruiſſe exercitũ uideant. Modo át ſcituros eſſe q̃ arrogãter egere:q̃ apud romanos ét uicere ſine p̃cepto ducis ſamiæ eſt.

Intercedunt cõmilitones pro illis apud Titum:admonens eos indulget illis: cogitat ulciſci iudæos:caſtra ponit prope ciuitatem: ordinat legiones circa ciuitatem:deſcribitur ſitus ciuitatis & templi per ſalomonem ædificati : & quomodo diſtinguebatur ſecundum loca ſacerdotum & uirorum & mulierum. Cap. VIII.

HAec Titus ad rectores locutus cũ indignatiõe:certum erat quia lege in oés erat uſurus Et hi quidem abierunt aís quaſi iam iamq; iuſte morituri.Circunfuſa uero agmina Titum p̃ cõmilitonibus obſecrabant:paucorũq; temeritaté cõdonari cunctoꝝ obediẽtiæ precabant emendaturos:peccatú.n.p̃ſens futuræ cõpenſatione uirtutis. Placatus é cæſar utilitate ſimul ac præcibus:Nanq; unius hoís aíaduerſionẽ uſq; ad factũ promouendũ putabat:multitudinis uero ad ueniá/Militibus quidé reconciliatus eſt multũ monẽs:ut poſt hæc prudentius agerent.Ipſe uero quẽadmodum iudæoꝝ ulciſceretur inſidias cogitabat.Interuallo quod uſq; ad muros ciuitatis erat per quadriduũ coæquato ſarcinas aliáq; multitudinẽ cupiés tuto traducere militũ ualidiſſimos a ſeptentrionali tractu in occiduũ ſeptenos per ordiné cõtra muꝝ p̃tendit altius ualle depreſſa. Peditibus aũt in fronte ac poſt eos equitibus acie terna diſpoſitis: cũ ſinguli ordines ſeptenos haberent:ſemoti ſagittarii ſtabant. Excurſibus át iudæoꝝ tanto agmine circũcluſis impedimenta trium legionũ:itéq; alia multitudo ſine timore tranſiit. Ipſe quidẽ titus cum prope duobus ſtadiis adeſſet muro : ad anguli eius parté contra turrim quæ appellatur pſophines caſtra ponit.Ad quã muri ambitus ex aquilone p̃tens flectitur ad occidenté.Altera uero pars exercitus eam turrim uerſus quæ appellatur hippicus muro circundatur. Dum ſtadioꝝ ſpacio ſimiliter a ciuitate deſcendens.Decima tamen legio in Cleonos monte ubi erat manebat.Ciuitas aũt trino muro circũdata erat:niſi qua uallibus inuiis cingebatur.Ex ea náq; parte unius muri habebat ambitũ:& ipſa quidẽ ſuper duos colles erat condita contrariis fontibus ſemet inſpiciẽtes interueniente ualle diſcretos:in quã domus creberrime deſinebant . Collitũ uero alter quo ſuperior ciuitas ſedet: multo eſt excelſior & in prolixitate directior: adeo ut quoniã tutum erat caſtellũ quondam a Dauid rege uocaretur.Is pater Salomonis fuerat:qui primus templũ ædificauerat.A nobis aũt forum ſuperius ædificatũ eſt.Alter aũt qui appellať Acra: inferioré ſuſtinet ciuitatem:& undiq; decliuis eſt. Contra hunc aũt tertius collis erat natura humilior quã Acra: & alia lata ualle ante diuiſus . Verum poſtea qua tẽpeſtate Samonei regnabant:& uallé aggeribus repleuerunt.ut templo coniungerent ciuitaté:& Acre altitudiné cæſam humiliorem fecerant: ut ex ea quoq; phanũ ſuperemineus cerneretur.Vallis aũt quæ Propeon appellatur qua parte diximus ſuperioris ciuitatis collem dirimi:ab inferiori uſq; ad Siloã ptinet. Ita.n.fonté qui dulcis eſt ac plurimus uocabamus.Foris aũt ciuitatis duo colles profundis uallibus cingebanť:& utrinq; obſtantibus rupibus nulla ex parte adiri poterant.Triũ uero muroꝝ uetuſtiſſimus quidé propter ualles imminentéq; his deſuper collem quo erat conditus:facile capi non poterat. Ad hoc aũt quod loco præſtabat etiam firmiſſime ſtructus erat Dauid & Solomonis aliorũq; interea regũ largiſſimis impenſis operis ſumptibus decore. Hac uero parte incipiens a turri cui nomen eſt Hippico: & ad eam quæ dicitur Xiſtus pertinens. Deinde curiæ cõiunctus in occiduam tẽpli porticú deſinebat. Parte aũt altera ad occidenté ex eodẽ loco ductus:p̃ eum qui uocatur Beciſo deſcendens in Eſſenoꝝ portam.Deinde ſupra fonté Siloam in meridié flexus:atq; inde rurſus in orienté uerſus qua ſtagnũ Solomonis eſt & uſq; ad locũ pertinens quẽ Ophlan uocant:cũ orientali porticu tẽpli cõiungitur.Secundus aũt murus ex porta quidẽ habebat initiũ quam Genetham appellabant. Hæc aũt fuerant muri prioris.Septentrionalé uero tantũmodo tractum ambiens uſq; antoniã aſcendebat.Tertio muro turris Hippicos principiũ dabat unde ab Beroe tractum pertinés.Deinde ad Sephinam turrim ueniens contra monumentũ Helenæ quæ Adiabenoꝝ regina fuerat Azitæ regis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA CRIDOS USAL

filia:& per ſpeluncas regias in longū ductus:a turri quidē in angulo poſita flectebaſ cōtra phullonis quod dicitur monumentū.Cū uetere aūt ambitu iunctus in Cedronā uallē quæ ſic dicitur de ſinebat.Hoc muro eā partem ciuitatis quā ipſe addiderat Agrippa cinxerat:cū eſſet oīs āte nuda. Exuberans.n.multitudine paulatim extra mœnia ſerpebat:tēpliq; ſeptētrionali regione colli proxima ciuitate adiuncta non paululū ꝓceſſerant : quin & quartus collis incollebaſ cui nomen eſt Abiſade : ſitus quidē ex aduerſum antoniæ foſſis aūt altiſſimis ſeparatus quæ de induſtria ductæ ſunt ne antoniæ fundamentis colli adherentibus & acceſſui facilis ſit & minus æditus : unde etiā foſſæ altitudo plurimū turribus celſitudinis adiiciebat . Nominata ē pars addita ciuitati uoce indigena Zabathana:quod græco ſermone diciť noua. Eius aūt partes incolis ꝓtegi deſiderātibus pater huius regis eodē nomine Agrippa muꝝ quidē:ita ut prædiximus:inchoarat. Veritus autem Cladiū cæſaré ne magnificentiā cōſtructionis ad nouaꝝ reꝝ ac diſcordiæ ſuſpitionem traheret: fundamentis tantūmodo iactis ab opere deſtitit. Nec.n.expugnabilis eſſet ciuitas ſi pfeciſſet muros ut cœperat.Saxa.n.uiginti cubitis longa.& decem lata contexebanť:quæ neq; ferro facile ſuffodi poſſent:neq; machinis demoueri.Hiſq; murus dilatabaſ: ꝓfecto aūt tantū altitudinis quoq; plus habuiſſet:ſi eius magnificentia q ædificiū aggreſſus erat minie fuiſſet ihibita . Rurſus āt idē murus ēt iudæoꝝ ſtudio fabricatus ad uiginti cubitos creuit & murus quidē binis cubitis: ꝓpugnacula uero trinis habebat:totaq; multitudo eius ad uigintiquinq; cubitos erigebaſ. Muꝝ aūt ſupereminebant turres:uiginti quidē cubitis in altitudinē: uiginti uero in longitudiné quadratis angulis ſtructæ ſicut ipſe murus plene ac ſolide . Præterea ſtructura ac pulchritudo ſaxoꝝ nihil erat tēplo deterior.Poſt altitudiné uero turriū ſolidū uiginti cubitis elatā:cellæ deſuper ac cœnacula erant:aquarūq; pluuialiū receptacula ex tortuoſo latiq; ſinguloꝝ aſcenſus. Eiuſmodi quidē turres nonaginta tertius murus habebat. A turris aūt interuallo cubitos ducentos. Medius uero murus in quatuordecim turres:& antiquus in ſexaginta diuiſi erant. Omne auté ciuitatis in gyro ſpatiū trigintatribus ſtadiis finiebaſ . Cum āt totus admirabilis eſſet tertius murus admirabilior ſephini turris ad ſeptētrionē occidentēq; ſurgebat in angulo:qua parte Titus caſtra poſuerat. Ex ea nanq; ꝓ ſeptuaginta cubitos ædita ſole orto Arabia proſpici poterat:& uſq; ad mare:itemq; ad ultima finiū hæbreoꝝ.Erat āt octo angulis.Contra eam uero turris Hippicos & iuxta duæ:quas Herodes rex i antiquo muro ædificauerat:quæq; magnitudie ſiue pulchritudine ac firmitate uniuerſis quæ toto orbe eſſent ꝓſtabant.Nam præter naturalē animi libertatē rex ꝓ amore ciuitatis opeꝝ excellentiā ꝓpriis affectibus indulgebat ꝓſoniſq; tribus cariſſimis: quaꝝ noibus turres appellauit fratri & amico & cōiugi memoriā dedicando.Illi quidē:ut dixi:amoris cā peremptæ. His aūt bello amiſſis cū fortiter decertaſſent . Hippicos quidē turris amici uocabulo dicta q̄tuor angulis erat.Singulæ āt.xxv.cubitos in latitudine. itēq; longitudine habebāt & excelſæ triginta cubitos erant nuſq̄ inanes ſupra ſoliditatē ſaxis quæ adunatā cōpaginē: puteus uiginti cubitis altus erat imbribus excipiendis.Super hūc āt duplici tecto domus uigintiquinq; cubitis alta:in q̄ uaria mēbra diuiſa:& deſup eam minæ quidē binis ꝓpugnacula uero ternis cubitis ambiebāt:& oīs altitudo ad octogintaquinq; cubitos numeraſ.Secunda uero turris quā fratris noīe Phaſelon appellauerat:æque lata fuerat ac longa cubitis quadragenis. Per totidē aūt cubitos in pilæ modū facta & ſolida eius altitudo ſurgebat: & ſup hanc decem cubitis ædita porticus erat inſtructa brachiis: itēq; ꝓpugnaculis ſepta.In media uero porticu ſupeminens alia turris ſtabat in mēbra magnifica & balneas:nequid regalis ei uſus uideretť deeſſe. In ſummo aūt ꝓpugnaculis nimiſq; erat ornata: cum oīs eius celſitudo prope ad nonaginta cubitos tolleretť : & ſpecie qdē uidebaſ aſſimilis Phari & turri;q̄ alexandriā nauigantibus ignē ꝓcul oſtendit:ambitu uero ampliore dilatabaſ. Tūc āt tyrānicū domicilitū exiſtebat Symoni. Tertia uero turris mariānes:ſic.n.regina uocabaſ uſq; ad uiginti cubitos facta:ꝓ uiginti alios patebat in latitudiné tendebat & magnificentiora cæteriſq; ornatiora diuerſoria ſuſtinebat : cū id ꝓpriū ſeq; dignū eſſe rex putauiſſet ut uxoris noīe appellata turris plus haberet pulchritudinis q̄ quæ uiroꝝ noibus uocitatæ ſunt: ſicut illa mūitior erat cui fœmina nomen dederat:& cuius oīs altitudo per.lv.cubitos erigebaſ. Sed quāq̄ tres turres tantæ magnitudinis erant:ex loco tamen quo erāt ſitæ multo uidebantur eſſe maiores:nā ipſe antiquus murus in quo erāt excelſo loco fuerat cōditus:& ipſius collis uelut qdā uertex altius ꝓpe ad.xxx. cubitos eminebat:ſupra quē turres poſitæ multū ſublimitatis aſſumpſerant.Mirabilis ēt fuit lapidum magnitudo:nec.n.ex uulgaribus ſaxis:aut quæ hoies ferre poſſent:ueꝝ ſecto marmore candido & ſingulis p.xx.cubitos longis latiſq; x.ac per quinq; altis erant ædificatæ : quæ ita inter ſe copulata erant:ut ſingulæ turres ſingula ſaxa uiderent.Sic āt manibus artificū in faciē anguloſq; formata ut nuſq̄ iunctura cōpaginis appereret.His aūt in ſeptētrionali parte poſitis intus aulā regia coniungebaſ narratione omni præſtantior: nec.n.uel magnificentia uel ſtructura opis aliqua ex parte ſuperabaſ:ſed tota quidē muro p triginta cubitos ædita cincta erat.Aequali aūt ambitu turribus ordinatiſſimis ambiebaſ:itēq; muroꝝ receptaculis ex cœnaculis lectoꝝ centum capacibus.Inenarrabilis aūt fuit ſaxoꝝ uarietas: collectiſq; ibi plurimis quæ ubiq; rara uidebanť: & faſtigia ſimul ꝓceritate trabiū & ornamentoꝝ claritudine mirabilia.Membroꝝ aūt altitudo & in-

numero ſæ ſpēs ædificii plenaq; oīa ſuppellectilis cū plæraq; i ſingulis ex auro eſſent atq; argēto. Ad hæc multæ porticus alia p aliam in circulū flexæ colūnæq; in ſingulis:& quæ inter eas ſub diuo patebant ſpatia cū eſſent uticq; uiridi ſiluiſq; uariata:cū ꝓlixas ambulatiōes habebat altis euripis cinctas:& ciſternis ubiq; ſignoꝝ æneoꝝ plenis:q̄bus aqua effundebaſ:multæq; turres māſuetaꝝ circū latices columbaꝝ.Sed.n.neq; pro merito exponi regia qualis fuerit poteſt . Habet memoria cruciatū referens quantas res latrocinalis flamma cōſumpſerit:nec.n.hæc a romanis incenſa ſunt ſed ab inſidiatoribus inteſtinis:ut ſupra memorauimus in principio diſſenſionis. Et ab antonia quidē corripuit ignis:tráſiit āt in regiā triūq; turrium tecta corripuit. Phanum aūt conditū erat:ut dixi ſupra duriſſimū collē. Et initio quidē uix templo atq; areæ ſufficiebat:iacens in ſummo planicies:q; undiq; ꝓceps erat atq; decliuis. Cum āt rex Salomon qui etiā tēplū ædificauerat muro eius partē ab oriente cinxiſſet:una porticus aggeri eſt impoſita : & manebat ex aliis ptibus nudū q; a ſæculis poſterioribus ſemp aliq̄d aggeris accumulante populo coæq̄tus collis effectus eſt.Perrupto āt ſeptētrionali quoq; muro tantū aſſumpſere ſpatiū quantū poſtea totius phani ābitus incluſerat.Triplici āt muro colle circūdato ſæpe maius opus extructū:in quo lōga ſæcula cōſumpta ſunt oēſq; theſauri ſacri quos toto orbe miſſa deo munera repleuerāt tā in ſupiore ābitu q̄ inferiore tēplo ædificatis:cuius quod humillimū fuit trecentenis cubitis munierant.In q̄buſdā uero locis pluribus non tamen oīs altitudo fundamentoꝝ uideri poterat multū uallibus obrutis:ut anguſtas uias oppidi coæquarent.Saxa uero quadragenū cubitoꝝ magnitudinis erāt. Nam & pecuniaꝝ copia & populi largitas maiora dictu conabanť:quodq; nunq̄ poſſe perfici ſperabaſ: diuturnitate ac ꝓſeuerantia explicabile uidebaſ. Tantis āt fundamentis digna erant opa impoſita duplicis porticus.Omnes q̄s colūnæ ſuſtinebant q̄nis & uicenis cubitis altæ de ſinguli ſaxis marmore candido & laq̄aria cedrina ꝓtegebāt.Quoꝝ naturali magnificentia quodq; ligno raſili erāt apteq; cohærebant opæpretiū ſpectantibus exhibebant: nulloq; aut pictoris aut ſculptoris opere extrinſecus ornabanť.Latæ aūt pro.xxx.cubitis erant:oēſq; gyrus eaꝝ ſex menſura ſtadioꝝ cum antonia concludebaſ. Totum āt ſub diuo ſpatiū uariebatur oīum quidē generum lapidibus ſtratum:qua uero ad ſecundū templum ibatur cancellis:ſeptem ſaxeis ad tres cubitos altis : nimiiq; grato opere factis:ubiq; æquis depoſitæ interuallis columnæ ſtabant:legem caſtimoniæ p̄monentes aliæ græcis aliæ latinis in ſanctū locum tranſire alienigenas non debere. Sanctum.n.uocabaſ alteꝝ phanum & quatuordecim gradibus aſcendebatur a primo: quadratūq; ſurſum erat & proprio muro circundatū.Cuius exterior celſitudo quāuis quadraginta cubitis ſurgeret tamen gradibus tegebatur. Interior uigintiquinq; cubitis erat: quoniā in altiori loco per gradus ædificata nō tota pars iterior cernebatur colle obtecta. Poſt quatuordecim aūt gradus ſpaciū erat uſq; ad murum.ccc.cubitis planum.Hinc rurſum alii quinq; gradus & ſcalæ ad portas ducebant:a ſeptētrione quidem ac meridie octo quaternæ utrinq; uidelicet:duæ uero ex oriente.Neceſſario nanq; ꝓprias locus religionis cauſa mulieribus deſtinatus muro diſcernebatur : altera quoq; parte opus eſſe uidebatur . Contra primā uero ſecreta erat ex aliis regionibus una porta meridiana & una ſeptentrionalis:quibus ad mulieres introiebatur:per alias enim tranſire ad mulieres nō licebat. Sed nec ſuam portam interiecto muro tranſgredi licebat.Patebat enim locus ille pariter indigenis & hoſpitibus fœminis religionis cauſa uenientibus.Occidua uero pars nullam portā habebat:ſed ꝓpetuus ibi murus erat extructus.Inter portas āt porticus a muro intro prope ad theſauros aduerſæ magnis ac pulcherrimis columnis ſuſtinebantur.Erant autem ſimplices ac præter magnitudinem nulla re ab inferioribus aberant. Portarum autem aliæ quidem auro & argēto undiq; tectæ erant itemq; poſtes ac frontes. Vna uero extra templum ære corinthio quæ multum argento inclusas & inauratas honore ſuperabat . Et binæ fores quidem in ſingulis ianuis erant tricenis cubitis altæ:q̄niſdenis etiam latæ . Poſt introitum uero ubi latiores fiebant tricenis utrinq; cubitis exedras habebant exemplo quidem turrium longas:& latas:ſupraq; uero quadraginta cubitis celſas.Singulas autem binæ columnæ duodenum cubitorum craſſitudine ſuſtinebant . Et aliarum quidem portarum magnitudo parfuit.Quæ uero ſupra corinthia poſita erant quo mulieres conueniebant ab oriente aperiebatur . Porta templi ſine dubio maior erat:quinquaginta enim cubitis ſurgens quadraginta cubitorum fores habebat: ornatumq; magnificentiorem: quoniam craſſiori argento atq; auro ueſtiebatur:quod quidem nomen portis infuderat Tyberii pater Alexander. Gradus autem quindecim a muro qui mulieres ſegregabant ad maiorem portam ducebant. Nanq; illis qui ad alias portas iter dirigerent quinq; gradibus erant breuiores . Ipſum uero templum in medio poſitum hoc eſt phanum ſacroſanctum duodecim gradibus aſcendebatur . Et a fronte quidem altitudo eius & latitudo centenos cubitos habebat:pœne autem quadraginta cubitis anguſtior erat.Aditus enim ueluti quibuſdam humeris utrinq; uicenum cubitorum producebantur. Prima uero eius porta ſeptuaginta cubitis alta erat:& uigintiquinq; lata:neq; fores habebat:cœli enī ſecreta q; intercluſa erat ſignificabat:Erantq; totæ frōtes inauratæ:ac prima ædes omnis perlucebat extrinſecus auro: quæ circum phani portam ſplendida cuncta cernentibus occurrebant.Cum āt iterior eius pars duplici tecto fulgeret:adiacēs ei prima porta patebat in altitu

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

dinem perpetuam perq; nonaginta cubitos tollebatur cũ longa quadraginta cubitis esset ac uigi-
ti transuersa.Ipsius uero ædes tota inaurata erat:ut dixi:& circũ eas saxeus paries.Desuper aũt ha
bebat aureos pampinos unde racemi statura hominis dependebant:& ꝙ duplex tectũ erat templi
exteriori humilior uidebaẗ : & fores habebat aureas quinquaginta & quinq; cubitis altas:sexdeci
uero latas.Et ad hæc aula eũ longitudine pari:hoc est uelũ Babyloniũ hiacyntho & bysso & coc-
co & purpura uariaꝝ mirabili opere factũ:neq; rationis inopia coloꝝ pmixtiõe: sed uelut oium
reꝝ imaginem præferens.Cocco enim uidebatur ignem imitari:& bysso terram:& hiacyntho ae-
rem ac mare purpura.His quidẽ coloribus:bysso aũt ac purpura natiuitatem:quoniã byssum qui
dem terra:mare aũt purpurã gignit.Eratq; in eo perscripta ois cœli ratio præter signa . Introgres-
sos aũt in templũ planities excipiebat:cuius altitudo habet quidem sexaginta cubitos & longitu-
do totidẽ:ac latitudo uiginti.Rursus aũt quadraginta cubitis diuisi erant. Et prima quidem pars
ad quadraginta cubitos auulsa. Hæc tria mirabilia & prædicanda opera cunctis hoibus habebat.
Candelabrum & mensam & thuribulũ. Septem uero lucernæ stellas errantes significabant:tot.n.
ab ipso candelabro diuidebantur.Duodecim uero panes in mensa positi signorum circulum atq;
annum.Thuribulum autẽ per.xiii.odores quibus replebatur ex mari & in hospito & inhabitabili
designabant oia dei esse deoq; seruire.Intima uero templi pars uiginti cubitorum erat. Discerne-
batur autem similiter uelo ab exteriore nihil quæ prorsus in ea erat positum in accessa uero & in
uoluta & inuisibilis oibus habebatur sanctiq; sanctum uocabatur.Circa latera uero inferioris tẽ-
pli multa erant membra paruia triplici tecto suspensa:& ad utrunq; latus ad eam introitus a por-
ta patebat . Desuper aũt pars eadẽ membra non habebat:quo minus erat angustior: celsior ãt.xl.
cubitis nec ita ut inferior ambitiosa.Colligitur enim ad.xl.cubitos omnis cælsitudo: cumin solo
centum cubitos habebat.Exterior aũt facies nihil quod animus aut oculi mirarentur non habe-
bat.Crustis.n.aureis grauissimis undiq; tecta uala primos ortus igneo splendore lucebat: ut cum
intuerentur contendentium oculi quasi solis radiis auerterentur . Hospitibus quidẽ adeuntibus
procul monti niueo similis uidebatur. Nam ubi deauratũ nõ erat templum candidissimum erat.
In summo autem aureis uerubus horrebat acutissimis:ne ab insidentibus auibus pollueretẗ Non
nulloꝝ ãt saxorum eius longitudo.xlv.cubitis erat:altitudo quinq;: & latitudo sex.Ara uero pro
templo quindeci cubitis alta:lata uero & longa cubitis quadragenis quadrataq; stans ueluti cor-
nutis angulis eminebat:& a meridie ascensus in eam clementer arduus resupinabaẗ. Sine ferro ãt
constructa erat:nec unq̃ eam ferrũ tetigerat.Templũ ãt aramq; cingebat ex pulcherrimo saxo lo-
rica gratissima usq; ad cubitũ surgens:quæ populũ a sacerdotibus segregabat . Canorutos hoc est
semine fluentes itẽq; leprosos tota ciuitas arcebat:& fœminis mẽstrua soluẽtibus clausa erat.Præ
dictum aũt limitem ne puris quidem mulieribus transgredi pmittebaẗ. Viri aũt qui non per oia
casti fuissent:ab interiori aula & q essent a sacerdotibus prohibebanẗ.Qui uero ex origine sacer-
dotum genus ducentes cæcitatis causa munere non fungebãtur cum incolumnibus intra limitẽ
aderant partesq; generis consequebantur:uestibus tantũ utebantur plebeis: quoniã sacerdotali so
lus qui sacra celebrabat amiciebatur. Ad altare uero templumq; accedebant carentes omni uitio
sacerdotes ueste quidem amicti byssina: maxime uero mero abstinentes ac sobrii religionis causa
ne quid res diuinas faciendo peccarent.Pontifex autem cum ipsis non tamen semper ascendebat:
sed diebus quibusq; septimis & per singulos menses calendis : uel si quando prima festiuitas atq;
annua ab omni populo agebatur.Et sacrificabat uelamine præcinctus eoq; tectus femora usq; ad
genitalia:lintheum uero habens intrinsecus demissum usq; ad pedes ; hiacynthinum desuper in-
dumentũ rotundum ex equo fimbriæ pendebant aurea tintinabula malaq; granata sustinẽtes tin
nabulis quidẽ tonitrua:malis uero fulgura designantibus.Pectoris ãt tegmentũ uittæ cingebãt.v.
uariatæ coloribus hoc est auri & purpuræ cocci byssi & hiacynthi:quibus etiã uela tẽpli diximus
esse contexta.Habebat etiam chlamidem temperatã:in qua plus auri erat:habito quidẽ:indumen
to thoraci similis uidebatur . Duabus aũt fibulis aureis aspidum specie uinciebatur: qbus inclusi
erant optimi maximiq; sardonices:scripta tribuum gentis iudeæ noia præferentes.Ex altera uero
parte.xii.pendebant alii lapides in quatuor partes terni diuisi: hoc est sardiũ: topaciõ:smaragdus:
antrax:iaspis:saphirus:achatis:ametistus:ligurius:onix:berillus:chrysolithus:quoꝝ singulis singu
la iterum cognomina erant scripta . Caput ãt byssinus thiaras tegebat hiacynthis coronatis & cir
ca eã alia corona erat aurea scripta ferens sacras litteras: quæ sunt quatuor elementa uocalia . Ea
quidem ueste post tẽpus:minus ãt ambitiosa utebatur:si quando adyta introibat. Solus autẽ atq;
semel in anno intrabat quo die cunctos ieiunare deo mos erat.

Describitur adhuc magnificentia ciuitatis & templi:eorum quæ continebantur in eo:quæ ad
uersis fuerunt constituta. Cap. IX.

DE ciuitate quidem ac templo iterum & moribus & legibus diligẽtius referemus. Non
enim pauca super his exponenda sunt . Sed antonia quidem in angulo duarum porti-
cuum sita erat prioris templi quæ ad occidentem septentrionemq; spectarent. In saxo
autem fuerat extructa.l.cubitis alto & undiq; prærupto:quod opus Herodis fuit: ubi

maxie ingenii sui magnificentiam demonstrauit.Primum.n.a radicibus saxũq; ipsum leuatis cru-
stis obtergebatur:quo & decus aderat operi & facile dilaberentur qui uel ascendere uel descende-
re tentauissent . Deinde ante priores turres ædificiũ murus erat cubitis tribus. Intra hunc omne
spatium antoniæ in.xl.cubitis erigebaẗ.Intus aũt regiæ latitudinẽ ac descriptionẽ habebat diuisã
in omnem usum habitationẽ & genera & spẽs : idest atria & balnea & aulas castris aptissimas ut
quantum ad usum necessariã ptinet ciuitas uideretur magnificentia uero palatiũ:instar uero tur-
ris toto habitu formata quatuor aliis per angulos turribus cingebatur . Quaꝝ cæteræ.l.cubitis
erant altæ:quæ uero ad meridianũ orientalẽq; angulum sita erat.lxx.cubitis eminebat:ut ex ea tã
tum templum uideri potuisset. Qua uero porticibus iungebaẗ in utrinq; descẽsus habebat unde
custodes cõmeabant.Semper nanq; in ea romani milites residebant:& cũ armis circa custodes po
sitis ne quid populus festis diebus noui cõmitteret obseruabant.Castrum.n.erat impositum oppi
do & oppidum quidẽ templo:templũ uero antoniæ.In hac aũt porticu custodes erant & supioris
ciuitatis aliud castellũ regia Herodis erat. Besathe aũt collis:ita ut dixi:ab antonia separabaẗ:qui
cũ oium esset altissimus ẽt parti nouæ ciuitatis cõiungebatur: tẽploq; septentrionali solus obsta-
bat.De ciuitate quidẽ ac muris eius iteꝝ scribere plenius cupiens in psentia satis dixi.

Quomodo Symon & Ioannes dissidebant:& eos diuisa ciuitas sequebatur:& quomodo unus
quisq; ptem ciuitatis seorsum tenebat: Titus querit qua pte ciuitatem sit impressurus : constituit
agerem tripartitum exercitum circa ciuitatem:cogitant iudæi concordari aduersus Titũ & roma
nos : coeuntq; in unũ corpus exeunt iudæi aduersus romanos fugantur in ciuitatem quidã unus
iudæoꝝ capitur:sagitta demissa occiditur inde iudæis luctus maximus oritur. Cap. X.

PVgnacissima quidẽ maxieq; dissentiens multitudo circa Symonẽ erat hominũ decem
milia præter idumeos.l.uero.x.milium duces qbus ipse quasi dominus oium præerat.
Idumei aũt qui erant eius partium cũ essent numero quinq; milia duces habebãt.Ho-
rum autem principes uidebantur Sosiæ Iacobus & Catiæ filius Symon.Ioannes ãt qui
templum occupauerat:sexq; armatoꝝ milia habebat:quos.xx.duces regebant . Tunc autẽ illi ac-
cesserant etiam zelotaꝝ depositis discordiis duo milia trecenti qui eleazaro quem ante habuerãt
& Symone Arimini filio utebantur ducibus.His aũt:ut diximus: bellũ inter se gerentibus popu-
lus erat præmium & plebis pars quæ non eadẽ quæ ille cõmitteret ab utrisq; diripiebaẗ.Tenebat
aũt Symon quidẽ superiorem ciuitatẽ murũq; maiorem usq; ad cedron:& antiquioris muri quã-
tum a Siloa flectitur ad orientalem & usq; ad Monebazi aulam descendit.Is aũt rex est Adiabane
gentis ultra Euphraten habitantis. Tenebat ãt etiã frontem Acræ:quæ inferior est ciuitas usq; ad
helenæ regiam:q̃ Monobazi fuerat mater.ioannes aũt templo & circum templũ aliq̃tenus incẽ-
sis oibus itemq; Ofla & ualle quæ Cedron appellaẗ & aliis quæ interiacebant mediũ bello quod
inter se gerebãt spatium aperuere. Nec.n.castris romanoꝝ prope murum positis intra ciuitatem
seditio quiescebat:sed ad primum eorum impetum paulisper sanitate recepta mox ad morbũ pri-
stinum redire.Rursumq; discreti pro sua quisq; parte pugnabat: omnia faciendo quæ obsidentes
optarent.Nihil.n.impius a romanis passi sunt:quam ipsi se tractarunt:neq; post illos ciuitas aliq̃d
nouæ calamitatis experta est. Sed illa quidem grauiores casus pertulit anteq̃ subuerteretur . Qui
uero eam debellarant maius aliquid perfecere.Dico.n.ꝙ seditio ciuitatem romani uero seditionẽ
cœpere:quia multo erat mœnibus tutior.& res quidem aduersas suis: iustitiam uero recte qs ro-
manis ascribit. Intelligit autem quod dies cuiq; suggesserit. Verumtamen his intra ciuitatem ita
se habentibus. Titus cum lectis equitibus foris circuiens quam muros aggrederetur explorabat.
Hæsitanti autem quia nec ab ea parte adiri poterat pedibus qua ualles erant & ab alio latere pri-
or murus instrumentis sine machinis firmior uidebaẗ placuit ad ioannis pontificis monumentũ.
Hæc.n.tantũmodo & prius humilior erat nec secundo muro coniungebatur inuadere. Neglecta
enim munitio propterea qa non satis noua ciuitas frequentabatur.Sic in tertium murum facilis
aditus illac erat:per quem superiorem ciuitatem & per antoniam templum capi posse cogitabat.
Hoc eo collustrante quidam ex amicis eius Nicanor noie ad humerũ læuum sagitta percutiẗ: cũ
propius una cum Iosippo accessisset:pacemq; in muro stantibus:dicendi enim peritus erat:suade-
re tentaret.Vnde cognitis eorum conatibus Cæsar ex eo ꝙ nec ad salutẽ se hortantibus abstinue
re excitatur in obsidionem simulq; suburbana militibus uastare permittit . Collectaq; omni ma-
teria iubet aggerem construi . Triptito autem exercitu ad opera medios in aggeribus iaculatores
& sagittarios constituebat:& ante eos balistas aliasq; machinas atq; tormenta: quibus & excursus
hostium in opera prohiberet:& qui ex muris obstare tentarent. Cæsis autem arboribus momen-
to suburbana spoliata sunt.Collectis autem lignis in aggeres cum totus operi intentus esset exer-
citus nec iudæi segnes erant:populum quidem in rapinis & cædibus constitutum fiducia tũc ha-
bebat ꝙ respiraturus esset.Illorum aduersus hostes distractis existimantem pœnas se ab noxiis re
petiturum si romani superassent . Ioannes autem quamuis in externos socii sui re uera properas-
sent:metu tamen Symonis manebat. Verum Symon quiescebat.proximus eni erat obsidioni mis-
silibus per murum dispositis:quæ pridem romanis abstulerat ; cum præsidium quod apud Aniã

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

fuerat cœpit.Sed horum poſſeſſio propter imperitiam plæriſq; non erat utilis.Pauci autem a trãſfugis docti male utebantur inſtrumentis.Sed cum lapidibus & ſagittis aggerem iacentibus militibus imminebant:per quæ cuneos excurrentes manus etiam conferebant.Operãtes autem minora ſcuta ſuper uallum expoſita protegebant:oĩbuſq; agminibus excurſus contra erãt machinæ cõparatæ mirabiles. Præcipue uero decimæ legionis baliſtæ uehementiores & tormenta ſaxorum: quibus non ſolum irruentes:ſed etiam ſuper muꝝ ſtantes euertebantur.Nam & ſingula ſaxa talẽti pondus æquabant & ultra ſtadii modum torquebantur. Ictus autem non ſolũ primis quos offendiſſet:ſed aliquando poſterioribus quoq; intolerabilis erat. Iudæi primo quidem cauebãt a lapidibus q̃ erant candidi:nec tantum ſono ac fremitu noſcebantur:ſed etiam claritudie proſpiciebantur. Deniq; ſpeculatores in turribus præſidentes prædicabant quando impelleretur machina ſaxumq; ferretur: patria lingua clamantes filius uenit:itaq; præſciebant in quos ueniret atq; ante uitabant:& hinc eueniebat ut illis declinantibus lapis irrutus intercideret. Proinde romani cogitabant atramento decolorare lapides . Tunc.n.miſſi nõ ſimiliter incertos ictus habebãt multoſq; ſimul unius impetu corrumpebant. Sed ne male quidem affecti iudæi aggeris inſtruendi copiam dabant.Omni uero molitione atq; audacia die noctuq; prohibebant . Perfectis aũt operibus plũbo & ligno & aggeribus iacto fabri quod erat ad murũ ſpatium metiuntur.Nec iam aliquid fieri poterat quoniam deſuper tælis petebantur . Cunq; pares interuallo arietes inueniſſent eos applicant propiuſq; diſpoſitis machinis . Titus ne ex muro arietes prohiberent ex tribus ptibus muꝝ pulſari iubet.Sonitu ãt circũſtrepente ciuitãte clamor ingens ciuiũ ſublatus eſt:itẽq; ſeditioſos pauor inuaſit.Et quia piculum cõmune utriſq; uidebat:cõmuniter iam repugnare cogitabãt. Voci ferãtibus inter ſe diſcordibus quia oĩa pro cõmoditate hoſtium facerent cũ non ſi ppetuam concordiã deus illis p̃beat ſaltẽ in præſentia contra romanos oporteat cõſpirare . Symon ãt præcone miſſo uolentibus ex tẽplo ad muꝝ aggrediendi copiã fecit: idemq; & ioannes ne minus crederet miſit.Illi ãt obliti odioꝝ ac diſcordiaꝝ ſuarum in unum corpus coeunt:murũq; amplexi faces in de quã plurimas iaciebant cõtra machinas romanoꝝ contraq; impulſores arietum:eoſq; ſine iter miſſione tælis petebant.Audaciſſimi uero cateruati proſilientes machinaꝝ tegmina diſſipabant. Hiſq; appoſitis irruentes peritia quidẽ pauca: plura uero audacia perficiebant.Semp aũt erat adiumento laborantibus ipſe Titus:& iuxta eas machinas eq̃tibus ac ſagittariis ordinatis ignẽ quidẽ ferentes prohibebat:iaculantes uero a turribus reprimebat nocendi tẽpus arietibus faciens & tamen murus ictibus non cedebat:niſi q; quintæ legiõis aries cõmouit angulũ turris: murus ãt ſtabat incolumis. Nec.n.ſtatim cũ tu[illegible]i periculũ ſenſit quæ multo altius eminebat : nullãq; partem muri ſecũ trahere poterat in ruinã. Cum ãt ab excurſibus paulatim quieuiſſent obſeruato romanos per opera & caſtra diſperſos; quia labore & formidine iudæos diſceſſiſſe arbitrarentur excurrunt oẽs qua turris erat hippicus porta latenter:ignẽq; operibus iniiciunt. Vſq; ad caſtroꝝ quoq; munimenta in romanos animati ꝓcedebant.Hoꝝ aũt periculo mature & qui erant ꝓpius excitati ſunt:& qui procul aberant conuenere. Romanoꝝ autem diſciplina uicebat audaciam iudæoꝝ & quos prius offenderant in fugã uerſis aliis qui colligerent inſtabant . Grauis ãt circa machinas pugna cõmiſſa eſt illis incendere his incendiũ prohibere certantibus.Incertuſq; clamor utriq; tollebatur:& multi qui in fronte ſteterant ceciderunt . Sed iudæi confidentia ſuperiores erãt igniſq; opera tetigerat.Incenſaq; oĩa cum inſtrumentis penitus eſſent niſi lecti de Alexandria reſtitiſſent plæriq; præter opinionẽ ſui uiriliter dimicãtes.Nam glorioſiſſime in hoc bello p̃liati ſunt:donec imperator equitum potẽtiſſimis comitatus in hoſtes irruit:& ipſe quidẽ.xii.repugnatores pemit. Metu aũt cladis eoꝝ cætera multitudine in fugam uerſa omnes compulit in ciuitatem:eoq; modo aggeres liberauit incendio.In hac aũt pugna unum ex iudæis uiuum capi contigit: cumq; Titus crucifigi pro muro iuſſit.Si forte reliqui uel hoc ſpectaculo territi conſiderent . Poſt eius uero diſceſſum etiam dux idumeorũ Ioãnes dum ante muros cũ noto milite loqtur a quodã arabe pectus ſagitta percuſſus continuo periit:magnumq; & iudæis luctum & ſeditioſis mœrorem reliquit.Nam & manu promptus erat & ſapientia nobilis.

Concutitur timore exercitus romanorum eo q; turris quædam lapſa ſit nocte : & propter maximum ſonitum timuerunt romani:credentes hoſtes caſtra inuaſiſſe: percutiunt muros illis machinis murumq; uicinorum frangunt. Cap. XI.

NOcte uero quæ ſecuta eſt icredibilis tumultus romanis incidit.Nã cum tres turres imperator Titus quinquagenum cubitorum cõſtrui præcepiſſet ut his per aggeres ſingulos poſitis:hinc hoſtes in muro ſtantes facilius in fugam uerteret:una earum ſpõte ſua nocte intempeſta lapſa eſt.Ingenti uero ſonitu facto metus occupauit exercitum . Conari autem aliquid iudæos ſuſpicati ad arma currebant : eaq; re turba in legionibus ac tumultus erat . Cunq; nemo quid accidiſſet referre poſſet:diu queruli alius aliud opinabantur: nulliſq; interuenientibus hoſtibus ſemetipſos timebant : ſignumq; diligenter ſinguli a proximis requirebant tanq̃ idumei caſtra iam poſſiderent: laurualiq; terrore capti uidebantur donec Titus cognitis quæ res erant uerum cunctis indicari iuſſit; tandemq; tumultus eo nuntio conquieuit. Iudæi

quidem cætera fortiter ſuſtinentes male turribus affecti ſunt. Machinis enim leuioribus & iaculatoribus ac ſagittariis ſaxorumq; tormentis inde feriebantur . Sed neq; harum æquare ipſi poterant celſitudinem & turres excidendi ſpes non erat.Cunq; euerti propter grauitatem neq; incendi propterea q̃ ferro tegebantur facile non poſſent ultra iactum tæli fugientes arietum impetum non uitabant:qui ſine intermiſſione ferientes paulatim aliquid proficiebant . Itaq; muro iam cedente magno arieti romanoꝝ:quem iudæi Niconam uocabant q̃ omnia uinceret quamuis & antea defeſſi erant pugna & uigiliis cum longe ab oppido pernoctarent: tamen etiam negligẽtia uel quod male conſulerent murum ſibi ſuperuacuum eſſe credentes:quibus alia duo munimenta ſupereſſent laſſatiq; plurimi receſſere.

Ingrediuntur romani ea porta qua murus fractus erat: dimicatur poſtea unde iudæi audacia reſiſtebant:romani uero belli peruia uincebant. Cap. XII.

GVm autem romani qua primum muꝝ Niconas perruperat aſcendiſſent ad ſecundum omnes iudæi relictis cuſtodibus refugerunt.Portis autem romani qui tranſierũt patefactis exercitum recepere.Et hi quidem hoc modo potiti muro die.xv. menſis maii & partem eius maximã diruunt:ad ſeptentrionalem ciuitatis regionem quã ante Ceſtius uaſtauerat.Titus aũt notato quia aſſyrioꝝ caſtrum eſt militem tranſſert:occupato enim quod inter cedrona fuerat ſpatio & ultra ſagittæ iactum a ſecundo muro ſepatus expugnationẽ ſtatim ingreſſus eſt.Tunc igitur partiti muꝝ iudæi fortiter reſtiterunt . Et ioannes quidem eiuſq; ſorti ex antonia & ſeptentrionali porticu templi ab Alexandri monumento pugnabant. Symonis aũt manus iuxta monumentum ioannis aditum clauſerant uſq; ad portam qua in Hippico turrim aqua inducebat.Sæpe ãt proſilientes e portis cõminus dimicabant: fugatiq; a muris in conflictu quidẽ romanoꝝ diſciplina pp imperitiã uincebant:in murali ãt certamine ſupabant. Eos ãt fortuna atq; ſcia:iudæos uero ẽt audacia quã timor aleret ſuſtẽtabat q̃ natura erãt in calamitatibus duri.

Iudæi ſperant ſalutem : romani uictoriã: unde ex iudæis quis fuiſſet promptior ad periadũ is primus erat:ex romanis uero:q; fortem ſe p̃ferebat:quia Titus ſemper aderat. Cap. XIII.

AD hæc autem & iſtis ſuberat ſpes ſalutis & romanis citæ uictoriæ.Neutros aũt laſſitudo fatigabat:ſed aggreſſiones murorũq; oppugnatiões & excurſus crebri p cuneos diebus totis agebant:nullaq; prælioꝝ ſpecies aberat cũ a prima luce incipientia utriſq; in ſomnis & die grauior nox dirimeret . His quidẽ occupatũ iri muꝝ cõtinuo metuentibus:illis uero ne iudæi caſtra ꝓuaderent : itaq; in armis ꝓnoctantes prima luce utriq; pugnæ pati erant.Et iudæi quidẽ certabant quis eſſet promptior ad periculũ eoq; mõ gratia emineret a ducibus ſuis.Maxie uero Symonis eos metus ac reuerentia cõmouebat:illum ſinguli ſubiectoꝝ colebant:ut ad ſemet quoq; interficiẽdos parati eſſent:ſi hoc ille iuſſiſſet.Romanos ãt ad uirtutẽ hortabat cõſuetudo uincendi: & quia uinci non aſſueuerãt crebraq; militiæ exercitatiõeſq; ꝓpetuæ & imperii magnitudo.Ante oĩa uero Titus ſemp ubiq; præſens . Nam & inertiam ſpectante atq; opitulante Cæſare grauiſſimũ facinus uidebatur:& ei qui bene decertaſſet teſtis aderat qui reponderet præmium.Præterea fructus erat uel cognoſci ſolum principi uirum fortem:iccirco multorum malorum rebus alacritas demonſtrata eſt.

Quidam Longinus in medios hoſtes irruit: duobuſq; interfectis ex mediis hoſtibus ad ſuos reuertitur. Cap. XIIII.

DEniq; iſtis ipſis diebus ualidiſſima iudæoꝝ acie inſtructa ꝓ mœnibus tæliſq; utriq; miſſis qdam longinus de numero equitũ ex acie romana ꝓgreſſus in mediã aciem iudæoꝝ irruit:hiſq; deiectis hoc ipetu duos fortiſſimos ꝓmit unius obuiã tẽdẽtis ore pcuſſo:alterius eodẽ tælo:quod priori extraxerat tráſfixo latere refugientis & ex mediis hoſtibus ad ſuos primos occurrit. Ille qdẽ ob uirtutẽ inſignis erat: æmuli ãt eius fortitudinis multi extiterũt.Et iudæi quidẽ negligẽter qd paterent tantũmõ q̃liter afficerẽt cõſiderabãt:morſq; his leuiſſima ducebat:ſi quo iterfecto hoſte cecidiſſent. Titus ãt nõ minus ſaluti militis q̃ uictoriæ cõſulebat & temerarios ipetus deſpationẽ dicẽs:ſolã uero eẽ uirtutẽ ſi qs prudẽter &caute ſine ꝓprio icõmodo fortiter faceret i ea re potius q̃ piculũ nõ hẽret diros eẽ p̃cipiebat.

Caſtor quidam ex iudæis ſimulat uelle inire fedus cum Tito ut aliquantulum cõquieſcat : ut Symon interim conſulat de rebus occurrẽtibus:fingitq; quoſdã ſocios uelle pacem:quoſdã nõ: accẽſus his titus uehemẽtius utebat arietibus:diruptoq; muro cũ militibus igredit. Cap. XV.

ATq; ſeptẽtrionali parte mediæ turri applicat arietẽ:in q̃ iudæus qdã uerſutus ac ſubdolus caſtor noie cũ.x.aliis militibus ſuis delituerat fugatis cæteris formidie ſagittaꝝ.Hi cũ pauidi ſoporatibus aliquãdiu qeuiſſent cõcuſſa turri ſurgũt.Extentiſq; manibus caſtor ueluti ſupplex cæſarẽ iplorabat:& uoce miſerabili ut ſi hi parceret obteſtabat.Cui Titus ꝓ ſimplicitate ſua credulus iãq; iudæos exiſtimãs belli pœnitere:arietes qdẽ ipulſione ceſſare iubet ac ſagittarios a ſupplicibus ꝓhibet.Caſtori ãt qd uellet eloqui ꝓmittit. Cũq; ille reſpõdiſſet ad fœdus uelle deſcendere : Titus gratulari ſe ait ſi oẽs eadem ſentire uoluiſſent : paratoq; aio fidem pacis etiam ciuitati daturum. Sed cum ex illis.x.caſtoris ſociis q uinq; itidem ſupplices eſſe

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

simularent:cæteri nunq̃ se romanis seruituros clamant dum moti liberis liceat.Denicq illis super hoc ambigentibus cessabat expugnatio. Castor autē interea Symonem per internuntios admonebat:ut dum uacuum esset tempus de rebus urgentibus consilium caperet: paulisper enim se illudere imperatori romano.Simul autem hoc agens ad pacem rogare contradicentes socios uidebatur.Illi autem uelut hæc referentes in thoracas nudos fixere gladios hisq percussis uelut intersecti ceciderunt.Titus uero eiusq socii obstupuere tanta eorū pertinacia cū ex inferiori loco quod factum erat uere uidere non potuissent: mirabanturq simul audaciam & calamitati miserabant. Interea castorem ad natem quidam sagitta percutit.Tumq ille tælum extractum imperatori ostē dens iniqua se perpeti querebatur. At Titus incusato qui hoc emiserat astantem iosippum dirigit ut castori dextram porrigeret . Verum is neq se iturum nihil enim sanum supplices cogitare respondit:& amicos qui uoluere ire prohibuit . Cum uero quidam ex profugis Aeneas iturum sese dixisset ad eum & inuitāte Castore ut etiam q̃ secum ferret argentum aliquid susciperet. Ad hæc cum ille studiose aperto sinu cucurrisset;ille super eum saxum demisit.Et ipsum quidem quomō præcauerat ferre non potuit: alterum uero militem qui aderat uulnerauit . Cæsar uero fallaciam reputans intellexit misericordiam in bello nocere:minusq decipi calliditate scæuitiam;arietis impulsionibus iracundia fraudis uehementius utebatur. Castor autem eiusq socii turrim ictibus ā cedentem incendunt: perq flammas in eiusdem missi cuniculis iterum magni animi opinionem apud romanos habuere tanq̃ se ignibus tradidissent.Capit autem hac parte murum titus die quinto postq̃ primum cœperat: fugatisq inde iudæis intro cum lectis mille transiit: quos circa se habebat armatis ubi noua ciuitas & lanæ uenditores erant:fabriq ærarii:uestiumq mercatus:& ad murum angustæ uiæ transuersæ tendebant. Enimuero si uel statim muri disturbassent maximam partem uel quæ cœperat lege belli uastassent: nullum credo damnum uictoriæ fuisset admixtum. Nunc āt iudæos male tractando exoratum iri sperans cū liceret capere facile discessioni aditum non dilatauit.Nec enim quibus consulebat insidiatores sibi putabat.

Ingressio tito:iudæi circūcludunt romanos:multosq ex eis occidūt & nisi titus ferret opē: uix euasissent: ad ultimum murum sunt expulsi Titus iterum aggreditur:ad illum murum irruit : totamq partem illam dirimit præsidia ponit munit turres & loca:alia parte ciuitatem aggredit:eosq hortat ut uellēt saluari & Iosephus oratiōe patria:idē eos hortabat. Cap. XVI.

Denicq postq̃ ingressus est:neq occidi quemq̃ permisit eoz qui cōpræhendebant neq domus incendi sed tam seditiosis si pugnare uellent sine populi detrimento copiā dabat q̃ ipsi populo fortunas ꝓprias se redituz pollicebatur.Plurimi nanq petebant sibi ciuitatem seruari:tēplum uero ciuitati.At.n.populū quidem ad ea quæ hortabat & antea paratum habebat bellicosi āt pro inertia ducebant humanitatē.Titūq in belli aio q̃ cæteram ciuitatē tenere non posset has ꝓponere conditiones putabant: mortē populo denunciantes: & si uerbū quisq̃ de traditione fecisset pacemue nominasset mox interficiendū eū esse minitātes.Romanis qui introire alii per uiaz angustias obstabant ; alii ex ædibus alii muz per superiores ptes egressi pugnare cœperunt.Quibus rebus ꝑturbati custodes de muro sese demisērāt relictis turribus in castra recessere.Clamor āt audiebat militū intra ciuitatē q̃ ab hostibus cingerent: foris āt degentium clausis cōtubernalibus metuentiū crescēte numero iudæoz:& ꝓpter locoz peritiam uiarūq sciam prævalente multiq romanoz trucidabantur:& ab incumbentibus pellebant cum magis necessitate resisterent . Nec.n.multi simul fugiendi copia per angustias muri patebat:oēsq pœne qui transierant perempti fuissent nisi Titus eis opem tulisset . Dispositis enim per summa uiarum sagittariis: & ubi plus erat multitudinis astans missilibus hostes abigebat;& cū eo Domitius Sabinus uir bonus etiam in illo prælio comprobatus: durauitq tādiu sagittis eos prohibens irruere:donec omnes milites recessere.Romani quidem ita secundo muro potiti ad extremū pulsi sunt . Oppidanis uero qui pugnaces erant spiritus creuit & secundis rebus amentes erant: neq romanos ausuros esse ad ciuitatem accedere suspicantes:neq uinci se posse si ad prælium processissent. Nam quia iniqui erant officiebat eorum sententiis deus: & neq romanoz multo maiorē illa quæ pulsa fuerat superesse cernebant:neq famē iamiāq serpentē.Adhuc enim malis publicis alebantur: & sanguinē ciuitatis bibebant: ꝓpter bonos aūt continebatur exitiū & penuria uictus iam multi defecerant:populi tamen interitū seditiosi ꝓ uelamine sui ducebant: & solos eos q̃ pacem nō ꝓbarent saluos esse cupiebant quiq uiuere cōtra romanos optarēt.Contrariā uero multitudinē uelut onus quoddā consumi gratulabant:& ita quidē circa suos affecti erant . Romanos aūt q̃ ciuitatem itez ingredi conabant armati prohibuerūt disiectis muri partibus obiectū corporum præmunitis;ac per triduum sustinuere fortiter dimicantes.Quarto aūt die Titū uehemētius aggressum nequaq ferre potuerunt:sed ui coacti rursum quo antea refugerūt.Ille āt interim muro potitus totam eius septentrionalem partē statim deposuit.In meridiana uero ꝓ turres præsidia collocauit:iamq tertium murum aggredi cogitabat.Videbatur autem breuissimi temporis eius obsidio: spatiumq consilii seditiosis esse dandum si quid disturbatione secundi muri aut famis metu dimitterent nec enim diutius eis prædas posse sufficere: & ipse otio commode utebat;

nam cum dies aduenisset quo militibus oportebat alimenta distribui in conspicuo hostibus loco iussit duces ordinato exercitu pecuniam singulis numerare.Illi aūt prolatis armis: & inuolucris & uaginis septiq procedunt eq̃tibus ornatos equos ducentibus:locaq suburbana ꝓ multum spatium auro argentoq lucebant : illo aūt spectaculo nihil aut iocundius suis aut horribilius hostibus uidebat.Spectantibus.n.& uetera plena erant mœnia & septētrionalis regio.Quin & domos refertas intuentibus cerneres:nullamq ciuitatis parte non infusa multitudo regebat. Metus aūt quis audacissimos cœperat oēm simul exercitum armorūq pulchritudinem conspicientes: & ordinationē uirorum.Et fortasse ad illā speciem seditiosi aios mutauissent:nisi malorz immanitate quæ in populū cōmiserant dandam sibi ueniam a romanis desperassent imminente si destitissent morte supplicii bello mori præstabilius esse ducebant. Prævalebat ét fatum quod innocentes cū innocentibus:& ciuitatē cum seditiosis perire decreuerat : quatriduo ꝓ singulas legiones alimēta consecuti sunt.Quinto aūt die cum oia faciens Titus nihil iudæis pacatū cogitare sensisset: bifariam diuiso exercitu Antoniā uersus ad Ioannis monumentū aggeres ichoauit:ista parte superiorem ciuitatē captum iri cogitans & per Antoniā templum . Nāq hoc nisi cœpisset:nec oppidum qdem tutum erat obtinere:in utraq aūt parte duo aggeres erigebant:a singulis agminibus singuli.Et iuxta monumentū quidem operantes a iudæis: & Symonis sociis infestantibus prohibebantur:ad Antoniā uero ab Ioannis sociis cū multitudine zelotaz nō solum quia de superiore loco pugnabant:uerū etiam quia machinis iam uti didicerant . Paulatim enim usus quotidianus aluit peritiam:habebant aūt balistas trecentas:& quadraginta tormenta saxorum:quibus difficiliorem aggerum extructionem romanis efficiebant. Titus aūt sibi saluam fore fortunam sciens & peritu ram esse ciuitatem una & obsidioni uehementer instabat:nec pœnitudinem iudæis suadere cessabat consiliumq factis admiscens & orationem sæpe armis efficatiorem cognoscens tam ipsos ut saluari uellent rogabat:tradita sibi ciuitate quæ iam capta uideretur:quam & Iosippum allegabat patria lingua uerba facturum:sperans eos hominis gentilis monitu aliquid remissuros.

Iosephus circuit ciuitatem ea parte qua possit audiri facilius iudæosq orat ne uelint romanis resistere:persuadetq pluribus uerbis:illi uero conuitiis eum afficiunt. Cap. XVII.

Itaq Iosippus murum circuiens simulq extra tæli iactum stans unde ex audiri facilius posset multis orabat: ut sibi ac populo parcerent tēplo ac patriæ neue contra hæc fierent alienigenis duriores.Romanos.n.sancta reuereri cum qbus nulla sibi societas eēt: manusq suas ad hoc usq cohibere. Ipsos uero in his edoctos conseruare possent sponte ad eoz interitum ruere quin potius uidere muros concidisse firmiores: excisis uero infirmiores superesse romanorūq uires cognoscerēt sustinere non posse:hisq seruire non esse nouū: neq inexpertum iudæis.Nā licet pulchrum sit pro libertate pugnare tamen id in principio decere fieri.Semel aūt subditum qui multo tpe paruisset imperio iugū excuti:malæ mortis cupidū non libertatis morē uideri.Debere aūt dedignari dominos humiliores nō quoz in potestate sunt oia. Nam quid romanos effugisse:nisi q̃ pp æstus aut frigora esset inutile:imo uero trāsisse ad eos undiq fortunam:deūq per singulas nationes ducentē imperium tum esse in italia.Hanc aūt ualidissimam legē tam feris bestiis quam hoibus esse ꝑfinitam potentioribus cedere:quosq armis ingētes obedire uictoriæ. Iccirco ét maiores eoz quam multum & aīs & corporibus & aliis subsidiis meliores cessissent romanis q nisi deum scissent illis fauere nūq perpessi fuissent: ipsos uero quia tunc refertos resistere:cū ex magna parte capta sit ciuitas:ciues aūt etiam si muros integros haberent excidio pariter affecti sunt.Nec.n.latere romanos quæ fames teneat ciuitatem & modo qdē consumi populū continuo uero etiam bellatores interituros:nam & si romani deserint & ab obsidione cessauerint neq ciuitate strictis gladiis irruerint:iudæis tamen inexpugnabile bellū intus assidere q̃ horis singulis alereē: nisi forte quoq contra famē arma caperent ac dimicarent: soliq possent etiā clades superare.His addebat optimū esse ante intolerabilem calamitatē mutare sentētiam dumq liceret salutare consiliū sequi:nec enim antea gestorum causa succensere romanos nisi ad finē usq insolentes fuissent:natura eos esse in imperio mansuetos atq iracundiæ præferre : quod utile est. Vtile aūt putare neq ciuitatē uacuam uiris neq desertā habere prouinciā: iccirco uelle impatorē cum his dexterā iungere: nec.n.cuiq salutem datuz si cœperit ciuitatē ꝑfertim q nec inextremis ei cladibus rogati paruerunt . Breui āt muz quoq tertiū captū iri priores q capti sunt fidē facere. Et q̃is perrūpi tutamina non possint famē pro romanis pugnaturā.His monētem Iosippū multi in muro stantes uituperabant multi uero conuitiis: nonnulli ét iaculis appetebant.Ille aūt cum manifestis eos calamitatibus minime flecteret ad gentiles transit historias.

Iosephus clamat aduersus iudæos adducēs diuersa exempla maiorum: ut uelint redere: deūq eis aduersam esse:propterea amplius ne uelint resistere. Cap. XVIII.

Miseri uociferans uirorūq auxiliatorz imemores armis & manibus cū romanis bellū geritis:q̃si quem aliū sic uicerimus.Quando aūt non deus oium conditor iudæoz defensor est:si lædantur:non respicietis. Vnde progressi pugnatis quantūq auxiliatorem uiolastis?Non recordamini opera diuina parentum:atq hunc sanctum locum quanta

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

bella nobis aliquando peregit. Ego aũt facta dei narrare auribus indignis horreſco: ſed tamen au dite ut cognoſcatis non ſolũ uos romanis ſed etiã deo reſiſtere. Nechias qui tũc erat rex ægyptio rum: idemq; Pharao uocabatur cũ infinita manu deſcendit: reginamq; Sarã noſtri generis rapuit: Quid igitur uir eius Abraã proauus noſter? Armis credo ultus eſt iniuriã. At qui. ccc. & . xviii. præ fectos habebat: quoꝝ ſingulis infinita multitudo parebat. An ipſe qdem quieſcere maluit abſcen te deo? Puras aũt manus ad hunc locum tendens: quẽ uos polluiſtis inuictum ſibi auxiliatorẽ ad militiam legit. Nonne ſecunda ueſpera incorrupta regina remiſſa eſt ad maritũ? Adorans aũt quẽ uos gentili cæde cruentaſtis: ac tremẽs nocturnis ſomniis ægyptius exagitatus aufugit: auroq; & argento amantiſſimos deo donauit hebræos dicã tranſlata in ægyptum maioꝝ noſtroꝝ domici lia. Qui cum annos. cccc. tyrannis ac regibus alienigenis ſubiacerẽt: armis ac manibus ulciſci poſ ſent ſemetipſos deo potius pmiſere. Quis neſcit ægyptũ repletam omni genere ſerpentiũ: omniq; morbo corruptam? Quis terram infructuoſam? quis Nili defectionẽ & continuas decem plagas? & ob hoc parentes noſtros cũ præſidio incruentos & ſine periculo deduci: quos deus ſibi ſacerdo tes ducebat. Sed ab aſſyriis raptã nobis ſanctam arcã paleſtina & dagon ſimul ægrum genuit: & iã tota gens quæ rapuerat: corruptis uero occultis corpoꝝ: ac per ea cum cibo uiſceribus exhauſtis cymbalorum ac tympanoꝝ ſono manibus noxiis reportarunt ſanctũ placationibus expiantes de us erat qui hæc parẽtibus adminiſtrabat: propterea ꝙ omiſſis armis ac manibus eius ſe iudicio p miſere. Rex aſſyrioꝝ ſennacherib cum totam ducens aſiã ad hanc urbem caſtra poſuiſſet: mani bus non humanis cecidit: nã ab armis quieſcentes in uotis erant: & angelus dei una uoce infinitũ deleuit exercitum. Poſteroq; die excitatus aſſyrius. clxxxv. milia reperit mortuoꝝ: atq; ita cum re liquis hebræos inermes: nec perſequentes fugiebat. Scitis ẽt in babylone ſeruitium: ubi per annos lxx. populus exultans non ante libertatẽ reſpexit quam eam dominus donaret qui eos etiam eſt p ſecutus: iterumq; auxiliatori ſuo ſacerdotũ more ſeruiebant. Breuiter dicam: nullũ eſt operæpreci um quod armis parentes noſtri perfecere: aut non ſine armis deo permiſſa poteſtate imperii. Do mi aũt manentes ut placebat iudici ſuperabant. Pugnantes uero ſemp de ſpe ceciderũt. Nam ubi rege babyloniorum oppidũ obſidente contra Hyeremiæ prædicationẽ Sedechias rex noſter cum eo congreſſus eſt: tam ipſe captus eſt quã cum templo ciuitatẽ uidit excindi. At quin uidete quan to ille rex ueſtris ducibus: eiuſq; populus uobis erat mediocrior. Deniq; Hyeremiã uociferantem inuiſos eſſe deo propter delicta quæ in eum cõmiſerãt captum iri: aut niſi traderent ciuitatẽ: neq; rex neq; populus interfecit. Sed uos ut intus geſta prætermittam: neq; digne poſſum iniquitates ueſtras exponere: me qui uobis ſalutem ſuadeam q̃rimini: tæliſq; appetitis irati: ꝙ uos ueſtrorum cõmonefacio peccatorum ne dici ea toleratis: quoꝝ quotidie facta committitis. Idem tũc fuit cũ antiocho qui dictus eſt Epiphanes: obſidente ciuitatem multis modis offenſa diuinitate maiores noſtri cum armis progreſſi: ipſi quidem in pugna perempti: oppidum uero ab hoſtibus direptum eſt: ſanctumq; per triennium ſexq; mẽſes pœnitus deſolatum eſt. Et quid pluribus opus eſt. Ipſos romanos quis te contra iudæorum gentes ad militiam prouocauit. Nonne indigenarũ impietas: unde ſcæuire cœpimus. Nonne a ſeditione maiorum quando Ariſtoboli & Hyrcani furor: & iter eos contẽtio Pompeium intulit ciuitati: & romanis deus indignos libertate ſubiecit. Deniq; tres menſes obſeſſi quãq; nihil quale uos in ſanctum legeſq; deliquerant: & maioribus ad bellum ſub ſidiis utebantur ſeſe tradiderunt. Antigoni autem filii Ariſtoboli neſcimus exitum. Quo regnum obtinẽte: deus iterum captiuitate perſequebatur populum delinquẽtem. Et Herodes quidẽ An tipatri filius Soſſium & romanum adduxit exercitum. Circundati uero per ſex menſes obſideban tur donec capti peccatorum ſuorum ſupplicia penderunt: direptaq; eſt ab hoſtibus ciuitas: ita nunq̃ genti arma data ſunt. Oppugnationi uero ſine dubio cohæret excidiũ. Oportet ergo ut opi nor ſacri loci poſſeſſiones iudicium deo de omnibus promittere manuſq; tunc humanas contẽ nere: cum a ſuperno ſibi duce non recedant. Vos aũt qui ex his quæ legis conditor bene dixit egi ſtis? Quid quod is execratus eſt prætermiſiſtis? Quantum autem illos: qui cito periere impietate ſuperaſtis: nam occulta dedignantes peccata: hoc eſt furta: inſidias atq; adulteria: rapinis: cædibus certatis: nouaſq; maleficiorum excogitaſtis uias. Sãctum uero templum factum eſt oĩum recepta culum & indigenaꝝ manibus pollutus eſt locus: quẽ romani ex tam longinquo adorabant: mul ta per legẽ noſtram de ſuis moribus derogantes. Deinde poſt hæc in quẽ fuiſtis impii hunc auxi liatorẽ ſperaſtis? Valde qdem iuſti eſtis ſupplices priuſq; manibus adiutorẽ ueſtrum rogaſtis? Ta libus rex ueſter pcibus aduerſum Aſſyrium ſupplicauit: cum magnũ illum exercitũ deus una no cte proſtrauit? Similia uero aſſyriis romani cõmittunt ut etiam ſimilẽ ultionem ſperetis: nam ille qdem ab rege noſtro accepta pecunia ut uaſtitati parceret ciuitatis neglecto iureiurando adincẽ dium templi deſcendit. Romani aũt ſolẽne poſcunt tributum: quod parentes noſtri eorum parẽ tibus penſabant. Et ſi hoc impetrauerint neq; populantes ciuitatẽ neq; ſancta oĩno tangunt. Con cedunt aũt nobis familias liberas & poſſeſſiones tenere: ſacraſq; leges ſaluas manere patiuntur. In ſania eſt profecto ſperare deum talẽ circa iuſtos fore: qualis iniuſtis appuit: præſertim q̃ ſtatim ul ciſci nouerit cũ oportet. Deniq; aſſyrios prima nocte q̃ caſtra ciuitati admouerant: fregit ꝙ ſi etiã

ueſtram progeniẽ liberaret: romanos uero dignos pœna iudicaret: confeſtim eis illo tpe ſicut aſſy riis iraſceretur: quo genti manus Pompeius attulit: quo poſt illum Soſſius aſcẽdit: quo Galileam Veſpaſianus excidit. Poſtremo nõ nunc Titus ciuitati appropinquaret. Sed neq; magnus neq; ſoſ ſius paſſi ſunt: & ciuitatẽ uictoria cœperunt. Veſpaſianus aũt ex bello quod nobiſcũ geſſit etiam imperium adeptus eſt. Nã Tito quidem etiã fontes uberiores profluunt: qui prius uobis aruerãt. Deniq; ante huius aduentum. ſcitis & ſiloã & omnes extra ciuitatem fontes adeo defeciſſe ut ad utrũq; aqua mercaretur. Nunc aũt ita hoſtibus noſtris largi ſunt ut non modo ipſis & iumentis eoꝝ: ſed etiam hortis ſufficiant. Deniq; huius prodigii: & ante periculũ factum eſt in excidio ciui tatis quando ſupra memoratus babylonius rex cũ exercitu uenit: qui & captã ciuitatem incendit & templum quis ut opinor nihil tũc illi quantũ uos impie nunc cõmiſiſſent. Itaq; ſanctis relictis deum fugiſſe putauerim. Hiſq; nunc adeſſe qbus cum bellũ geritis. An bonus qdem uir domum flagitiorẽ fugiet & domeſticos oderit? Deum uero malis ueſtris inhærere arbitramini qui etiã oc culta conſpicit & audit oĩa quæ tacentur. Quid ãt apud uos tacetur? quid celatur qd non etiam planum inimicis factũ eſt? iniquitates enim ueſtræ uelut in promptu neminẽ latent: inq; dies ſin gulos quis peior ſit certamen habetis atq; ita nequitiã ut uirtutem demonſtrare contenditis. Ve rũtamen reliqua ſalutis uia eſt ſi uelitis & diuinitas confeſſis ac pœnitẽtibus ſolet ſeſe placabilis offerre. Arma proiicite: pudeat uos patriæ iam dirutæ: conuertite oculos & pſpicite eius quã pro ditis pulchritudinẽ: quale oppidũ: quale templum: quã multaꝝ gentiũ munera. Quis in hoc flam mas adducit? quis hæc iam nõ eſſe deſiderat? Et quid eſt hoc quod ſaluũ eſſe debeat dignus? o la pidibus duriores. Si hæc non ueris luminibus cernitis ſaltem familiaꝝ ueſtraꝝ miſeremini. Ver ſentur in cõſpectu cuiuſq; filii cõiuges: & parẽtes: quos paulo poſt aut bellũ aut fames abſumpſe rit. Scio qa una cum his periclitabiẽ mihi mater & coniũx: & familia nõ ignobilis domuſq; olym clariſſima: & fortaſſe propterea me quiſq; hæc ſuadere crediderit. Interficite illos: accipite merce dem ſalutis ueſtræ ſanguinem meũ. Ipſe quoq; mori paratus ſum ſi poſt me reſipiſcitis.

Clamante Ioſepho cũ lachrymis ut uellent ſedare nõ flex erunt aĩos ſeditioſi: ſed diu pſiſtunt: ita ut cogerenť fame pire: Tantam famẽ perpeſſi ſunt ut matres ex filioꝝ ore cibum raperent: ſe ditioſi illi domos ui irruebant ut cibum caperẽt: ſumma miſeria & ſumma crudelitas deſcribitur Symonis & Ioannis. Cap. XIX.

HAec Ioſippo uociferante cũ lachrymis ſeditioſi qdem: neq; aĩos flexerũt: neq; tutã ſibi mutationẽ fore iudicauerunt. Populus uero ad pfugiendum cõmotus eſt: & alii qdem poſſeſſionibus ſuis aliiſq; rebus cariſſimis exiguo pcio uenundatis ſolidos qdem ne la trones eos depræhẽderent trãſgluciebant. Qui uero ad romanos elapſi fuiſſent exone rato uentre habebant uſui neceſſaria. Titus aũt plæroſq; p agros quo uellet quiſq; pergere dimit tebat: idq; magis eos ad pfugiũ hortabatur: ꝙ inteſtinis malis carebant romanis cõſeruire: Ioãnes aũt & Symon cũ ſociis ne his magis pateret exitus quã ne romanis aditus obſtruebant: & qui uel umbra ſuſpitionis dediſſet continuo necabať. Ditioribus qdem manere ẽt ſicut profugere par cã erat pereundi: nã quaſi tranſfugere uoluiſſet pp matrimoniũ quiſq; occidebatur. Cum fame autẽ creſcebat deſperatio ſeditioſoꝝ: & in dies ſingulos uirũq; malum amplius accẽdebatur. Et palam quidem nulla erant frumenta: irrumpentes aũt ſcrutabãtur domos. Et ſiquidẽ inueniſſent aliqd eos qui negauerunt uerberabant: ſi uero nihil inueniſſent quaſi diligentius celauiſſent tormentis itidẽ afficiebant. Habendi aũt argumento erant corpora miſeroꝝ cum ea quæ ſolidis uiribus ſta rent abundare cibo putarentur. Tabidi ãt tranſfigebantur: nec rationis eſſe uidebať ſtatim fame morituros occidere: multi uero clã ſubſtantiam ſuã uno frumenti modio q ditiores eſſent: itẽq; pauperes ordei pmutarunt. Incluſi deinde intimis ædiũ tectis quidã ſumma penuria infectũ triti cum comedebant. Panem alii cõficiebant ut neceſſitas metuſq; monuiſſet. Et menſa qdem nuſq̃ apponebať: ſed incoctũ ſubtrahentes igni cibum diripiebant: miſerabilis aũt erat uictus dignũq; lachrymis ſpectaculum: cũ potentiores qdem plus haberent: infirmiores ãt iniuriam deplorarẽt: quippe fames ſuper oẽs clades habebatur: nihil ſic perdit hoĩem ut pudor: nam quod reuerẽtia di gnum eſt in fame negligitur. Deniq; uxores uiris & filii parentibus: & quod miſerrimum matres cibum infantibus ex ipſo ore rapiebant: & marceſcentibus inter manus cariſſimis nemo parcebat quin uitæ guttas auferret. Edentes uero talia non latebant: ſed ubiq; aderant qui iſta diriperent: nam ſicubi clauſam domũ uidiſſent: eos qui intus erant cibũ capere hoc ſuſpicabanť iudicio: ſta timq; ruptis foribus irruebant: uictumq; iam cõtuſum dentibus ex gutture pœne reuocabãt ipſe faucibus ſtrangulantes. Pulſabantur aũt ſenes ne cibum defenderẽt: lacerabanť mulieres ea quæ haberẽt in manibus occulentes: nullaq; miſeratio uel cani capitis uel infantiæ ſed abſtractos pue ros & ex bucello pendentes humo allidebant. Si quis aũt incurrentes anteueniſſet quodq; raptu ri fuerant deuoraſſet: tanq̃ ſi læſi cruentiores erant. Acerbiſſimos autem cruciatus excogitabant dummodo alimenta reperirent: nunc extruentes genitalium uias: nunc uirgis acutis podices trãſ figendo. Horrendaq; etiã auditu quis patiebatur in unius panis confeſſionem & unius pugnum farinæ abditum indicaret. Tortores autẽ nec eſuriebant: minus enim crudele uideretur quod ne

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

ceſſitas ſperaret.Exercentes aũt dementiã ſuam ſexq; ſibi dieꝝ uiatica præparãtes hiſq; occurrentes q per romanoꝝ cuſtodias agreſtis oleris herbarũq; gratia colligendaꝝ nocte repperiſſent: cũ iã ſe hoſtes euaſiſſe credebãt:quæ attuliſſent eripiebãt:multũq; ſupplicãtibus & horribile dei nomen iplorantibus ut aliquã ptem ſibi concederẽt: eorũq; cum piculo ſibi collegiſſent nihil pœnitus dabant:gratũq; uidebatur ſi ſpoliati nõ perirent.Hæc qdẽ humiliores a ſetellitibus patiebantur.Honorati uero ac diuites ad tyrãnos pducebanẽ:quoꝝ alii inſidiaꝝ falſo accuſati occidebantur:alii qa romanis ,pderẽt ciuitatẽ.Et plærũq; delator ſubornatus agebat q; ,pfugere uoluiſſent. Sic uero qué Symon expoliaſſet eũ ad loannẽ remittebat :& qué loãnes expoliaſſet eũ Symon excipiebat:ſibiq; inuicẽ propinabãt ſanguinẽ popularium miſerorũq; cadauera partiebantur.Et dominandi qdem erat cã in utrũq; diſſenſio:ſceleꝝ uero concordia.Nã qui ex alienis malis parté alteri ſibi totũ uendicans non dediſſet neqſſimus uidebaẽ.Et q non accepiſſet uelut boni alicuius dãno dolebat:q crudelitatis pte doluiſſet.Sigillatim qdem iniqtates eoꝝ explanare non potero: ut aũt breuiter dicam neq; aliã ciuitatem unq; talia perpeſſam puto: neq; ullã nationem poſt hominũ memoriam malitia ferocioré fuiſſe.Poſtremo ét gentibus hebræoꝝ maledicebãt ut minus imperii uiderenẽ in alienos.Verũtamen q; erãt & ſeruos ſe & degeneris gentis abortiones eſſe cõfeſſi ſunt.Deniq; ciuitatẽ ipſi euertere:& romanos inuitos hanc triſtẽ admittere uictoriam coege re:tardiuſq; uenientẽ in templum ignẽ pœne traxere . Deniq; cum hi ardere ſuperiorem ciuitatẽ uidiſſent:neq; doluere neq; illachrymauere: ſed apud romanos qui hæc paterentur inuenti ſunt. Verum quæ per territorium geſta ſunt poſtea cum rerum documentis dicemus.

Multi propter famẽ ciuitatem exeuntes capiebantur ex his multi inciſis manibus ad Symonẽ & loannem mittebantur.Tito acclamante,ne tantam uellent pati miſeriam : ipſi cõuitiis Tito & patri eius maledicebant.

Cap. XX.

ITo aũt aggeres proficiebant q̃uis a muro milites male afficerentur: parte uero equitatus directa iuſſit p ualles ad alimenta cõportanda exeũtibus inſidias tendi. Erant aũt in his nonnulli ét pugnatores:qbus iam minime præda ſufficeret: maior uero pars ex populo pauperes:quos ,pfugere deterrebat pro affectibus ſuis metus: nec clã enim ſeditioſis fieri poſſe ſperabant:ut cũ coniugibus ac liberis diffugerent:eoſq; latronibus relinquere non patiebanẽ uice ſua iugulandos.Audaciores aũt faciebat ad exeundũ fames: reſtabatq; iam latitantes egredi & ab oĩbus capi.Depræhenſi aũt neceſſitate repugnabãt:metu ſupplicii rerumq; uidebãtur ſupplicare.Poſt pugnam itaq; uerberati:& ante mortẽ modis oĩbus excruciati contra muꝝ excruciabantur.Tito qdem miſerabilis uidebatur iſta calamitas cũ iudæi in dies ſingulos quingenti nonnũq̃ etiam plures caperentur:ſed neq; captos dimittere tutum erat tamq; aſſeruare multitudiné cuſtodum uidebant eſſe cuſtodiã:maxime uero propterea non ,phibuit citius eos exiſtimans ea facie remiſſuros:tanq̃ ſimilia paſſuros niſi ſe dediſſent.Milites ãt diuerſis modis ſuffigebant:ira & odio & ludibrii cã & pp multitudinem quã cœpiſſent. Iamq; ſpacium crucibus deerat:& corporibus cruces.Seditioſis uero tantũ defuit ut ea clade mouerentur: quod etiã in contrariũ eis ceſſit ad decurrendã reliquam multitudinẽ. Tranſfugaꝝ enim familiaribus ad muꝝ tractis:& ſiqui erant populariũ proniores ad pacem:& quæ paterenẽ qui ad romanos profugerent demonſtrabant:& qui cõpræhenſi tenebantur eos ſupplices non captiuos eẽ docebant.Ea res multos perfugere cupientiũ donec uerum cognoſceretur inhibuit. Fuerunt ãt qui ſtatim dilapſi ſunt quaſi ad ueꝝ ſupplicium properantes.Illatam enim ab hoſtibus mortẽ comparatione famis requié eſſe ducebant:multis aũt captiuorum Titus etiã manus abſcindi ꝓcepit: eoſq; ad loannem & Symoné intromiſit ut pp calamitatem nec uiderentur profugi:nec crederenẽ: ſaltem nunc deſinerent admonens:nec uere cõpellerent ad excidium ciuitatis.lucrarenturq; in extremis mutata uoluntate: & proprias aĩas & patriam tantã & templum cuius participem non habebant.Simul aũt dictis aggeres circũeundo operantes urgebat ueluti facta uerbis non multo poſt ſecutura.Ad hæc in muros ſtantes & ipſi cæſari:& patri eius maledicebant: mortéq; ſe conténere clamabant:eamq; ſeruituti recte præferre:multa uero mala in romanos facere dum ſperãt ſe nec patriam curare ut ipſe diceret pituros mundũq; deo templum hoc melius eſſe q̃uis & his ſecutus ſit qui incoleret:quem ipſi quoq; auxiliatorem habentes oĩbus interminationibus illuſores qbus facta non addere finem enim dei eſſe.Talia conuitiis admiſcentes uociferabantur.

Antiochus æpiphanes cũ macedonibus:admiraẽ romanos q; muros non adeãt: ipſe cum ſuis muros adiit multi ex his fugiũt & multi interficiunẽ:poſt a tito ageres fiunt:ad motis ad muros Symon foſſã intus facta ſubmiſſo igne ageres ruunt:& incenduntẽ;Symoneq; cũ multis aliis ,pfici ſciẽ in machinas illas:eaſq; incendunt:cũ romanis cõgrediunẽ: ita ut nõ diiudicari poſſit amicus ab inimico:qdãq; ex romanis corruptis machinis deſperabãt ciuitatẽ captũ iri.

Cap. XXI.

IN inter hæc antiochus quoq; aderat Epiphanes:multos alios armatos ducens: & præterea caterua ſtipatus qui macedones appellabantur:oés ætate pares & paulo magis,proceres adoleſcentuli more macedonum inſtructi armis & eruditi unde ét nomen habebant:plærisq; tamen famam gentis æquare non poterãt. Oĩum.n.regum qui romanis

parebant fœliciſſimum cõmagenum fieri contigit priuſq; fortuna mutaretur.Oſtendit ille quoq; in ſenecta ætate nullũ ante mortẽ beatum dici oportere.Cæteꝝ filius eius adhuc eo uigente præſens ſe nitrari aiebat:quidnã eſſet quod romanos adire pigebat muros.Erat.n.bellator ipſe naturaq; promptiſſimus:tãtuſq; uiribus ut multũ peccaret audacia. Cũ uero Titus ad hoc ſubriſiſſet: laboréq; cõem eſſe dixiſſet:ſicut erat antiochus cũ macedonibus in muꝝ impetũ fecit:& ipſe quidem pro uiribus ſuis ac peritia cauebat tæla iudæoꝝ ſagittis eos appetens adoleſcentuli aũt oés præter paucos attriti ſunt. Nã pudore promiſſionis diutius pugna certauerat: & ad extremũ multi ſauiti receſſere: hoc reputantes q; etiã uiris macedonibus uincere cupientibus fortuna opus ſit alexandri.A romanis enim duodecimo die menſis maii,aggeres inchoati uix nono & uigeſimo p; fecti ſunt:cũ totos dies ſeptem & decẽ laboraſſent ingentes.n.quatuor acti ſunt:& unus qdem q; erat ad Antoniã & a quinta legione fuerat extructus contra mediũ ſtagnum quod ſtrunthiũ uocatur:alter uero a.xii.uiginti cubitis diſtans.Decima uero legio quæ ſupra memoratis ꝓſtabat in ſeptẽtrionali parte opus erexerat:ubi ſtagnũ eſt quod appellaẽ amigdalon.Adhuc aũt quintadecima legio.xxx.deſcendenté cubitis aggerẽ fecit ad põtificis monumentũ.Iam uero admotis aggeribus loánes ſuffoſſa intus terra uſq; ad aggeres antoniã uerſus diſpoſitis p cuniculum ſubdibus opera ſuſpendit:illataq; ſilua pice ac bitumine illita ignẽ immittit.Succenſis aũt fulcimentis foſſa repente ſubſedit:cũq; magno ſonitu in ea aggeres decidere: ac primo qdem cũ puluere fumus ex alto excitatus eſt cum ignẽ ruina concluderet.Peræſa uero materia: qua ꝓmebatur flãma iam clarior apparebat.Et romanos repentini qdem facti ſtupor occupat molitionem iudæoꝝ ægre ferebant:tamq; ſe uiciſſe credentiũ:& ſpes eos caſſa refrixit: & in poſteꝝ ſubuenire aduerſus ignẽ minus utile uidebatur ét ſi eſſet extinctus ſemel aggeribus deuoratis.Biduo uero poſt alios etiã aggeres Symon cũ ſociis aggreditur.Illa.n.parte romanis admotis arietibus concutere muꝝ cœperant.Teſteus aũt quidã ex Garſi ortus ciuitate galileæ & Magaſſarius ex regalibus familiis mariãnes:cũq; his Adiabenus quidã filius Nabatæ nomen habens ex fortuna Egiras: cuius eſt interpretatio claudus:raptis facibus in machinas euolarunt:hiſq; uiris neq; audaciores in illo bello extra ciuitatem apparuere neq; magis horrendi.Nam uelut in amicos:non ut in agmen hoſtium excurrerent nihil contari ſunt aut ſubſtitere : ſed p medios inimicos facto impetu machinas incẽdere. Acti aũt miſſilibus & gladiis detruſi non prius a periculo dimoti ſunt quã ignis inſtrumenta corriperet. Sublata uero iam flãma romani qdem concurrentes e caſtris auxilio properabant: iudæi uero ex muro eas prohibebant:manuſq; cũ his conſerebant qui flammas extinguere conarentur propriis corporibus nullo modo parcẽtes.Et illi quidem arietes igni ſubtrahere cum eoꝝ tegmina cremarentur:iudæi etiam per flammas eos retinere certabant:& q̃uis feruens nacti eſſent:ferrum tamen arietes non amiſere.Hinc aũt auxiliantes flamma trãſiit: & aggeres iam occupabat incendium.Itaq; romani flãma circundati:quoniã ſeruare poſſe opera deſperabant in caſtra deſcendunt.Iudæi uero magis inſtabant:cum ſemper eoꝝ numerus creſceret ex ciuitate accedẽtibus adiumentis minuſq; cautos haberent impetus freti uictoria. Progreſſi ãt uſq; ad munimenta caſtrorum prælio cum eoꝝ cuſtodibus dimicabant.Eſt ergo quædã pro caſtris per uices ſtantiũ armatorum & acerbiſſima in eos ſanctio romanoꝝ: ut qui loco de qualibet cauſa ceſſiſſet occideretẽ : hi pœnali loco de glorioſa morte prælata ſteterunt fortiter:eorumq; neceſſitate ſimul ac pudore plurimi fugientiũ redierunt:baliſtiſq; in muro diſpoſitis ex ciuitate accedenté multitudinem prohibebant:nihil pro cautione ſiue tutamine ſuoꝝ corporum prouidentem:nam quoſcũq; obuios habuiſſent cũ his congrediebantur iudæi : & in ſpicula irruentes incaute ipſis corporibus inimicos feriebant.Sed neq; hi iactus magis quã fiducia ſuperabãt:& romani plus audaciæ quã q; male tractarẽtur cedebant.Iam uero Titus aderat ab Antonia quo ſeceſſerat locum aliis aggeribus ,pſpiciens:multumq; ſcrepatis militibus ſi cum hoſtibus muros optinebant in ſuis periclitarẽtur: & uelut ex carcere contra ſe dimiſſis iudæis obſeſſoꝝ paterentur ipſi fortunam cum electis militibus hoſtes alatere circũuenit:illi aũt cum mora ferirentur contra eum cõuerſi durabant: mixta uero acie puluis quidem lumina;clamor uero aures exuperabat.Neq; aũt amicum quiſq̃ interno ſcere poterat aut inimicum.Iudæis aũt non tam uirium fiducia quantum ſalutis deſperatione p ſeuerantibus:etiam Romanos pudor armoꝝ & gloriæ & præſentiæ periclitãtis Cæſaris reddidit fortiores.Itaq; putauere in eos ad extremũ nimia ferocitate aĩorum uel totam multitudinem iudæorum fuiſſe rapturos niſi præuento pugnæ momẽto in ciuitatem ſe recepiſſent. Corruptis autem aggeribus romani ſono tenebãtur q; tam longum laborem una hora perdidere: & multi quidem ſolutis machinis captum iri ciuitatem iam deſperabant.

Conſulit duces Titus quid faciendum:an aggredi muros debeant an ageres ſtruendi:aut permittendum q; ipſi fame coacti ciuitatem ſint traditurã:an circũdanda ſit ciuitas ne exitũ habeãt: ſicq; dicit Titus opus nõ paruũ ſed inextricabile romanos eẽ facturos.

Cap. XXII.

TItus aũt cum ducibus quid fieret deliberabat.Et callidioribus quidem placebat omni admoto milite ui muros experiri : adhuc enim iudæos cum exercitus parte dimicaſſe ; uniuerſi uero militis impetum tolerare non poſſe uerum ſagittis eſſe obruendos.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Prudentiores autem rursus aggeres fieri suadebant:alii & sine aggeribus assideri gressus eos tan tummodo obseruantes:ac ne uictus intro ferretur monebant:& ciuitatem fami relinquere: neq; cum hoste manu confligere:nec enim expugnari eorum confidentiam posse:quibus optatum est ferro procumbere:uel etiam sine hoc interficere:quæ scæuior est cupiditas:ipsi autem Tito cæsa ri quidem prorsus tanto cum exercitu honestum non uidebatur & pugnare cum his superuacuũ qui semetipsos perdituri essent.Aggeres autem fieri impendiorum penuria operosum iudicabat: egressus uero ciuitatis obseruari operosius. Nec enim circundari eam propter magnitudinem locorumq; difficultatem ab exercitu posse:& propterea ad excursus incautum : contra manifestam uero uiam obseruatam occultas uias excogitaturos iudæos tam necessitate q̃ locorum sciẽtia. Si quid autem clam esset illatum diutius obsidionem trahendam uerendumq; ne uictoriæ gloriam diminuat temporis longitudo. Hæc enim quidem effici posse:sed celeritatem ante gloriã duci debere tamẽ si celeritate uti uelit & cautione totam muro cingere ciuitatem.Hoc enim modo omnes exitus posse precludi : & iudæos aut omnibus modis salute desperata ciuitaté tradituros aut fame uictos facillime capiendos:aliter enim se non posse quiescere:uerum & aggeres curaturum esse:cum infirmiores habeat qui prohibent:q; si cuiq; magnum opus & inextricabile uideatur eũ cõsiderare debere q; neq; paruum opus romanos decebat facere:& sine labore magnum quid perficere ne deo quidem facile sit.

Exhortatus Titus his uerbis duces iubet exercitus in opera distribui: murumq; circa ciuitatem cum castellis.xi.per suos construi fecit mira celeritatis:nocteq; quilibet suo ordine ac uigilia explorabat:uigilesq; sõnos inter se sortiebantur. Cap. XXIII.

His duces exhortatus iubet eos exercitus in opera distribuere. Diuinus autem quidẽ impetus militibus incidit:ambitumq; ptiti non solum rectores inter se:uerum ipsi etiam ordines certabãt.Et miles quidem decatarcho, Decatarchus autem Ecatontarcho isq; Chiliarcho placere properabat , Chiliarchorum uero ostentatio ad duces usq; pertinebat.Ducum uero certamina Cæsar ipse diiudicabat.In dies enim singulos circuiens opus sæpissime inspiciebat.Cœptum enim a castris assyriorum:ubi ipse tendebat ad inferioré cenopolim mu rum duxit , Hinc per cedronem ad Elcona montem reuertens a meridie montem complectitur usq; ad saxum quod per insterconos uocatur : eiq; proximum collem qui super uallem imminet. Siloã ac inde ad occidentẽ flexo ædificio ad uallem fontis descendit. Hinc subiens ad Anani pontificis monumentum circundato monte ubi Pompeius castra posuerat: ad septentrionalem redit regionem eam cum præcessisset ad uici partem cui nomen est crebitomicus . Post illum Herodis monumentum ab oriente clausum castris suis coniunxit unde cœperat murus quidem uno minus.xl.stadiis erat . Adhuc autem foris castella.xiii.ædificata sunt:eorum gyrus denis stadiis numerabatur. Totum autem opus triduo constructum est ut id quidem dignum mensibus uideretur:celeritas uero fide careret.Muro autem circũcluſa ciuitate per castella custodibus collocatis: primam quidem uigiliam noctis ipse circuiens explorabat. Secunda uero Alexandro permiserat . Tertia uero obtigit agminum ducibus. Somnos autem uigiles inter se sortiebantur:totaq; nocte per castellorum spatia circuibant.

Ablata facultate exeundi fame omnes moriebantur:unus alium mori intuebatur:non erat fa cultas sepeliẽdi:latrones uero ex mortuis esse uestes risu expoliabãt:multi ex muris i fossas picie bantur:quæ uidens Titus ingemuit. Cap. XXIIII.

IVdæis autem cum exeundi facultate:omnis etiam spes salutis a dẽpta est: auctaq; iam fames tota domus ac familias depascebatur . Et tecta quidem plena erant mulieribus exanimatis atq; infantibus:uiarum autem angusta senibus mortuis.Adolescentes auté ac iuuenes turgidi uelut umbra mortuorum per oppidum uolutabant & ubi quem cassus occupauerat decidebant.Sepelire autem funera neq; poterãt præ labore: & eos quibus aliquas uis supererat pigebat & propter multitudinem mortuorum:& quod de ipsis erat incertũ.Deniq; super eos quos sepellierant multi moriebãtur. Multi autem ad sepulchra priusq; fati dies ueniret & uiui properabant:neq; luctus in illis calamitatibus neq; fletus erat: sed fame superabantur affectus.Siccis autem oculis & corruptis oribus qui tardius morerentur eos qui ante se requiescerẽt uebantur.Altum uero silentium ciuitatem plenaq; mortuis nox compræhenderat . Et latrones his acerbiores domus enim tantum sepulchra erant:& cadauera spoliabant uelamina corporibus detrahentes cum risu egrediebantur.Hisq; gladiorum mucrones propinabant:nonnulloſq; iacẽtium adhuc spirantes ferro experiendi causa transuerberabãt.Si quis autem manum rogasset aut ferrum sibi commodari quo famẽ euaderat:superbissime negligebatur.Animas uero efflantium quisq; in morte templum obtutibus intuebatur cum uiuos relinqueret seditiosos.Illi autem primo quidem sumptu publico iubebant mortuos seperiri cum dolorem ferre non possent.Deinde q; non sufficiebant in ualles eos ex muro præcipitabant.Quas circuiens Titus ubi plenas cadaueribus uidit:altaq; sanie tabefactis corporibus defluentes ingemuit & extentis manibus deum testabatur factum illud suum non esse.Ciuitas quidem ita erat affecta.

Romani uidentes seditiosos fame cruciari letantur:copiam maximam frumenti iudæis ostẽdendo ad maiorem doloré:Titus etiam aggeres inchoabat ut uideret si uellent tradere ciuitatem miseratus eorum calamitatem:seditiosi uero non placabantur. Cap. XXV.

ROmani uero cum nemo iam seditiosorum auderet excurrere: nã etiam eos mœror fa mesq; tangebat:dies lætos agebant.Frumenti aliarumq; rerum necessariarum habentes copiam de syria proximisq; prouiciis.Multi autem iuxta murum stantes magnãq; alimentorum abundantiam demonstrantes satietate sui famẽ hostium incendebant . Seditiosis autem nihilomagis calamitate cedẽtibus Titus reliquias populi miseratus: & properans saltem hoc liberare quod supereſt:iterum aggeres inchoabat quãq; difficulter materiam reperiret.Omnes enim ciuitati proximas siluas opera prima cõsumpserant.Ex nonagesimo uero stadio milites alias congregabant & ad antoniam solam ex quatuor partibus maiores priori bus aggeres struebãtur.Cæsar autem agmina circuiens atq; opus urgens demonstrabat: q; in manibus eorum latrones haberet.Sed illis pœnitudo plane perierat:& animis & corporibus separati utriſq; uelut alienis utebantur. Nec enim uel animas affectio mansuera uel corpora dolor tangebat:qui etiam mortuam plebem quasi canes lacerabant:replebantq; languentibus carcerem.

Symon mathiam cuius ciuitatem obtinuerat peremit cum tribus filiis suis : corpora sepelliri prohibuit:alios etiam nobiles occidi fecit. Cap. XXVI.

DEniq; Symon & mathiam quidem p quem obtinuerat ciuitatẽ in cruciatum peremit boechi filius erat ex pontificibus populo maxime fidelis & carus. Is cũ a Zelotis male populus tractaretur:quibus iam Ioannes accesserat ut adiutorem Symonem recipe ret populo persuasit:nulla cum eo prius habita pactione:aut aliquid mali metuens.Ingressus autem ille postq̃ obtinuit ciuitatem:inimicum eum æque atq; alios esse dicebat:qui pro se cõsilium dederat: uelut hoc simplicitate suasisset productum eum & accusatum q; cum romanis sentiret morte dãnauit : ne purgationis ei facultate concessa cum tribus filiis suis. Quartus enim ad Titum ante profugerat.Prius autem se occidi quã filios obsecrantem: atq; hãc pro illa q; ciuitatem ei apuissent gratiam postulantem:ut augeret eius dolorem nouissimum iussit interfici.Ille quidem super cæsos in conspectu suo filios iugulatur coram romanis productus: ita enim Symon Anano magadi filio p̃ceperat:qui erat eius satellitum crudelissimus:cauillatus si quid eum iuuarẽt ad quos exire uoluisset.Corpora uero sepeliri prohibuit:post hos Ananias quidam pontifex filius Masãbali nobilis & scriba curiæ uir fortis ex Amua genus ducens:& cum his xv.ex populo clariores necabantur.Iosippi uero patrem concluſum asseruabant:missoq; præcone denunciant ne quis in ciuitate degentium uel colloqueretur cum eo:uel in unum ueniret proditionis metu proposito:& eos qui hæc cum illo deflerent ante q̃stionem perimebant.

Quidam ex iudæis qui custodiebat turrim a Symone sibi traditam:uidens tantam crudelitatem humano consilio cum quibusdam ex turri romanis signum dedit se traditurum turrim: illi non credentes:cognito hoc a Symone illũ ex turri in fossas proiecit:uidens hæc titus:& Iosephus saxo capite percutitur letantur iudæi credentes eum mortuũ esse:resipiuit Iosephus uulnere:quo cognito seditiosos stupor inuadit:multi ad romanos profugiũt: multi ex profugis ab assiriis uentribus apertis occiduntur: eo q; aurum ex uentre eorum per fimum uentris exire cognouissent : Titus uero hac iniustitia cognita omnes interfeciſſet nisi esset maxima multitudo noxiorum:increpat milites titus: sed occulte multi occidebantur ob insaniam propter hoc pauci ad romanos amplius fugiebant. Cap. XXVII.

ITa uidens quidam iudas filius Dudi unus ex numero præfectorum Symonis qui turrim ab eo sibi creditam custodiebat.Fortasse quidem nõ nihil etiam misericordia crudeliter pereuntiũ:magis autem sui prouidentia conuocatis.x.fidissimis contubernaliũ quousq; tãdem inquit hæc mala sustinebimus?quam ue salutis spẽ habemus seruantes pessimo fidem?Ecce iam fames oppugnat:romani uero pœne intus sunt.Symon aũt bene quoq; meritis ifidelis est:metusq; sibi etiam apud eum pœne & apud romanos certa fœderis dexteram. Ergo age tradito muro & nosmet seruemus & ciuitatem.Nihil aũt graue Symon patietur si cum de se desperauerit pœnas citius pendet.His ubi decem assensi sunt mane cæteros quos subiectos habebat per diuersum dimittit:ne quid eorum quæ cogitauerat proderetur.Ipse uero de turri hora tertia romanos inuocabat:illorum aũt alii superbiam contenebant:alii non credebant:alios ẽt pigebat uelut mox capturos ciuitatem nullo periculo.Interea uero cũ Titus ad murũ cum armatis accederet:ante rem Symon cognouit:turrimq; uelociter occupat. Romanis eos inspectãtibus peremit:& p murũ proiecit corpora mortuorũ.Ibiq; circuiens Iosippus:nec enim rogare cessabat: caput uulneratʒ lapide:statim attonitus cadit.Excursus aũt ad eius casum factus est iudæorũ:abreptusq; esset in ciuitatem nisi Cæsar misisset:qui eũ protegerent.Illis ãt pugnantibus Iosippus qdẽ tollitur nihil quod agereť intelligens.Seditiosi uero tãq̃ interfecto quẽ maxime cupiebant cũ lætitia conclamauerũt.Diciť aũt hic nuncius p ciuitaté ex quo residuã multitudiné mœror tenuit uere pisse credentem:cuius fiducia profugere cogitabãt.Audito ãt Iosippi mater in carcere mor-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

tuum esse filium suum ad custodes quidē ex iotapatis hæc ait:certo se credere nec enim uiuo potiri.Secreto aūt flens ad ancillas:hunc inquit fœcunditatis recepisse fructū ꝙ ne sepelire quidem sibi filium licuisset a quo sepeliri sperasset. Verum ne illam quidem mendaciū diutius cruciauit: neq; latrones refecit.Cito enim curato uulnere Iosippus resipuit: progressusq; clamabat illos quidem non sibi multo post uulneris pœnas daturos:populum aut rursum ad fidem rogabat.Vnde populo quidem fiducia:sedicionis uero stupor incidit eius aspectu.Profugorum autem alii statim de muro necessitate prosiliebant:alii uelut ad pugnam cum lampadibus progressi simulātes mox ad romanos profugiebant.Hos autem scæuior ea quam intus pertulerant fortuna cōsequebatur & fame quam domi reliquerant uelociorem apud romanos inueniebant ad exitium satietatem. Aderant autem inflati ex inedia & uelut morbo intercutis aquæ turgidi. Deinde uacuata replentes corpora disrumpebātur:nisi ꝙ periti desideria cohibuissent: paulatimq; cibum defueto corpore obtulissent.Verum & eos qui hoc modo seruarētur alia plaga suscepit.Quidam enim apud syrios ex transfugis deprehenditur e fimo uentris aureos colligēs. Transglutientes autem:ut supra diximus:eo ueniebant ꝙ cunctos seditiosi scrutabantur:& maxima uis auri fuerat in ciuitate.Deniq; xii.atticis comparabant quod antea.xxv.ualebat.Verum hac arte per unum detecta totis castris fama percrebruit ꝙ auro transfuge pleni uenirent. Arabum autem multitudo & Syri scissis uentribus supplicium minitabantur.Et hac ego clade nullam credo scæuiorem cōtigisse iudæis: yna deniq; nocte duorum miliū patefacta sunt uiscera. Et hac Titus iniustitia cognita pœne iussisset auctores circūfuso equitatu iaculis appeti:nisi magna fuisset multitudo noxiorum:multoq; plures puniendi q̄ qui fuerant interempti.Conuocatis autem auxiliatorum ducibus itemq; militum romanorum:nam etiam militum quosdam hæc tāgebat inuidia utrisq; iratus dicebat: si qui militum suorum hæc committerent lucri causa incerti nec arma propria quisq̄ erubesceret auro argentoq; facta.Arabi autem & Syri primo quidem in alieno bello iure suo calamitatibus uterentur.Deinde qui crudelitatem in credibus & in iudæis odia romanis ascriberent. Hac enim quosdam eorum milites infamia participare.Et his quidem mortem iterminatus est: si quis in eadem postea repertus fuisset audacia.Ad legiones autem litteras dedit ut suspectos inuestigarēt atq; ad se referrent. Verum profecto auaritia conténit omne supplicium scæuusq; hominibus lucrandi amor innatus est nullaq; omnino calamitas plus habendi cupidinæ comparatur:immo uero hæc alios & modum habentem metus subiūgitur. Deus autem qui dānauerat populum omnemq; uiam salutis ad interitum uerterat.Deniq; id quod cum pœna interdixerat Cæsar occulte in profugos admittebatur.& si quis transfugisset circūspectantes autem ne quis romanorum uideret: eos scindebant:& ex uisceribus quæstum nefarium trahebant.Illi paucis autem reperiebatur: & plærosq; sola spes consumebat.Hic quidem casus multos transfugarum seduxit.

Ioannes ad sacrilegium se cōuertit: Aninus ad Titum fugit:narrat maximum numerum mortuorum fame:ex eo ꝙ castra posuit:coactosq; stercore uti pro cibo. Cap. XXVIII.

IOannes autem ubi rapinæ ex templo defuere:ad sacrilegium sese cōuertit:multaq; donaria templi retinēs:multaq; uasa diuinæ rei ministerio necessaria crateras & lances & mensas:urceolis quidem abstinuit quos Augustus eiusq; uxor miserat.Romanorum q̄dem imperatores honorauerunt semper templum atq; ornauerunt:tunc autem iudæus etiam alienigenarum dona detrahebat:ad socios autem dicebat sine metu diuinis abuti debere:qui pro deo:qui pro templo militarent.Ex ipso alii propterea q̄ sacrum uinum & oleum quod sacerdotes sacrificiis reseruabant:tutum erat effudisse.Nāq; in templo & multitudini distribuisse & illi sine horrore ungebantur & potabant.Non equidem recusābo dicere quæ dolor iubet. Puto si romani contra noxios uenire tardassent:aut hiatu terræ deuorandam esse ciuitatem:aut diluuio perituram:aut fulgura:aut sodomitana incendia pessuram.Multo enim magis impiam progeniem tulit:q̄ quæ illa pertulerant.Deniq; cum eorum pertinacia desperata totus populus interiit.Et quid opus est sigillatim narrare cædes? Ac Aninus Eleazari filius transgressus ad Titū per unam portam quæ sibi credita fuerat:centum & quindecim milia &.lxxx.dixit elata cadauera: ex quo die castra prope ciuitatem posita sunt.Et die quartadecima mēsis aprilis usq; ad calendas iulii.Hæc autem immensa est multitudo:nec tamē uel ipse fuit appositus portæ:sed publicam mercedem diuidens mortuos ex necessitate numerabat.Cæteros enim propinqui sepeliebant. Sepultura autem fuit elatos ex oppido proiicere. Post hūc autem nobiles profugi omnia mortuorum sexcenta milia portis eiecta nunciabant. Aliorum uero numerum minime posse compræhendi. Cum autem pauperes ferendos non sufficerent: congesta in maximis ædibus cadauera essent inclusa.Et frumenti quidem modium ueniisse talento.Post ubi autem muro circundata ciuitate ne herbas quidem legere iam liceret:ad hoc necessitatis quosdam fuisse compulsos ut cloacas rimarentur:boumq; ueterem fimum alimentum haberent.Stercus inde collectū & quod nec usui quidem tolerabile fuerat cibus erat. Hoc romani quidem audientes miserati sunt : seditiosos autem ne uidentes quidem pœnitebant:sed patiebantur usq; ad ea progredi:fatum enim eos reddiderat cæcos:quod iam & ipsis erat & ciuitati.

¶ De bello Iudaico.Liber.vii.incipit.

¶ Aggeres struuntur a romanis:quærunt iudæi incendere:cū autem nequissent:admouent romani aggeres certatur utrinq;:murus labitur ea parte qua Ioannes suffodierat pro incendendis aggeribus : moxq; alium murum struit quem nemo audebat ascendere eo ꝙ qui prius tentasset certissimum exitium tentasset. Cap. I.

Lades quidem hyerosolimoꝝ in peius quotidie procedebant : cū & seditiosi magis accenderentur incluſi : postq̄ populum fames ipsosq; iam possederat . Quin & multitudo congestoꝝ in ciuitate cadaueꝝ & usu horrenda erat:odoremq; pestiferꝝ emittebat:cum excursus ēt pugnantium moraretur. Nam ueluti p aciem ruerent plurima cæde excitata conculcare mortuos cogebātur:& q̄ super eos pedem ponerent neq; superabantur neq; horrebant: nec saltem sibi augurio fore putabant contumeliam mortuoꝝ . Gentili aūt cæde polluti dextras ad extremum bellum præparabant: tanq̄ exprobrantes deo:ut mihi uidetur:supplicii sui tarditatem.Nō.n.spe uictoriæ maior pars eoꝝ: sed desperatione salutis ferocius ferebantur. Romani autem quāuis plurimum in aggreganda materia laborarent : tamen intra.xxi.dies aggeres erexerunt atronsis omnibus ad nonaginta usq; stadia circum oppidum lucis:erat auté miserabilis terræ facies.Nanq; antea arboribus & padisis ornata fuerat:ea tunc deserta p̄cisis undiq; arboribus cernebatur : nec ullus qui prius iudæam uiderat alienigena & suburbana pulcherrima ciuitatis:cū eius solitudinem tunc uideret continere lachrymas poterat:uel non gemere mutationem naturæ quantum pristinæ derogassent.Omnia nanq; insignia pulchritudinis bellum deleuerat:ne si quis subito aduenies qui locum prius scierat eum cognosceret:sed præsens quæreret ciuitatem.Romanis autem ac iudæis finitū opus aggeꝝ par faciebat timoris initium.Nanq; hi nisi eos quoq; exuerent captum iri ciuitaté putabant . Romanis aūt fortasse nec uoluntatem sibi fore illis incensis:nam & materiæ defecerant:& labori quidem corpora militum crebris autē offensionibus cæssarant. Veꝝ ciuitatis cladibus tristius romani quā ciues ea habitantes afficiebantur. Ad mala.n.quæ hinc accedebant etiam pugnatoribus nihilo segnius utebant. Sed eoꝝ spes frangebatur cum aggeres insidiis machinæ siue soliditate muri: manus uero conflictus audacia repugnantium superaretur:& præcipue ꝙ cum seditione fameq; ac bello: totq; malis præstantiores iudæoꝝ animos inuenirent.Viroꝝ quidem inexpugnabiles esse impetus arbitrabantur:inuictā uero animoꝝ magnitudinem quæ calamitatibus aleretur.Nam quis eos in rebus secundis sustineat qui malis ad uirtutem incitarentur.Illi quidem propterea cautius custodias p̄parabant.Ioannis aūt factio apud Antoniam simul & futura timebantur . Si disiceret murus cauebat & anteq̄ arietes admouebantur operibus instabat:nisi quia conatus irritus fuerit. Aggressi.n.cum facibus aggerē spe decepti remeare. Nam primum ne concordare quidem eoꝝ uidebatur consiliū paulatim & p interualla & cunctanter nō sine metu prosilientium neq; iudæoꝝ more:ut breuiter dicam. Deerant.n.quæ propria gentis essent audacia cursus & oium simul impetus:& ut sine offensione recederent. Languidiores progressi quam solebant etiam romanos solito promptiores offendere: qui corporibus quidem atq; armis ita undiq; aggeres sepsere:ut nusq̄ igni aditum relinquerent. Animum uero ita confirmauerunt ne quis loco anteq̄ occumberent moueret.Nam præter omnium reꝝ desperationem si etiam illud opus esset exustum acerbissimus pudor milites occupauerat:si aut calliditati uirtus cederet aut arma temeritati aut pitia multitudini aut iudæis romani. Simul aūt missilia cum illis faciebant in prosilientes delata: & q̄ cecidisset posteriores impediebat ac piculum antecedentes meliores afficiebat.Qui uero intra cœli iactum uenire ꝓperassent:alii disciplina hostium & densitate perterriti:alii confixi hastis retrocedebant:& ad extremū alius alium timiditatis arguens re infecta reuertebant.Calendis aūt iulii tentata fuerat expugnatio.Iudæis aūt inde digressis romani machinas admouere: qui cum ab antonia saxis atq; igni ferroq; peterent: & quodcunq; hostibus tælum necessitas attulisset. Nam licet multū mœnibus iudæi confiderēt machinasq; conténerent:tamen eas applicare prohibebant romanos.Illi aūt iudæis studiū esse ratione muroꝝ ne infirmitate antonia læderetur : & fragilibus eam fundamentis suspicantes cōtra certabant. Nec tamen ꝙ feriebatur ictibus obediebat sed ipsi quidé crebris in se missilibus iactis cū nullis periculis desuper uenientibus lassarent arietum opus urgebant.Cum uero inferiores essent ac lapidibus frangerentur:alii scutis super corpore concameratis:fundamenta manibus & uectibus suffodiebant.Itaq; saxis quatitur obstinato labore concussis . Quieté utrisq; nox attulit:& in ea murus arietibus labefactatus ex qua parte prioribus Ioannes aggeribus insidiando muꝝ suffoderat subsidente cuniculo repente labitur paꝝ præter spem muriq;:& animi affecti sunt . Nam

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

iudæi quidem qbus memoria esse oportebat quod ruina præter spem accederat & aduersum eã precauti non fuerant tanq̃ mansura esset antonia confidebant. Romanoꝝ aũt inopinatã lætic ã sub celeri subuersione natã:conspectus alius murus qué intrinsecus Ioannes ædificauerat cito restrinxit. Verũtamen prior facilior ipetus uidebatur. Tunc.n.& ascensum p ruinas promptioré & antoniã satis esse infirmioré.Murus quoq; qui recens erat cito destrui posse arbitrabat.Nemo tamen eũ audebat ascendere q̃ qui primus id tentauisset certissimũ esset exitium.

Hortatur Titus militones suos ad ascendendum murum:facta exhortatione sabinus quidam sirus se optulit ascensurum:susceptaq; asta cum.xi.murum ascẽdit:hostes in fugam uertit ipse uero sagittis obrutus cecidit. Cap. II.

TItus uero spe atq; ratione putans alacritaté pugnantiũ excitari:& adhortatione atq; ꝓmissis sæpe quidé periculoꝝ nasci obliuia:interdũ aũt morté solere ac contẽni in unũ congregatos fortissimos experiebaꝫ dicens.O cõmilitones hortari quidé ad ea quæ pi culũ non afferunt aparte & ipsis qui roganꝫ & qui eos rogant ignauiæ repræhensioné parit.Exhortatione aũt opus est in solis rebus ambiguis:quippe illa per se quéq; gerere dignũ est. Itaq; difficilé uobis in muꝝ esse ascẽsum ipse ꝓfiteor:q̃ aũt uel maxime oporteat gloriæ cupidos pugnare difficilimis rebus pulchrũq; sit cũ laude mori.Nec erit infructuosũm: qui primi fortiter fecerunt ꝓsequar.Primũ quidé uos illud horterur:q̃ nõnullos fortasse deterreat iudæoꝝ paciens aius:& in aduersis rebus dura constantia. Romanos.n.eosq; milites qbus in pace bella discere:in bello aũt uincere consuetũ est:a iudæis manu uel aio superari turpissimũ est:idq; in fine uictoriæ cũ etiam dei nitamur auxilio.Nãq; offensionis nostræ iudaicæ desperationes sunt.Illoꝝ ãt clades fauore dei uestrisq; uirtutibus crescunt.Etenim seditio fames obsidio murorũq; sine machinis casus:quid sit aliud q̃ in illos ira dei nostrúq; adiumentũ.Igit̃ non solũ deterioribus inferiores uideri:sed etiam diuinũ præsidiũ prodere uobis non conuenit. Quo pacto aũt non turpe uideatur:iudæos quidé qbus non magni pudoris est uinci:qui seruire didicerint:quo minus in posteꝝ patiãtur morté contẽnere: atq; in nos medios frequenter excurrere nõ uictoriæ spe:sed ostentationis gratia.Vos aũt totius pœne terræ mariscq; uictores:quibus etiã non uincere probro habetur otios sedentes:ne semel quidem in hostes aliquid audaciter expertos: famam ac fortunam cũ his armis operiri:maxie cũ paruo discrimine totum possitis efficere. Deniq; iam in Antoniã si ascenderimus habebimus ciuitatẽ.Nam & si pugnandũ sit aduersum intus positos quod non arbitror:attamen capta hac respiratiõe hostium incedere uictoriã nobis plenissimã repromittit.Et ego prætermissa nunc meoꝝ laude: qui in bello cecidere & imortalitate q̃ marito furore ꝓstrati sunt ex morbo pacis tempore morté aliter sentientibus imprecabor: quoꝝ anima cum corpore sepultura damnaꝫ. Quis.n.uiroꝝ fortium nescit? q̃ animas in acie ferro corporibusq; absolutas purissimum elementũ æther hospitio receptas inter sidera collocat: manesq; se bonos ac ꝓpicios heroas uidendos offerre posteris suis.Quas uero morbus corporis tabesq; consumpserit: & si maxime probris ac piaculis purgatæ sunt:subterraneæ tenebræ operiunt altaq; obliuio suscipit: & corporis simul ac uitæ ac memoriæ fine circunscriptas. Quod si necessario mors homini fato decreta est:ad hoc omni morbo leuius est ferri ministeriũ: qui non uideatur ignauum negare usui quod debito redditurus sit.Et hæc quidé ueluti seruari nequeant:uel qui conati fuerint ꝓsecutus sum. Est aũt salutis spes in maximis quoq; periculis:q̃ uirilem aiũm gerunt: primũ.n.quod didicit patet incessũ.Deinde totũ quod ædificatũ est facillime dissolui potest.Vosq; plures hoc opus aggredientes:alius alii pro adhortatione fiet atq; subsidio:uestraq; obstinatio in breui aios hostiũ frangetac fortasse nobis si eã tantũ cœpimus incruenta res efficiet. Etenĩ ascẽdentes quidé nos ꝓhibere.s.conabunt. Si uero clam uel ét p uim aliq̃d egerimus semel q̃uis paucos non sustinebunt. Me autem profecto pudeat nisi qui primus hoc fecerit:inuidendũ remunerationibus fecero:& q uixerit quidem similibus ꝓsit:beatissima uero præmia sequantur occisos. Talia dicente Tito:cætera quidem multitudo piculum magnitudine timuit.: eoꝝ uero unus qui in cohortibus militarent Sabinus quidé genere syrus uir & manu simul & aio fortis apparuit: licet si quis eum ante uidisset:quantũ ex habitu corporis ne specie quidé milité esse credidisset.Erat.n.colore nigro exilis habitudine:sed aia quædã heroica in macro corpore atq; angustiore uiribus suis habitabat. Cum primus surrexisset:itaq; dedome inquit tibi alacri animo Cæsar:& ante oés:in murũ ascendo:atq; opto quidem ut uires ac uoluntaté meã sequatur fortuna tua. Quod si cœptum casus inuiderit: scito me non præter spem q̃ res aliter cesserit:sed q̃ sic decreuerim pro te moriturum. His dictis & scutum læua manu capiti ꝓtendés: strictoq; dextera gladio circa horã diei sextã muꝝ petebat. Sequebantur aũt ex aliis qui soli eius uirtuti æmuli esse cupiebant.xi.uiri. Multo aũt omnes antecedebat diuino quodã impetu excitatus:cum de muro custodes iaculis & sagittis undiq; infinitis appeterent:atq; ingentia saxa deuoluerent:qui nonnullos de.xi.deceperunt.Sabinus aũt missilibus occurrens:licet obstrueretur sagittis: non tamen ante impetum cõhibuit quá summã muri ꝓtenderet hosteſq; in fugam uerteret. Viribus ãt eius atq; animi ptinacia territi pluresq; ascẽdisse

rati non steterunt.Qua in re fortunã quis ueluti uirtutibus inuideat supq; præclaris facinoribus officiat non incusauerit?Siquidem hic uir neq; ab incepto errauit & offensione lapidis cum maximo crepitu pronus decidit.Vnde factum est ut iudæi reuersi ubi solum & iacẽtem uidere ex omni eũ pte iaculis peterent.Ille genibus nixus & scuto ꝓtectus primo quidé ulciscebaꝫ hostes multosq; ad se appropinquãtes sauciauit: uulneꝝ aũt multitudine remisit dexterã:& ad extremũ priusq̃ redderet aiam sagittis est obrutus uir dignus ꝓ fortitudine q̃ meliori fortuna uteret.Pro mẽ sura uero cœpti facinoris cedit.Cæteri ãt tres pœne iam summa tenẽtes obtriti lapidibus ꝓierũt: & octo sauciati detracti & in castra relati sunt.Hæc q̃dem tertia die mẽsis iulii gesta sunt.

Quidam ex custodibus agerũ Antoniã accedunt primos custodes occidũt:facto signo p buccinã cæteri fugierũt.Titus audito signo armat exercitũ: pugnaꝫ ex utraq; pte ad septimam noctis horam:q̃ romanis uisum est satis pro tunc Antoniam obtinere. Cap. III.

BIduo aũt post.xx.de numero excubantiũ p aggeres militum cõgregati signiferum ordinis sui & duos quosdã ex ala equitum & tubicinẽ unum ad se uocãt: nonaq; noctis hora per ruinas ad antoniam ocioſe ꝓcedunt:occisis aũt primis custodibus somno op præssis muꝝ obtinẽt: ac buccina signũ dari ꝓcipiũt:quo cæteri q̃dé uigiles subito ex suscitanꝫ & fugiũt priusq̃ multitudiné quæ muꝝ ascẽderat cernerẽt.Nã & timor illis & tuba imaginé quãdã ubi magnũ hostiũ numeꝝ ascendisse crederẽt ostendit.Cæsar ãt signo audito ꝓpere armat exercitũ:& cũ ducibus primis lectoꝝ caterua comitatus ascendit.Cũ aũt iudæi ad tẽplũ interius cõfugissent:ipsi quoq; p cuniculũ irruperunt:quẽ Ioannes aduersum romanorũ aggeres aperuerat.Disposituq; amboꝝ agminũ seditiosi tam Ioannis q̃ Symonis arcebãt eos summa ui atq; alacritate repugnandi. Si quidé excidii finé putabãt locum sanctũ penetrasse romanos quod & his uictoriæ principiũ fuit.Ad ipsum ãt adytũ ualidissima pugna cõmittit. His quidé tẽplũ ui occupare certãtibus:iudæis uero antoniã uersus eos repellẽtibus.Et sagittæ quidé atq; hastæ utrisq; inutiles erãt.Strictis ãt ensibus dimicabãt.Neq; cõflictu discerni poterat:ex q̃ pte qsq; pugnaret permixtis uiris & ꝓpter angustias pmutatis: cũ & uocis intellectũ magnitudo cõfunderet:multaq; mors esset utriq; arma simul & cadauera iacentiũ cõculcata frangerẽt ꝓliantes. Semp ãt si bellũ fluens grauasset alterã partem potioꝝ exhortatio & inferioꝝ cõquestio nascebaꝫ:neq; aut fugæ aut ꝓsecutioni locus erat sed ꝓpinquæ mutationes confligentium & inclinationes permixtæ fiebãt exercitus.Qui uero inter primos stetissent aut occidẽdi aut moriẽdi necessitaté habebant q̃ refugere non dabatur.Nam & posteriores utriusq; ptes suos in frontem urgebant:nullumq; interdimicantes bello uacuum interuallum reliquerant. Cum autem iudæorum animi romanorum peritiam uincerẽt iamq; omnino tota acies pelleretur:ex nona.n.hora noctis ad septimam usq; diei pugnabant.Hi quidem simul oẽs & excidii periculum pro nutriméto uirtutis habentes:romani uero exercitus parte nondũ.n.ascenderant agmina illiisq; spes pugnantium nitebatur satis esse uisum est in ꝓsentia antoniam obtinere.

Iulianus q̃dã uidés romanos supari armatus irruit in hostes & ad tẽplũ usq; fugauit cũq; non hẽret auxiliũ multis interfectis diu resistẽs obiit.Iudæi romanos í Antoniã recluserũt. Cap. IIII.

EVlianus uero quidam Ecatontarchus ex Bithynia non ignobilis quidem in illo bello & armorum peritia & uiribus corporis & cũ spiritu omnium fortissimum ipse cognoui ubi romanos iam cedere & male repugnare conspexit:propter Titum aũt qui apud Antoniam stabat: subito prosilit iamq; iudæos uincentes solus ad interiorem usq; templi angulum persecutus est.Fugiebat autem uniuersa multitudo:neq; uim eius neq; audaciam hominis essẽ opinantes. At ille per medios ruens quo alios alio diiecerat per ipsos quem occupaſſet interficiebat:eaq; facie nihil Cæsari admirabilius aut aliis horribilius uisum est.Verum & ipsum profecto fata persequebantur quæ ab homine uitari non possunt.Calceos nanq; habens creberrimis atq; acutis:ut cæteri solent milites:fixos. Dum strato saxeis crustis solo occurreret labitur:magnoq; cum armorum sono deiectus in tergum fugientes reduxit.Et romanorum quidem clamor ex Antonia sublatus saluti eius metuentium:iudæi uero multis simul gladiis & hastis undiq; feriebant. Ille autem multam quidem ferri uim scuto excipiebat:sæpe autem conatus erigere percutientium multitudine reuolutus est. Et iacens tamen gladio multos perculit. Nec enim cito peremptus est:quando galea & thorace omnia membra neci oportuna septus erat. Nãq; diu uerticem contraxerat:donec concissis aliis eius membris remisit uires:cum ei nemo auderet succurrere. Nimius autem dolor cæsarem tenuit: ubi tantæ fortitudinis uirum in conspectu tantæ multitudinis uidit occidi:& q̃ locus se quidem intercludebat auxilium ferre cupiẽtem.Alios autem ne possent metus impediebat.Iulianus quidem diu cum morte luctatus:cum non paucos interfectorum suorum sautios reliquisset ægre peremptus est:magna sui gloria non apud romanos tantũ & Cæsarem:ueꝝ apud hostes quoq; relicta.Iudæi uero etiam mortui rapto corpore Romanos in fugam uersos in Antoniam concluſere.Fortiter aũt in eo prælio decertare Alexas quidam ægyptius ex agmine Ioãnis:ex parte uero Symonis Malchius & Militonis filius Iudas & Iosuæ filius Iacobus duces Idumeorum.Zelotarum uero fratres duo iuuenes Arsimon & Iudas.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Titus mittit ad Ioannem si uelit congredi & si uelit sacra itermissa celebrari per electos iudæos:consulit Iosephum Titus:hebraico sermone scripsit mãdata Iosephus pro Cæsare ad Ioannem: hortatur ut sedat:exempla inducens sed magis irritantur in eum ac capere quærũt:multi ex iudæis ad romanos fugiunt quos a romanis occisos iudæi dixerunt ne plures ad eos confugerent:Romani uero eos populo ostendebant propterea multi fugierunt. Cap. V.

Titus autem militibus suis imperat Antoniæ fundamenta diruere: facilemq; ascensum cuncto exercitui præparare. Ipse uero Iosippo ad se uocato:nanq; audierat eo die qui erat mensis iulii septimusdecimus diuinam obseruantiã quæ entelechismos uocat uirorum penuria defuisse:eaq; re populum nimis dolere: iterum dici Ioanni præcepit q̃ ante mandauerat:quod etiam si quis eum pugnandi scæuus amor teneret:cũ qua placeret ei multitudine ad bellum progredi liceret. Dummodo non una secum & ciuitas interiret si mul & templum:sanctum tamem locum uiolare desineret:ne ue in deum nephas admitteret.Potestatem autem habere si uellet sacra intermissa celebrare per iudæos quos ipse delegisset.Itaq; iosippus ne soli Ioanni hæc intimarent: sed etiam pluribus: unde exaudiri posset cõstitit & mãdata Cæsaris hebraico sermone disseruit.Multum aũt ab his quo patriæ parcerent præcabat:ignemq; depellerent iam templo contiguum:deoq; uota redderent consueta. His dictis populus tristitia simul & silentio tegebatur.Multis aũt conuitiis tyránus Iosippo cũ execrationibus lacerato:postremo addidit nunq̃ sibi excidium esse metuendũ:quoniam dei ciuitas esset.Atq; cũ exclamatiõe sane uero inquit Iosippus eam purã deo conseruasti:inuiolataq; sancta mansere.Nec in eũ cuius speras auxiliũ quicq̃ impium deliquisti:sed solénia sacra consequitur. Et si quidem tibi quisq̃ quotidianũ auferat cibum impium eũ hostem putabis?Deũ uero qué perpetua religiõe priuaueris belli auxilio speras futurũ?Et romanis peccata imputas:qui nostras leges etiã nunc tuent:& quæ ipse intercidisti sacra deo reddi cõpellunt.Quis nõ inopinatæ mutationis causam gemat ac defleat ciuitatem:cũ alieni quidé hostesq; impietatem tuã corrigant?Tu uero iudæus & inter leges educatus illis quoq; in has scæuior inueniaris?At quin Ioanné etiam quidem pœnitere malorũ non est turpe in rebus extremis honorũq; tibi exẽplo patriam seruare cupienti ꝓpositũ est.Iechonias rex iudæorũ qui quondam babylonis bellũ sibi inferentibus: spõte ciuitatem priusq̃ caperetur excesit:& cũ cognatione sua uolũtariam captiuitatẽ sustinuit. Ne hæc sancta hostibus proderet:deiq; domum uideret exuri.Ob hæc sacra iudæorũ cõmemoratione laudatur:eumq; memoria trãsmissa per sæcula semper nouam immortalitaté posteris tradit.Bonum o Ioannes exemplar:& si periculum præsto sit:ego autem ueniam quoq; tibi a romanis spondeo:dũ memineris q̃ gentilis moneo:& iudæis ista permittam spectari quæ oporteat qui sit uictor & unde consilium.Absit.n.unq̃ ita captiuũ uiuere:ut genus aut leges patrias obliuiscar.Rursum indignaris & clamas mihiq; maledicis.Etiam acerbiora meror q̃ hæc aduersus fata suadeo:deiq; sententia condénatos seruare cõtendo.Quis ignorat scripta uetera prophetarũ & responsum impendens miserrimæ ciuitati. Iam tunc.n.eius excidiũ prædixere cũ his homicidium gentile cœpisset. Vestrorũ autem cadauera nõ ciuitas tantũ: sed etiam templũ omne repletum. Deus plane deus ipse cũ romanis ignem sibi lustrationis infert totq; scelera plenam eximit ciuitatem.Hæc Iosippo cũ fletu & lachrymis ꝓsequé te uox eius singultibus interrupta est. Et romani quidé miserati dolorem admirati sunt. Ioannes aũt eiusq; socii magis contra romanos irritabantur:illum quoq; capere cupientes.Nobiliũ tamen plurimos cõmouit eius oratio & nõnulli quidem seditiosorũ custodias formidantes locis suis manebant:iam dudum certi de suo pariter & ciuitatis exitio.Fuerunt aũt qui capto discessionis tempore ad romanos confugere:in quibus erant pontifices.Iosippus & iesses,Filii uero pontificũ tres quidem Hismaeli:cui apud Cyrené fuerat caput abscissum:& Mathiæ quatuor:alterius uero Mathiæ unus:qui post interitũ patris aufugerat:quẽ Symon Gioræ cũ tribus filiis:ut supra dictũ est: interemit.Multi aũt nobiles cũ pontificibus deferre:eosq; imperator cum per alia humanæ fuscepit;tunc sciens alienigenis moribus illic uersari molestum esse:in Gnopham dimisit ut ibi manerent:interim monitos etiam pollicitus possessiones cuiq; peracto bello rediturũ esse. Illi quidem in destinatum municipiũ læti cum omni cautione discedunt. His autem in ciuitate non uilis rumor seditiosis itemq; diffamatus est q̃ romani transfugas occidissent ut hoc metu uidelicet a fuga reliquos deterrerent.Et paulisper quidẽ hæc caliditas eorũ sicut antea ualuit: timor aũt profugere cupientes inhibuit. Rursus aũt postq̃ eos Titus reuocatos ĩ Gnopha cũ iosippo murũ circúire & populo conspici iussit multi ad romanos fugiebant.In unum uero congregati & ante romanos stantes cũ lachrymis atq; ululatu seditiosos rogabant. Primo quidé paucos in ciuitate romãos suciperent patriáq; seruarent.Si hoc displiceret saltẽ de phano certi exirent templũq; sibi liberarét. Nec.n.ausuros sine maxia necessitate romanos igné sanctis immittere.His illi magis aduersãbantur: multiq; transfugas uociferati cõuitia supra sacras portas iacula & balistas & saxorũ disposuere tormenta:ut omne quidé circũ phanum spacium multitudine mortuorũ sepulchro: templum uero ipsum castello simile uideretur. In loca uero sancta & iaccessa cum armis adhuc & manibus gentili cæde calentibus insiliebant:& hanc processere legis iniuriam ut quam iudæos indignatio

nem oporteret exercere si hæc romani admitterent:& tunc in iudæos ꝓpria sacra temerãtes uterentur romani milites.Nemo tamen fuit eorũ qui non cũ honore templũ aspiceret atq; adoraret: latroneſq; optaret anteq̃ intolerandum malum contingeret pœnitere.

Increpat eos Titus q̃ templum polluerint: polliceturq; non passurum romanos templum esse polluturos. Cap. VI.

Titus autẽ dolens uicem eorũ iterum Ioannem eiusq; socios increpabat dicens. Nonne uos o sceleratissimi cancello sancta loca protexistis? Non litteris græcis ac nostris inscas tabulas costituistis?quibus ne septa cuiq̃ transgredi liceret edicitur. Non eos q̃ trãsissent quamuis romanus quis esset uobis necare permisimus? Quid igitur in eo etiã mortuos conculcastis o nocentissimi.Aut cur templũ & extremi & gentilis sanguinis confusione polluistis?Testor ego patrios deos:& si quis nunq̃ hunc locum ante aspexit:núc.n.neminẽ credo: itéq; testor & exercitũ meũ & iudæos q̃ apud me sunt & uosipsos quod non ego uos uiolare hæc cõpellam:quin & si locú acies uestra mutauerit: neq; accederet ad sancta quispiã romanorũ: neq; quicq̃ in eius contumeliã faciet. Seruabo aũt uobis etiam templũ nolentibus.

Iosephus referebat dicta principis iudæis qui magis eleuabantur in superbiã: statuit iteq; Titus bellum gerere contra iudæos ipso remanente in Antonia.exercitum misit in iudæos: Certaturq; a nona noctis hora:usq; ad quintam diei Tito spectante ab antonia:multi ex iudæis fortiter multi ex romanis fortissime bellum gesserunt. Cap. VII.

Haec iosippo internũciáte principis dicta: latrones ac tyrãni existimãtes nõ beniuolétia sed timiditate hos sermões fieri ĩ supbiã tollebant. Titus ãt q̃ neq; seipsos miserari eos: neq; tẽplo ꝓcere ꝑspiciebat:rursus bellũ gerere decreuit iuitus. Sed uniuersum qdé his militẽ q̃ locus eũ nõ capet inferre nõ poterat.Tricenis.n.de singulis cẽturiis uiris fortissimis lectis ét chiliarchis singulis millenos attribuit:hisq; duce ꝓposito Cereali hora noctis nona iubet ĩ custodias ipetũ fieri.Cũ ãt ipse quoq; ĩ armis esset unaq; descendere statuisset:amici eũ ꝓp piculi magnitudinẽ ducũq; dicta cõtinuerũt.Plus.n.operis antonia sedentẽ:q̃ militũ certamie factuꝝ esse dixerunt:quã si piculũ subisset. Omnes.n.fore sub oculis imperatoris optimos bellatores:his puit.Deinde ob hoc solũ se manere locutus ad milites:ut de eorũ uirtute iudicaret:ne aut fortis quisq̃ indonatus abiret: aut cõtra ipunitus ignauus lateret: sed oium spectator ac testis fieret ipse:q̃ & ulciscẽdi & remunerãdi esset dominus:illos qdé ad actié hora q̃ supra memoratũ é dimisit.Progressus ãt ad Speluncã de Antonia qd fieret expectabat. Veꝝ hi q̃ missi fuerãt nõ ita ut sperabãt somno oppressos inuenere custodes: sed excitatis cũ clamore cõfestim manus cõseruere excubitorũ intus.Mane ãt cæteri cateruati excurrere. Itaq; primorũ qdé impetũ excipiebãt rõani. Qui ãt illos sequerent:in agmen ꝓpriũ incidebãt:multisq; suorũ uelut hostibus utebant. Vocis nanq; agnitionẽ cõfusus ptim clamor oculoꝝ singulis nox ademerat:cũ ꝑterea quosdã furor cœtus:alios iracũdia alios timor efficeret:iccirco obuiũ quenq; sine discretiõe feriebãt. Romanis qdem scutorũ cõiunctione septis & p globos ꝓsilientibus ignoratio minus nocebat: signi.n.sui q̃sq; meminerat.Iudæi uero disiecti tã ipetus q̃ recessus temere facientes: sæpe imaginé inter se hostiũ alius alii demõstrabãt:cũ reuertẽté sũũ q̃sq; p tenebras romanũ quasi aggredienté excipet.Deniq; plures a suis q̃ ab hostibus sautiari sunt:donec orto die uisu iam pugna discerneret:& in acie stantes ordíe sagittis atq; lapidibus agerent.Neutri uero cedebãt neq; labore fatigabant. Sed romani qdem & sigillatim & multi simul in cõspectu iperatoris de uirtute certabant.Illũq; diẽ sibi quisq; promptionis initiũ fore putabat:si fortiter dimicasset. Iudæis ãt & ꝓpriũ cuiusq; piculũ:& quod tẽplo metuerẽt ministrabat audaciã:q̃ tyránus stans hos rogaret: alios uerberaret:ad pugnãdũ in terminationibus icitaret. Cõminus ãt plerũq; pugnantiũ.Sed cito & breui mométa ꝑlii mutabãtur.Neutra.n.pars ꝓlixum fugæ spatiũ uel ꝑsecutionis habebat.Pro suoꝝ aũt euentu & Antonia tumultus erat:& confidere superantibus:& stare si fugerét:acclamantiũ eratq; ueluti quoddã belli theatrũ.Nec.n.uel Titum uel alios q̃ una erant quicq̃ eorũ quæ in pugna gerebant latebat.Postremo nona hora noctis cœpto prælio:quinta diei dissoluti sunt. Cum neutri eo loco unde pugnam iniere certa fuga cessissent.Veꝝ mediam in ancipati prælio uictoriã reliquissent.Romanorum qdem plurimi nobiliter decertarũt.Iudæorũ partis qdem Symonis iudas Marion filius:& Simon iosaiæ.Idumeorũ uero Iacobus & Symon alter Carthæ filius:Iacobus aũt iosiæ. De ioannis aũt sociis Getheus & Alexander.De zelotis aũt Symon filius Tagiræ.

Septio die reliq̃ manus romanorũ submersis antoniæ fundamẽtis uiã fecerũt latã ad templũ: admouẽt aggeres ad angulũ tẽpli:qdã cõgregati ꝓp famẽ:impetũ fecerũt cõtra romanos:cognito ipetu eorũ ꝑ rõanos dimicatũ est undiq; fortiter:i uallé quãdã coacti sunt iudæi: capiť qdã q̃ ductus ad Titũ iterficiť:curatq; Titus ut aggeres mature cõstruant. Cap. VIII.

Et romanorum reliqua manus die septimo submersis:antoniæ fundamentis:latam uiam usq; ad templum composuit. Admotaq; muro agmina mox aggeres inchoabant: unum contra interioris templi angulum qui ad septentrionem orientemq; spectabat: alterum cõtra exdram ad aquilonis parte inter duos muros ædificatum. Aliorũ duorũ

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

unum cõtra portá occidentalé tépli exterioris:alteꝝ ab aqlone. Magno tamen opus cú labore ac
miseriis ꝓficiebat cú materias sexcétesimo usqꝫ stadio deportarét. Interdú át insidiis lædebantur:
cú ipsi qdé uincendi facultate minie cauerent:iudæis uero ꝓpter desꝑationé salutis audacioribus
uterent̃.Nõnulli.n.equitú quotiens ad ligna siue fœnú colligendú exissent: interea dum id face-
rent equos suos frænis exutos pasci sinebant:quos iudæi per cuneos erúpentes rapiebát.Itaqꝫ dú
id crebro fieret cæsar existimás quod erat ueꝝ negligentia suoꝝ magis quá iudæoꝝ uirtute rapi-
nas contingere: tristi aiaduersione cæteros ad equoꝝ custodiá reuocare statuit: unoqꝫ milite qui
equú ꝑdiderat morte dánato eo metu equos suos cæteris conseruauit. Nunq̃.n.eos post hæc í pa
scua dimittebát:sed tanq̃ natura his cõnexi ad necessitaté egrediebant̃. Illi qdem téplú oppugna-
bant aggeresqꝫ erigebát.Altera uero die post eoꝝ ascensum multi seditiosoꝝ quos rapinæ defece
rant & fames urgebát:cõgregati in ꝓsidia romanoꝝ quæ Elenoã monté uersus collocata erát cir-
ca undecimá diei horá impetú faciút.Sperabát.n.primo qdé inopinatos:deide curádi corporis cã
qescétes facile decipi posse. Veꝝ cognito illoꝝ conatu romani & de ꝓpriis custodiis celeriter col
lecti obstabant eis muꝝ transcendere ac ꝑrumpere uiolenter conatis.Conflato át uehementi præ
lio multa qdem & alia ab utraqꝫ parte fortiter gesta sunt cú romani præter fortitudiné etiam bel
landi peritia:iudæi uero ímoderato impetu & effrenatis aís uterent̃ . Dux aút his pudor erat:illis
necessitas.Nam & amittere iudæos ueluti laqueis irretitos romanis turpissimum uidebatur & illi
unam spem salutis si muꝝ ui perrúpere potuissent habebát. Ibi tum quidam ex alia eqtum Peda
nius noíe iudæis in fugam uersis atqꝫ in uallem coactis: equo in aduersum montem a latere inci-
tato præteruectus rapit unum exhostibus fugam petenté iuuenem & graué corpore & armis un-
diqꝫ septum:talo cõpræhensum tantum se inclinauit equo currente:tanqꝫ dexteræ uim itemqꝫ cæ
teri corporis & equestris peritiam demonstrauit.Iste quidem tanq̃ munus aliquod rapuisset capti
uum ferens ad Cæsarem uenit.Titus autem uires eius qui cœperat admiratus & captum quia ad
murum uel aggredi tentauerat supplicio affici iussit.Et ipse quidem templi oppugnationem cura
bat:utqꝫ aggeres mature fierent perurgebat.

Porticus tépli incendit̃.abrumpunt romani ad uiginti fere cubitos ex muro: ímittuntqꝫ igné
sanctis: iidem diebus quidá ex iudæis de romanis inuitat quis uelit certare:diuqꝫ nemine uoléte:
qdam ex romanis exosus illius audaciá cú illo certat & occidit̃: romanosqꝫ derident: ex romanis
quidam eum sagitta transfixit:clamor excitatur maximus. Cap. IX.

INterqꝫ iudæos aduersis prælius male tractatos tumescéte paulati bello & in serpéte té-
pli ꝑnicie sicut í putrefacto corpore ad sola mébra peste occupata ꝑuenientes ne ulteri
us ꝓcederet abscindebat. Porticus.n.ꝑte quæ ab aqlone in orienté ꝑtinés antoniæ iú-
gebatur incensa. Deinde ad.xx.fere cubitos abrupere:ímisso sanctis incendio manibus
suis.Biduo át post idus ꝑdicti mensis uicesimo & quarto die romani porticú inflámare:& usqꝫ ad
quartúdecimú cubitú igne ꝓgresso:iudæi similiter culmé abiciút:neqꝫ oíno recedétes opibus &
antoniæ continétia diruétes:cú liceret eis ac deberét incendiú ꝓhibere. Itaqꝫ ímisso igne cursum
eius ociose ꝓ sua utilitate metiebant̃.Circa templú aút nunq̃ ꝓlia cessauere: sed frequens paulati
contra se excurrentiú bellú . Hisdem aút diebus quidam ex iudæis uir & corpore breuis & uuitu
despicabilis tanqꝫ genere quá rebus aliis uilissimus Ionathes noíe ꝓgressus ad Ioánis põtificis mo
numentú:cum alia multa superbæ ad romanos ꝓlocutus est:tum qué fortissimum haberét ad sin
gulare prælium prouocauit.At qui contra stetere multi quidem dedignabant̃:erant aút inter eos
ut assolet etiam qui timerent: quosdam uero nõ incõsulta moueret ratio cú mortis cupidine non
debere cõfligere . Nam qui de salute desperassent eos neqꝫ cautos impetus neqꝫ deú habere placa-
bilem: & cú his in discrimen uenire quos neqꝫ uincere magnú sit & uinci cú dehonestaméto ꝑicu
losum non fortitudinis sed ferocitatis uideri.Cum aút diu nemo procederet multaqꝫ iudæus eo-
rum timiditati illuderet:erat arrogantissimus quidá superbus e romanis ex ala equitú putans no-
mini addere uerba:& insolentiá eius exosus. Fortasse aút ét corporis breuitate sublatus incõsulte
ꝓsiliit:& cæteris cõmissa cú eo pugna risum ꝑbuit:sed a fortuna ꝓditus est. Ipsum.n.ionathes in-
terfecit:deinde pede supra mortuú posito: læua scutú dextraqꝫ cruétú gladiú corruscabat armisqꝫ
cú fremitu cõcussis exercitui & iacenti insultás spectantes romanos increpabat:donec eú tripudi-
anté & uana iactanté quidá priscus centurio sagitta transfixit.Eoqꝫ facto & iudæoꝝ & romanoꝝ
clamor excitatus est. ille aút dolore in uertiginé tortus supra corpus hostis incubuit: belliqꝫ fœli
citaté ratione carentem quá uelox ultio sequeretur ostendit.

Iudæi íplent lignis ariolis súmitaté tépli. fingunt fugá ex romanis multi ascendentes téplum:
submisso igne ꝑ iudæos succési sunt:Titus eos miseretur:morientibus satis erat remedii ꝙ Titus
dolebat:iudæi uero quidá in porticu existentes obsessi oés ceciderunt. Cap. X.

SEditiosi uero templum tenentes aperte quidem & quotidie militibus í aggeribus po-
sitis repugnabant.Vicesimo autem septimo die prædicti mensis huiusmodi dolum ex
cogitant . Occidentalis porticus spatium quod inter culmen & trabes erat uacum sil-
uis aridis:itemqꝫ sulfure ac bitumine repleuere.Deinde uelut oppressi cedebant.Qua

re multi quidem temerari fugientibus instabant:& in porticú ascendere positis scalis nitebantur.
Qui uero prudentiores erant nullá fugæ cám iudæis fuisse cogitantes locis suis manebant:Veꝝ
porticu repleta his qui ascenderant ignem ímittunt iudæi.Excitata undiqꝫ subito flamma:roma-
nos & q extra periculum steterunt ingens stupor inuasit:& desperatio quos incendiú cœperat oc
cupauit.Flammis.n.cincti semetipsos in oppidú:alii uero in hostes ꝑcipitabant . Multi spe salutis
desilientes in puteos ilico debilitabant̃.Alios dum conant̃ ꝑueniebat incendiú: alii ferro flámam
antecedebát.Stati uero & alios fugiétes ignis cõpræhédebat plurimú ꝑuagatus.Cæsaré uero licet
ꝑmoriétibus indignaret̃:ꝙ iniussi porticú ascenderát:misericordia támé eoꝝ tetigit. Cúqꝫ nemo
ꝓhibere posset incédiú:hoc erat tamé solatio petétibus:qa uidebát eius doloré ꝓ quo ipsi animá
ꝑderent. Vociferans.n.& ante alios ꝓsiliens: & comites suos quá possent auxiliú ferre obsecrans
cernebat̃.Eiusqꝫ uoces & affectiones qsqꝫ uelut aliquá ꝑclarissimá sepulturá secú afferés morieba
tur.Nonnulli tamen recepti in ꝑtem porticus latioré.flámaꝝ quidé periculú euasere.Obsessi aút
iudæi cú diu sautii restitissent:postremo uniuersi cecidere.

Iuuenis romanus quidá qui euaserat incédium:oratur a iudæis ut ad eos descédat: ne militiæ
romanæ tantum dedecus faciat sublato ense seipsum interfecit : inceditur qꝫ porticus ea parte q́
ad orientalem protendit:Moriebantur multi fame ita ut fœnum calciamenta corigias coacti sint
comedere iudæi. Cap. XI.

POst omnes autem quidá iuuenis nomine Logustoti huic ornaméto fuit calamitati: &
quamuis sigillatim digni sint memoria q periere: oíum tamé fortissimus demõstratus
est.Quem iudæi quidé & quia fortis erat: & quia interficere eú cupiebant:ad se descen
dere promissa fide hortabátur.Frater uero eius Cornelius qui ex altera parte stabat:ne
gloriam suam romanáqꝫ militiá dehonestaret orabat: cui magis obtéperauit:sublatoqꝫ
altius gladio ut ab utrisqꝫ partibus cerneretur semetipsum occidit.Eoꝝ quos ignis obsederat Ar-
gorius quidá calliditate seruatus est.Appellato.n.clara uoce Lucio quodam cõmilitone & contu-
bernali suo:heredem te inqt relinquo totius patrimonii mei:si me excepis . Cum át ille prompto
aío accurrisset:ipse quidé qui se in eum ꝓiecerat uinxit.Lucius uero pondere oppressus: constra-
toqꝫ lapidibus solo allisus cõtinuo moritur.Ea calamitas paulisper qdem romanis tristitiá cõpara
uit.In posteꝝ tamen cautiores effecit:& aduersus iudæoꝝ insidias iniit: qbus plærumqꝫ loca mo
resqꝫ hoíum nescientes lædebant̃.Exusta est uero porticus ad turrim usqꝫ ioannis:quá ille belli té
pore quod cú Symõe gerebat supra postes quæ in Xistum ducerét ædificauerat.Reliquú uero iu-
dæi quoniá cõsumpti fuerant q ascenderant absciderunt.Postero aút die Romani quoqꝫ porticú
quæ in borræ parte fuit ad orientalé usqꝫ totá incendunt: continenté angulos eius q appellat̃ ce-
dronus sup uallem ædificata:unde ét ꝓfunda erat & horribilis eius altitudo.

Maxia multitudo erat eoꝝ q fame per ciuitaté peribant: q inter se erát amicissimi ꝑꝑ cibú:si
qué iuenissent:ad manus ueniebant:si qs moriebat̃ alii scrutabant̃ si qd cibi í sinu habebat:patie
bant̃ ea cõedere q̃ ne sordidissimú aliqd aialiú comedisset:multaqꝫ hmõi describunt̃. Cap. XII.

CIrca templú qdem ita res se habebát.Eorum uero qui ꝑ ciuitatem fame corrumpebá-
tur infinita multitudo moriebatur.Inenarrabiles aút clades eueniebant.In dies nanqꝫ
singulos si uel nunq̃ aliquid cibi apparuisset bellum ilico gerebatur: & amicissimi iter
se ad manus ueniebant miseris diripientes animæ uiaticum.Fides át penuriæ nec mo-
rientibus habebatur:sed etiam quos uiderent expirare scrutabant̃ latrones:ne qué forte cibum si
nu occultás quispiá moreret̃.Ipsos aút spes egestate uictus hiátes ueluti canes rabidos decipiebat:
& impingentes in hostia tanq̃ ebrii ferebant̃: easdéqꝫ domos bis ac ter eodem mométo desꝑatiõe
inquietabant:oíaqꝫ dentibus necessitas subigebat:& ea colligétes quæ nullú quáuis sordidissimú
mutoꝝ animaliú nõ horreret comedere patiebant̃.Deniqꝫ nec cingulis nec calciamétis abstinue-
re coriaqꝫ scutis detracta manebant.Quin ét fœni ueteris laceramenta uictui habebant̃:cuius nõ
nulli exiguú pondus quatuor atticis uenundabát . Et quid opus est famis íprobitate ex rebus aía
carentibus demonstrare?Factum.n.relaturus sum neqꝫ apud græcos neqꝫ apud barbaros cognitú
& dictu quidé horrendú: auditu uero incredibile . Itaqꝫ libenter hanc calamitaté intermitteré ne
mentiri me posteri æstimarent:nisi testes multos haberem & fortasse aliquá patriæ referrem gra-
tiam ꝑtius ea differens quorum facta perpessa est.

Mulier q̃dam maria noie cú sublata fuissent sibi oía ꝑ seditiosos filiú suú fame comedit:cogi
tur ostédere latronibus qd ꝑauerat ꝓ cibo: cognito scelere táto eos horror qdá iuasit uehemétis-
simus:núciat̃ Tito táta calamitas:q deú placare cœpit dicés se uoluisse obliuisci iniurias eoꝝ: sed
illi noluerút pollicet̃ ꝙ tantú scelus non ꝑmittet impunitum. Cap. XIII.

MVlier quædá ex plebe trás iordanem habitantiú incolaꝝ Maria noíe Eleazari filia de
uico Vatezbbra quod significat domos Esopi genere ac diuitis nobilis cum alia multi
tudine fugiés in hyerosolima recepta cú cæteris obsidebat̃.Huius alia qdé bona tyran
ni diripuerút:q̃ ex trásamnanis locis in oppidú cõportauerat. Reliquias uero cõditoꝝ
& si aliméta repperissent irrúpentes domú eius satellites quotidie auferebát . Grauiter át mulier

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

indignabatur:propterea q̄ sæpissime raptoribus maledicens:& imprecans eos contra se uehemen tius irritabat cū neq; iratus neq; miserans eā quisq̄ uellet interficere. Sed uictum quidē patrando aliis parabat. Vndiq; autem adempta iam erat ei etiā reperiendi facultas fameq; uisceribus & me dullis irrepserat. Plus uero q̄ fames iracundia succendebat. Igitur ui animi ac necessitate impulsa rebus aduersus naturam excitat:raptoq; filio quem latentē habebat miserum te ait infans in bel lo & fame & seditione cui te seruauero? Apud romanos etiam si uixeris seruiturus es: fames autē præuenit seruitutem. His uero seditiosi scæuiores sunt. Esto igitur mihi cibus & seditiosis furia & humano uitæ fabula quæ sola deest calamitatibus iudæoq;. Et hoc simul dicens occidit filium coctūq; medium comedit. Adopertum aūt reliquum seruauit. Ecce aderant seditiosi & cōtamina tissimi nidoris odore capti mortē ei statim nisi quod parasset ostenderet minabant. Illa uero bo nam partem se reseruasse respondens aperit filii reliquias. Illos aūt cōfestim horror cœpit atq; de mentia uisuq; ipso diriguerunt. At mulier & hic inquit est uere filius & facinus comedite:nam & ego comedi. Nolo ut sitis aut fœmina molliores: aut matre misericordiores:q; si uos pietatem co litis & mea sacrificia repudiatis:ego quidē comedi:reliquū eius me manebit. Post hoc illi quidem trementes exierunt:ad hoc solum timidi uixq; hoc cibi matri cessere. Mox aūt repleta est eo scele re tota ciuitas:& unusquisq; ante oculos sibi cladem illā ꝓponens tanq̄ hoc ipse admisisset horre bat. Ab oibus aūt quos fames urgebat properabat ad mortem & beati appellabant qui priusq̄ id paterent interiissent. Cito aūt romanis nunciata est illa calamitas:eorūq; alii non credebant: alii miserabantur:multos aūt uehementius eius gentis odium cœpit. Cæsar aūt sup hoc deum placa bat:siquidē iudæis pacem obtulisset eisq; liberam ꝓposuisset oium obliuioné quæ commiserant. Illos aūt pro cōcordia seditioné:bellum pro pace:pro satietate atq; opulentia famem optasse:& q propriis manibus tēplū quod ipsa eis seruasset incendere cœperant:huiusmodi alimentis eos esse dignissimos. Verūtamen scælus huius nefandi uictus ruina sese patriæ opertuq;:neq; relictuq; in orbe terræ:ut sol inspiciat ciuitatē in qua matres sic uescerent. Ante matres autē patribus hmōi alimenta deberi: q nec post eiusmodi clades arma deponerent. Simul hæc dicens desperationem hostium reputabat:nec eos sanam mentem recepturos existimabat:qui cuncta iam pertulissent q bus anteq̄ ea paterent mutare sententiam sperabantur.

Admouere iubet aggeres cū ariete muris: nihil proficientes cum scalis tētant ascendere:unde multa cædes facta est ex romanis:iratus Titus ignē portis subici fecit crescente igne consulit pro ceres suos de templo:quidam suadent ruinam templi: quidam ut seruetur:iubet restinguere ignē interim pugnatur: uidēs Titus cum militibus electis iudæos profugat:in templum cōcludit oēs succendereq; templum parat. Cap. XIIII.

Ctauo aūt die mensis augusti:cū duæ legiones aggeres perfecissent ad exedram occidē talem templi exterioris admoueri arietes iussit. Cum diebus aūt sex qui firmissimus erat aries parientem sine intermissione pulsando nihil oīno profecisset. Vex & huius & ceteroꝝ magnitudines structura lapidum supabat. Septētrionalis aūt portæ alii fun damenta suffodiebant:multūq; fatigati exteriores tantū lapides euellere potuere. Ab iterioribus aūt portæ sustinebantur: iāq; diu mansere donec instrumentoꝝ & uectium conatibus desperatis romani scalas porticibus applicauere. Iudæi uero præuenti ne eos subire prohiberent cū his con gressi dimicabant. Et alios quidem retro depellentes præcipitabant:accedentes alios subsidio tru cidabant. Multos de scalis egredientes priusq̄ scutis obtegerent ferientes gladiis ꝑueniebant. Nō nullas aūt scalas armatoꝝ plenas in latus deiicientes declinabant. Vnde romanoꝝ quoq; nō pua cædes sequebatur. Alii signis ablatis pro his decertabant: rapinam eoꝝ grauissime fore turpidini ducentes. Postremo tamen iudæi & signis potiuntur:& eos qui una ascenderent interficiunt. Cæ teri uero clade intereuntium perterriti descendūt. Romanoꝝ quidē nemo non aliquo facto ope ꝑcubuit. Seditioſoꝝ aūt qui prioribus præliis etiam tunc fortiter pugnauerūt. Et præterea Elea zarus fratris Symonis tyranni filius. Titus aūt cum uideret se alienis & templo cum damno & ne cem militum parcere:ignem portis subiici iussit. Inter hæc aūt ad eum profugi ueniunt Ananus ex Maue Symonis satellites crudelissimus:& Archelaus filius Magaditi:iccirco sperantes ueniam q̄ iudæos uictores relinquerant. Titus aūt cū hanc eoꝝ in iudæos crudelitatē audiuit:utrūq; ob trūcare decreuit. Dicebat.n. necessitate nō uolūtate uenisse:ne salute dignos esse incensam ipsoꝝ cā patriā deserētes. Verūtamē cohibuit iracūdiā fides:eosq; dimisit: sed nisi eo loco habēdos quo & iam alios credidit. Iā uero portis milites ignē admouerant:liq̄factoq; argento cito lignū flāmæ absumpserant:cū subito auctæ ꝓximas inde porticus corripuere. Iudæis uero ignē circū se uiden tibus:corpora simul aiæq; ceciderunt:& stupore attoniti adiuuare quidē uel extinguere nemo co natus est. Stantes uero aspiciebant:nec tamē his quæ absumerent dolētes:saltē ut quod reliquum esset saluū haberent aium colligebant. Illo quidē die & q̄ secuta est nocte crescebat incendiū:pau latim.n. nec simul undiq; inflāmare porticus potuerūt. Postero āt die Titus ꝑtem militū iussit in cendium restringere perq; proxima portis loca uiam sternere: ut facilior. agminibus esset ascen sus; rectores ad se conuocat:sexq; collectis qui erant proceres:Tiberio Alexandro totius militiæ

præfecto:& Sexto cereali quintæ legionis ꝓposito:& Largio lepido decimæ: & Tito phrygio qn tedecimæ:cū quibus erat etiam fronto ac ternius magister duaꝝ alexandrinarum legionū & M. antonius Iulianus procurator iudeæ. Congregatisq; terea chiliarchis & procuratoribus cōsilium de templo proposuit. Aliis quidē uidebatur lege belli utendū esse:nunq̄.n. iudæos a nouis rebus posse desinere templo manente:quo oēs ubicunq; essent colligerentur. Nonnulli monebant:ut si templum reliquissent iudæi neq; armis pro eo quisq̄ certaret:conseruandum esse suadebāt. Si uero id pugna obtinuissent ignibus cōsumendū: quoniam castellum iam uideretur esse nō templū & piaculum:non ipse id uerum illi qui fieri coegere cōmitterent. Tito aūt nec si stātes dimicarēt iudæi pro hominibus animo carentibus:ulciscendum esse dicente: neq; se unq̄ tantum opus in censurum:iam.n. romanorum fore hoc damnum:sic ornamētum quoq; foret imperii si maneret: iam certi quid uellet:ad eius accedunt sententiam fronto Alexander & Cerealis tunc quidem cō silium dimisit. Iussisq; militibus requiescere itemq; ducibus ut his in procinctu ualidioribus ute retur:uiam sternere per ruinas lectis ex coloribus imperat ignēq; restinguere. Illo quidem die iu dæos labor itemq; timor ab impetu continuit. Postremo āt collectis uiribus & recepta fiducia ꝑ orientalem portam contra templi exterioris custodes secunda hora diei ꝑcurritur. Illi aūt primā quidem concionem fortiter excepere:septiq; scutis a fronte muꝝ condensa acie inclinantur. Cer tum tamen erat eos non diu duraturos q & multitudine infestantium & animis uincerent. Cæ sar aūt priusq̄ uerterentur acies: nam pugnam ex antonia prospectabat: cū equitibus lectis uenit auxilio. Impetū uero eius non sustinuere iudæi:sed primis interfectis plāriq; fugā petunt. Et cedē tibus qdē romanis reuertētes instabant. Cum āt illi retorsissent iteꝝ refugiebāt:donec circa horā quartā iudæi ui coacti tēplo introire cōcluſi sunt. Titus āt discessit in antoniā decreto postridie ma ne cū oi exercitu aggredi templūq; obsidere. Sed id plane dei sententia iamdudū igne dānauerat: euolutisq; tēporibus aderat fatalis dies q erat decimus mensis augusti:quo ēt prius a rege babylo nioꝝ fuerat concrematū. Ex ædibus āt cām principiūq; sumpsit incendiū. Nam cū paulisper Titi discessu seditiosi quiessent romanos rursus aggrediunt custodūq; tēpli cū igne iterioris phani re stinguētibus pugna cōmittit. Hicq; iudæis in fugā uersis usq; ad tēplū transierunt.

Quidam ex militibus romanorum ignem portat ad templum:succenditur templum:hoc au dito Titus iubet extingui sed pro nimio clamore & quia multi simulabant audire eius præcepta & prohibitionem ipso inuito exuritur templum. Cap. XV.

Ic itaq; tunc militum unus non expectato cuiusq̄ edicto neq; tantū facinus ueritus:sed diuino quodam motus ipetu a contubernali suo sustollit: & ex ardente materia raptū ignem in fenestram inserit auream inde membra circū templū ædificata de septentrio nali regiōe aditus erat. Flamma uero excitata iudæoꝝ quidē calamitati dignus clamor exoritur:& ad ulciscendum ꝑperabant: neq; iam uitæ ꝑcendum rati neq; uiribus temperandum: amisso eo cuius gratia cautissimi uidebantur. Mature aūt hoc Tito quidam nunciat. Et ille nāq; casu in tabernaculo quiescebat sicut a prælio redierat:exiliit templūq; curriculo petit ꝑhibiturus incendiū:omnesq; post eum duces & hos agmina perterrita sequebant. Clamor aūt ac tumultus erat tanto exercitu sine ordine concitato. Cæsar autem uoce simul ad dextera pugnantibus signo dato ignem iubebat extingui. Sed neq; uox eius audiebat q̄ aures eoꝝ maior clamor obstrueret: nutūq; dexteræ non attendebant cū alios bellum alios ira distraheret. Introcurrentiū uero agmi num impetū non præcepta neq; interminatio continebant: sed quo furor ea duceret sequebant. Ad ipsos aūt introitus obstrusi multi quidem sese inuicem conculcabant multi uero ardentibus adhuc & ſumantibus porticū incedentes ruinis liuore quidē utebantur. Cum uero ad templū ac cessissent edicta quidē cæsaris non audire simulantes: ꝑcedentem quisq̄ ut ignē imitteret horta bat. Seditiosis aūt iam subeundi quidem spes nulla erat:sed fuga & cædes oīa possidebat. Magna uero populi multitudo inualida & inermis ubicunq; occupati fuerant interficiebant: & circum aram quidam ingens mortuoꝝ numerus cōgerebat. Per gradus uero tēpli & sanguis multus pro fluebat:& eoꝝ corpora qui supra ceciderant delabebant. Cæsar aūt ubi neq; impetū insanientiū militū continere poterat: & flāma dominabatur intro cum rectoribus ingressus & secundū tem pli & quicquid illic erat aspexit:ea quidē quæ apud alienigenas erāt fama maiora. Pompa uero & opinione domestica non minora. Cum aūt flamma nondum ex ulla ꝑte ad interiora penetrasset: nec membra quæ circū erant templū depasceret:quod erat uex existimans adhuc illud opus pos se seruari:& ipse ꝑsiluit militesq; rogare ut ignem restinguerent conabat:& liberalem & hecaton tarchū destipatoribus suis fuste mulctatos:qui non obedirent iussit arcere. Illorum aūt furor bel liq; impetus quidam uehementior iudæorūq; odia & cæsaris reuerentiam & prohibentis metum superabant. Plærosq; aūt prædaꝝ spes incitabat fuspicantes intus oīa pecuniæ referta esse:quoni am fores auro factas conspicerent. Præterea quidam miles ex his qui intrauerant: cum cæsar ad inhibendum incēdium cucurrisset ignem iam cardinibus portæ subiecerat. Tumq; subito postq̄ flamma intus apperuit:& duces cum cæsare discedebant: & stantes extra succendere nemo prohi bebat. Templum quidem hoc modo inuito Tito exuritur.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Templū incendiť mense & die mensis consormi incendio templi babylonis:in ipsa incēsione etiam multæ cedes etiam fiebat deprehensorum: nec erat discretio puerorum nec mulierū cuiusq; etatis:clamor ingentissimus fiebat:duo in ignem se proiecerunt incendunt romani diuersas porticus & loca ubi iudæi res suas ac pecunias deposuerāt: quidam pseudo prophetæ persuaserat populo ut expectaret dei auxilium.

Cap. XVI.

Sed hoc multum qs deflendū putet:ut opus oium quæ audiuimus aut uidimus maxime admirabile tā extructionis genere quā magnitudinis:itēq; munificentiæ in singulis rebus & gloriæ q̄ de sanctis habebanť:maximū tamē ex facto capiet solatiū:quod ut aialibus ita opibus locisq; fatū sit ineluctabile.Mirabitur aūt in eo etiam circūacti tpis fidem.Nā & mensem ut dictū est eūq; diē seruauit:quo primū ab babylonis templum erat incēsum.Et a prima structione tēpli quā Solomon rex ichoauerat: usq; ad hoc excidiū quod euenit secundo anno principis uespasiani:mille.cxxx.colligunť anni:& septē menses ac dies xv.A posteriore uero quā secundo āno Cyris regis aggeus fecerat:usq; ad excidiū quod Vespasiano iperante sustinuit ciuitas anni.dcxxxix.& dies.xlv. Dū templū autē incenderetur ét quicqd in manus forte uenisset rapiebatur: & cædes erat ifinita deprehensoꝝ.Nec actæ fuit ætatis miseratio aut reuerētia castitatis:sed & pueri & senes & sacri ac prophani similiter interficiebanť:atq; oē genus hoium belli calamitas psequebať unaq; supplices cū repugnantibus necabanť: flāmaq; ulterius ꝓgrediens cū gemitu occūbentium concrepabat. Et pro altitudine qdē collis ardētisq; opis magnitudine totā quis ardere crederet ciuitatē.Illo aūt clamore nihil maius aut horribilius excogitari pōt.Nam & romanoꝝ agminū fremitus erat & seditiosoꝝ: ferro ignicq; clausoꝝ clamor ingens tollebať:& populi sursum deprehensi ad hostes fuga cū stupore ac calamitate cōquestio.Incole āt constitutis ét multitudo oppidi cōsonabat.Iam uero multi fame marcidi in morte pœne luminibus clausis postq̄ ignem tēpli uidere in q̄stus interim clamoremq; uiresq; receperūt. Resonabat aūt & trans fluuiū regio:& montes circūpositi grauiorem impetū faciebant:& tamē erant clades acerbiores tumultuū.Nam collē qdem in quo tēplum erat euelli radicitus qs putaret: ita undiq; belli plenus uidebať & sanguis igne largior esse pluresq; interfectoribus interfecti oiscq; terra cadaueribus tegebať:& supra corpora mortuoꝝ gradientes milites cursum fugientiū sequebātur.Latrocinalis qdē multitudo tandē pulsis romanis in exterius tēplum:deinde ciuitatē euadit. Populi aūt quod fuit reliquū in exteriorem porticū confugerūt.Sacerdotum āt iudæorūq; nonnulli primū qdem uiribus itēq; sedibus suis quæ ex plūbo factæ erant:auulsis in romanos ꝓmisſilibus utebanť.Deinde cum nihil proficerent ignisq; in eos euomereť:in parietem descendentes octo cubitis latū ibi manebant.Duo tamen ex nobilibus cū ad romanos transeundo seruari possent aut cōem cum cæteris durare fortunā:semetipsos in ignē iniecere : & cū templo cremati sunt Hynerius filius Velgæ:& Iosippus Dareæ.Romani aūt q̄ frustra se circū templum ædificius parcere iudicabant:cum ipm templū arderet oia simul incēdunt:& quicqd ex porticibus reliquū erat & portis:ꝑter unam ex parte orientali: alteram ex meridiana q̄uis eas quoq; postea funditus euerterint:qn etiā arculas quæ gazophilatia uocanť incendunt in q̄bus magna uis erat pecuniæ ac plurimū uestium:aliaq; substantia. Et ut breuiter dicam oés iudæoꝝ congestæ diuitiæ q̄ opulentissimus qsq; illuc totas domos exhauserāt. Venerunt āt etiam sup eam quæ restabat unā porticum extra tēplum quo confugerant ex populo mulierculæ itēq; pueri & promiscuæ multitudinis prope ad sex hoium milia. Sed priusq̄ de his Cæsar quicq̄ decerneret uel ducibus iperaret:ira flagrantes milites incendunt porticū.Hincq; contigit ut alii cū se ex flāma præcipitarent moreré tur:alios ipsa corrūperet.Ex tanto aūté numero nemo seruatus. His cā interitus quidam pseudo propheta fuerat:qui eo die prædicauerat in ciuitate:q̄ eos in tēplum deus ascendere signa salutis accepturos iuberet. Multi enim a Tyrannis tunc subornati prophetæ populo denunciabāt ut expectarent dei auxilium:quo propterea minus profugerēt:& eos qui supra timorem & custodiam fierent spes retineret:cito autem in aduersis persuadetur. Quod si etiā malorum instantium liberationem polliceatur qui fallit:necessario qui ea patitur spei totus efficitur.

Quædam prodigia quæ superuenerant iudæis describūtur:quæ in eorum fortunam & auxilium interꝑtabantur:quidam uero sapientes hæc esse ruine prodigia iudicabant. Cap. XVII.

Denicq; miserabilis populis illis qdem fallacibus deūq; calūniantibus credulus erat.Certis uero ꝓdigiis & futurā solitudinē ꝓnunciātibus neq; attēdebant aio neq; credebāt: sed uelut attoniti nec aut oculos habētes aut aias edicta dei dissimulauere:mō cum supra ciuitatē sidus stetit simile gladio & p annū pseuerauerit cometes: mō cū ante defectionē primicq; belli motus ad diē festū azymoꝝ populo cōueniente. Octauus āt dies erat aprilis mēsis:nona hora nocturna circū aram itēq; templū tantū lumē effulsit ut clarissimus dies putaretur.Et hoc usq; ad mediā ꝓmansit horā quod iperitis qdem bonum augurium esse uidebať:sacroꝝ uero peritis priusq̄ ueniret stati diiudicatū est. Eodēq; festo die ét bos cū ad hostiā ducereť agnū in medio phani peperit.Orientalis autem porta interioris templi cū esset ænea atq; grauissima:& post meridiem uix a.xx.uiris clauderetur: ferisq; ferro iunctis obseraretur: pessuloscq; altos habe-

ret in saxeum limen dimissos uno perpetuo lapide fabricatū uisa est noctis hora sexta patere.His aūt curriculo per custodes templi magistratui nunciatis ascendit: ille uixq; eam potuit claudere. Verum & hoc iterum ignaris qdem signū optimum uidebatur. Deum nāq; bonorum portā sibi aperuisse dicebant.Prudentiores uero tēpli tutamē sponte sua dissolutū iri cogitabāt & hostium domū esse.Portas aperiri solitudinē uero illo ostento signari inter se ꝓnunciabāt.Post dies āt festos in diebus paucis uicesimoprimo die mēsis maii Larualis quædā imago uisa est fidē superās. Monstrum aūt fortasse quod dicturus sum etiā his est cognitum q uiderunt & quæ secutæ sunt clades dignæ ꝓsagiis extitere.Nāq; ante solis occasum uisi sunt p inane ferri currus totis regionibus & armatæ acies tranantes nubila & ciuitatibus circūfusæ.Festo aūt die quā penthecosten uocant nocte sacerdotes intimū templū more suo ad diuinas res celebrandas ingressi primū qdem motū quēdamq; strepitum senserunt . Postea uero subitā uocem audiere quæ diceret migremus hīc.Quid aūt his horribilius fuit?Iesus qdā filius Anani plebeius & rusticus quadriennīū priusq̄ bellum gereret in summa ciuitatis pace atq; opulentia cū ad festum diē uenisset quo Attegias in honore dei componi in tēplo ab hoibus mos est repente exclamare cœpit.Vox ab oriente . Vox ab occidente.Vox a quattuor uentis.Vox in Hyerosolimā & templū.Vox in maritos nouos nouasq; nuptas.Vox in oēm hunc populum: atq; hæc interdiu noctuq; oés ciuitatis uicos clamitās circuibat.Nonnulli aūt uiroꝝ insigniū aduersum omen indignæ ferentes corripiunt hoiem:multis uerberibus afficiunt.Ille aūt neq; pro se nec ad eos qui se mulctabant secreto quicq̄ locutus eadem quæ prius uociferans ꝓseuerabat.Magistratus auté rati quod erat uerum:magis diuinū esse hois motum:ducūt eum ad romanoꝝ præfectum ubi plagis usq; ad ossa laceratus : neq; supplex quicq̄ fuit neq; lachrymauit: sed ut poterat inclinans maxime flebiliter uocem ad singulos ictus respondebat.Veh ueh hyerosolimis.Albino āt interrogati:is nāq; iudex erat:quis eēt uel unde or tus:aut cur ista diceret:nihil rettulit.Non prius āt cessauit luctus miseræ ciuitatis donec eum Albinus furere iudicatum dimisit.Ille aūt ad belli usq; tps neq; adibat quēq̄ ciuium nec quēq̄ uidit: sed quotidie uelut orationem quādam meditatus ueh ueh hyerosolimis q̄rebatur.Sed nec in ꝑcatus est cum in dies singulos mulctaretur:nec uictum offerentibus benedicebat. Sola uero eius responsio ad oés erat in triste ꝓsagium.Maxime āt diebus festis uociferabatur:idq; per annos septē & quinq; menses continuos faciens neq; uoce raucior fuit:neq; laborauit donec obsidionis tēpore perspectis auguriis ipse quieuit.Supra murum enim circuiés iterum:ueh ueh ciuitati ac phano ac populo uoce maxima clamitabat.Cum aūt ad extremum addidisset:ueh etiam mihi:lapis tormento missus eum statim peremit animamq; adhuc illa omnia lugentem dimisit.

In sacris libris erat q̄ cū templū quadratū redigereť q̄ ciuitas erat destruēda.hi uero incitabātur ad ꝑliū dicētes ꝓp dictū quoddā ambiguū inuētū.s.q̄ eo tpe qdā eēt ex eoꝝ finibus orbis terre habiturus iperiū:ex hoc dicto decepti sūt q̄si ꝓpriū eoꝝ iudicātes dictū cōuenire. Ca.XVIII.

Haec si quis reputet profecto inueniet.Deum quidē hominibus consulere:modisq; omnibus præmonstrare quæ sunt eorum generi salutaria:ipsos autem ad demētiam suam malis uoluntariis interire:quādo quidē & iudæi post antoniam captā quadratum phanum fecerant:cum in sacris libris scriptum haberent capiendam ciuitatem ac templū: si phanum quatuor angulis esset effectum . Sed quod maxime eos ad bellum excitauerat responsum erat ambiguum itidem in sacris libris inuentum q̄ eo tempore quidem esset ex eorum finibus orbis terræ habiturus imperium.Id enim illi quidem quasi proprium acceperunt: multiq; sapientes interꝑtatione decepti sunt.Hoc autem plane respōso Vespasiani designabatur imperium qui apud iudæam creatus est imperator.Sed etiam homines fatum uitare non possunt etiā si prædiderint.At uero his signorum quædam pro sua libidine interꝑtati sunt:alia contempsere:donec patriæ excidio suaq; perniciæ eorum iniquitas confutata est.

Romani Titū impatorē declarant in tēplo:Iudæi ꝓuocāt Titū ad colloquiū: ipse naturali humanitate eos recipit:alloqturq; eos increpādo:tādem in diligēdo eos si uelint in pace uiuere noluerunt:ipse cognita eoꝝ neqtia eos militibus fieri p̄dam tradidit interim ignis ꝓgrediebať: quidam supplicant ut eis fidē Cæsar dat:suscipit ipse in custodiaq; eos recluſos tenet. Cap. XIX.

Romani quidem postq̄ seditiosi ad ciuitatem confugere templo itemq; omnibus circū locis ardentibus signa in phano reposuere cōtra portam orientalē:hiq; ibi sacrificio celebrato maximis cū clamoribus declarant Titū imperatorē. Vsq; adeo uero præda satiati sunt milites uniuersi ut in Syria dimidio quāpridem fuerat p̄cio pondus auri uenisset.Et his aūt sacerdotibus qui in tēpli piete perdurauerāt: puer sitiēs romanis custodibus pacem petebāt:sitimq; fatebatur.Sed ubi illi tā ætatis quā necessitatis miserati dedere ei dexterā: & ipse bibit.& quā secum attulerat lagenā repletā sursum refugiēs abiit ad suos. nec eū quisq̄ custodum insequi ualuit:sed eius perfidiæ maledicebant.Ille aūt nihil se præter placita fecisse dicebat. Dextera enim sibi data non ut apud ipsos remaneret: sed ut tantum descēderet atq; ut aquam acciperet:quæ cum fecerit in fide mansisse.Astutiā quidē præter ætatem maxime pueri qui decepti fuerāt mirabantur.Quinta uero die sacerdotes oppressi fame descendunt:& a custodibus ad Titum

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

perducti ut ſalutem ſibi concederet orabant. Ille autem ueniæ quidem tempus illis præteriſſe fa tus:periſſe uero id cuius eos gratia merito conſeruaſſet.Decere autem ſacerdotes interire cũ tem plo duci homines ad ſupplicium iubet.Sed tyranni cum ſociis quoniã bello undiq; tenebant:cir cundatis autem nuſq; erat fugere copia:Titum ad colloquia prouocant.Ille autem pro humanita te naturali ſaltem oppidũ ſeruare cupiẽs & amicis præterea ſuadentibus. Latrones enim iam mo deratiores factos eſſe arbitrabantur:in parte occidua templi exterioris cõſiſtit.Hac.n.ſup xiſtum erant portæ ac pons qui ciuitatẽ templo iungebat: iſq; tunc inter tyrãnos ac Titũ interueniebat. Multitudo aũt utrinq; denſi aſtabãt:iudæi qdem circũ Symonem ac Ioannẽ ſuſpenſi ueniæ ſpe. Romani uero ad Cæſarẽ ſpeculandi ſtudio qualiter eos reciperet.Edicto ãt dato militibus Titus ut & iracundiã & ſagittas continerent:adhibitoq; interp̃te: quo argumento ſupior oſtendebatur prior alloqui cœpit.Etiã ne ſaturati eſtis patriæ malis? O uiri qbus neq; uirtutis noſtræ neq; iſtr mitatis propriæ uenit in mentẽ:ſed inconſulto ſpetu ac furore pditis populo & ciuitate ſimul ac templo ipſi quoq; iuſte pituri.Qui primũ quidem poſtq; uos Pompeius fortiter debellauerat no uas res affecta re non debuiſtis.Deinde etiam bellũ apertum contra romanũ populum extuliſtis? Vtrũ ne multitudine freti? an q parua manus uobis romani exercitus ſatis reſtitit auxiliatoq; fidẽ? Et quæ gens iperio noſtro libera iudæos præ romanis optaret? ſed uiribus corpoq;? At q ſcitis nobis ſeruire germanos.Firmitate muroq; & maior Oceano murus atq; obſtaculũ quo ſepti bri tanni adorant arma romanoq;. Animoq; obſtinatione uel aſtutia ducũ.an qn etiã carthaginẽſes captos eſſe noueratis? itaq; uos cõtra romanos ipſoq; excitauit humanitas q primũ uobis & terrã dedimus poſſidendã:& gentiles ipoſuimus reges.Deinde leges ſeruauimus patrias: & uiuere uos non ſolũ diſcretos:ſed cũ aliis ẽt ueſtra uoluntate cõceſſimus:quodq; maximũ eſt:tributũ capere dei noĩe ac donaria colligere pmiximus:eaq; offerẽtes neq; monuimus neq; prohibuimus:ut ho ſtes nobis efficeremini ditiores:noſtraq; pecunia uos contra nos iſtrueretis. Ergo tantis bonis af ſecti ſatieratẽ in eos q hæc uobis p̃ſtiterãt extuliſtis & imitium exemplũ ſerpentiũ uirus blãdien tibus infudiſtis. Eſto Neronis negligentiã contempſiſtis & ueluti ruptũ aliquod membroq; ſiue contractum alias male quieti in maiore uitio detecti eſtis:& ad ſpes iprobas etiã cupiditates imo dicas explicaſtis. Venit pater meus ad patriã ueſtram nõ ut pœnas a uobis ob ea quæ incertæ cõ miſeratis exigeret:ſed monitis emendaret.deniq; cũ deberet ſi depopulandæ nationis cã ueniſſet ſtirpem ueſtrã petere atq; hanc delere ciuitatẽ galileã & circa eam loca uaſtare maluit ut pœnitẽ di uobis p̃beret indutias.Sed hæc eius humanitatis ifirmitas uidebatur: noſtraq; lenitate aluiſtis audaciam.Et Nerone mortuo feciſtis quod nequiſſimi ſolent:& ex inteſtinis ueſtris diſſenſioni bus fiduciam p̃ſumpſiſtis meq; ac patre meo digreſſis ad ægyptũ ad ſtruẽdum bello tp̃s illud uti le putauiſtis.Neq; uos puduit pturbare principes declaratos: quos etiã duces humaniſſimos fue ratis experti.Deniq; ubi ad nos confugit imperiũ & oĩbus in eo quieſcentibus p legatos aũt gra tulantibus exteris nationibus iteq; hoſtes iudæi & legatiões qdem a uobis trans euphraten uſq; nouaq; rerum gratia miſſæ:muroq; aũt ambitus repabantur.Seditio uero tyrannorũq; contẽtio & bellum inteſtinũ quæ ſola huiuſcemodi nequiſſimos decent.luſſus eo ab initio patre cũ man datis triſtibus ad ciuitatẽ uenire lætabar : cognito populũ de pace ſentire.Ante bellum rogabam uos deſiſtere pugnantibus aliquãdiu parcebã ſponte aduenientibus dexteram dedi fidem ſeruaui confugientibus:multos captiuos miſeratus uerberibus urgẽtes bellum coercui:muris ueſtris ma chinas inuitus admoui:ſp cædis ueſtræ cupidos milites continui. Quotiens uici totiẽs uos ad pa cem tanq; uictus prouocaui.Cũ prope ad templũ acceſſiſſem:conſulto iteq; legis belli oblitus par cere uos propriis ſanctis orabam tẽplum ſeruare data uobis exeundi copia & fide ſalutis: uel etiã pugnare alio tpe ſi uelletis in alio loco facultates præbui. iſta oĩa ſpreuiſtis & templum manibus ueſtris incendiſtis.Deinde ſceleratiſſimi nunc me ad colloquium prouocatis:ut quid tale conſer uetis quale periit? Qua uoſmetipſos ſalute dignos eſſe poſt templi excidium iudicatis? Quin etiã nunc armati ſtatis & nec in extremis ſupplices aſſimilatis . O miſeri quæ fiducia? Nõne populus ueſter examinatus? Templum uero periit:mihiq; ſubdita eſt ciuitas:in manibus aũt meis habetis animas ueſtras.Et tamen fortitudinis eſſe gloriam mortem arbitramini? Non contendam cũ per tinacia ueſtra.Proiectis autem armis traditiſq; corporibus uitam uobis indulgeo:& ſicut in priua ta domo dominus mitis ultus grauiora cætera mihi ſeruo. Ad hæc illi reſponderunt: fidem qui dem ſe ab eo minime poſſe accipere.Nam iuraſſe nunq; id eſſe facturos: exeundi uero per muni tiones qua murum ſepſerat cum coniugibus ac liberis facultatem petebant.Ituros enim ſe in ſoli tudinem ipſiſq; oppidum relicturos.Hoc Titus uehementer iratus q in ſorte captorum conſtitu ti uictorum conditiones ſibi ponerent. Declarari quidem his iuſſit uoce præconis nẽ ulterius ad ſe profugerent;ne ue fidem ſperarent:nulli enim eſſe parcendum: cunctis autem uiribus dimica rent quantum poſſent ſaluti ſuæ conſulerent . Iam enim ſe omnia iure belli geſturum:militibus autem diripere ciuitatem atq; inflammare permiſit.Illi autem ipſo quidem die nihil egerunt.Po ſtremo autem die archium & aeram & curiam & qui uocatur ephlam ſuccendere:& progredieba tur ignis uſq; ad Helenæ regiam; quæ in media erat acra; nec minus ciuitatis mortuis plenæ eo-

dem die galeza regis filia & fratres cum his multi nobiles ex populo congregati ut fidem ſibi da ret Cæſari ſupplicarunt.Ille autem quãq; cæteris omnibus iratus erat: mores tamen nõ mutauit: ſed eos ſuſcepit.Et tũc quidem omnes in cuſtodia habebat:regis autem filios ac propinquos po ſtea uinctos romam perduxit fidem obſidum præſtaturus.

Seditioſi in domũ regiã cõfugiũt:romãos pellũt:multi occidunt ex popularibus: Titus uero militẽ quẽdã qa uiuus captus ẽ ad ip̃m rediẽs ex acie pepulit:qđ grauius fuit illi morte. Ca.XX.

Seditioſi aũt ad domum regiã profecti ubi qa tuta erat multi facultates ſuas depoſue rant & romanos hinc pellunt:& oĩbus popularibus q eo cõuenerant ,ppe ad octo mi lia &.cccc.occiſis pecuniã etiam diripuere.Viuos aũte duos milites romanos cœpere unũ eq;tem alteq; peditem : & peditẽ qdem interfectũ per oẽm traxere ciuitatẽ uelut uno corpore oẽs romanos ulciſcerent.Eques uero qdã his quod ſaluti foret ſuadere pollicitus deducit ad Symonẽ.Cũq; qđ diceret nihil ſaperet : Ardali cuidã ex numero ducũ trait puniẽdus.is aũt reuinctis poſt terga manibus:ceruice atq; oculis in cõſpectu romanoq; ueluti ca pite cæſurus produxit.Verum ille dum gladium iudæus educeret ad romanos refugit.Hunc Ti tus quoniam ab hoſtibus eſſet lapſus non eſt paſſus quidem occidere. indignum uero eſſe roma norum militem iudicauit.quia uiuus fuerat captus:& armis ablatis eũ agmine pepulit . Quæ res prudenti uiro grauior eſſe morte uidebatur.

Romani conuerſis latronibus in fugam:oĩa igni tradidere: illi uero in ſuperiorẽ ciuitatem re cedebant: letantes q; nil eſſent relicturi hoſtibus & alacri uultu mortem expectabant: illi undiq; per ciuitatẽ capiebantur:mortuiq; canibus proiciebãtur:ſpes quibuſdam erat in cloacis latere: & ignis latitantes cremabat:& qui deſcendebant necabantur. Cap. XXI.

Poſtero aũt die romani uerſis in fugã ex iteriori ciuitate latronibus oĩa Siloã uſq; igni tradidere:& oppidũ qdem gaudebãt abſumi rapinis uero carebãt : quoniã latrones ex inanitis prius oĩbus in ſupiorẽ ciuitatem recedebãt.Erat nãq; illis maloq; qdem nulla pœnitudo:arrogantia aũt tanq; in rebus ſecũdis.Deniq; ardere ciuitatẽ lætis uultibus aſpicientes alacri uoto morte expectare dicebant q; peremptο populo incẽſo templo:& flagrante oppido nihil eſſent hoſtibus relicturi.Sed tamen ioſippus in extremis eoq; rebus pro reliquiis ci uitatis obſecrando laborabat . Sed multa qdem in eoq; crudelitate atq; impietate locutus multa uero pro ſalute adhortatus nihil amplius quã eluſus eſt:qa neq; ſe tradere pp iuſiurandũ patiebã tur:neq; pugnare cũ romanis ex equo iã poterant ueluti cuſtodia circũuallati:cædiſq; inſup con ſuetudo dexteras cõmouebat.Diſperſi aũt per ciuitatẽ per ruinas latitabant profugere parati inſi diantes.Multi aũt capiebantur oẽſq; interficiebant.Nam pp inediã fugere non ualebant: mortu os aũt canibus proiiciebãt.Omne aũt per eundi genus fame leuius uidebat: adeo ut ad romanos quoq; ſine licentia deſperata miſericordia tamẽ fugerent atq; in ſeditioſos a cæde non ceſſantes ſponte incederent:nulluſq; in ciuitate locus uacuus erat:ſed cũcta mortuos habebãt: quos fames aut latrones cõfecerant:& cadaueribus eoq; plena erant oĩa:qui alimentoq; penuria uel ſeditione perierant.Tyrannos aũt fouebat factionũ quæ latronum ſpes ultima ſita in cloacis.Quo ſi fugiſ ſent minime iueniri poſſe arbitrabant.Sed peracto excidio poſt romanoq; digreſſum prodire ac fugere cogitabant.Id enim plane illis erat ſomniũ.Nec enim uel deũ uel romanos fuerant latitu ri.Tunc qdem ſubterraneis freti plura quã romani concremabant . & q ex incendiis fugientes in cuniculos deſcendiſſent eos iprobe necabant itemq; ſpoliabant. Quin etiã cibum ſicubi reperiſ ſent concretũ ſanguine deuorabãt.Erat ãt inter ſe illis iam rapinaq; cauſa bellũ: eoſq; putauerim niſi excidio p̃uenti eſſent nimia crudelitate mortuoq; quoq; corpora deguſtaturos fuiſſe.

Cæſar proſpiciens ciuitatẽ ſuperiorem non poſſe capi ſine aggeribus diſtribuit milites operi bus ad occidentalẽ partem:legiones munit iſdem diebus idumei mittunt ad Titum q; ad eũ uo lunt confugere remittit legatos pollicens pacem:Symon hoc intellecto quoſdam occidit:quoſdã recludit:multitudo tamen maxima fugit. Cap. XXII.

Cæſar aũt fieri non poſſe ꝓſpiciens ut ſine aggeribus ſuperiorẽ caperet ciuitatẽ in præ rupto undiq; loco ſitam.diſtribuit opibus militẽ uiceſimo die menſis auguſti. Erat ãt tranſuectio ſpendioq; difficilis oĩbus.ut dictũ eſt.circũ ciuitatem uſq; ad centeſimum ſtadiũ imprioq; aggerũ extructionẽ detonſis. Quatuor qdẽ legionum opus in occidẽ tali parte ciuitatis contra aulã regiã erigitur.auxiliatoq; uero manus & cætera multitudo xiſtum uerſus ac pontẽ & Symonis turrim quã ioãnes bellũ gerens pro caſtello ſibi ædificauerat. His ãt diebus idumeoq; duces clam cõgregati conſiliũ de ſui traditiõe cœpere miſſis ad Titũ q; uiris ut dexterã ſibi darent p̃cabant.ille tyrãnos ſperans eẽ ceſſuros idumeis abſtractis quoniã belli ps uidebant:ſero qdem uerũ tamen uitã his pollicitus legatos remiſſit.Diſceſſum ãt parantibus Sy mon p̃ſenſit.& eos qdẽ q; ad Titũ prexerãt q; uiros ſtatim occidit.duces uero quoq; nobiliſſi mus erat Soſæ filius iacobus correptos in cuſtodiã coniicit.nec multitudinẽ idumeoq; abductis rectoribus qd ageret neſcientẽ ſine cuſtodia hẽbat:ſed diligẽtioribus eã cuſtodiis amplectebat & tamẽ cuſtodes ꝓfugientibus obſtare nõ poterant.Quãuis multi necarent:plures tamẽ erant qui

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

fugerent.Omnes aũt ſuſcipiebantur a romanis: q̃ Titus nimia lenitate priora p̃cepta neglexerat: ipſiq̃ milites iã & ſpe lucri & ſatietate cædibus tpabant.ſola.n.relicta plebe aliud utilgus cũ cõiugibus ac liberis paruo quẽq̃ p̃tio uenundabát. Cũ multi ãt diſtraherent & emptores pauci eẽnt: q̃q̃ uoce p̃conis edixerat ne qs ſolus trãſfugeret:ut eo mõ familias ſuas educerẽt:tamẽ hos quoq̃ recipiebat:appoſitiſq̃ q ab his ſecerneret ſi qs digno ſupplicio uideret.Et infinita qdem multitudo uenit, Ex populo uero ſeruati ſunt pluſq̃ milia.xl.quos impator quõ cuiq̃ gratũ erat dimiſit.

Quidam ſacerdotũ promittens multa donaria Tito accepta fide pro fuga receſſit: multaq̃ uaria pulcherrima donaria dedit. Cap. XXIII.

Idem autẽ diebus etiam ſacerdotũ aliqs filius nebuthi noĩe ieſus accepta fide ſalutis a Cæſare ut de ſacris donariis quædã traderet:egrediẽs ac tradit ex phani pariete candelabra duo. His quæ in tẽplo erant poſita ſimilia menſaſq̃ & crateras oĩa ex auro ſolido & grauiſſimo facta.Tradit ẽt uela & pontificũ indumenta cum gemmis & uaſa multa ſacrificio cõparata. Quin etiã cuſtos ſacræ pecuniæ cõpræhenſus phinees noĩe ueſtes & cingula ſacerdotum oſtendit:multaq̃ purpurã & cocchum quæ ad uſum repoſita catapitiſmatis ſeruabãtur.Cum q̃bus aliquantum cinami erat caſiæ pigmentorũq̃ aliorum multitudo quibus cõmixta deo in dies ſingulos adolebant. Tradita ſunt aũt ab eo & ex aliis opibus multa & ſacra ornamenta non pauca:quorum gratia licet ui capto tranſſugæ tamen data eſt uenia.

Perfectis aggeribus machinas romani admouẽt:multi deſpantes in iloachas demittũt:qdã in aerã confugiũt quidam romanos applicãtes arietes ad muros ulciſcunt:Tyranni priuati ſpe:ſponte deſcenderunt de turribus:iudæi ad ſiloã confugiunt:a cuſtodibus recluduntur:romani in muris ſigna ponunt:ingreditur Titus admiratur q̃ tantas munitiones tyranni deſeruiſſent:admirata altitudine & compagine lapidum præficit Frontonem cuſtodiæ illorum: multos in ægyptũ mittit:multos uendidit multos etiam beſtiis deuorandos tradidit. Cap. XXIIII.

Am uero pfectis aggeribus ſeptẽbris mẽſis die ſeptimo: qui erat cœpto opere octauus & decimus dies:romani qdem machinas admouebãt. Seditioſoq̃ qdem alii q ciuitatẽ deſperauerant muris relictis in acram recedebant:alii ãt ſe in cloacas demittebãt. Multi aũt diſpoſiti ulciſcebant eos qui arietes applicarent:& hos aũt ſupabant multitudine ac uirtute romani.quodq̃ maximũ eſt.læti mœſtos atq̃ iã debiles.Cum aũt pars eſſet aliq̃ muri ſubruta nõnullæq̃ turres arietibus pulſatæ ceſſiſſent:ſtatim qdẽ propugnatores eaq̃ diffugiũt timor aũt etiam tyrannos neceſſitate maior inuadit.Nã & priuſq̃ tranſgrederent hoſtes torpore tenebant:& ad fugiendũ ſuſpenſi erant. Videres aũt paulo ante ſupbos & factis impiis arrogãtes ita tunc humiles eſſe ac tremere ut miſeráda eſſet.quãq̃ in negſſimis.tanta mutatio. Conati ſunt quidẽ ambitu & muro quo mœnia cingebant inuaſo atq̃ perrupto cuſtodes pellere atq̃ egredi. Cum uero quos antea fideles habuerãt nuſq̃ uiderent fugiebant quo quẽq̃ neceſſitas impuliſſet. Adeuntes ãt alii totũ ab occidente muq̃ ſubuerſum eſſe nũciarent:alii ſubiiſſe romanos aciẽ prepinquare q̃rentes:alii ẽt uidere hoſtes in turribus affirmarẽt metu fallente conſpectũ in ora proſtrati pro ſua dementia q̃rebantur:ac ueluti ſucciſi neruos qua fugerẽt hæſitabant. Vnde & maxime qs & uirtutẽ dei p̃ſpexerit contra iniuſtos & fortunã romanoq̃. Tyranni qdẽ ſemetipſos tuitione priuauere:ac ſponte de turribus deſcendere:unde ui nunq̃ ſola uero fame capi poterãt. Romani uero q tantũ in muris infirmioribus laborauerãt:eos quos inſtrumẽtis non potuiſſent nũc fortuna cœpere.Omnibus.n.machinis tres turres ualidiores erant de q̃bus ſupra memorauimus. Relictis itaq̃ his uel.quod eſt uerius.dei nutu in his deprehenſi confeſtim qdem ad uallẽ ſiloã confugere.Rurſum aũt ibi a metu paululũ reſpirauerunt munitionẽ qua murus erat accinctus ex ea parte partire.Vſi aũt infirmiori audacia quã neceſſitate.iam.n.uires eoq̃ labor metus: & calamitas fregerat.a cuſtodibus retrudunt:& per diuerſa diſiecti in cloacis deliteſcũt.Romani uero muris potiti ſigna in turribus poſuere:& plauſu atq̃ lætitia uictoriã cãtu celebrant: q̃ principio finẽ belli multo ſenſerant leuiorẽ. Deniq̃ ſine ſanguine muq̃ nacti nouiſſimum non eſſe credebant. cũq̃ nullum reluctantẽ uiderent.pro in certo mirabantur. In anguſtias autẽ uiaq̃ ſtrictis gladiis fuſi & quos cœpiſſent interficiebant:nullo diſcrimine:domoſq̃ totas cum oĩbus qui eo confugerant igni tradebant.Multas uero uaſtantes quas prædæ cã penetraſſent,integras mortuoq̃ familias & plena mortuis tecta quos fames confecerat offendebant. Ipſum deinde horrẽtes aſpectum uacuis manibus egrediebantur.Nec tamen eodẽ modo peremptos miſerantes. Non idem aũt circa uiuos patiebantur: ſed unum quẽq̃ obuium tranſfigendũ & anguſta uiarum cadaueribus obſtruxere:totãq̃ ciuitatem ſanguine diluere ut plæroſq̃ inciſoq̃ cædes extingueret.Et occidẽtes quidem ueſpere ceſſabant.nocte uero creſcebat incendium.Ardentibus aũt Hyeroſolimis illuxit dies ſeptẽbris mẽſis octauus ciuitati tot clades cũ obſideretur expertæ: quot bonis ſi uſa eſſet ex quo condita inuidenda manſiſſet,nulla tamen alia re tantis infœlicitatibus digna:niſi quoniã talem progeniẽ qua ſubuerſa eſt edidit, Intro autem Titus ingreſſus & alia & ciuitatis munitiones ac turriũ cauſas miratus eſt.quas tyranni per dementiã deſeruerant.Conſpecta quidem earum ſolida altitudine itẽq̃ magnitudine ſubtiliq̃ lapidũ compagine ſinguloq̃ quantumq̃ paterent uel

quantum erigẽrentur:deo inq̃t plane adiuuãte pugnauimus:& deus erat qui detraxit ab iſtis munimentis iudæos.nã quæ hoĩum manus:aut quæ machinæ ad iſtas ualerent? Tunc qdem multa eiuſmodi cũ amicis collocutus eſt.Quos uero a tyrãnis uinctos in caſtellis repperit relaxauit.Cũ aũt alia ciuitatis deleret muroſq̃ ſubuerteret eas turres fortunæ ſuæ monumentũ reliquit:qa eo militante his potitus fuiſſet quæ capi nõ potuiſſent. Quod ergo milites interficiendo laborabãt magna adhuc extabat ſupſtitum multitudo:ſolos qdẽ armatos Cæſar & q manũ opponerent iubet interfici. reliquã uero multitudiné ſaluam eſſe.Illi aũt cum his quos occidi mandatũ fuerat: etiã ſenes ac debiles trucidabant,uegetos aũt atq̃ utiliores coactos in tẽplum indeſtinatũ mulieribus ambitũ concluſerunt.Cuſtodes aũt his Cæſar appoſuit:unũ ex libertis & amicis ſuis Frontonẽ:qui fortunã quã meritus eſſet q̃ſq̃ decerneret. Ille aũt latrones qdem oés atq̃ ſeditioſos cũ alius ab alio iudicarent:occidit. Iuuenes aũt lectos q procero atq̃ formoſo eſſent corpe triũpho ſeruabat.Ex reſidua multitudine ſeptẽ & decẽ milia maiores annis uinctos mittit ad ægyptũ operibus deputandos.Plurimos aũt p̃ prouincias Titus diſtribuit in ſpectaculis ferro & beſtiis conſumendos.Qui uero infra.x.&.vi.annũ ætatis agerent uendidere.Hiſdẽ aũt diebus q̃bus ſecernebãtur a Frontone mortui ſunt fame.xii.milia q̃bus partim odio cuſtodũ non p̃bebatur cibus.ptim quoniã ipſi uictus faſtidio tenebant.Erat aũt præ multitudine hoĩum frumenti penuria.

Captiuorum numerus per omne tempus obſidionis numeratus fuit decies centena milia:loãnes ſempiternis uinculis ſeruatur.Symon uero ſeruatur triumpho. Cap. XXV.

Et captiuoq̃ quidem oĩum qui toto bello cõpræhenſi ſunt.xc.&.vii.miliũ cõpræhenſus eſt numerus.Hoſtiũ uero p omne tps obſidionis decies cẽtena milia. Hoq̃ plærique gentiles fuere:ſed non indigenæ. A totis.n.regionibus ad azimoq̃ diem feſtũ congregati bello ſubito circũfuſi ſunt: ubi primo qdem illis peſtifera lues ex loci anguſtia naſceretur.deinde citius fames.q̃ ãt caperet tantam hoĩum multitudinem ciuitas certũ erat ex his qui ſub Ceſtio fuerant.enumeratis.n.tunc uiris ciuitatis ac florus Neroni ſignificare cupiens cõtinenti nationem a pontificibus petiit ut ſi quomõ poſſent multitudinẽ numerarent. Illi aũt cũ dies feſtus adeſſet qui paſcha uocat quando a nona quidẽ hora uſq̃ ad undecimã hoſtias cædũt per ſingula qdem contubernia non paucioq̃ quã decem hoĩum fiunt:ſolum.n.epulari non licet: multi etiã uicini conueniunt.Hoſtiaq̃ qdem ducenta & quinquaginta milia & quingentas numerauere.Fiunt aũt ut denos epulatores p ſingulas imputemus uicies centena ac ſeptingentena milia ſancti oés & puri.nec enim leproſis ſiue uitiliginoſis & ſemine fluentibus:quos gonotitos uocant:neq̃ mulieribus menſtruo cruore pollutis neq̃ aliis inquinatis participare ſacrificia permittebantur:ſed nec alienigenis qdem niſi qui legionis cã ueniſſent.Magna uero hæc multitudo ab extraneis congregabatur. Tunc tamẽ tota gens fato concluſa eſt & farta hoĩbus ciuitas bello obſidebatur.Itaq̃ ſuperat oém humanam & diuinitus emiſſam peſtẽ numerus peremptorum. quos partim palã occidere partim cæpere romani.Rimantes.n.cloacas & ſepulchra ruẽtes quos offendiſſent iugulabant.Inuenti ſunt aũt ibi quoq̃ pluſq̃ duo milia quoq̃ alii manu ſua plures ãt mutuis ſe uulneribus interfecerant:cũ alios fames corripiſſet.Scæuus aũt corpoq̃ odor introeuntibus excurrebat adeo ut ſtatim multi recederent : alii pluris habendi cupidine congeſta cadauera calcantes ſe imergerent.Multæ nanq̃ opes in cuniculis inueniebantur: nephaſq̃ oém uiam lucri faciebat.Subducebantur aũt multi quos tyranni uinxerãt:nec enim in extremis a crudelitate ceſſauerant. Vltus eſt aũt deus utrũq̃ merito. Et ioannes qdem oppreſſus fame cũ fratribus in cloacis:qua ſæpe deſpexit a romanis dextram ſibi dari p̃catus eſt.Simon uero multa ui cum neceſſitate luctatus.ſicut deſignabimus.ſemet tradidi.Seruatus eſt ãt alter triũpho. Ioánes autem uinculis ſempiternis.Romani uero extremas oppidi partes incendunt:muroſq̃ ſubuertunt.

Capitur Hyeroſolima ſecundo anno principatus Veſpaſiani die octauo mẽſis ſeptembris: prius quinquies capta fuerat:Cõditor primus eius fuit chanã:qui iuſtus fuit appellatus: Cæſar iuſſit ut turres & pars quædam ciuitatis pro cuſtodibus remanerent:reliquum explanarunt:laudat Cæſar exercitum ſuum eiq̃ gratias agit de eorum uirtute & fortitudine:& pro geſtis rebus dona largitur & coronas & p̃mia multa ſingulis. Cap. XXVI.

Ta quidẽ hyeroſolima capta eſt ſecundo ãno principatus Veſpaſiani ſeptembris mẽſis octauo die.Quinquies aũt prius capta tunc iteq̃ uaſtata eſt.Aegyptioq̃ quidẽ rex aſobeus & poſt eũ Antiochus:deide Pompeius & poſt hos cũ herodes & Soſſius captũ oppidum ſeruauere.Anteã uero rex babylonioq̃ eo potitus excidit.Poſt ãnos ex quo ædificatum eſt mille.ccclx.& menſes octo & dies ſex . Primus ãt conditor eius fuerat chanã eoq̃ potẽtiſſimus q̃patria lingua iuſtus appellatus eſt rex.Erat quippe talis ideoq̃ ſacerdotũ deo primus exhibuit & phano primũ ædificato hyeroſolimã ciuitatem uocauit cũ ante ſolyma uocaret chananeoq̃ quidẽ populo rex iudæoq̃ leobius pulſo colendam ſuo tradidit: &.cccclxiiii.ãno poſt ac menſibus tribus a babyloniis euerſa eſt. A rege aũt leobio qui primus iudæus in ea regnauit uſq̃ ad id quod Titus fecit excidiũ anni.mille.clxxiiii. Ex quo primũ aũt cõdita eſt uſq̃ ad excidiũ anni.Mclxxvii.ſed.n.neq̃ antiquitas neq̃ ingentes diuitiæ neq̃ p totũ orbẽ terræ diffuſa notio nec

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

magna religionis gloria quicq̃ iuuit quo minus periret. Talis qdem finis hyerosolimoꝝ obsidionis fuit: q uero quos occideret quidue raperet nō habebat exercitus q iratis ais oia deerant: nec enim pcendo si esset quod ageret abstinuissent: iubet eū Cæsar totā funditus iā eruere ciuitatē ac tēplum relictis qdem turribus quæ p̄ter alias eminebāt: Phasello & Hyppico & Mariāne: muriq̃ tanto quanto ciuitatē ab occidente cingebat. Id qdem ut esset castrū illis custodiæ cā relinq̃ndis: turres āt ut posteris indicarent: q̃lem ciuitatē q̃ue munitissimā romanoꝝ uirtus obtinuisset. Aliū uero totū ambitum ciuitatis ita cōplanauere diruentes ut q ad eā accessissent habitatā aliquādo uix esse crederent: Hic qdem finis eoꝝ dementiæ: q nouas res mouere tentauerunt hyerosolimis fuit clarissimæ ciuitati & apud oēs hoies prædicatissimæ. Cæsar autem p̄sidio qdem illic statuit relinquere decimā legionem: nonnullasq̃ alas equitū ac peditum cuneos. Omnibus aūt belli partibus administratis & laudare uniuersum cupiebat exercitū pro rebus fortiter gestis & debita uiris fortibus p̄mia psoluere. Composito āt in medio ante hæc castris magno tribunali stans in eo cū proceꝝ eminentissimis unde ab oi milite posset audiri: magnā illis ait habere se gratiā q̃ beni uolentia erga se utendo pseuerassent. Laudabat aūt q̃ per oia bella morigeri fuissent quāq̃ præliando fortitudinē in multis magnisq̃ piculis monstrassent patriæ p se amplificātes imperium oibusq̃ planū facientes hoibus: quia neq̃ hostiū multitudo neq̃ munitiones regionū: neq̃ magnitudines ciuitatū uel audacia inconsulta & imanitates efferre aduersantiū possint unq̃ romanoꝝ uires uel manus effugere: q̃is in multis rebus aliqui fortunā opitulātem habuerint. Bonū qdem esset ait illos ēt bello finē ponere: quod & multo tpe gestū sit. Nec. n. optasse his quicq̃ melius cū id ingrederentur. Hoc aūt pulchrius atq̃ p̄clarius q̃ duces romani & procuratores imperii ab his declaratos ac p̄missos imperiū cuncti libenter suscipiunt. Et his quæ ipsi decreuere manendū putant agentes his gratias q legissent: mirari aūt se eos ac diligere oēs quia nemo uiribus alacritatē habuit tardiorem. Et illis tamen qui pro maiore ui clarius decertassent uitamq̃ suam cōdecorassent fortibus factis etiā re bene gesta militiam suā nobiliorem fecissent. Dixit se & honores & p̄mia redditurum nec ullum eoꝝ qui plus alio laborare uoluissent iusta uicissitudine caritatꝝ: magnamq̃ sibi huius rei fore diligentiā q̃ magis uellet honorare uirtutes eoꝝ qui militiæ socii fuissent q̃ punire peccata. Confestim ergo iussit eos quoꝝ partes sunt indicare: quos nam sciret fortiter aliquid in bello fecisse: & noiatim singulos appellatos p̄sentes collaudabat: quasi qui domesticis recte gestis nimium lætaretur: & coronas eis aureas imponebat & torques longasq̃ hastas. & signa ex argento facta donabat: & uniuscuiusq̃ ordinem mutabat in melius. Quin & ex manibus aurum & argentum itemq̃ uestes aliamq̃ prædam largiter distribuebat.

Cæsar donatis omnibus secundū eorum merita: ad sacrificia se conuertit deinde ad cæsaream maritimam descendit reponitq̃ in ea multitudinem manubiarum captiuosq̃ seruat: quia hyemis tempus prohibebat in Italiam nauigare. Cap. XXVII.

AMnibus autē ita donatis ut q̃sq̃ se meritū p̄buerat: uotisq̃ cū uniuerso exercitu factis magno fauore descēdit uertitq̃ se ad sacra pro uictoria celebrāda. magnaq̃ astāte bou multitudine circū aras īmolatos oēs exercitui dedit ad epulas. Ipse cū honoratis p triduū lætatus milites qdem alios quo quēq̃ cōueniret: dimittit. Hyerosolimoꝝ aūt custodiā decimæ legioni credit. Neq̃ ad Euphratē qui pridē ibi fuerāt misit duodecimæ legionis memor: qđ Cestio duce iudæis cōcesserat: totā quidem illā de Syria pepulit. Erat āt olym apud Taphaneos ad militē aūt q̃ sic uocat̃ misit. Hæc ad Euphratē in cōfinio Armeniæ & Cappadociæ sita est. Duas uero sibi obseq̃ satis esse dixit: donec ad Aegyptum p̄ueniret q̃nta & decima legiones. Deinde cū ad maritimam Cæsareā cum exercitu descendisset in eā manubiaꝝ multitudinē reposuit: captiuosq̃ ibi asseruari p̄cepit: q̃ ad Italiam nauigare tempus hyemis prohibebat.

Eo tpe quo Titus Cæsar Hyerosolimis cōmorat̃ obsidiōis cā Rhodū trāsmeat Titus ex cæsarea maritīa reuersus: aduēit i cæsareā Philippi celebrat ibi oia spectaculoꝝ genera. Cap. XXVIII.

PEr idem uero tp̄s quo Titus Cæsar obsidionis cā apud hyerosolimā commorabat̃ ascēsa naui onoraria Vespasianus Rhodū transmittit. hinc āt uectus triremibus posteq̃ oēs quas p̄ter nauigauit ciuitatis inuasit. & ab his cum uotis exceptus in Græciam ex Ionia transiit. egressus deinde Cercica in Apigiā delatus est unde iam terra iter agebat. Titus aūt ex maritima Cæsarea reuersus in Cæsaream quæ Philippi uocat̃ aduenit: diuq̃ ibi commorabatur: celebrans omnia genera spectaculorum: multiq̃ in ea captiui cōsumpti sunt. Alii bestiis obiecti. Alii autem cateruatim more hostium inter se depugnare coacti.

Inuenit Cæsar Symonem gorgiæ filium: & quomodo captus sit declaratur seruatur pro trium pho: quod romæ est facturus Cæsar. Cap. XXIX.

HIc Symonē etiā minorē Gorgiæ filium cōperit hoc mō comp̄hensum. iste Symon cum Hyerosolima obsideret in supiore ciuitate cōstitutus posteq̃ muros ingressus fuit exercitus totā uastare ciuitatē cœperat: tunc fidelissimis amicoꝝ ascitis & lapidariis cū ferramentis eorum necessitati congruis & alimentis quæ multis diebus sufficere possent. una cū illis oibus in aliquam occultiorē cloacā sese demittit: & quoad fossa patebat illa progrediebantur: ubi uero soliditas obstitisset: eā suffodiebant spantes posse ulterius ꝓgressos tuto emergere atq̃ ita seruari. Sed hanc expectationē ueram non esse rei periculū repellebat. Vix. n. paululū fossores ꝓcesserant: iāq̃ alimenta quāuis ex pte his uterent eos deficiebant. Et nunc igitur uelut stupore possit romanos fallere: albis tunicis innexaq̃ fibula ac chlamide purpurea indutus illum ipsum ex terra aditus ubi templū fuerat appuit. Ac primo qdē obstupuere qui eū uiderunt locisq̃ suis manebant. Deinde propius cū accessissent q essent pcontanti sunt. & id qdem Symon non dicebat iubebat aūt ad se ducem uocari. statimq̃ accersitus ab his q ad eū cucurrerāt uenit Terentius rufus. nanq̃ his rector militiæ relictus erat. oi aūt ab eo ueritate cōperta ipsum quidē uinctū custodiebat. cæsari uero quēadmodū esset cōpræhensus indicauit. Symonē qdem in ultionē crudelitatis quā in ciues suos amare ac tyrānice fuerat in potestate hostiū quibus maxie inuisus erat ita deus posuit. non ui subditum eoꝝ manibus: sed sua sponte ad supplicīū aductum propterea q̃ plurimos ipse crudeliter interemerat falsis criminationibus insimulatos defectiōis. s. ad romanos: nec. n. potest iram dei effugere nequitia: nec inualida est res iustitia: sed quandoq̃ sui temeratores ulciscitur: & grauiorem pœnā ingerit criminosis cū iam se liberatos esse crediderint: eo q̃ non statim luere cōmissa. Id etiam Symon didicit posteq̃ in iras romanoꝝ incidit. Illius aūt ascensus e terra magnam etiam alioꝝ seditiosoꝝ multitudinē hisdem diebus fecit in cloacis depræhendi. Cæsari aūt maritimā cæsaream reuerso uinctus Symon oblatus est: & illū qdem triūpho quem romæ acturus erat seruari iussit. Ibi āt moratus fratris sui natalem diē clarissime celebrabat multā partē dānatoꝝ eius honori attribuens. Numerus. n. eoꝝ qui cum bestiis depugnarūt quiq̃ ignibus cremati sunt & inter se digladiatores piere. Duo milia quingentos excessit. Omnia tamen romanis uidebant̃ hæc licet mille modis illi consumerent̃ minus esse supplicii. Postea cæsar beritū uenit: hæc aūt est ciuitas phœnicis ꝓuinciæ: Colonia romanoꝝ: & in hac quoq̃ diutius demoratus est: maiore usus claritudine circa natalē patris diem tā magnificentia spectaculoꝝ q̃ sumptibus aliis excogitatis cū etiā captiuoꝝ multitudo eodem quo antea modo periret.

Cæsar inuenit multos iudæos apud Antiochiam inuidus Antiochus irruit multiq̃ crematur ex his. Cap. XXX.

NUenit aūt per idem tempus iudæos q apud antiochiā reliqui erant acerba & exicīosa picula perpessi cōcitata in eos antiochenīū ciuitate tā propter criminationes illatas eis in p̄sentia q̃ ꝓpter ea q̃ fuerant non multo ante cōmissa. De q̃bus necessariū mihi uidet̃ pauca prædicere: ut etiā quæ postea gesta sunt cōsequenti narratione referamus. Iudæoꝝ nanq̃ gens multū quidem totius orbis indigenis asseminata est. Plurimū aūt syris in ciuitate permixta p̄cipue apud antiochiā uersabatur ꝓpter magnitudinē ciuitatis. Maxie uero his liberam domicilii facultatem reges qui post antiochū fuerant præbuerunt. Nanq̃ antiochus qdē qui epiphanes dictus est uastatis hyerosolimis tēplum spoliauit. Qui uero post eum regnū assecuti sunt: quicquid æneum in donariis fuit hoc iudæis apud antiochiā degentibus reddidere: i eoꝝ synagoga dedicatū est. Concesseruntq̃ ut pari cū græcis iure ciuitatis uterentur. A secutis quoq̃ eodem postea regibus modo tractata & multitudine præfecere & extructione: itēq̃ magnificētia munerum tēplum clarius reddidere: sēperq̃ religione sibi sociantes magnam paganoꝝ multitudinem etiam illos quodāmodo sui partem fecerunt. Quo tempore bellū autem fuerat conclamatum & recens: in syriam Vespasianus delatus est nauigio: iudæoꝝ uero odium apud oēs pullulabat tunc unus eoꝝ antiochus quidam plurimū patris causa honorabilis: erat enim prīceps apud antiochiam iudæoꝝ cum antiochensium populus cōcionaretur in theatro progressus in mediū patrem suum & cæteros deferebat: insimulans eos q̃ una nocte totam ciuitatē incendere statuissent: & ueluti gestoꝝ ꝓticipes quosdam hospites iudæos tradidit. His autē auditis populus irā cohibere nō poterat: sed in eos quidē qui traditi fuerant ignem iussit afferri: statiq̃ oēs in theatro concremati sunt. In multitudine uero iudæoꝝ properabat irruere: si eos celeriter ulti essent patriam suam seruatū iri existimantes. Antiochus aūt iracundiā magis accendere mutato quidē uolūtatis argumento quodq̃ iudæoꝝ mores exhibere ꝺse credens si paganorum ritu sacrificaret. itēq̃ iussit & cæteros cōpelli facere: renuendo. n. manifestos insidiatores fore. huius item rei periculo ab antiochensibus facto pauci qdem consenserunt: alii uero qui noluerunt perempti sunt. Antiochus aūt acceptis a romanoꝝ duce militibus sc̄æuus instabat suis ciuibus nequaq̃ eos die septīo ab opere cessare permittens: sed oia cogens facere quæ diebus aliis agerent. Tanq̃ ualidam necessitatem imposuit: ut nō modo apud antiochiā ut septimi diei feriæ solueren̄: sed ad hoc exordio in cæteris quoq̃ ciuitatibus ad breue similiter tempus fieret.

Declarat̃ noua calamitas q̃ accidit iudæis: accusant̃ iudæi ab ātiocho q̃ cremassent q̃dratū forum cū mu'tis aliis: cognoscunt̃ non fuisse in culpa per legatū uespasiani. Cap. XXXI.

VDæis aūt apud antiochiam qui tunc erant eiusmodi mala perpessis: altera denuo calamitas accidit: de qua narrare conati hæc quoq̃ ꝓsecuti fuimus. Nanq̃ q̃ quadratum foꝝ exuri cōtigit & archiua monimentorūq̃ receptacula publicoꝝ: itēq̃ basilicas uix q̃ ignis inhibitus est: sūper oēm ciuitatē magnanimus uiuens. Huius facti Antiochus

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

iudæos accusat: & antiochenses quo. ſ. his infesti antea non fuissent recenti ex incendio tumultu facile calumnia perpulisset: multomagis ex ãteactis fidem habere dictis suis persuasit: ut pœne se uidisse ignem ab iudæis inici arbitrarentur: & tanq̃ furore correpti magno cũ ardore cuncti aduersus eos q accusabant impetum facerent. Vix aũt motus eorum potuit reprimere collegas adhuc iuuenis legatus postulans sibi permitti referre ad cæsarem gesta. Rectoré nanq; Syriæ cesennium Priscũ. Iam quidé Vespasianus eum miserat: nondum aũt ille peruenerat. Habita uero diligenti quæstione collega reperit ueritatem. & eos iudæorum quidé quos Antiochus accusauerat nemo conscius fuit. Omne ãt facinus admisere hoies qdã nocentissimi necessitate debitos: rati quod si sos & scripta publica concremasset: exactione liberarent. iudæi quidem pro suspectis cõ sultatione criminationibus futura expectantes magna fluctuabant.

Accipit Cæsar litteras a patre q̃ desiderabilis ipse peruenit Romã & quo honore sit susceptus describitur. Cap. XXXII.

Ilius aũt cæsar a patre sibi allato nuntio q̃ uniuersis quidam italiæ ciuitatibus desiderabilis peruenisset: maxime uero q̃ urbs eum Roma summa cũ alacritate & claritudie suscepisset: in maximã lætitiam uoluntatéq; translatus est. curis de eo sibi erat suauissimum liberari. Vespasianum. n. etiam longe absentem oés hoies Italiæ uoluptatibus ut p̃sentem colebant expectatione sua q̃ nimis eũ uenire cupiebant p̃ eius aduentu ducentes: & oi habentes necessitate liberã erga illum beniuolentiã. Nam & senatus memor calamitatũ quæ mutatione principũ contigissent: optatum erat imperatoré suscipere senectutis honore bellicorũq; gestos maturitate decoratũ: cuius præsentiã sciebant soli saluti subiectos cõmodaturam: quod & populus malis intestinis sollicitus magis eum uenire cupiebat. tunc se calamitatibus quidem p̃ certo absoluendũ esse confidens: antiquã uero liberratem cũ opulentia receptus: præcipue pars militaris ad eũ respiciebat. Hi. n. maxie bellos per illum patratos nouerant magnitudinem: imperitiam uero alios ducũ experti atq; ignauiam magna quidé se optabant turpidine liberari. Eũ uero qui se & seruare & honestare solus posset recipere præcabant. Cũ uero hac beniuolentia diligeretur ab oibus honore quidem p̃cipuis uitis ulterius expectare itollerabile uidebatur. sed eũ longissime ab urbe Roma conuenire ante propabat: nec tamen quisq̃ moras eius conueniendi sebat: sed ita simul oés effundebant & uniuersis facilius & promptius ire q̃ manere uidebatur ut etiam ciuitas ipsa tunc primũ inter se iocundã sentiret hoium raritatem. Erant aũt pauciores abeuntibus remanentes. V bi uero eum appropinquare nũciatũ est: quãq; mansuete singulos suscepisset qui præcesserant nunciatũ est. ois iam reliqua multitudo per uias cũ cõiugibus & liberis præstolabant. & quo transiens aduenisset: uidendi eius uoluntaté uultusq; lenitaté oium genes uocibus prosequebant bene meritũ & salutis datorem solũq; dignum romanos principem appellãtes. tota uero ciuitas ueluti tẽplum erat sertis atq; odoribus plena. cum ãt uix p̃ circunstantẽ multitudinem in palatiũ uenire potuisset. ipse quidem penatibus diis aduentus sui gratulatiora sacra celebrauit uertunt ãt se ad epulas turbæ perq; tribus & genera & uicinias conuiuia exercétes deo delibabant & ab eo præcabant ipsum Vespasianum quãplurimũ tpis in romano imperio perseuerare & filium eius & qui ex his nascerent seruari inexpugnabilé principatum. urbs quidé romana Vespasiano ita suscepto statim maxima fœlicitate crescebat.

Describit defectio germanorum facta tpe quo Vespasianus erat in alexandria: qui credebant se posse liberari a dictione romanorum: his auditis a domitiano exercitus tédebat: tunc germani se sponte subdiderunt. Cap. XXXIII.

Ante hæc uero tépora qbus uespasianus qdé apud alexandriã erat. Titus uero hyerosoli mã obsidebat. magna ps germanos ad defectionẽ mota é: qbus ét galatæ proximi conspirátes magnã spẽ cõtulerant q̃ ét romanos domino liberarent. germanos ãt deficere uelle bellúq; inferre sustulit primo nã bonis cõsiliis uacua: puaq; spes apperés piculorum deinde odiũ principiũ: quoniã soli sciũt p̃ cæteris genté suã ui coactã seruire romanis. necnõ eqdé maximã tps eius fiduciã dedit. nã cũ uiderét romanũ iperiũ crebris impatos immutationibus intestina seditione turbari: oẽmq; his subditã orbis terræ ptem pendere ac nutare cognoscerent. hoc sibi optimũ tps ex illos rebus aduersis atq; discordiis oblatũ esse putauerunt. Id aũt cõsiliũ dabant: & hac eos ipe decipiebãt classicus qdem & ballis ex eos potẽtissimus: q olym quidé res nouas cupiebant: tpe ãt abducti suã sententiã pdidere. iamq; alacriter affectæ multitudinis piculũ facturi erãt. Ves maxia parte germanos defectione pollicita: & cæteris fortasse non dissentientibus: ueluti diuina puidentia uespasianus ad petiliũ cerealé q pridem germaniã rexerat litteras mittit: qbus eũ consulé declarauit: iussitq; ad britãnias administrãdas pficisci. igitur ille quod iussus erat abiiciés audita rebellione germanos in eos iam cõgregatos inuadit ordinata acie magnũ in conflictu numes peremit: depositaq; amentia ad sobrietaté coegit. Sed quanto cito illi ad loca non puenissent: tũc aut multo post erant supplicia luituri. Nã ut primũ defectionis eos nũcius allatus é romã. Domitianus cæsar hoc audito nõ sicut alter i illa etatæ fecisset. Ná oino adolescens erat tantã rei magnitudiné susciþe non detractauit: sed a patre habés ingenitã fortitudiné

& sũ pra ætatem exercitatus illico tendebat in barbaros. illi autem expeditiõis fama perculsi ei se permisserunt: lucrum hoc existimare maximum nacti: ut sine ulla clade pristino iugo subiicerent. Omnibus ergo circa galitiam ut oportuit ordinatis: ne facile rursus unq̃ turbarent. Domitianus clarus atq; insignis ætate superãtibus factis & partiũ decus afferentibus romã ingreditur.

Scythæ cõueniũt cũ germanis in defectione: transgressi flumen Istrũ multos ex romanis inter quos Pompeiũ Agrippã occiderunt: Vespasianus hoc audito rubeũ gallũ mittit q̃ multos occidit: alii domũ cõfugere: muniunt loca ne barbaris ãplius det locus talia faciẽdi. Cap. XXXIIII.

Vum supradicta uero germanorum defectione hisdem diebus etiã scytharum cõuenit audacia. Nanq; appellatur scytharum sarmatæ maxima multitudo clam transgressi flumen istrum uiolenti atq; scæuissimi propter inopinatum impetum: multos quidé romanorum quos in præsidiis offendere interficiunt. Et cõsularem uirum seniorem põpeium agrippam qui fortiter his obuius pugnauerat occidunt: proximasq; regiones totas feriendo atq; ducendo omnia quæ incendissent peruagabantur. Vespasianus autem hoc facto & uastitate mesiæ cognita rubrum gallum dirigit pœnas his impositurum: a quo multi quidem in præliis trucidati sunt. Qui uero salui esse potuere cum timore domum refugere. Hoc autem bello magister militum distinito etiam futuri temporis cautioni cõsuluit. Pluribus enim & maioribus præsidiis loca circundedit: ut omnino barbaris etiam impossibilis transitus. In mesa quidé bellum ea celeritate discretum est.

Titus reuersus ex beriti spectacula per ciuitates syriæ celebrabat: antiochenses expectant cum summo desiderio: petunt iudæos expelli qui non exaudiuntur: ad alias petitiones se conuenerunt: Titus inde hyerosolimam proficiscitur: miseraturq; calamitatem ciuitatis curatq; captiuos in italiam asportari: cupiens eos triumpho præterducere. Cap. XXXV.

Princeps uero Titus aliquamdiu quidem beriti commorabatur ita ut diximus. Inde autem reuersus & per omnes quas obiret syriæ ciuitates magnificentissima celebrans spectacula iudæorum captiuis ad ostentationem cladis eorum abutebatur. Conspicit autem in itinere fluuium cognitione dignissimum. is fluit medius iter arcas & raphaneas agrippæ regni ciuitates. Habet quoddam peculiare miraculum. Nam cũ sit quando fluit plurimus neq; meatu segnis: tamen interpositis sex diebus a fontibus deficiens siccum exhibet locũ uidere. Deinde quasi nulla mutatione facta septimo die similis exoritur: atq; hunc ordinem semp eum obseruare procerto compertum est. Vnde etiam sabbaticus appellatus est: a sacro iudæorũ septimo die sic nominatus. Ciuitatis autem antiochensium populus quoniam Titum aduentare cognouit: manere quidem intra mœnia præ gaudio non patiebatur. Omnes autem obuiam ei pgere properabant usq; ad triceſimum uel eo amplius stadium progressi non modo uiri sed etiam fœminæ cum pueris expectabant. Et cum appropinquãtem uidissent ex utroq; uiæ latere stantes dextras cum salutatione tendebant: multisq; fauoribus exultantes cum ipso reuertebantur. Credebro autem inter omnes alias laudes precabantur ut iudæos expelleret ciuitate. Titus quidem nihil precibus istis indulsit: sed ociose quæ dicebantur audiebat. incerti autem quid sentiret qdue facturus esset iudæi magno & attroci metu tenebantur. Nec. n. cõmoratus est ãtiochiæ Titus: sed continuo ad zeuma euphratẽ uersus iter contendit. Quo missi etiam ab rege parthorum uenere auream ei ferentes coronam q̃ iudæos uicisset. Eaq; suscepta etiam cõuiuium exhibuit regiis atq; ita antiochiam remeauit. Curia uero & populo antiochensi multum petentibus ut in theatrum ueniret ubi omnis eum multitudo præstolabatur humanissime paruit. Rursus autem fortiter iisdem instantibus & crebro postulantibus expelli ciuitate iudæos ingenioſe respondit patriã eos dicens quo expellendi fuerat interisse: nullumq; iam esse locum qui eos reciperet. Vnde ad aliam petitionẽ sese conuertunt antiochenses q̃ priorem impetrare non potuerunt. Aeneas enim tabulas eum præcabantur eximere quibus incisa essent priuilegia iudæorum. Sed ne id quidem Titus adnuit. uerum in eodem statu relictis omnibus quæ habebant apud Antiochiã iudæi: ad Aegyptum inde discessit. Iter autem agendo cum ad Hyerosolimam uenisset tristemq; solitudinem quam uidebat antiquæ ciuitatis claritudini compararet. Dissectorum operum magnitudinem & ueterem pulchritudinem recordatus miserebatur excidium ciuitatis non sicut alius fecisset exultans q̃ talem & tam funditus excidisset. Verũ multa imprecans seditionis auctoribus: & qui hãc pœnam ei inferri cogere: ita certus erat q̃ nunq̃ uirtutem suam uoluisset punitorum calamitate clarescere. Ex magnis enim diuitiis non minima pars in ruinis adhuc inueniebatur. Quædã enim eruebant romani. Plura uero captiuis indicantibus auferebant aurum atq; argentum aliaq; instrumenta prcioſissima: quæ domini propter incertam belli fortunam terræ condidere. Titus autẽ ppositum iter ad Aegyptum tendens emensa uelociter solitudine peruenit. Alexandriã decretoq; ad italiam nauigare cũ se duæ legiones commitarent utranq; unde uenerat remisit. quintã quidé in Mysiam: quintam uero decimã in Pannoniã. Captiuos autem duces Symonem & Ioannem & alios numero septingentos uiros electos tã magnitudine corpos q̃ pulchritudine præstantes illico ad italiam portare præcepit: cupiens eos triumpho præterducere.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Venienti Tito romam: pater cum tota ciuitate obuiam prodiit: ordinatur triumphus cõmunis:& pompa triumphi declaratur:& modus exeundi in triumphum:quo ordine quæcũq; sint distributa & ostensa parantur conuiuia ab oibus p totam ciuitatẽ: diesq; gratulationis celebratur: cum spe finis malorum ciuilium:& fœlicitatis principum. Cap. XXXVI.

PEracta uero nauigatione pro uoto similiter quidem Roma in eo suscipiendo erat affecta:& excursus exhibuit ei quos patri.Claritudinẽ uiro tito pater attulit q uenit obuiã eũ quæ susciepit. Multitudini aũt ciuiũ diuinã quandã letitiã suggerebat q uidebat in unũ tres cõuenisse.Non multis aũt diebus post unũ cõem triũphũ ob res gestas agere statuere.quãuis utriusq; senatus propriũ decreuisset.prædicto ãt die quo futura erat pompa uictoriæ: nemo ex tam infinita ciuitatis multitudine domi remansit. Omnes ãt cum essent loca ubi tantũ stare possent præuenerãt: quãtus spectãdus iperatoribus modus sufficeret cõcesso necessario transitu. Cuncta uero parte militari ante lucẽ p turmas atq; ordines ꝓgressa cũ rectoribus suis & circa hostia cõstituta non palatii supioris:sed ꝓpe lsidis templũ ibi.n.principes nocte illa ꝙescebant.prima iam aurora incipiente ꝓcedunt Vespasianus & Titus lauro qdem coronati. amicti uero patria ueste purpurea:& ad octauianas ambulationes transeunt.Ibi.n.senatus & ducũ proceres & honorati equites eoꝝ præstolabantur aduentũ. tribunal aũt ante porticus factũ erat: sellæq; eburneæ in eo præparatæ.Quo cũ ascendissent consederũt. Statiq; partis eos militaris fauor excepit:multis uirtutũ testimoniis prædicans. illi aũt inermes erant in ueste serica laureis coronati.Perceptis aũt laudibus eoꝝ Vespasianus cũ dicere adhuc uellent silentii signũ dedit. Magnaq; oium quiete facta surrexit:& amictu magnam partem capitis adopertus solẽnia uota celebrauit:idemq; titus fecit.Perfectis aũt uotis Vespasianus in cõmune oẽs breuiter allocutus ẽ. Milites quidẽ ad prandiũ quod his ex more ab impatore parari solet dimittit. Ipse uero ad portã recedit quæ ab eo q; per illã semper triumphoꝝ pompa ducitur nomen accepit.ibi & cibũ prius capiebant & triumphalibus uestibus amicti diis ad portam collocatis: cæsa hostia inter spectacula transeuntes triumphũ ducebant ut multitudini facilior præberet aspectus.Pro merito aũt narrari multitudo illoꝝ spectaculoꝝ & magnificentia non potest in oibus quæ quisq; cogitauerit uel artium factis uel diuitiaꝝ opibus uel naturæ nouitate. Nam pœne quæ cũ hoibus qui usq; sunt fortunatis paulatim quæsita sunt:aliis alia mirabilia atq; magnifica.Hæc uniuersa illa die romani imperii magnitudinẽ probauere. Etenim argenti auriq;: necnon eboris in oĩ genere speciẽ siue opeꝝ multitudinẽ:non ut in pompa ferre cerneres:sed si quis dixerit oia fluere: & alias quidẽ uestes ex rarissimis generibus purpura portari:alias diligẽtissima pictura uariatas arte babylonia gẽmæ aũt clarissimæ & tam multæ aliæ coronis aureis aliæ speciebus aliæ fortunæ in clusæ traductæ sunt:ut appareret frustra nos eoꝝ usq; ueꝝ esse aliquid suspicari.Ferebant simulachroꝝ sigilla:quæ illi deos habebant & magnitudine mirabili & arte non defunctoriæ facta.Horumq; nihil non ex ꝑciosa materia. Quin & aĩalium diuersa genera producebant propriis ornamẽtis induta. Erant aũt quæ ẽt singula portarent magna hoium multitudo purpureis uestibus atq; iauratis ornata.Ipsi etiam q ad pompã fuerant alia turba discreti:præcipua & mirabili ornamentoꝝ magnificentia culti erant.Insuper his ne captiuoꝝ quidem uulgus inornatũ uideres: sed uarietas & pulchritudo uestium natam ex fatigatione corpoꝝ deformitatem oculis subtrahebat. Maxime autẽ stupor erat machinaꝝ quæ portabant siue prægmatũ fabricatio pro cuius magnitudine timendũ uiribus portantium occurrentes putabant.Multa.n.in tertium nidum quartũq; surgebant:& magnificentia fabricæ cũ admiratione delectabat:multisq; aurata ueste circundatis cum aurum præterea factum atq; ebur omnibus esset affixum. Multis aũt imitationibus bellum aliter in alia diuisum certam sui faciem demonstrabat. Erat.n.cernere uastari fortunatissimam terrã: totas uero interfici acies hostium & alios fugere:alios captiuos duci: muroq; excellentes magnitudine machinis diruí:& castelloꝝ excindi munimina & populosarum ciuitatum mœnia disturbari:exercitumq; intra muros infundi:cædisq; omnia loca plena:& eoꝝ qui manu resistere non poterãt præces:ignemq; templis immissum ædiũq; super dominos:& post multam uastationẽ euersionis atq; ois tristitiæ defluentis: nõ arua culta neq; ad hoium uel pecorum potum: sed terram ex oĩ parte flagrantem.Hæc.n.iudæi bello passuros esse ipsi experti sunt. Ars aũt & confectorum operũ magnitudo nescientibus adhuc fieri tanq; præsentibus ostendebant. Erat aũt per singula prægmata captæ ciuitatis dux ita ut captus fuerat:ordinatus.multæ ãt naues sequebant spolia uero alia:alia qdem passim ferebant.Eminebãt ãt duces eoꝝ quæ apud hyerosolimã in tẽplo repta sunt: mensa aurea ponderis talenti magni & candelabrũ qdẽ similiter auro factũ:sed opere cõmutato abusus nostra cõsuetudine.Nã media qdẽ colũna basi hærebat:tenues aũt ab eo cãnulæ ꝓducebant: formatæ ad similitudinem fuscinæ & summum cuiusq; in lichini speciem fabricatæ.Erãt autem numero septem septimi dieꝝ:qui apud iudæos est indicantes honorem. Post hæc autem portabatur lex iudæorum nouissima spoliorum. Deinde transibant plurimi uictoriæ simulachra portantes:omnia ex auro & ex ebore facta. Post quæ Vespasianus prior ibat:& titus deinde sequebatur. Domitianus autẽ adequitabat:ipse quoq; ornatus pulchritudine dignũq; spectari exhibens equũ.

Pompæ autem finis fuit capitolini iouis templum. Quo postq̃ uentum est cõstitere. Erat autem uetus mos patrius operiri donec ducis hostium mortem quispiam nunciaret. Is erat Symõ gioræ tunc inter captiuos in pompa traductus:laqueo uero circundatus per publicum trahebatur:q eũ simul cæderent qui ducebant.Lex aũt romanis est ibi necare criminũ reos morte dãnatos. Postq̃ igitur eũ finẽ uitæ habere nunciatũ est oĩumq; fauor secutus est tũc hostias inchoare. Hisq; oino pactis secũdo p uota solẽnia in palatiũ recessere. Et alios qdẽ epulis ipsi excepe: aliis ãt oibus domi cõuiuioꝝ instructi erant appatus. Hunc.n.diẽ urbs romana celebrabat uictoriæ qdem in hostes gratulatoriũ:finem uero maloꝝ ciuiliũ & spei bonæ ꝓ fœlicitate principum.

Vespasianus peractis triumphis decernit ædificari templũ pacĩ:donatoq; templum muneribus pigmentoꝝ operibus omnia quæ fuerant iudæoꝝ in eodẽ templo reposuit. Cap. XXXVII.

POst triumphos uero & romani imperii firmissimũ statum.Vespasianus paci templum ædificari decreuit. Itaq; ita celeritate & quæ hoium cogitationẽ superaret effectũ est. Magna.n.diuitiarum largitate usus insuper sectis id picturæ ac pigmentoꝝ operibus decorauit. Omnia nanq; in illud phanum collecta sunt:quoꝝ uisendoꝝ studio per totum orbẽ qui ante nos fuerunt uagabant quõ aliud apud alios sitũ esset uidere cupientes. Hic ãt reposuit etiam quæ iudæoꝝ fuerant instrumenta hisq; se magnifice ferẽs. Legem uero eorum: & penetralium uela purpurea in palatio condita seruari præcepit.

Locilius bassus in iudæã legatus mittitur: statuit bellum inferre macherũtis: describitur Herodiõ fortitudo:& situs inacessibilis:ab Herode hoc castellũ munitum est: nascitur in eius ualle herba q̃dam mirabilis uirtutis:sunt balnea ameniss̃ima:castellũ locilius accipit:multos occidit: q castellum tradiderunt dimisit. Cap. XXXVIII.

IN iudæam uero legatus missus Locilius Bassus susceptο a Cereali Vitelliano militũ magistro castellũ quidem Herodiõ ab incolentibus sibi sociauit. Post aũt omni manu militari collecta.multi aũt in partes diuisi erant.& legione decima bellũ inferre machetuntis statuit.Valde.n.necessariũ uidebatur id excindi castellũ ne multos sui munimine ad defectionem inuitaret.Nam & salutis spem habitatoribus certam & aggredientibus hæsitationẽ atq; formidinẽ natura loci præstare maxie poterat.Nam ipsum quidem quod muro cinctũ est saxosus est collis in ꝓceram altitudinẽ surgens: & ob hoc etiã capi difficilis uideret: sed ne uel accedi posse eo natura excogitarat:quæ uallibus eũ ex oĩ parte ualluerat:quaꝝ altitudo oculis cõprehendi non posset:nec transire erat facile: nec a gestu ulla rõne cõpleri possibile. nã ea quæ ab occidente sita erat uallis.lx.stadiis distendit:unde Asphaltidis lacus ei limitem facit.Ex hoc uero tractu ipse macherus altissimo uertice supereminet. a septentrione ãt & meridie ualles magnitudine quidẽ supradicta uincunt.similiter uero sunt inextricabiles. Ad conatũ uero eius uallis quæ ab oriente est altitudo non minor centũ cubitis inuenit.Monte uero ex aduerso macherunti posito terminat.Ea loci natura ꝓspecta rex Alexander primitus in eo castellũ cõmuniuit: quod postea Gabinius bello cũ aristobolo gesto deposuit.Herodi aũt regnanti oĩbus locis dignior cura uisa est & constructione tutissima propter arabũ præcipue uicinitatẽ.Nãq; opportune situs est eoꝝ fines ꝓspectans. Magno ergo locũ muro amplexus ac turribus ciuitatẽ illic fecit incolis unde in arcẽ ipsam ferebant ascẽsum.Quin & ipm uerticẽ rursus ædificauerat:turresq; in angulis.clx.cubitis erexerat. In medio ãt ambitu regiã struxerat magnitudie simul habitationũ & pulchritudie locupletem. Multas uero cisternas recipiendis aquis abundæq; suppeditantibus locis maxie idoneis fecerat:ueluti cũ natura certaret:ut quod illa situ loci iexpugnabile fecerat:ipse manu instructis munitionibus superaret.Insuper.n.& sagittaꝝ multitudinem machinarũq; reposuit:& omnẽ apparatũ excogitauit qui habitatoribus posset magnæ obsidionis ꝑstare contemptũ.Erat autẽ in ipsa regia ruta mirabilis magnitudinis: nullo enim caryce uel celsitudine uel magnitudine uincebatur.Ferebant ãt eam ex Herodis tẽporibus ꝓueraſſe: manssisseq; ulterius profecto: sed ab iudæis q locum cœperant excisa est. Vallis autẽ qua ciuitas a pte septentrionali cingit quidã locus Babras appellabat: ubi radix in eodem nomine gignit quæ flãme quidẽ assimilis est colore.circa uesperã uero ueluti iubare fulgurans accedentibus eam q euellere cupientibus facilis non est: sed tãdiu refugit nec prius manet quã siquis urinam muliebrem uel mẽstrũ sanguinẽ sup eã fuderit. Quin ẽt tunc siquis eã tetigerit mors certa est:nisi forte illã ipsam radicẽ ferat de manu pendentem.Capitur aũt alio quoq; modo sine piculo qui talis est.Totam eam circunfodiunt ita ut minimum ex radice terra sit conditũ.Deinde ab ea religant canẽ illoq; sequi eũ a quo religatus est cupiente radix quidẽ facile euellit:canis uero continuo morit:tanq; eius uice a quo herba tollenda erat traditus. Nullus.n.postea accipientibus metus est. tantis aũt periculis propter unã uim capi eam operepreciũ est.Nanq; uocant dæmonia pessimoꝝ hominum spiritus uiuis imensa eosq; ne cantia quibus subuentũ non fuerit.Hæc cito etiã si tantũmodo offerat ægrotantibus abigit.Fluunt aũt ex eo loco aquarum fontes etiam calidarum multum inter se sapore diuersi. Alii nanq; amari sunt:aliis nihil dulcedinis deest.Multi autem frigidæ aquæ ortus non solum in humiliori-
bus locis fontes alternos habent: sed quod amplius quis miretur in proximo. Etenim quædam

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

ſpelunca cernitur non quidem alte caua:ſaxo autem imminente protecta. Super hoc ueluti duæ mammæ inter ſe paululum diſtantes. Et altera quidem frigidiſſimum fontem: altera calidiſſimũ fundit. Qui mixti lauacrum ſuauiſſimum præbẽt:multiſq; morbis ac uitiis ſalutare:maxime uero neruorum curationi conueniens:hẽrq; idem locus metalla fulfuris & alumis:Baſſus aũt conte platus undiq; regionem ualle orientali repletam expugnatione aggredi ſtatuit: opuſq; inchoauit ꝓperans agerem q̃plurimũ extollere faciléq; per eum obſidionẽ facere. Qui uero intus fuerãt deprehenſi ab externis ſegregati iudæi illos quidem coegere inane uulgus eſſe exiſtimantes inferiorem obſeruare ciuitatem ac pericula priores excipere:ſuperius uero caſtellũ ipſi occupatum tenebant:& propter munitionis firmitatem:& ut ſaluti ſuæ conſulerent. Impetraturos.n. ſe ueniã opinabant̃ ſi locum tradidiſſent romanis. Prius aũt ſpem uolebant experiendo obſidionis declinandæ conuincere. iudaiq; alacri animo in dies ſingulos excurſus habebant & cũ his quos ſors obtuliſſet conſertis manibus multi quidẽ moriebant̃ multoſq; romanos interficiebant:ſemp aũt utriuſq; plus ex rempore uictoria captabat̃:iudæis q̃dem ſi in cautiores aggrederent̃: in aggere ãt poſiti ſi improuiſum excurſum eoꝝ bene ſepti armis exciperent. Sed non erat finis obſidionis futurus. Rex ãt quædã fortuitu geſta inopinatá caſtelli tradendi neceſſitaté iudæis ipſe fuerat. inter obſeſſos iuuenis ex audacia ferox eſt & manu ſtrennuus eleazarus noie. is ãt fuerat & incurſibus nobilis multos aggredi aggreſſumq; ꝓhibere obſeruans: ẽt imprælijs ſemp grauiterq; romanos affligiens:audaciaq; ſua ſocios ꝓſequens:impetum quidẽ facilem his: periculo aũt uacuum diſceſſum afficiebat nouiſſimus recedẽdo. itaq; diſcreto quodã die pugna ꝓgreſſa ex utraq; parte ipſe tanq̃ deſpiciens oẽs exiſtimans neminẽ tunc hoſtiũ prælium exceptuꝝ extra portã remanſit: & i muro ſtantes alloquebat̃ tutamen illoꝝ attendens. Hanc aũt oportunitaté uidit quidã ex caſtris romanoꝝ ægyptius nomine rufus:& quod nemo ſperaſſet impetu facto cũ ipſis eũ armis repente correptũ cum hoc uiſo ſtantes in muro ſtupor teneret in caſtra romanoꝝ traduxit. Poſtq̃ uero dux hundũ præcepit extendi & in aperto conſtitutũ ut ex ciuitate cõſpiceretur cædi uerberibus uehementer iudæos confugit caſus adoleſcẽtis uniuerſaq; ciuitas in fletu erat:& quæſtibus:unius uiri clade perculſa. Id ubi baſſus animaduertit cõſilioꝝ aduerſus hoſtes hoc principiũ ſumpſit: eorũq; miſerationẽ augere cupiens quatenus coacti ꝓ eius ſalute caſtelli traditionẽ facerent:quod ſperauit adeptus eſt. Nam ipſe quidẽ uelut mox eleazaꝝ ſuſpenſurus crucẽ defigi iuſſit. Ea uero cõſpecta maior caſtellanos dolor inuaſit:& ululando quærebant̃ intolerabilem eſſe calamitatẽ uociferantes. Tunc igitur eleazarus eos orabat:ne uel ſe deſpicerent: mortẽ miſerrimã ſe ſubituꝝ ſibiq; ipſis ſalutem præberent:poſtq̃ iam ſubacti oẽs romanoꝝ uiribus ac fortunæ concederent. illi aũt & eius ſermõe fracti & quod multi intus pro eo ꝓcabant̃: ex magna.n. & populoſa propinquitate genus ducebat:& contra ingeniũ ſuũ miſericordia uicti ſunt. Et q̃buſdã celeriter miſſis colloquebant̃ caſtelli traditionẽ facere petentes ac reddito ſibi eleazaro ſine metu dimitti. Cum aũt his ac cenſus eſſet dux romanoꝝ multitudo ciuitatis inferioris inita ſeparati cũ iudæis cognita pactiõe ipſi clam nocte aufugere ſtatuere. Cũ uero portas aperuiſſent ab his q deditionẽ ꝓmiſerãt ad baſſum nũcius uenit:ſiue inuidia ſalutis eoꝝ ſiue formidine ne eoꝝ fuge cãs ipſi ꝓſtarent. Sd fortiſſimi quidẽ fugientiũ q præceſſerant euaſere. Reliquoꝝ ãt uiri q̃dem mille ſeptingẽti. pempti ſunt: mulierculæ uero & pueri in ſeruitiũ ducti. ſponſiones aũt cum his q caſtellum dedidere habitas: Baſſus conſeruandas eſſe ratus & ipſos dimiſit:& Eleazarum reddidit.

Ad ſaltum qui appellatur Iarden ducit exercitum Locilius:militibus cingit: bellum committitur:nullus ex iudæis euaſit:iudas dux eorum cloacis latenter effugit. Cap. XXXIX.

His ãt adminiſtratis in ſaltũ q appellat̃ Iarden ducere ꝓperabat exercitũ:multi.n. illuc cõgregati eſſe nunciabant̃:qui pridẽ tpe obſidionis ex Hyeroſolimis & Macherunthe ꝓfugerant. Ergo cũ ad locũ ueniſſet neq; falſum fuiſſe nunciũ reperiſſet. primo quidem oẽm locũ cum eqtibus cingit: ut ſi quis iudæoꝝ conatus fuiſſet euadere: fugiendi per equites copiã nõ haberet. Pedites ãt ſiluam iuſſit cædere ne inde cõfugerent. Hoc mõ ad neceſſitatem adducti ſunt fortiter aliquid faciendi uelut ex audaci certamine fortaſſe fugã etiã reperirent. Itaq; ſimul uniuerſi & cũ clamore impetu facto in eos a q̃bus cincti fuerant irruũt. Illi ãt fortiter excipiebãt. multaq; his audacia illis cõtentione uſis:diu q̃dẽ præliũ factũ eſt. Non aũt ſimilis euenit finis pugnæ certãtibus. Nã romanoꝝ quidẽ. xii. tantũ cõtigit occũbere neq; multos ſautiari: Iudæoꝝ uero ex illo ꝑlio nullus euaſit. Sed cum non eſſent pauciores tribus milibus ꝓſtrati ſunt oẽs:eorũq; dux Iudas Giari filius:de quo ſupra meminimus q ordini cuidã præpoſitus cũ hyeroſolima obſideretur:q̃bus demerſus fuerat cloacis latenter effugit.

Scribit Cæſar ad Liberium procuratorem ut iudæam uendat iuſſitq; ſingulis annis q iudæi omnes binas dragmas in capitolium ferrent. Cap. XL.

Eodem uero tempore Cæſar etiam ad Liberium maximum ſcripſit. erat aũt ꝓcurator: ut omnem terram uenderet iudæoꝝ. Nec enim ciuitaté in ea condidit propria ſeruãs & patriã ſuam. Solis uero octingentis militibus illic relictis locũ dedit quẽ incolerent: qui uocat̃ Amaſia. diſtat aũt ab hyeroſolimis. xxx. ſtadiis. Stipendiũ uero ubicũq; dege

rent iudæis induxit binas drachmas ſingulis annis deferre in capitoliũ iuſſit: ita ut ante hæc hyeroſolimoꝝ templo pendebãt: & res quidẽ iudæoꝝ illo tempore hunc ſtatũ habebant.

Accuſatur Antiochus apud Cæſarẽ a Ceſſennio peto:q̃ deficeret a romanis: mittit Veſpaſianus ut qd uideatur peto efficiat:Capiẽ Antiochus poſt longã pugnam cũ filiis ſuis: ducit̃ Romã uinctus:Audiens Cæſar legatũ Antiochum iubet uincula auferri. filii cogitãt conciliaturos patrẽ Cæſari:ueniunt Romã:cum patre aduecto ex lacẽ demonæ ibi manſerunt. Cap. XLI.

Iam uero quarto anno Veſpaſiano adminiſtrante imperiũ contigit Cõmagenem regẽ Antiochum in maximas clades cum tota domo incurrere ex cã huiuſmodi. Ceſennius petus q tunc Syriam adminiſtrabat ſiue re uera ſeu ꝓpter inimicitias antiochi certum non ualde patefactũ eſt. litteras ad Cæſarem miſit. Antiochũ dicens deficere ab romanis cũ Epiphane filio decreuiſſe:pactis habitis cũ rege parthoꝝ: ꝓptereaq; debere illos antecapere ne ſi priores nouas res adorti eſſent:totum romanoꝝ imperiũ bello ꝑturbarent. Non erat autem Cæſar huiuſmodi nunciũ ad ſe perlatũ neglecturus. nam uicinitas regũ maiore negociũ ꝓuidentia dignũ eſſe faciebat. Samoſata.n. Commagene maxia ciuitas iuxta Euphratẽ ſita eſt ut eſſet partis:eo nanq; id cogitauere facilimus tranſitus: tutũ aũt receptaculũ. fide igiẽ habita & ptãte ſibi pmiſſa ut ageret quod expedire uideret̃:negligendũ non putauit. Subito tamen Antiocho eiuſq; ſociis nihil opinãtibus in cõmagenã ingreſſus eſt ex legionibus quidẽ ſextã ducens: & inſup quoſdam cuneos alaſq; equitũ. Habebat ãt auxilio reges terræ q̃dem quæ chalchaica uocat̃ Ariſtobolum eius aũt fratrẽ Maſadamũ. Introitus aũt illis ſine certamine: q̃ nemo indigenaꝝ manus ualebat opponere. Antiochus.n. inſpato perculſus nuncio bellũ quidẽ contra romanos ne cogitatiõe concepit. Decreuit aũt toto regno in eo quo erat tractu relicto cũ coniuge ac liberis egredi. Hoc ſe romanis puꝝ ab ea ſuſpitione quæ ſibi ingeretur probaturꝝ eſſe ratus. Progreſſuſq; de ciuitate cxxx. ꝓpe modũ ſtadiis in campo tabernaculũ ponit. Petus aũt in Samoſata qui eam capeſſerent mittit:& p eos ciuitatẽ tenebat. Ipſe uero cũ alio milite in Antiochũ ire tendebat. Non tamen rex uel ipſa neceſſitate adductus eſt aduerſum romanos aliquid belli congerere. Sed fortunã q̃ æſtus quiduis pati ſuſtinebat. Adoleſcentibus aũt belliq; peritis uiq; corporis præſtãtibus filiis eius nõ erat facile in calamitate ſine pugna durare. Itaq; ad uirtutem ſe conferunt Epiphanes & Callennicus. Vehementi aũt pugna per totã diem hibita inſigni fortitudine demonſtrati ſunt: nullaq; ptẽ ſuaꝝ uirium diminuta diſcedunt. Antiocho uero neq; pugna hoc modo pacta manere domi tolerabile uidebat̃: ſed abducta coniuge cũ filiabus in ciliciam fugit: atq; hoc facto militũ ſuorum animos fregit. Nam ueluti deſperato ab eo regno defecere: & ad romanos ſe tranſtulere ciuesq; erat deſperatio. Ergo priuſq̃ pœnitus deſtituerẽtur auxiliis epiphani cũ cæteris ſeruare ſe ex hoſtibus erat neceſſarium. Fiuntq; omnes equites decem qui cũ his una tranſgreſſi ſunt flumẽ euphratẽ: hinc iam ſine metu profecti cũ ad bologeſſen parthoꝝ regem ueniſſent: nõ quaſi fugitiui deſpecti ſunt:ſed adhuc fortunam priſtinã retinẽtes omni honore dignati ſunt. Antiochũ uero ubi tharſum ciliciæ uenit miſſo hecatontarcho petus uinctum romã tranſmiſit. Veſpaſianus aũt ita regem ad ſe deduci non paſſus eſt:dignius eſſe ratus ueteris amiciciæ habere rationem: quam uel li occaſionem inexorabilem iracundiam obſeruare. Itaq; iubet ei iter agenti auferri uincula iterq; miſſaq; interim profectiõe Romam apud lacedemoniã degere:magnos uero ei pecuniæ reditus præbet:ut non modo copioſe ſed etiam regie uictum haberet. His epiphanes & cæteri cognitis patri ante metuebant magna cura & inextricabili animos relaxarunt: & ipſi quoq; ſpem reconciliandi cũ cæſare concepere. Cum ãt etiam bologeſſus de his ſcripſiſſet ad cæſarem nec.n. quãuis fœliciter agerent:extra romanum uiuere patiebãtur imperium: & cum cæſar his mãſuete facultatem dediſſet:romam uenerunt. Patre autem ad eos ex lacedemonæ ſtatim aduecto cum omni honore his haberetur ibi manſere.

Scythæ his tpibus cogitant medicã terram inuadere:colloquuntur cum hyrcanoꝝ rege:adhibito aditu fines omnes populantur:ad Armeniam uſq; peruenere. Cap. XLII.

Ganorum aũt natio quod q̃dem ſcythæ ſunt iuxta flumen tanain & meotides paludes ſedes habentes iam quodã loco memorauimus. His uero temporibus inito cõſilio ut terram medicã & ulterius prædandi cã peruaderent cum rege hyrcanoꝝ colloquunt̃. Nanq; is eſt illius trãſitus dominus:quẽ rex Alexãder ita fecerat ut portis ferreis clauderetur. Aditu aũt ſibi præbito uniuerſi nihil ſuſpicantibus medis incumbũt: eorũq; fines populoſos omnigenũq; pecoꝝ plenos diripiebãt:cũ reſiſtere nullus auderet. Nam q regnum eius terræ obtinebat Pacorus metu percuſſus indifficiliora loca refugiens cæteris q̃dem bonis oĩbus ceſſerat:uix aũt ab illis coniugem ac concubinas captas datis centum talentis redemerat. Súma ergo facultate ſine pugna ꝓdabundi & uſq; ad armeniã uaſtantes oĩa ꝓceſſere. Eius aũt tyrãdatis erat. Qui cũ his obuius bello conflixiſſet:non multũ abfuit quo uiuus in illa aciæ caperet̃. Procul.n. q dam miſſo laquæo circundatũ tracturus fuerat niſi celeriter gladio rupiſſet laqueũ atq; ita fugiſſet:illi aũt pugna multo magis efferati terrã q̃dem depopulati ſunt: magnã uero hoĩum multitudinẽ aliamque ducentes prædam ex utroq; regno ad ſua domicilia redire.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Mortuo Basso Flauius siluius in administratione succedit: Castellum quoddam adhuc rebel le supereſſe uidens mouit militem aduersus illud:princeps castelli erat Eleazarus cuius mores de- scribuntur:& sociorum eius.

Cap. XLIII.

APud iudæam uero mortuo basso flauius siluius in administratione succedit. Et aliam quidem terram bello subactam uidens unum aũt adhuc rebelle supereſſe castellum oĩ quæ in illis locis habebatur manu collecta aduersus id militem mouit.Nomen eſt aũt castello meſada. Princeps uero sicariorũ a quibus fuerat occupatũ erat uir præpotens eleazarus ex origine iudæ: qui non paucis iudæis persuaserat, ut ante diximus ne professionẽ fa- cerent quando censor cyrinus in iudæam directus eſt.Tunc.n.se sicarios uocauere:q romanis di- cto audientes esse nollent:omniq modo his quasi hostibus utebantur.deripiendo quidem & cir- cumagendo eorũ bona:ignem uero dominus iniiciendo. Nihil.n.illos ab alienigenis differre dice bant:qui pugna etiam petendam iudæorũ libertatẽ tanta ignauia perdidiſſent: magisq se optare si romanis seruitium spopondiſſent.Erat aũt id plane causatio & crudelitas atq auaritiæ dicebaĩ obtentu: manifeſte aũt rebus effectũ eſt.Nam idem illi & defectionis socii fuerunt & bellũ cũ ro manis cõiter suscepere.Causa uero peior illorũ in eos facta eſt: & cũ mentita prior eorũ refelleret occasio peius tractabant eos q nequitiæ suæ iustis assertionibus exprobrarent. Fuit.n.quodãmõ illud tẽpus apud iudæos oĩum generũ malitiæ fœcundiſſimũ:ut nullũ opus intermitteretur infe ctũ:ne siquis excogitando fingere uoluiſſet haberet quo magis nouũ aliquid inueniret: ita & pri- uatim & cõiter oẽs unum erant:& exuperare aliũ alius tam impietate q̃ iniquitate in ꝓximos cer tabant.Potentes quidẽ multitudiné male tractando: multitudo uero ad interitũ potentiũ prope- rando:illis.n.erat dominandi cupiditas: his aũt uim faciendi bonaq locupletiũ diripiendi. Primo quidem Sicarii fuere iniquitatis in propinquos & crudelitatis auctores nullis neq uerbo indicto ad iniuriam:neq facto intentato ad exitiũ eorũ qbus insidiarent pœnitus ꝓtermisso.Verũ & hos Ioannes moderatiores esse demonstrauit.Non solũ.n.omnes interficiebat qui necessaria & profu tura suaderent tanq̃ inimiciſſimos eiusq modi maxie ciues tractans:sed etiam patriam malis plu rimis cumulauit.Qualia facturus fuerat q deũ quoq iã esset ausus ipietate cõtemnere. Nã & mẽ sa nefaria uescebatur:& legitimã patriã:quæ exterminauerat castimoniã ut iã sit minie mirũ si mã suetudinis cõioné minime seruabit hoibus:q dei pietatẽ furore contẽpserat. Rursus igitur Symõ Gioræ qd mali nõ cõmisit: q̃ ue liberorũ corporũ iniuria tẽperauit: q eũ creauere tyrannũ.Quæ uero eos amicitia:quæ ue cognatio ad quotidianas cædes non ferociores effecit. Nã quæ alienos qdẽ male tractare inertis neqtiæ opus esse arbitrabant. Clariſſimã uero gloriã parere crudelitatẽ in familiariſſimos existimabant.Horũ furoris æmuli etiam idumei fuere:illi.n.sceleratiſſimi peré ptis pontificibus ne qua pars cõseruaretur pietatis in deum:totum quod ex ciuitatis facie supere- rat abscidere summamq per oĩa iniustitiam induxerunt:in qua illud hoium genus qui zelotæ ap pellati sunt uiguit:qui nomẽ factis uerũ probauerunt. Omne.n.malitiæ facinus peremulati sunt. nullo inemulato: quod ante commiſſum memoriæ tradidit prætermisso quãuis nomen sibi ex bonorũ æmulatione iposuiſſent:q eos quos læderent propter effram sui naturã cauillando falle- bant qui malorũ quæ maxia essent bona ducebant.Ita quæ debitũ finem innuere merita illis pœ na dei uoluntate decreta.Cuncta.n.quæ natura hois posset ferre supplicia in eos usq ad extremũ uitæ terminũ congesta sunt quæ uariis perempti cruciatibus ꝓtulere. Verũ fortaſse dixerit aliqs minora eos quam cõmisere perpeſsos:uerum his qui iuste ea paterentur hærebant.De illis aũté q in eorũ crudelitatẽ inciderunt non huius temporis pro merito conqueri. Rursum igitur ad eam narrationis partem redeam unde digreſsus sum.

Flauius siluius aduersus Eleazarũ uenit:castellũ cingit licet difficillimus adeunt acceſsus fue rat:per duo loca poterant accedere hoies: declaraĩ difficultas acceſsus:admouet machinas p unã uiam:fabricat arietem cum quo murum percutit:ignem ad muros ponit:letiq romani custodiũt ne quis eorum ex castro fugeret.

Cap. XLIIII.

VEnit aũt dux romanorum contra Eleazarum:& qui cum eo Meſadam tenebant Sica- rios exercitum ducẽs:& fines quidem statim omnes obtinuit:præsidiis ubiq locis op- portuniſſimis collocatis.Castellum autem muro circũdedit: ne quis obsessorum fugiẽ di facultatem haberet:ut quæ custodes perseueraſſent:ipse uero castris locum occupat ad obsidionem quidem idoneum:quem delegerat: qua parte castelli rupes monti proximo appli- cabantur. Cæterum difficilem ad copias utensilium:non solum enim commeatus ex longinquo & cum labore iudæorũ maxime portabantur:quibus hæc fuerat cura mandata: uerũ etiam potus aliunde in castra ducebatur:quoniam in eo loco nullus fons proximus nascebaĩ.His aũt disposi- tis Siluius obsidionem agressus eſt: maxime molis ac laboris egentem propter castelli munitioné cuius natura huiusmodi eſt Saxum gyro non exiguum: & excelsum longitudine undiq abruptis atq altis uallibus cingitur ex inuisibili super fundo habens scopulos:ipseq omnium sunt anima- lium gressibus inacceſsæ:nisi q duobus modis idem saxum indifficilem explicatur ascensum. Eſt autem unum iter ab lacu Asphalthide ad solis ortum:& alterũ ab occidẽte facilius ambulari. Vo-

catur autem unum coluber ex anguſtia crebriſq flexibus capta similitudine. Quæ enim promi- net rupes frangitur:ac sæpe in se reuertens paulatim rursum producit: uixq illo itinere gradiens promouet pedem.Nãq mutanti uestigium neceſse eſt pede altero niti.Eſt aũt certa pernicies. Al titudo.n.rupium utrinq dehiscit ut quæ horrore quẽuis terrere audaciſſimũ possit. Per eiusmo- di uiam cũ.xxx.stadiis ascendens quod restat uerticis eſt non in cautũ finem coacti:sed ut habeat in summo planicié.In hac primus qdem Ionathes pontifex castellũ ædificauit & appellauit Mesa dã.Post aũt Herodi magno stadio fuit loci illius structio.Nã & murum per oẽm eius gyrum ere- xit stadiorũ spatio.lx.& cãdido lapide factum:& per.xii.altum latũq octo cubitis: & uigintiseptẽ turres quinquagenis cubitis in eo stabant ex quibus aditus membra per oẽm murum intus ædi- ficata.Rex.n.uerticẽ quo fœcundus omniq planicie mollior esset culturæ destinauerat:ut si quã do externorũ alimentorum penuria contigiſset:hanc qdem laborarẽt qui saluté suam castello tra didiſſent. Quin & regiã sibi ædificauerat ab occidentalis partis ascensu ĩtra omnia quidem arcis œpositam uergenté autem ad septentrionẽ. Regiæ uero murus erat magnus ac firmiſſimus celsi tudine quattuor sexagenum cubitorũ in angulis turres habebat.Membrorum aũt intus & porti- cum:itẽq balnearum uaria erat & sumptuosa constructio:colũnis qdem & singularibus saxis un diq substitutis.Parietibus aũt membrisq solida cõpage lapidum uariatis.Ad singula uero habita cula & sursum:& circa regiam & ante turres multos magnosq puteos in scopulis excideraĩ:custo des aquarũ tantam molitus abundantiã quantam q fontibus uterentur haberent.Fossæ uero iter ex regia in arcem summã ducebant:quas foris nemo cernebat.Sed ne manifestæ qdem uiæ facilẽ sui usum præbere hostibus poterant.Nam orientalis qdem ua natura eſt inacceſsa: ut supra me- morauimus.Occidentalẽ uero magna in anguſtia posita turri concluſit:quæ nõ minore mille cu bitorũ spacio ab arce distaret quã neq transiri posse neq capi facile uidebatur.Inextricabilis autẽ q̃uis licenter ambulantibus fuerat fabricata.Ita qdem aduersus hostiles impetus natura simul & manu castellũ erat communitum: intus aũt repositi apparatus magis & diuturnitatem & opulen tiam iuuare:nã & frumentum multum erat conditum:& quod in longũ tempus sufficere posset: uinumq multum & oleum:superant cuiusq leguminis fructus:& palmæ coaceruate.Cunctaque repperit Eleazarus castello per dolũ cum sicariis occupato matura:nihilq recens depositis dete- riora quãq̃ fere ex quo apparata sunt ad excidium a romanis illatum.c.annorũ tempus agebatur. Quin etiã romani fructuum reliquias incorruptas offendere.Si quis aũt causam diuturnitatis au ram esse existimet:nõ errauerit q arcis altitudine ab omni terrena ac fœtulenta materia sit remo ta:inuenta eſt aũt omnigenum quoq armorũ multitudo ab rege condita: quæ decem milibus ui rorum sufficeret:ferrumq infectũ necnon æris & plumbi materia: quippe ut magnis de causis fa ctum crederes apparatum.Aiunt.n. Heroden idipsum castellũ sibi ad refugium parauiſſe duplex periculum insuspicantẽ:unum qdem ab iudæorũ populo ne se depoſito illos qui antea reges fue- rant ad principatum reduceret.Alterũ uero maius atq atrocius ab regina ægypti Cleopatra.Hæc enim suam sniam non celabat:sed cum Antonio sæpe uerba faciebat postulás heroden interfici: sibi autem obsecrans regnum iudæorũ donarii.Et magis quis miraretur nondũ eius imperio An tonium paruiſse male eius amore emãcipatum:quã non dominaturam sperasset pp eiusmodi me tus Herodes condita meſada in extremũ belli contra iudæos romanis opus dimisit.Nam q foris iam locum oẽm muro cinxerat dux romanorũ:sicut supra diximus:ac ne quis effugeret diligẽtiſ sime procurauerat:icipit obsidionem uno tantũ loco reperto qui aggerũ iactum posset excipere. Nam post eam turrim quæ iter ab occidẽte quod ad regiã summumq montẽ duceret præclude- bat:erat quædam cõtinentia saxi uastior latitudine multũq porrecta:celsitudine aũt meſadæ tre centis cubitis inferior:quã Leucem appellabant: hinc igitur Siluius ut ascẽdit ac tenuit aggerem apportare militibus iussit:illis aũt alacri aio & magna manu operantibus solidus ad ducentos cu bitos erectus eſt tumultus. Verũ neq firma neq sufficiens machinis ferendis hæc mensura uide- batur:sed sup eum tribunal constrictis saxis ingentibus factũ eſt altum itẽq latum cubitis quin- quaginta.Erat aũt aliarũ machinarũ fabrica illis assimilis. Quas primo qdem Vespasianus ad ob sidiones postea uero Titus excogitauerat turriscq quinquaginta cubitis effecta eſt: tota ferro cõse- pta.Vnde multis balistarũ tormentorumq iaculis romani cito eos reppulere qui de muro pugna bant:& caput exerere ꝓhibuere. Simul ãt ingente ẽt ariete fabricato Siluius crebro murũ pulsari iubet:ac uix qdẽ tamen aliquã eius deiicit partẽ interruptã. Cito aũt ꝓuenere sicarii muro itus al tero cõstituto.Qui ne machinis qdẽ simile aliqd patereĩ:mollis.n.adhuc erat & ipetus laxare uio lentiã poterat:hoc mõ constructas trabes ꝓceritate magnas: & quæ sectæ sunt continentes cõpo suere.Earũ aũt ordines erant duo similes tantũq distantes quãtum esset muri latitudo & iter eos ambos replebant aggeris spaciũ.Nec uero crescente cumulo terra deflueret aliis transuersis trabi bus q̃s in longitudiné posuerant colligabãt.Erat ergo illis qdẽ opus ædificio simile: sed quod cæ dendi inferebanĩ machinarũ ictus euaneſcebant lutoq subsidẽte structioré fabricã faciebãt. Vbi hoc Siluius considerauit igni magis murũ captum iri putans multas qdem ardentes faces militi- bus intro iaculari præcepit:murus aũt quippe: ut maxima ex parte lignis constructus ignem cito

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

comprǽhendit:& usq; ad imum sui laxitate calefactus ingenti flamma colluxit. Incipiente quidē adhuc incendio spirans aquilo romanis erat horribilis auertens desuper flammas in eos abigebat:& pœne machinas quasi iam conflagraturas desperauerant. Deinde flatu mutato ueluti diuina prouidentia excitatus auster:multaq; ui contra obuios eas referens muro appulit:iamq; totus ardebat ex alto. Romani quidem cum dei uterentur auxilio ad castra læti digrediebantur decreto hostes luce aggredi:& nocte uigilias accuratiores facere ne quis eorum clam subterfugeret.

Eleazarus uidens non posse euadere manus romanoꝝ hortatur ut omnes combusta urbe se ipsos interficiant magis q̄ seruituti subiciantur:q̄busdam placuit: quidam uero molliores lachrymabātur:reiterat exhortationem Eleazarus p̄ponens immortalitatem aiæ: pulchrius eē pulchre mori q̄ turpiter uiuere.

Cap. XLV.

SEd neq; ipse Eleazarus de fuga cogitabat:neq; alii cuiq̄ p̄missurus erat ut faceret. Videns autem murum igne consumptum: aliū uero nullum salutis modum neq; uirtutis excogitans:sed his quæ romani in se liberosq; suos & coniuges facturi essent si uicissent ante oculos positis de oīum morte consiliū cœpit:idq; ex præsentibus fortissimum ratus ualidioris animi sociis uesperi cōgregatis talibus eos uerbis ad facinus inuitabat. Cū olym uobis decretū sit uiri fortes neq; romanis neq; cuiq̄ alii seruire nisi deo:is.n.solus est uerus & iustus deus hoīum:ecce nunc tp̄s adest q; factis uestros p̄bare aios iubeat. Nec igitur ipsi nos dehonestemus ante quidē seruitutem nec sine periculo passi. Nunc aūt cum seruitute intolerabiles pœnas amplexi uiuemus sub romanis futuri. Primi.n.oīum ab his defecimus:& nouissimi cum his bellū gerimus. Puto aūt & hanc nobis a deo gratiā datam:ut bene ac libere possimus mori quod aliis non euenit:præter spem paupertatis:nobis aūt certum est orto die futurum excidiū. Libera est aūt strenua mortis condictio cū affectibus:nec.n.prohibere id hostes possunt: qui profecto nos optāt uiuos abducere:neq; nos illos iam possumus superare pugnando. Nā fortasse qdem abinitio statim oportuit quādo libertatem defendere cupientibus oia & a nobisipsis acerba peioraq; ab hostibus eueniebant. De dei uoluntate coniicere & scire q; amica ei quondam natio dānata esset interitu:manens.n.propitius uel saltē nobis leuiter infensus nunq̄ tantoꝝ quidem hoīum pernicie neglexisset:sacratissimā uero urbem suā igni hostium excidioq; prodidisset. Nos aūt soli.s.ex omni genere iudæoꝝ sperauimus seruata libertate superare tanq̄ nil in deū deliquissemus:nulliusq; culpæ participes fuissemus:qui alios quoq; docuimus. Itaq; uidetis quēadmodum nos uana spectasse redarguit fortiore nobis inspatis rebus maloꝝ necessitate illata. Nec enim quicq̄ nobis castelli natura inexpugnabilis profuit ad salutē:sed & alimentoꝝ copiam. Sed armoꝝ multitudinem aliūq; habentes abundantissimū apparatū ipso manifestissime deo spē salutis auferente pdidimus. Ignis.n.qui ferebat in hostes inædificatū a nobis murū non sponte reuersus est. Sed hæc multoꝝ ira sunt criminū:quæ furore capti contra gentiles ausi sumus: pro q̄bus quæso ne romanis inuictissimis pœnas:sed p nos ipsos deo præstemus iste aūt illis moderatiores sunt:morient.n.coniuges iniuria uacuæ:liberi seruitutis expertes. Post illos aūt ipsi nobis honestam inuicē gratiam p̄beamus libertate seruata optima sepultura. Prius tamē & pecunias & castellum igni cōburamus. Merebūtur.n.romani certe scio si neq; corpora nostra tenuerint: cōpendio caruerint. Alimenta sola relinquemus:hæc.n.nobis erunt testimonio mortuis:q; nō penuria uicti sumus:sed ita ut ab initio statueramus mortē seruituti p̄tulimus. Hæc dicebat Eleazarus: sed nō in eundē modum p̄sentium iniæ congruebant. Sed alii qdem ei obedire p̄perabant: q̄si uolūtate replebant pulchram esse mortē existimantes. Qui uero molliores erant coniugū ac familiaꝝ sua rum misericordia:uel ēt propius quēq; apertissimus deterrebat interitus alius alium intuens contrarium uoluntatis suæ motū lachrymis designabant. Quos cū uidisset Eleazarus formidare ac magnitudinē consilii animis frangi pertimuit:ne etiā qui fortiter dicta perceperunt effœminarēt flentes ipsi ac deplorantes. Ergo exhortationē non intermisit:sed erectior multoq; repletus spiritu clariorem de immortalitate animæ orationem incipit magnaq; usus exclamatione lachrymantes attentius expectans plurimum inquit opinione deceptus sum:qui putarem uiros fortes pro libertate certātes mori bene male quā uiuere. Vos autem nec cuilibet quidem homini quicq̄ neq; audacia neq; uirture p̄statis qui etiam magna mala effugituri mortē timetis:cū oporteret uos super hoc neq; cunctari neq; expectare monitorē. Olym.n.& a primo sensu nos eruditos patriæ orationis & sacræ maiorūq; nostrorum factis & ais confirmando p̄seuerabant:quod uiuere hominis est:non mori calamitas. Nam mors quidem libertatem ais præstat ad proprium purumq; locum eas dimittit ab omni clade futuras intactas. Donec aūt mortali corpore iunctæ sunt. unaq; malis eius implentur:quod uerisimile dicitur mortuæ sunt. Diuina enim cū mortali societas turpis est: multum quidem potest anima iuncta cum corpore:instrumentum enim facit suū latenter id mouens & ultra mortalem naturam gestis producēs. Verūtamen cum pondere quo in terram detrahitur:quodq; ab ea pendet absoluta proprium locum receperit: tunc beatam & undiq; liberā participat fortitudinem:& humanis oculis:ut ipse deus inuisibilis manens:nec enim cum est in corpore conspicitur:nam & accedit occulte: neq; rursus cū recedit uidetur unā qdem ipsa habēs in-

corruptam naturam:corpori autem causam prębens mutationis: nam quod anima attigerit hoc uiuit atq; uiuet. unde uero digressa fuerit hoc marcidum moritur tantum immortalitatis ei superabit. Huius orationis argumentum uobis sit somnus:in quo collectæ animæ nūq̄ eas detrahente corpore iocundissimā quietem agunt. Cum deo uero pro cognatione degētes ubiq; adsunt:ac multa futura prædicunt. Cur igitur mortē timere conueniat:qui somni diligimus qetem? Quem admodum aūt non sit dementissimū breuitatem uitæ sequētes sibimet inuidere perpetuā. Oportebat qdem nos domestica institutione meditatos aliis esse exemplū promptæ uolūtatis ad mortem. Nam si ab alienigenis etiā rei fides petenda sit:indoꝝ uideamus sapientes:qui sapientiā profitentur:illi enim cū sint boni uiri uitæ qdem tempus quasi quoddā necessarium naturæ munus inuiti sustinent:properant aūt homines corporibus soluere:nulloq; urgente neq; exagitante malo pp immortalis conuersationis desideriū aliis qdem p̄dicunt se esse abituros. Nec est q prohibeat quicq̄:sed oēs fortunatissimos appellantes eos ad familiares suos litteras mittunt. Ita certā ueramq; ais esse inter se consuetudinē credidere. Alii aūt cum mandata perceperit: igni traditis corporibus ut imaculata puraq; aia secernatur paulatim moriunt. Facilius enim ad mortē illos amicissimi p̄sequūtur quam exteroꝝ hoīum quisq̄ suos ciues in longinquā peregrinationem ituros. Et se qdem ipsos deflent:illos aūt beatos dicunt q; immortalitatis ordinem iam recipiant. Nō ergo uos pudebit si deterius indis sapiamus? propriaq; ignauia leges patriasq; oībus hoībus æmulādæ uiderentur inhoneste despiciamus:quāq̄ & si contraria nos a principio instituisset eruditio:quod ei summū bonum est hoībus uiuere: mors aūt calamitas attamen tp̄s nos adhortatur eam bono aio & facile tolerare dei uoluntate:& necessario morituros. Olym quantū enim apparet cōtra oē iudæorum genus hoc decretum posuit deus ut uita careremus qui ea nō eramus quēadmodum oportebat usuri. Nec ausim enim uobismetipis ascribere:ne ue Romanis gratificari q; nos oēs eorum bellū assumpserit. Non.n.uiribus illoꝝ hæc accidere: sed cā fortior interueniens illis p̄stitit ut uincere uiderentur. Quibus.n.armis romanoꝝ perempti sunt qui Cæsarem incolebāt Iudæi? Ac ne defecturos qdem ab illis dum diē septimum celebrarent aggressa cæsarienſiū multitudo: neq; manus referentes cū coniugibus ac liberis mactauerunt:ne uel ipsos erubuere romanos. qui nos tantūmodo hostes q; defeceramus putabant. Sed dicet aliquis cæsarienſibus sp̄ cum suæ ciuitatis iudæis fuisse discordiam:tēpusq; nactos uetus odium exuperasse. Quid ergo de scytopolitanis dicemus? Nobiscum.n.illi pp græcos bellum gerere ausi sunt:an non cum propinquis nostris romanos ulciscī. Multū igitur his fides illoꝝ ac beniuolentia profuit:ac nō ab ipsis cum totis familiis acerbissime trucidati sunt:ac pro auxiliis gratias eis reddere? Nā quæ illos a nobis pati prohibuere hæc passi sunt:uelut ea ipsi cōmittere uoluissent. Longū sit si uelim nūc separatim de singulis dicere. Nostis enim q; Syriæ ciuitatū nulla est quæ non iudæos apud se habitātes occiderit nobis quam romanos plus inimicos. Vbi etiā damasceni quom ne causam quidem probabilem confingere potuissent ciuitatē suam cæde nefaria repleuere. xviii. milibus iudæorum cum coniugibus ac familiis iugulatis. Eorum aūt multitudinem plagis in Aegypto peremptoꝝ. lx. miliū numerum audiebamus excedere:illi quidem fortasse in aliena terra cum nullum inuenissent hostis aduersarium ita sunt mortui. Omnibus aūt qui domi cum romanis bellum susciperent:nihil derat eoꝝ quæ spem totam possent præbere uictoriæ. Arma enim & muri & castelloꝝ inexpugnabiles fabricæ:atq; inrerriti spiritus ad pericula pro libertate subeunda cunctos ad defectionē reddunt fortiores:sed hæc ad paucum tempus cum suffecissent:seq; sustulissent maiorum malorum extitere principium. Omnia enim capta sunt:oīaq; hostibus succubuerūt: uelut illoꝝ nobiliores causa uictoriæ:non ad eoꝝ salutem a quibus instructa fuerant apparata sunt. Et in prælio qdem mortuos beatos existimari oportet:repugnantes enim & libertate nō perdita periere. Eorum uero multitudinis quia a romanis subiugati sunt quis non misereatur? quis ue non anteq̄ illa patiatur mori properet? Quorum alii torti tāq; ignæ quam uerberibus excruciati periere:alii ferocissime a bestiis ad secūdum eoꝝ cibum seruati uiui sunt:illoꝝ quidem miserrimi habendi sunt: qui ad hæc uiuunt qui sæpe mortem optantes non accipiant. Vbi est autem illa magna ciuitas. Aut ubi est quæ totius gētis iudeæ metropolis fuit. Tantis quidem murorum septis munitissima: tot uero ante muros castellis turriumq; disiectis mœnibus tuta bellicq; apparatum uix capiēs:tot autem uirorum pro se pugnantium multitudinem contiens. Quid nobis facta est:quæ deum habere incolam credebatur:radicitus ex fundamentis erepta est:solaq; eius monumenta restāt eorum a quibus excisa est:imposita reliquis castra. Senes uero infœlices ad cineres templi assidēt:& paucæ mulieres ad turpissimam pudoris iniuriam ab hostibus reseruatæ. Hæc secum reputans quisq̄ nostrorum aspicere solem durabit? etiam si uiuere sine periculo possit. Quis inimicus adeo patriæ? quis tam imbellis aut parcus animæ ut eum nō pœniteat hucusq; uixisse? Atq; utinam omnes fuissemus mortui priusq̄ illam sacram ciuitatem hostium manibus uideremus excindi priusquam templum sanctum tanta impietate funditus eruisi:sed quoniam spes non instrenua nos illexit: quasi forte poterimus pro ea hostes ulcisci: nunc autem euanuit ac solos necessitate deliquit. Mori bene properemus nostri metipsi misereamur: & coniugum liberorum dum no-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

bis licet a nobisipsis misericordiam capere:ad mortem nãq; ipsi nati sumus: & quos ex nobis genuimus:eamq; fugere:ne fortissimi quidem possunt:iniuria uero & seruitus & uidere cõiuges ad turpitudinẽ duci cum liberis nõ est malum hoibus ex naturæ necessitate profectum:sed hæc sua timiditate perferũt qui ante mori cum licuit noluere.Nos aũt multum freti fortitudine a romanis desecimus:& postremo nunc illis ad salutem hortantibus non paruimus.Cui igitur nõ est eorum iracundia manifesta:sinos uiuos subiugare potuerint: miserandi quidem adolescentes erunt quoꝝ uires corporis ad multos sufficient cruciatus:miserandi ãt prouectiores quoꝝ ætas clades ferre non poterit:uidebit alius coniugem abduci:alius manibus reuinctus uocem filii patrem implorantis exaudiet. Sed dum liberi sunt & gladios habent pulchrum ministerium nobis præbeãt expertes seruitutis hostium:moriantur liberi cum filiis & cõiugibus uita decedamus nobis leges præcipiunt:hæc nos coniuges & filii deprecantur:horum necessitatem deus misit his cõtraria romani uolunt:& ne quis nostrum ante excidiũ pereat timent. Festinemus igitur eis prosperata potiundi nostri uoluptate stuporem mortis admirationemq; relinquere audaciæ.

Orantem Eleazarum oẽs interpellant decernuntq; sibi mortẽ dare:oẽs mortui sunt:unus ultimus in ceruſa regia:gladio se transfigens occubuit:clam cũ quinq; pueris mulier latuit: romani de mane per scalas muros ascendunt:neminẽ uidentes admirantur mulier illa ex cloachis exiens romanis rem gestam aperuit. Cap. XLVI.

ADhuc eum orare cupientem oẽs interpellabant: & effrenato quodam impetu pleni ad opus incitabãt:ac ueluti laruis exagitati alius alium antecapere cupiebat : hoc specimẽ esse fortitudinis:rectiq; consilii existimantes ne quis extremus remanere uideretur tantus eos & coniugum & filioꝝ & propriæ cædis amor inuasit . Sed nec id quod aliquis putauerit cũ facinus accederet obtusi sunt:uerũ etiã seruare sententiã quam cum dicta peciperent habuerunt:propriũ quidem earũq; effectum retinentibus cunctis:rõni uero cedentibus qa iã optime filiis consuluissent.Simul.n.ualere uxoribus cũ amplexu dicebant:ac liberos gremiis captos extremũ lachrymantes osculabant. Et simul qdem manibus alienis iussa peragentibus ualentes eas configebant:malorũq; subditi hostibus passuri fuerãt cogitationẽ habentes prosolatio necessitatis ad cædẽ.Deniq; nemo hac audacia minor inuentus est.Cuncti aũt coniunctissimos transixere miseri qbus id necesse fuit:qbusq; filios atq; uxores occidere:maloꝝ oĩum uidebatur esse leuissimum.Igitur neq; hoꝝ iam factoꝝ dolorem tolerantes:& interfectos læsum existimãtes si illis breuissimum tps ei superuiueret:cito qdem uniuersis bonis in unũ congestis ignem iniiciunt. Sorte uero ex numero suo decẽ lectis oĩum percussoribus uniuersi ẽt propter liberos ac cõiuges prostratas cõpositi:eosq; cõplexi manibus cum cõmunicauissent parato aĩo se ĩmactandos præbebant infœliciſſimũ illud exhibentibus ministerium:isti aũt intrepide cunctis occisis eandẽ sortis legem in sua quoq; morte statuerũt : ut cui obtigisset nouẽ peremptis semet super eos occideret. Ita oẽs sibi confidebant:quod neq; in audiendo neq; in sustinẽdo facinore præstaret alius alii. Et ad extremum cæteri qdem se neci suppoſuere. Vnus uero atq; nouissimus circũspecta multitudine mortuorum:ne quis forte in multa cæde supesset qui suæ manus egeret: ubi cognouit omnes peremptos:ignem qdem immittit regiæ: uehementi uero manu toto per se trãsacto gladio iuxta suos affectus occubuit . Et illi quidem perierant nullam credentes aĩam ex numero suo romanis subditam reliquisse:latuit autem una mulier senior:& alia quædam Eleazari cognata plurimum doctrina sapientiaq; mulieribus præstans.Et quinq; pueri per cuniculos: qui aquam sub terra potui ducebant abditi:cum alii cædibus occupatas mentes haberent: qui erãt noningenti numero: & sexaginta cum mulieribus simul ac pueris.Hæc aũt calamitas acta est Aprilis mẽsis quintodecimo die.Romani autem adhuc pugnam expectantes mane desistunt & aggeribus scalarum pontibus iunctis muros aggrediebãtur.Cum uero hostium neminẽ uiderent: sed undiq; uersum acerbam solitudinem ignemq; intus silentium quid factum esset coniicere non poterant:ad extremũ uelut impellentes ictum arietis ululatum siquidem forte prouocarent dederant. Clamorem autẽ sensere mulieres & ex cloacis emersæ factum romanis ut erat indicarũt altera earum quemadmodum dicta uel gesta fuissent omnia narrante manifeste.Nõ tamen romani facile his uerbis adducebantur ausi magnitudinem ueri similem non credentes . Ignem uero extinguere conabãtur per quæ hanc uiam sectantes cito in regiam peruenere:conspectaq; multitudine mortuorum non ut in hostibus gauisi sunt:sed consilii fortitudinem & obstinatum in tanto numero rebus ipsis contemptum mortis admirabantur.

Peracto excidio Flauius siluius cum exercitu in Cæsaream proficiscitur: quidam ex iudæis in Alexandriam confugerant: hi nouas res tentabant ex quibus multi occisi sunt:mortemq; potius pati maluerunt:etiam pueri:q̃ Cæsarem dominum appellare. Cap. XLVII.

HIusmodi autem peracto excidio in castello quidem præsidium dux reliquit : ipse uero cum exercitu Cæsarem profectus est . Nec enim quisq̃ supererat in illis regionibus hostium : sed iam tota iudæa belli fuerat longinquitate subuersa : multisq; suorum etiam procul incolentibus sensim perturbationis periculum exhibuerat . Nam & cir-

cum Alexandriam ægypti ciuitatem postea cõtigit multos iudæorum perire.His enim qui ex factione sicariorum illuc effugere potuerũt non satis erat saluos esse:uerum & illic nouas res conabantur ut libertatem defenderent:& romanos quidem nihil se meliores putarent: deum uero solum dominum dicérent.Cum autem quidam is iudæorum nõ ignobiles aduersarentur:illos quidem mactauere:aliis quidem instabant ad defectionem eos rogantes.Eorum autem uidentes cõfidentiam principes seniorum iam cohibere tutum sibi non esse arbitrabantur : sed congregatis omnibus in congregationem iudæis sicariorum temeritatem publicabant: illos omnium malorum causam esse demonstrantes:& nunc aiebant eos q̃ nec sic fugissent certam spem salutis habituri uiderentur:a romanis enim cognitos statim esse perituros proprias calamitates explere. Ipsis autem qui nullius fuissent eorum delicti participes cauendum esse ab eorum exitio:& multitudinem præcabantur ut illorum causa romanis ipsorum traditione satisfacerent . His dictis prospecta periculi magnitudine paruere: multoq; impetu sicarios aggressi corripuere: quorum sexcenti quidem statim capti sunt.Qui uero in ægyptum ac Thebas qui in illo tractu erant elapsi sunt nõ multo post compræhensi reducti sunt:quorum non est qui duritia siue confidentia siue pertinatia uoluntatis sit dicenda non obstupescat.Omni enim genere tormentorum & uexatione corporum in eos excogitata ob hoc solummodo ut Cæsarem dominum faterẽtur: nemo cessit neq; dicere uelle uisus est: sed omnes ille necessitates ualidiorem sententiam conseruare tanq̃ brutis corporibus non animis etiam cruciatus ignemq; susciperent: maxime uero puerorum ætas miraculo spectantium fuit.Nec enim uel eorum quisq̃ commotus ut dominum Cæsarẽ nominaret:usq; adeo corporum infirmitatem uis audaciæ superabat.

Lupus rector Alexandriæ hæc omnia Cæsari indicat ad quem Cæsar scribit ut templum iudæorum destruat. Cap. XLVIII.

IVpus tunc Alexandriam rector administrabat:& de hoc ad Cæsarem motu uelociter retulit. Ille autem inquietum iudæorum circa res nouas studium cauendum esse existimans ac ueritus ne rursus in unum congregarentur : & quosdam sibi adiungant præcepit Lupo ut templum iudæorum quod esset apud Thannis quæ sic appellatur ciuitatem destrueret:hæc autem in Aegypto . Quæ ob hanc causam & coli cœpit : & nomen sumpsit.

Onias unus ex pontificibus ex Hyerosolimis fugatus Alexãdriam uenit: optinetq; ut templũ possit fabricare iuxta morẽ patrium:hoc autem fuit pdictum per Esaiam q̃ in ægypto futura esset constructio templi. Cap. XLIX.

NIas Symonis filius unus ex pontificibus ex hyerosolimis fugatus Antiocho rege Syriæ cum iudæis bellum gerente Alexandriam uenit:& a Ptolomæo suscipitur humanissime propterea q̃ Antiocho erat inimicus:ait se gentem iudæorum eius auxilio sociaturum si dictis suis obtemperassent.Cum autem rex ea quæ possent fieri annuisset rogauit ut in aliqua parte ægypti templum sibi ædificare permitteret: & more patrio deum colere.Ita enim & Antiochum magis odiosum iudæis qui templum apud hyerosolimã uastauisset:ipsiq; beniuolentiores fore eosq; multos ad eos religionis diligentia colligendos. Paruit his Ptolomæus eiq; locum dedit centum & octuaginta stadiis a Mẽphi distantem . Heliopolitanus autem ille tractus dicitur:ubi castello fabricato Onias tẽplum quidem dissimile ab eo quod est in Hyerosolimis: turrim autem similem instruxit ingentibus saxis sexaginta cubitis erectam. Areæ autem fabricam secundum patriam imitatus est:& donariis similiter exornauit præter candelabri confectionem:candelabra enim nõ fecit:sed informatum aureum lignum tanq̃ iubare in luce radiante de aurea catæna suspendit . Totum uero circa templum spacium structo latere circũdedit saxeas portas habente:concessit autem rex etiam multum agri modum ac pecuniæ reddi tus:ut & sacerdotibus esset copia ad multa quæ dei cultus desideraret: non tamen hæc Onias sana uoluntate faciebat sed erat ei contentio cum iudæis apud Hyerosolimam degẽtibus propter fugæ memorem iracundiam.Et hoc templo ædificato arbitrabatur ad id omnem ab hyerosolimis multitudinem reuocaturum.Fuerat autem olym prædicto quædã annis noningentis septuaginta. Esaiasq; prædixerat huius templi futuram in ægypto cõstructionẽ a quodam uiro iudæo: templum quidem ita fuerat ædificatum.

Lupus rector ad templũ accedẽs ablatis denariis templũ claudit Paulinus eius successor.nihil reliqt:sacerdotibus cõminatus est:fecitq; ut ne uestigiũ qdẽ diuini cultus uideret. Cap. L.

IVpus autem rector Alexandriæ susceptus litteris imperatoris cum ad templum aduenisset nonnullis ablatis donariis templum claudit. Postmodum Lupo mortuo Paulinus qui eius potestati succesſit:neq; donariorum quicq̃ reliquit: uehementer enim sacerdotibus comminatus est nisi omnia protulissent:neq; ad templum religionis causa adire uolentes admisit:sed clausis foribus ita inaccessum fecit ut ne uestigium quidem diuini cultus in eo resideret. Tempus autem fluxerat usq; clausum templum ex quo fuerat conditum anni.ccc.xxxiii.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Ionathas quidam ex iudæis perſuaſit multis ut eum ſequerentur: nũciatur Catullo rectori Ly
biæ:comphenſus ipſe cum multis aliis tribus milibus:qui pecunia diuites erant : non cõſcii tamẽ
ſceleris occiduntur:Curatq; Catullus ut Ionathas omnes iudæos crimineturietiam illos qui Ro
mã habitabant inter quos Ioſephus erat:Veſpaſianus noluit ut aliud efficeretur:Catullus ob iniu
ſtitiam morbo grauiſſimo laborauit:ita ut ipſe moreretur. Cap. LI.

AVdacia uero ſicariorum ueluti moribus quædam etiam ea quæ circum Cyrenẽ oppi
da erant contigerat.Elapſus.n.ad eos Ionathes homo nequiſſimus:& arte Geneciarius
non paucis imperitorum ut ſe attenderent perſuaſit:perduxitq; in ſolitudines cũ ſigna
umbrarum imagines ſe polliceretur aſcendere: & alios quidem hæc agendo atq; fallen
do latebat.Dignitate uero præſtantes Cyrenem ſiue iudæorum apparatum eius & profectionem
pentapolitanæ Lybiæ rectori Catullo pronunciant. Ille autem equitibus ac peditibus miſſis iner
mes facile compræhendit:& magna quidem pars manibus interiit.Nonnulli autem uiui capti ad
Catullum perducti ſunt.Auctor autem conſilii Ionathes tũc quidem potuit effugere:multum ue
ro ac diligenter per omnes quæſitus regiones incidit: adductus eſt ad Catullum ſibi quidem mo
ram pœnæ moliebatur Catullus autem iniquitatis præbuit occaſionem:nam ipſe quidẽ locuple
tiſſimos iudæorum falſo inſimulans auctores ſibi huius cõſilii fuiſſe dicebat. Catullus autem cri
minationes alacri animo ſuſcipiebat:remq; delatam multimode icumulabat.Tragicis etiam uer
bis exaggerãs:ut & ipſe quoddam bellum iudæorum patraſſe uideretur: quodq; hoc atrocius eſt
præter credendi facultatem etiam doctor erat calumniandi Sicarios.Denicq; cum uidiſſet iudæo
rum aliquem Alexãdrum nomine: cui iãdudum infenſus odium publicauerat etiam uxore eius,
Berenice criminationibus implicata.hos quidem priores occidit.Deinde omnes ſimul pecuniaq;
copiis eximios tria ſimul milia trucidauit.Et hæc ſecure facere arbitrabatur:quod eorũ patrimo
nia redditibus Cæſaris ſotiabat.Ne uero uel alibi degentium quiſq; iudæorum eius iniuſtitiã con
ſutaret:etiam longius mendacium propagauit ac Ionathæ nonnulliſq; aliis qui compræhenſi fue
rant perſuadet nouarum rerum accuſationem uiris inferre probatiſſimis iudæorum apud Alexã
driam Romamq; degentium.Horum autem qui per inſidias accuſati ſunt:unus erat Ioſippus qui
hæc ſcripſit.Non tamen Catullo factio:ita ut ſperauerat:ceſſit . Nam Romam quidem Ionathen
cæteroſq; uinctos ducens finemq; arbitrabatur eſſe quæſtionis apud ſe:ac per illam conflatam ca
lumniam . Veſpaſianus autem rem ſuſpicatus ueritatem requirebat cognitione nõ iure hominibus
accuſationem illatam:illos quidem Titi ſtudio criminibus ſoluit:merito uero pœnam in Io
nathen ſtatuit.Prius enim uerberatus exuſtus eſt. Catullo autem tunc quidem ob lenitatem prin
cipum obtigit ne quid amplius repræhenſibile experiretur.Non multo autẽ poſt multiplici mor
bo & inſanabili correptus acerbiſſime liberatus eſt:non corporis tantum cruciatum ſuſtines: ſed
erat ei maior animi morbus & grauior. Terroribus enim expaueſcebat & crebro uidebat ſibi in
ſtantes umbras eorum quos peremerat & clamitabat.Cunq; ſe tenere non poſſet exiliebat ſtratis
tanq̃ tormentis ſibi & flammis adhibitis.Hoc autem ſemper multum proficiente malo extiſq; de
fluentibus ac inteſtinis exhauſtis:ita eſt mortuus: nulla re alia minus diuinæ prouidentiæ factus
iudicio quam q; nequiſſimus ulciſcatur. FINIS.

¶Hic nobis eſt finis hiſtoriæ: quam promiſimus nos cum omni ueritate tradituros cognoſcere
cupiẽtibus quemadmodum hoc bellum romanis ita geſtum eſt cum iudæis: & qualiter ſit qui
dem expoſitum lecturis ut dicant relinquatur.De ueritate autem confidenter dicere non pige
bit q; eam ſolam per omnia quæ ſcripſi habuerim coniecturam.

¶Explicit Ioſephus Antiquitatum & de Bello Iudaico.Impreſſum
Venetiis per diligentiſſimum uirum Albertinum Vercellen
ſem.Expenſis Domini Octauiani ſcoti & fratris eius:An
no Domini.M.CCCCXCIX.die.XXIII.Octobris.

Regiſtrum

A
IOSEPHI ditur : quod quinq; & flumen

B
mine iacob rum:& non permiſit ex mulieribus

C
præparatos iecerant dei credere biliora:quã

D
inſpexerant concilium Quemadmodũ quæ ab eo

E
unuſquiſq; mis conſtituti roſolymitarum enim fuit

F
uenit ad eum ut non uſq; in dei ſemetipſos

G
dominæ quidẽ bum non getem appellant quanta &

H
Quomodo poſt inquit ſyba opera manuum ſacerdotem

I
Cũq; fateretur diuitiis ricaretur leges uxor:&

K
neceſſitatem in his malis duo.Poſt cum deus

L
edos & imperium: & Princeps barbaros

M
q; quidam pſis ſubiectas membrorum Nã duodecimi

N
amicis regis uſq; ad terram De morte & bethſuram

O
hieroſolymoq; ſent:& aliquos phonis frui rent.Et

P
tiſſima.Tunc teſtimonio dominum populo uel

Q
mam peruenit illic iudæis aula turbauit De terremotu

R
mirandam tam:non eius fuiſſet in honorem

S
Qualiter taminum ctionem ſuæ hominibus

T
gnati fuere: ex delicijs Quantæ ſint Arrabanus

V
præſentem perditione Hos p̃ceperat re conſtrictum

X
ſtuduit eruditi pulus ꝓcurrebat tus ſim ſtola Poſt mortem

Y
tenuere ptãtem Chaldæos & dos : & quidem quia

Z
ſuper nos conuenit uerb.Atheniẽſes

AA
IOSEPHI RVFFINI Hyeroſolymis multitudo

BB
ſum in idumeã ta peruenit ſtitit:qui tamen arabas

CC
de rebus fratris erga ſpatium p̃bui cũ propinquis

DD
quidem tres abſtinentium magis ad eſſe plenam

EE
ſus antecedebat Quidam qui bat:quoſq; daris ſed

FF
Antonius atq; perpetuum obuiã prodeũt: Fabricatis

GG
& uiolentia ciuitate ad bant:quorum bus aſſimiles

HH
perſequebantur numeroſæ maxime igenii quidem cætera

II
¶Aggeres rati nõ ſteterũt nem oporteret re multi q̃dem

KK
diebantur:ubi & ſupra ætatẽ Pompæ autẽ rent iudæis

FINIS.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA